CATHENA HOMERI

MOSES

SOLON ΝΟΜΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΣ


D. IVST. IMP. INSTITVTIONES

emendatæ, cum reliqua iuris Diexodo, ad optimi cuiuſque archetypi anagnoſin, ex antiquiſsimis Italiæ, & Galliarũ bibliothecis, maximè vero ex venerabilis Auenion. Collegii archeíω conquiſitam. Varia lectione ſub aſteriſco * notata. Et ſingulis libris eicone hypothetica ad vtilem voluptatem præfiguratis.

Acceſsit CORPVS LEGVM, *nunc primùm, & nunquam antehac, editum. Et* INSTITVTA T. CAII *clariſsimi Iuriſconſ. ex intermortuis, rediuiua.*

DRACO ΑΙΜΑΤΟΝΟΜΟΣ

CERES ΘΕΣΜΟΦΟΡΑ



LVGDVNI.

Ad Salamandræ, Apud Sennetonios Fratres.

M. D. XLIX. — 1549

Priuilegio Regis.

QVAESITOR MINOS VRNAM MOVET.

CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARY WASHINGTON, D. C.

192.406

Extraict du priuilege du Roy.

IL à pleu au Roy noſtre ſire de donner priuilege, & permiſsion à Iaque, Iean, & Claude Senneton freres, citoyens de la ville de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer tous les Cours des droictz Ciuil, & Canon, auec pluſieurs corrections, annotations, additions, emendations, & varieté de lecture, ſelon les vrays, & anciens exemplaires. ſur leſquelz il les ont faict conferer par gens doctes, expers & ſcauans, eſdictz droictz, & iceulx enrichi de pluſieurs figures, accommodées, & appropriées à tous les commencemens des liures du Droict, ſelon l'intelligence des tiltres, & loix. Ce que par cy deuant n'a eſté faict. Pareillement ont adiouſté Corpus Legum, qui anciennement a eſté extraict du propre texte des Loix, & Pandectes, qui ne fut oncques imprimé. leſquelz ilz ont recouuré, faict veoir, conferer, corriger, emender, additionner, & annoter, auecques grands labeurs & deſpens. Parquoy ſont faictes defenſes de par ledict Seigneur à tous Libraires, Imprimeurs, & autres: qu'ilz n'ayent à imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne diſtribuer en quelque façon & maniere que ce ſoit dens ſon Royaume, terres, & ſegneuries, leſdictz Cours Ciuil, & Canon, auec leſdictes corrections, annotations, emendations, additions, varieté de lectures, figures, Corpus legum ſuſdict, ſans le conſentement deſdictz Sennetons Et ce iuſque au temps & terme de dix ans prochainement venans, à compter du iour, & date que la premiere impreſsion deſdictz liures, & chaſcun d'iceulx ſera parfaicte d'imprimer, & ce ſur certaines & grandes peines. Comme plus à plain eſt contenu eſdictes lettres ſur ce expediées à Lyon, le douzieſme iour de Septembre, Mil cinq cens quarātehuict. Et de noſtre regne le deuxieme.

Signé par le Roy, (Iean Iaque Maiſtre des Requeſtes preſent) Cœffier, & ſeellées de cire iaune à ſimple queue.

PRÆFATIO.

OMNIA FATIS IN PEIVS RVERE, ET RETRO SVBLAPSA REFERRI, Vetus eſt querimonia. *Quæ de corruptis Mortalium moribus, & rerum degeneri genere, veriſsimè forſan dici queat: non item verò de artibus. quas certè temporis progreſſus adauget, experientia* RERVM MAGISTRA *in dies emendat, continua exercitatio perpolit, & quotidie meliores facit. Antiquitas enim eſt inſtar Gigantis, cuius ceruicibus, ceu puer, inſiſtat poſteritas. quæ quanto altius à maiore eſt ſublata, tanto longius res proſpicit, ac certius videt. Vnde fit vt prima autoribus laus debeatur, poſtrema poſtremis auctoribus gratia habeatur. Qui ſcilicet in pulcherrimo rerum in melius proferendarum certamine, non ſolùm maiores, & ſuos ſibi æquales. ſed ſe etiam ipſi ſuperare contendunt.* ΑΓΑΘΗ Δ'ΕΡΙΣ ΗΔΕ ΒΡΟΤΟΙΣΙΝ.

PORRO *hæc contentio, cùm in cæteris artibus, tum verò maximè in Typographica, & Bibliopœia, vſquedum ardentiſsimè flagrat, ob ſcientiarum, & l*[illegible]*erarum ſtudia bonarum quotidie creſcentia. Cui nos arti, ac opificio, operas, & opes omnes noſtras (quātaſcūnq*[illegible]*atura, & Fortuna nobis eſt largita) cùm impendere ſtudemus: optimā partem: eādemque vtiliſsimam, ac ade*[illegible]*ruandæ hominum ſocietati in primis neceſſariam, nimirum Iuris prudentiam* RERVM REGINAM *humanarum, diffuſa per plæraſque gentes, ac populos immenſa librorum copia (idque Regalibus Principis Galliarum auſpicijs) toti orbi ſtatuimus publicare, prout primos Nomothetas, prudētes Iuriſconſultos, & Cæſares iuſtiſsimos Imperatores voluiſſe credi par eſt. Hoc itáque cōſilio, Nos integram, & vniuerſam Iuris Ciuilis Diexodon, vnà cum ſuis gloſsis, (quæ ſecretioris linguæ, autore Fabio, ſunt interpretationes,) in publicum emittendam ſuſcepimus, & iam emittere incepimus. Vt alijs fortaſsè poſterius tempore, ita non ſiniſterius opere. Quod néque arrogāter, néque inuidioſè dictū exiſtimari velimus. Nullo etenim alio affectu hoc opus nos adortos eſſe teſtamur: quàm vt rem familiarem (quod neque diſsimulandum, neque pudendum ducimus) honeſtis rationibus mediocriter augentes, Remp. quoque honeſtiſsimis laboribus adiuuemus. & patriam, ac ciuitatem noſtram* LVGDVN. *clariſsimæ artis honore illuſtremus, & ornemus.*

ERGO *ad tanti operis conſummationem, ab ipſis elementis inchoandum eſſe rati,* D. IVSTINIANI *Imperatorias Inſtitutiones, quaſi cumulatioris fructus futuri primitias, nunc proferimus, Vnà cum libro nunquā antehac excuſo, epitomen iuris complectente, & compendiariæ inſtitutionum formæ, ac materiæ non abſimili, vt indicat etiam operis ipſa inſcriptio hæc,* CORPVS LEGVM, PER MODVM INSTITVTIONVM. *Item* INSTITVTA, T. CAII *clariſsimi Iuriſconſulti, ad Inſtitutionum, totiúſque iuris ciuilis diſciplinam non parum conferentia. Iam olim quidem edita: ſed cùm penè iam obſoleta intercidere nt noua denuo editione clariori luci reddita. Et hæc ſanè omnia accurata doctorū virorū diligētia emendata,* καὶ γνησίως *ſuæ integrati reſtituta, quātùm fieri licuit, cōquiſitis vndique per pleraſque Galliæ, ac Italiæ bibliothecas vetuſtiſsimis exēplaribus, tandémque repertis, & inuicem collatis. adhibita etiam diuerſarum (quæ probatæ viderentur) lectionū adſcriptione, tam in litera, quàm in gloſſematis, præſertim in Pandectis, parte iuris longè præſtantiſsima. Iudicio tamen ſuo lectoribus relicto. Ad hæc vnumquenque totius corporis librum, & libri prototitlon decorari voluimus eleganti imagine picta, quæ rei ſcriptæ hypotheſin, quaſi viuam, ob oculos repræſentet. voluptatémque cum vtilitate adferat, & capiendam præbeat. Nam*

SEGNIVS IRRITANT ANIMOS DEMISSA PER AVREM,
QVAM QVAE SVNT OCVLIS SVBIECTA FIDELIBVS, ET QVAE
IPSE SIBI TRADIT SPECTATOR.

*Sed munus noſtrum reipſa probari, quàm verbis ornari ſatius eſſe ducimus. Ergo, Qui volet legat, & iudicet, atque ex hoc primo Inſtitutionum opere, totum iuris curſum eadem forma breui prodìturum, idqúe elegantioribus characteribus (*VT AB VNGVIBVS LEONEM*) æſtimet.*

Can. Law
Folio
KC
9
.A17
1549
v.5
pt.1

❡ AEgidii Perrini Arremarenſis, in Iuſtiniani vitā, ad clariſſimū virum Ioannē Raguyerum, abbatē Arremarenſem, Epiſtola nūcupatoria.

IVſtiniani principis res geſtas memoratu dignas, in diuerſis ſparſas authoribus, ſumma vigilia, curaq; nuper à nobis collectas, & in vnū veluti faſcem compreſſas, tibi offerimus, clariſſime vir, vt & ipſius Imperatoris, & eorū quibus cum illo, vel interceſsit amicitia, vel efferbuit bellum, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionem, variasque virtutes contemplari queas, atq; adeò, vt rerum omnium memorabilium per id temporis geſtarum, multiplici notitia mentē recrees: magna em̄ te hiſtoriæ oblectatione, vt cæteras tuas virtutes omittam, teneri in confeſſo eſt. In quas ego totus iampridem incubuiſſem, niſi earum prædicationi, vnicam tuam reluctari modeſtiam ſubinde viderem. Quæ huiuſmodi certè eſt, vt quum laudanda libenter facias, ea tamen feciſſe te non libenter audias. Ab his igitur, quoniā ita velle te haud dubiè ſcio, prudens faceſſo, ſimilisq; te oro, vt ſi quando labor hic noſter, quem tua ſuſcepi cauſa, inuidè multitudinis iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus impetatur, quod vitare nemo me hercle poterit, niſi qui nihil omnino ſcribet, eius tu in primis aſſertor mihi ſis, atque propugnator. Vale.

IVſtinianus maior, Iuſtini primi ex ſorore nepos, genere Thrax, ignotis parētibus, & obſcuris natus, maiores nullos habuit claros, ſed vel armentarios tantū vel ſuarios. In pueritia Iuſtini auūculi, ex boum cuſtode gregarij militis facti, ſatelles fuit pediſequus, hinc Iuſtino ex gregario, ad imperatoriū culmen fraude ſublato, per omnes dignitatū honores gradatim aſcēdens, ab eo eſt ad prętorij præfecturā euectus, conſulq; deſignatus. Nono autē imperij anno Iuſtinus eundē adoptauit primū, dein conſortē imperij fecit: & quarto poſt menſe deceſsit. Quo vita functo, Iuſtinianus imperauit ſolus. Non ergo naturalis Iuſtini filius fuit Iuſtinianus, vt voluit gloſ. in proœ. Inſti. & alius quidā nō indoctus, ſed adoptiuus ſolùm, & ita intelligi debet tex. in. §. eſt & aliud. de dona. & in. §. penul. quibus nō eſt permiſ. facere teſta. Inſti. ciuil. Inciderunt autē Iuſtiniani principatus primordia, in eum qui quintus & viceſimus fuit ſupra quingētesimū humanæ ſalutis annū. Quo autē auſpicio, ad imperatoriam peruenerit dignitatem, ſcribit Ammonius monachus lib. ij. vbi multa narrat, quæ à fide hiſtorica mihi videntur prorſus aliena, atque in primis Iuſtinianū ipſum poſt acceptum imperiū vulgare ſcortum ſibi matrimonio copulaſſe, & ob id in grande ſuorū procerum odium incidiſſe, ac plerosq; ex eis capitali ſentētia dānaſſe. Duas habuit vxores, alteram Antoniam, ſi Ammonio credimus, Antoniæ Beliſarij vxoris ſororem, quam priuatus in delitijs habuerat cōcubinam. Alteram verò Theodoram, cuius ab eo frequens fit in authenticis mentio, & huius meminerunt plerique omnes, præter Ammonium hiſtorici, qui de Iuſtiniani rebus ſcripſere: nihil tamen hic penitus liberorum ex duabus reliquit vxoribus, præter vnicam filiam Iuſtini iunioris matrem. Nec mirum: vſu enim ſæpè venit quēlibet propè illuſtrium virorum, aut ſine liberis interire, aut tales plerunq; filios habere, vt melius fuerit rebus humanis conſultum, ſi ſine poſteritate deceſsiſſent. Sed vt propoſitū repetamus, opus plurima certè, & maxima bella non ſuo, ſed legatorum ſuorū marte geſsit Iuſtinianus. Nam per mundū ſui exercitus, ducem Dalmatiam inuaſit, & Solonam vrbem munitiſsimam vi cedit, in qua victoria Mundus ipſe cū filio ſuo occiſus eſt. Mauros quoq; Aphricā infeſtantes, ductu Ioannis præfecti ſui oppreſsit. inde Beliſarium patricium hominem Græcum, militaris diſciplinæ peritiſsimū, in Perſas rebelles, cum exercitu miſit, quos ille breui deuicit, & iura imperij Ro. toto Orienti aſſeruit: cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, magna lętitia Iuſtinianus excepit, idemq; dux triumpho inſignis, & bello clarus in Aphricā mox profectus Vandalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorum regem vi cepit, catenisque aureis vinctum, quòd ferro ligatū eū ſe non ducturū promiſiſſet, Conſtantinopolim vna cum vxore, & regia familia in triumphū egit, Anno. 7 4. vt ſcribit Volater. vel vt Paulus Diaconus vult. 96. ex quo Genſericus in Aphricam primū ingreſſus eſt, cùm autem ad conſpectū Imperatoris veniſſet, iuſſusq; eſſet rex adorare Iuſtinianum, fertur eum pleno ore ſemper riſiſſe, atque interrogatū, dixiſſe ridere ſe fortunæ humanæ viciſsitudinē, vt qui modo rex fuiſſet, iam ſeruiret. Hic Beliſarij triumphus maior fuit quàm Perſicus & pretioſior. Supellex em̄ regis diſtincta auro, lapilisq; & margaritis, ac ſeptem vaſa auro plena, & nonnulla gemmis in triumphum acta ſunt, vt ſcribit Pomponius Letus in rebus Gothicis. Poſt hæc Aphricam repetens, Vandalos redintegratis viribus bellum renouantes, Iuſtiniano ſubdidit, ac penitus deleuit interfecto eorum rege Guntarith ſub pacis dolo. Nam dolus, an virtus, quis in hoſte requirat? victor inde Romam reuerſus, crucem auream librarum centum, pretioſis gemmis ornatam, in qua res ab eo geſtæ, celatæ fuerunt, diui Petri Baſilicæ obtulit. hic Vandalorum finis fuit, anno videlicet quinto ſupra centeſimum, ex quo Aphricam primùm occupauerūt, vt ipſemet Iuſtinianus ſcribit in l. j. in princ. C. de offic. præfec. præt Aphri. & in proœ. Inſti. §. j. cùm ait: poſt tanta temporum ſpatia. Quāuis procopius dicat Vandalorum finem fuiſſe, capto Gilimere. quod verum eſſe non poteſt, cùm poſtea vt diximus, vires ipſi redintegrarint. Ob quas tam inſignes victorias, memorabile illud templū quod ἁγίαν Σοφίαν Græci vocant: id eſt, ſanctam ſapientiā, Chriſto optimo maximo. Eſt em̄ Chriſtus patris ſapientia, Conſtantinopoli incomparabili magnitudine conſtruxit. Condidit & ſanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas dicatum. His Iuſtiniani ſucceſsibus perculſus Theodatus Gothorum rex, per legatos conatus eſt bellum, quod ei à Iuſtiniano imminebat deprę̨cari. Nam cùm Amalaſiunta mulier cordata, & Iuſtiniano confœderata, mortuo Atalarico eius filio Gothorum rege adhuc impubere, eum in regno ſocium aſciuiſſet, isque beneficij collati immemor, ipſam iuſsiſſet necari, audita Iuſtinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarſit iracundia. Sentiens ergo Theodatus ſibi infenſum eſſe principem, apud eum factorum impunitatem impetrare adnixus eſt, nec eam obtinuit: fuiſſetq; ei continuo bellum illatū, ſed vt ſine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam miſsi ſunt à Iuſtiniano, ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facilè obtinuerunt, vt Theudebertus, alij Theodebertum vocāt, eius neceſſarius ex Narbonē. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iuſtinianus conceptas contra Theodatum belli vires in Vitigē, Theodato interim è medio ſublato, conuertit, & Beliſarium ad liberandum Italiam contra Gothos mittit: qui Neapolim primum vi cepit, hinc Romam cum exercitu volente populo ingreſſus, varia belli fortuna cum Vitige ſæpè conflixit: ac tandem apud eam Rauennam cum vxore, liberis præcipuisque Gothorum proceribus, ac magna vi auri, atque argenti captum, ad Iuſtinianum Conſtantinopolim deduxit. Narrant hiſtoriarum ſcriptores, atque in primis Procopius, Theudebertum Francorum regem, fœderis cum Iuſtiniano prius icti, vel immemorem, vel potius violatorem, huius belli initio octodecim Burgundionum milia, in Vitigis auxilium miſiſſe: quem Vitigim cùm Beliſarius viciſſet, Francos quoque ipſos belli ſocios, & auxiliares viciſſe creditur. Adde quòd idem Theudebertus Francorū rex, vt ſcribit Procopius cum ſexaginta hominum milibus, vel vt Volateranus, Theodericus huius Theudeberti pater, cum armatorum milibus octoginta, in Italiam poſtea veniens, & Gothorum & Beliſarij copias improuiſo impetu diſsipauit, & mox cum pabuli penuria, in varios languores inciderent, vt eſt Gallorum fatum Italiam infeſto agmine petentium, cum paucis eſt in Galliam reuerſus, dimiſsis in Italia Bucellino, & Amingo ducibus, qui & ipſi aliquanto poſt tempore, à Narſete ſuperati, & occiſi, cum reliquo exercitu in Italia fuere, vt Scribunt Antoñ. Sabel. Procopius, & Paulus Diaconus. Ob quas victorias Iuſtinianus forſan ſe Francum vocat, quanquā Ioan. Fab. haud ſatis hiſtoriæ gnarus, in proœ. Inſti. ciuilium, non de noſtra, ſed Germaniæ Francia Iuſtinianum cognomēto Francum dici falsò putat. Nam ante tempora Clodouei ipſius Theudeberti aui, Francos ipſos Sicambricos, ſeu, vt Faber vult Germanicos, & in penitiorem commigraſſe Galliam, eamq; totam ferè occupaſſe, nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adſtipulatur Blondus Forliuienſis de inclinatione imperij Romani, Francos à Iuſtiniano victos eſſe aſſerens. Ad hæc Regino monachus, libro Annalium primo, author eſt Narſetem Iuſtiniani Patricium, cum Bucellino, & Amingo Theudeberti Francorum regis ducibus, qui Italiam deprædabantur pugnaſſe, eosque interfeciſſe. Reginoni ſubſcribit Ioan. Tritemius de origine Francorū: & ipſe etiā Ammonius, ac Matthęus Palmerius Florentinus in Chronico, eoſdem Francorum duces prope Tarentum fuiſſe à Narſete oppreſſos affirmans: vel, vt Rapha. Volater. ſcribit, Apud Cannetum Campaniæ opidum. Scribit Procopius in libro. ij. de bello Gothico Beliſarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum ſcripſiſſe: Satius eſt ſecurè ſua, vt quiſque poſsideat, quàm dum aliena nimium appetit, de ſuis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gothi, qui per Italiam remanſerant abſente Beliſario, regem ſibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui confeſtim Florentiam obſedit, ſed à Iuſtiniani ducibus, quos Beliſarius in Italia dimiſerat, repulſus eſt: qui cum paruo interiecto tempore Neapolim cepiſſet, Beliſarius ad curam Belli Italici rurſus à Iuſtiniano delectus, in Italiam reuerſus eſt. Interim Totilas rex, Italiæ ciuitates miris cladibus direptionibusque afflixit, Romamque infenſo agmine ingreſſus diripuit, incenditque: & partem murorum euertit, ciuesque variè iactauit, & vrbem penitus deſolatam, ac ſine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romam quadraginta diebus in ſolitu-

Iuſtinianus Iuſtini ex ſorore nepos.
Iuſtinianus ſuarij filius.
Iuſtinianus à Iuſtino imperatore adoptatus.
Declaratus Iuſti. locus.
Iuſtinianus qn̄ regnare cœpit.
Ammonius monachus à fide hiſtorica alienus.
Iuſti. meretricē duxit vxorem.
Iuſti. vxores duæ.
Antonia Iuſti. vxor.
Theodora Iuſti. vxor.
Iuſti. vnicā habuit filiā.
Magni plerūq; viri filios habuere inutiles.
Mūdus dux Solonā capit.
Ioānes pfectus Mauros opprimit.
Beliſarius. Patricius Perſas vincit.
Beliſarius triūphat aureo curru.
Vādali fundūtur à Beliſario.
Gilimer rex catenis aureis vincit.
Gilimer iuſti. adorare iuſſus pleno ore ſemper ridet.
Fortunę humanæ vices.
Beliſarij triūphus.
Guntarith vīcitur. cv. annos.
Vandali Aphricam occuparunt.

Procopius Sophiæ tēplū à Iuſtiniano cōditum.
Sāctus Pau.
Theodatus Gotho. rex
Amalaſiūta necatur.
Cauſa odij Iuſtinia. in Theodatū.
Clodomirus hic, rex erat Aureliorū filius Clodouei regis primi Frācorum Chriſtiani.
Thudebertus rex Metēſiū & Galliæ Narbonē. Clodouici ex fratre nepos.
Vitigis Gothorū rex.
Vitigis à Beliſario captus ī triūphū agitur.
Theudebertus fedifragus.
Theodericus Clodouei filius.
Franci Gothos ſimul Græcosq; fundunt.
Bucellinus.
Amingus.
Frāci à narſete ſupati.
Frācus Iuſtinianusq̄ re dictus.
Ioannes Faber neſciuit hiſtorias.
Franci Galliā occuparunt ante tēpora Clodouei.
Blōdus hiſtoricus.
Regio monachus.
Narſes.
Ioan. Tritemius.
Mattheus Palmerius.
Frāci apud Cannetū victi à Narſete.
Beliſarij ad Theudebertū epiſtola.
Totilas Gothorū rex.
Totilas Italiæ ciuitates cladibus afficit.
Roma incēdiū à Totila
Roma ſine vllo habitatore relicta.

Totilas flagellũ dei cognomĩatus Florẽtia ſolo æquata.

dine fuiſſe, & tredecim emicuiſſe flammam pari crudelitate Florentiam, in Hetruria ſolo æquauit, quibus cladibus, Dei flagellum cognominatus eſt, vt ſcribit Raphael Volateranus in geſtis Gothorum. Verùm Platina in Leone primo, non hunc, ſed Attilam flagellum Dei vocitatum eſſe vult Blondus Forliuienſis de inclinatione Roma. Imperij author eſt. capta à Totila vrbe, Ruſticianam nobilem mulierem, Romæ inter mendicantes inuentam, in iudicium à Gothis fuiſſe arreptam, ꝙ Theodorici regis ſtatuas frangi feciſſet, in patris ſui Symmachi & Boetij coniugis vltionem, qui Theodorici iuſſu fuerant interfecti. de facto nihil ambigebatur. Cæterùm mulieris pietas, & amor in defunctos plus valuit apud Totilã, quã regia maieſtas, abſoluta à rege eſt, ac ne qua vis illi fieret diligenter cautum. Scribunt Proco. & Petr. Crinitus, Beliſarium ad Totilam, cùm is de euertenda vrbe Roma. cogitaret, vt eum à tam infando conſilio deflecteret, literas his verbis miſiſſe. Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romamque deleueris: rem haud ſanè alienam, ſed tuam perditum ibis: ſin victus eris: ſeruata vrbe gratias immortales, deleta verò humanitatem nullam à victore expectare debes: Vale. quam quidem epiſtolam refert Procop. Totilam ſępè perlegiſſe, æquoq; animo eius admonitionem accepiſſe, & ab incœpto diruẽdæ vrbis operę deſtitiſſe. Verùm cùm media iam plus parte deflagraret, tota ferè incendio conſumpta eſt. Vnde & Francorum rex Totilæ eius filiam obnoxius vxorem petenti, nuptui dare noluit: ꝙ diceret eum non eſſe Italiæ regem, qui Romam rerum dominam, & Italiæ caput incendiſſet.

Ruſticiana Boetij vxor Romę ĩter mẽdicantes inuenta.

Theodoricus Gothorum rex.

Symmacus Theodorici iuſſu occiſus.

Boetius philoſophus & ſenator Ro.

Beliſarij ad Totilã epiſtola.

Roma rerũ domina.

Romã Beliſarius mira celeritate inſtaurat.

Beliſarius autem Romam deſolatam, protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. ſeptem enim & viginti dierum ſpatio, foſſa, vallo, propugnaculis, omnifariamq; munitionibus, aduerſus omnem vim extrariã, hoſtilemq; impetũ ipſam vrbem inſtruxit: Totilamq; iterùm reuertentem magna vi repulit. quem ſi fugientem Beliſarius fuiſſet perſecutus, Gothicæ victoriæ laudem Narſeti ademiſſet. poſt cuius digreſſum, claues vrbis Conſtantinopolim ad Iuſtinianum miſit, vt ſciret vrbem iterùm à ſe in libertatem eſſe aſſertam. Deniq; cum imparem viribus ſe eſſe cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perſeueraret, per Antoninã vxorem, quam ipſe præmiſerat, à Iuſtiniano miſsionem impetrauit, vt ſcribit Procopius. Alij à Iuſtiniano reuocatum ferunt ob falſam affectati imperij ſuſpicionem: quod ſcilicet Vitige capto, Gothi ei omnes, regnum Italiæ obtuliſſent: quod tamen, vt ſcribit Procopius, omnino recuſauit. vtcunq; res habeat, cõſtat hercle eum poſt multas victorias, & peractos triumphos, exitum tandem habuiſſe, magnis plerũq; viris, & optimè de repub. meritis cõmunem. Nam Iuſtiniani iuſſu ſiue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipſum principem erat authoritas, odio, quin potius inuidia, ſeu veteris (vt dixi) belli ſuſpicione, excecatus eſt, eidemq; oculi crudeliter exempti: qui tam graui, tamq; iniqua oppreſſus fortuna, tuguriolũ ſibi, propter viam conſtitui fecit, in quo reliquum vitæ tranſigeret, victum queritans, & hoc ſubinde prætereuntibus dictitans: Date ſtipem Beliſario, quem rerum proſperè geſtarum magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excecauit. Hæc Procop. & Petr. Crinitus. Ammonius verò monachus ſcribit reuocatum quidem à Iuſtiniano per inuidiam fuiſſe Beliſarium, ac patriciatus dignitate priuatum, qui cùm priuatam agens vitam, duodecim milia hominũ ſemper ſecum haberet, Iuſtinianum imperio à Floriano deiectum reſtituit: atque ob id in Iuſtiniani gratiam eum rediſſe, Italiamq; denuò, cum exercitu aduerſus Francos petiſſe, & ad poſtremum cum paucis contra multos Francos fortiter magis quàm prudenter præliantem occubuiſſe. Et qui multarum ſub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à Francorum legato victum, vita ſimul & nominis ſui gloria ſpoliatum eſſe. Qua in re tantum abeſt, vt Ammonio accedam, vt nihil minus credam. Veri enim mihi ſimile nõ eſt, Beliſarium à Iuſtiniano reuocatum, belli miſsionem turpiter, ac ignominioſè paſſum, omnibusque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere, vel cõſueuiſſe, vel potuiſſe: vtpotè cui hę facultates vix eſſe poterant, vt tantũ hominum toleraret, nec ſi tantæ fuiſſent permiſiſſæ Iuſtinianũ credam. Fuit autem Beliſarius vir alioquin militaris diſciplinæ peritiſsimus, tanta ad hæc comitate, quanta dux vllius ætatis, quod ſciam, nullus: vt iuxta diuiti inopiq; comis, faciliſq; ſemper occurreret. Exegit hic à militibus ſeuerè abſtinentiam, vt ne ex humili quidem plebe pateretur violari quẽquã, nec militaribus vijs ex arboribus fruges, pomáve temerè decerpi. Hæc diſciplinæ militaris ſeueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab inſolenti milite, quales hodie noſtrates omneis ferè videas, conſequi poſsis? Porrò ſubuerſa militiæ diſciplina, cũ id militi licuit quod libuit, nihil expectari poteſt aliud in caſtris quã ſeditio, quã pauor, fuga, ſeruitus, & iniectum ceruicibus iugum. Iam & in eo non paruũ bellicæ virtutis exemplũ extitit Beliſarius: ꝙ octo circiter Græcorũ milia, eius ductu ducenta ferè Gothorũ milia ex Italiæ poſſeſsione propemodũ deiecerunt. Et cum bello talis eſſet Beliſarius, religio pietasq; præcipuè illi curæ fuit. intulit enim ex Vandalorũ, vt diximus, manubijs crucem aureã centum pondo, gẽmis diſtinctam: beati Petri templo. Ceroſtrata item duo magni prætij. Aedificauit ęre ſuo xenodochia duo. Fanũ quoq; vnũ prædijsq; ditauit, de cuius laudibus ita ſcribit Suidas: Beliſarius dux corporis, tũ pulchritudine, tũ proceritate ac faciei formoſitate, facilè omnes ſuperabat: facilem & acceſsibilem vnicuiq; ſe prebẽs allocuturo, adeò vt pauperi & inglorio cuiq; ſimilis eſſet. amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidem omnium maximè ſui temporis dona largiebatur, in agricolas tanta parſimonia, ac prouidentia vtebatur, vt bellante Beliſario nullũ vnquã violari contigerit. Vendebantur enim ab ipſis omnia venialia, iuxta ſententiam, ſegetibus verò florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteriens iumentum eas depaſceretur. Fructus autem in arboribus maturos exiſtentes, nulli omnino tangere licebat. fuit inſuper prudens & valde fortis? Et in Beliſario hæ quidem fuere virtutes. Cæteri Iuſtiniani, præter Narſetem, duces, qui poſt illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi conſilio, comitate, abſtinentia: quo contigit vt breui cum ipſo duce belli quoq; fortuna ſit mutata. Alij dicunt non dignitate priuatum Beliſarium, ſed fama belli Parthici, quod imminere videbat Iuſtinianus ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum. idq; Pomponius Letus, & Anton. Sabel. literarum monumentis tradidere. Eo autẽ in Græciam abſcedente Germanus patricius Iuſtiniani Auguſti frater patruelis, vir impiger, & militari diſciplina clarus, contra Totilam, qui abſente Beliſario Romam receperat, & eam inſtaurare ciuesque reuocare ſtudebat miſſus, in Illyria morbo occubuit, in cuius locum Narſes eunuchus à Iuſtiniano ſuffectus, Totilam primùm, deinde Theiam reges ſuperauit, & occidit. Valebat hic Narſes plurimum gratia apud Auguſtum: adminiſtrabatque eius aulam arbitrio ſuo: Vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem conſilio, ſed religione, ac pietate maior, qui multo plura ſit votis conſecutus, quã vi & armis.

Beliſari⁹ miſſionem impetrat.

Gothi Beliſariũ regẽ facere voluerunt.

Solent magni viri miſerabilẽ plerũq; exitũ habere.

Beliſarius excecatus.

Beliſarius ſtipem à ptereũtibus petit.

Beliſarium virtus extulit, inuidẽtia excecauit.

Beliſarius Iuſtinianũ ĩ regnum reſtituit.

Beliſarium à Francis occiſum ſcribit Ammo. monachus.

Beliſarij laus.

Militum diſciplina ſub Beliſario maxima.

Miles inſolens nihil victoriarum parit.

Beliſarij religio & pietas.

Germanus patricius Iuſtini. frater patruelis.

Narſes eunuchus.

Totilas à Narſete vincitur.

Theias occiditur.

Narſetis laus.

Narſes plura votis quã armis eſt cõſecutus.

¶ Iuſtinianus haud multo poſtquàm Italia à Gothis, à Vandalis verò Aphrica armis vindicata eſt, atq; adeò poſtq; omnis Libia Romano imperio reddita: multaque præterea ab eo interim bella fœliciter geſta, vt eius gloria domui iuxtaforiſq; conſpicua eſſet, ad ciuilem reipub. ſtatum in primis reparandum animum appulit, & immenſem legum congeriem, ad cõmunem ſtudioſorum vſum, in breuem coarctauit formã, cùm incondita prius, & ſparſa ciuilis illa iuris corpulentia obrueret, magis adoleſcentũ ſtudia, quàm inſtrueret. Nam ad duo ferè milia librorum volumina, in quinquaginta libros digeſsit, horum congeſtum Digeſta appellant, ſunt qui Pandectas vocent, ꝙ iuris ſcientiæ omnimodam contineant doctrinam. Edidit & Epitomẽ legum, partitus materiam, alioquin vberrimam in quatuor libros, Inſtitutiones paſsim vocant. Nouas quoq; leges, quas ipſe ſtatuerat, in vnum Codicem redegit, Nouellamque nuncupari voluit: hodie Voluminis nomen ſibi vendicat. Omnes dein principum cõſtitutiones, quæ in multis ſparſim voluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros: Iuſtiniani Codicẽ vulgò nuncupant. Ex prædictis igitur palam eſt Iuſtinianum Imperatorem, primum quidem omnium poſt adeptum ab eo imperium, bella in Gothos Vandaloſque geſsiſſe: atque his proſperè confectis, immenſa veteris prudẽtię volumina in Epitomen redegiſſe: id quod ipſe etiam teſtatur in proœ. Inſtitu. §. quorum vtràque. ibi, poſt tanta temporũ ſpatia. & in. l. ij. in princ. ibi, poſt bella eñ Parthica, &c. C. de vete. iure enuclean. & in. l. j. §. merito igitur. C. de Iuſtini. co. cõfir. Nec ob. C. de emenda. codi. do. Iuſti. in prin. §. igitur. vbi Accurſius aſſerit Iuſtinianum leges prius emendaſſe, quã arma tractaſſe. Nam licet in ipſo imperij ſui initio leges antea ſparſas, in vnũ corpus colligere propoſuerit, cœperitque, bellis tamen varijs ab inſtituto auocatus, nihil ille perfectum, aut abſolutum reliquit, præter veterem illum Codicem, quem finitis poſtea bellis, ſubſtituto illi nouo Codice penitus abrogauit. Et nunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem ſeruauit. Nam antequã bella gereret Iuſtinianus, Codicem illum, qui à nobis nunc deſyderatur, ex tribus veteribus, Grægoriano, ſcilicet Theodoſiano, & Hermogeniano codicib⁹ edidit. dein bellis ab eo geſtis ex multis legum milibus quinquaginta Digeſtorum libros contraxit. Tertiò Inſtitutiones ciuiles: Inde eum qui hodie circunferatur Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas, ſeu paruum, quod vocant Volumẽ in lucem emiſit, vt rectè ſcripſit Accurſius in proœ. inſti. §. j. Hæc de iuris ſtructura à Iuſtiniano compacta Pomponius Letus, cæteriq; penè omnes hiſtoriarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anton. Sabel. & Platina in Bonifacio. ij. Iuſtinianum ipſum non modo iura condidiſſe, ſed de Chriſti quoq; incarnatione piè ſimul & eleganter ſcripſiſſe. Cæterùm tantũ abeſſe putat Suidas Græcus iura à Iuſtiniano fuiſſe condita, vt eum ne elementarium quidem fuiſſe, ſed prorſus analphabetum ſcripſerit. Quod ſi ita habet res, fieri me hercle nõ poteſt, vt homo ignariſsimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iuriſconſultorum ſcripta intellexerit, totq; leges callere, & in ordinem redigere potuerit. Conſequens igitur eſſe dicemus, non Iuſtinianum, vtpotè literarum, omnino expertem,

Iuſtinianus legeſ ĩ epitomẽ redigit.

Duo milia librorũ leges olim cõtinebant.

Digeſta.

Pandectę.

Inſtitutiones.

Nouella.

Volumen.

Codex Iuſtiniani.

Iuſtinianus prius bella geſsit: dein iura digeſſit.

Accurſij lapſus.

Codices duos fecit Iuſtinianus.

Ordo librorum iuris.

Codex vetus.

Digeſta.

Inſtitutiões

Codex nouus.

Nouellę.

Iuſtinianus ſcripſit de incarnatiõe Suidas.

Iuſtinianus

iter porcos genitus & educatus.
Tribonianus iuris architectus.
Iuſtinianus nec bellum geſſit vllū, nec legē nouit.

iuriſq; ciuilis prorſus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum & educatum) ſed Tribonianum eius quæſtorem, virum doctiſsimum, Pandectarum fuiſſe, totiuſq; iuris architectum: qđ & ipſe in prooemijs Inſti. Digeſtorūq; planè teſtatus eſt. Multum itaque debet, cùm in rebus bellicis Iuſtinianus Beliſario, Narſeti, Ioanni, ac Mundo inclitis belli ducibus: tùm verò in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiuſdem farinæ viris, qui ipſius Iuſtiniani gloriam domi militieq; famigeratam reddiderunt. Nam cùm nulli vnquam interfuerit bello, nec legem nouerit vllam, multas tamen de hoſtibus victorias eum retuliſſe, iuraq; condidiſſe, & ea omnia in ipſis cordis penetralibus clauſa habuiſſe, conſtans fama prædicat. Qua ex re maiorem retuliſſet gloriam Iuſtinianus, quā ſi imperij fines longius protraxiſſet: nihilq; ei ad ſummam defuiſſet laudem, ſi fons publici priuatiq; iuris iniquo & peſtilenti authore caruiſſet, id eſt, ſi non Triboniani viri, me hercle, improbi, impijq; opera in condendis legibus vſus fuiſſet Iuſtinianus. Quod ſanè effecit, vt ei[9] inconſtantia non parum ſugillaretur. Nam vt ait Suidas, Tribonianus Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Chriſtiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iuſtiniano regi perſuaſit eum non eſſe mortem oppetiturum, ſed in cœlum vna cum carne aſſumendum. Fuit autem quæſtor Iuſtiniani, qui naturæ potentia, & dotibus pollens, ad tantum eruditionis faſtigium peruenit, vt nemini ſui temporis facundia, & eruditione cederet. Cæterùm ſtudio auaritiæ vſqueadeò deditus, vt ius faſq; venale haberet, ſingulis diebus (vt plurimum) leges irritans, ac ratas faciens: prout vſus eorum (à quibus pecunias acceperat) requirebat: cum annos multos in honore vixiſſet, morbo tandem deceſsit, ſtudio pecuniæ ſemper quoad vixit fœliciter incumbēs, nec ob id vlla prorſus iniuria ab aliquo affectus. Quod ſcilicet ſermone blando, comiq; erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facilè obſcuraret. Procop. tamen libro belli Parthici primò refert fuiſſe Tribonianum vna cum Ioanne, vt populi ſeditiones ad tempus ſedaret à Iuſtiniano quandoque deiectum: vt non abſimilem illi fuiſſe arbitrer, quem Vergilius lib. vj. notat, qui leges fixit pretio, atque refixit. Qui Procopius cùm Proclum laudare vellet. Erat, inquit, Proclus Imperatoris aſſeſſor, magiſtratum quæſtoris gerens, vir in primis iuſtus, & procul ab omni auaritia: ideo neq; aliquam legem in alicuius gratiam conſcripſit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota eſſe debeat, tametſi eum Iuſtinianus vbiq; laudet, verùm facilè eſt indocto imponere regi. Adde ꝙ Tribonianus, & qui cum eo operam conſarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immenſam illam legum multitudinem, inclementium medicorum more ad viuum reſecantes, acciſas nobis Pandectas verius quā compendioſas, vt Gulielmus Budeus vir doctiſsimus rectiſsimè ſcribit, dederunt. nimia enim religione verētes, ne defecè, vt dicitur. xij. tabul. hauſiſſe aliquid viderentur, id eſt de priſca nimis, & obſoleta antiquitate, dum de liquido tantùm, & nitido promere volunt, aridiora proculdubio volumina, nec ſitim quorūdam ſatis explentia relinquerunt, prorſus vt in Pandectis ſtruendis dormitaſſe verius credantur, quam rectè aliquid & compendioſè digeſsiſſe.

Tribonianus vir improbus, & à Chriſto alienus.
Triboniani mores & genium.
Tribonianus ſtudio pecuniæ fœliciter ſemp incubuit.
Tribonianus leges fixit ꝓtio atq; refixit.
Proclus vir probus.
Tribonianus acciſas magis q̄ cōpēdioſas fecit pādectas

¶ Iuſtinianus anno ex quo imperare cœpit quadrageſimo, vel vt alijs placet, vndequadrageſimo, quum annum agens quadrageſimum imperij habenas ſuſcepiſſet, amens & ſtultus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens Iuſtinum, ex filia nepotem, conſortem imperij fecit, caputq; eius diademate ornauit, fortunæq; fauentis ſignū in eius cubiculum miſit, nec multò poſt ingraueſcente morbo, non ſanus mēte deceſsit. Qui ex quo Auguſtalē adeptus eſt ſedem, veterem Romani imperij gloriam inclinatam iam prope, & lapſam in priſtinam vindicauit maieſtatem, eamq; mirū in modum auxit, & firmiorē quā antea reddidit, maximus certè & auguſtiſsimus princeps niſi auaritiæ & delirij Eutichiani reus fuiſſet. Nam licet in ipſo principatus ſui limine orthodoxus in primis fuerit, atq; Chriſtianiſſimus authoribus Suida. Greco, ac Io. ij. ponti. maxi. in epiſtola, inter claras. in fi. de ſum. tri. & fi. catho. & eius nomen Io. Fab. in ſanctorum cathalogo apud hiſtoricos ſcriptum ſe legiſſe dicat: vulgoq; id multis iam ſeculis in Aureliorum, alijſq; iuris ciuilis ſcholis receptū ſit, earum videlicet bidellis Iuſtinianum inter diuos relatum palam proclamantibus, graui tamen poſtea hæreſis Eutichianæ infamia reſperſus eſt. Quū prius Calcedonenſe conciliū, quo ipſius Eutichetis opinio damnata eſt, probare ſe aſſeruiſſet, literis ac de re vna cum muneribus ad Ioan. eum, quem nuper dixi ſecundùm publicè miſsis. Quod & ipſemet teſtatur in. l. iiij. ad fi. C. de ſum. tri. & fi. ca. & in auth. de eccleſia. tit. coll. ix. A quo Agapetus primus pontifex maximus ad eum à Theodato Gotho ad excuſandum Amalaſiuntę mortem orator miſſus, de Eutichiana hæreſi diu tentatus, cōſtantiſsimè renuendo dixiſſe fertur: Ego ad Chriſtianiſsimū principem venire optaui, ſed Diocletianum inueni. qua ſermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad ſanitatem redierit, Anthemiūq; eius authorem mali, Conſtātinopolitanum præſulem, in exilium miſerit, & Mennam catholicum in eius locum ſuffecerit: in quam tamē

Iuſtinianus vixit annis lxxx.
Iuſtinianus imperauit annis. xl.
Iuſtinianus amens interijt.
Iuſtinianus auarus.
Iuſtinianus hæreticus.
Iuſti. Io. Fa. ſcribit inter dicos relatum.
Agapetus. j. pōtif. maxi.
Agapeti libere dictū.
Anthemius hæreticus.
Menna Cōſtātinopol. præſul.
Iuſtinianus in hæreſim

hæreſim haud ita multò poſt relapſum eſſe cū in confeſſo eſt, inſtigante præſertim Theodora auguſta, & Triboniano eius quæſtore, viro à Chriſtiana religione prorſus alieno. Hæc ſiquidem Theodora cum Siluerio pontifici, mortuo Agapeto, iuſsiſſet, vt pulſo Menna Conſtātinopolitano antiſtite Anthemium ab exilio reuocaret, idq; negaſſet Siluerius ſe facturum ꝙ pontificia dignitate incolumi præſtari nō poſſet, excāduit fœmina inſolens, & quæ ſibi nihil nō licere arbitrabatur, ſcripſitq; ad Beliſarium, vt Siluerio pulſo Vigilium diaconum, cuius impulſu Anthemium reſtitui Theodora petebat, in eius locum ſubſtituat. Beliſarius rei bellicæ intentus Antoninę coniugi negotium dat, quæ ſubornatis à Vigilio teſtibus, qui Siluerium dicerent conſilia agitaſſe de vrbe Romana Gothis prodenda, hominem cogit ſe dignitate abdicare, pallioq; depoſito monaſtica ſe cuculla induere, ſicq; in Pontiam relegatus inſulam, breui poſt tempore deceſsit. ac tādem in martyrum ordinem relatus eſt: cuius feſtum celebratur. x calen. Iulias. Qui Siluerij legendam, quā vocant ſcripſere, dicunt eum ab emulis accuſatum, ꝙ per literas & nuncios Vitigi pollicitus eſſet, Aſinariam ſe Gothis portam noctu patefacturum, Lateranenſi domui quam tùm pontifex incolebat, proximam, eamque ob rem à Beliſario appellatum, ibique accidiſſe, vt cùm Siluerius ad ducem veniret, aſsideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accerſita languebat, adhuc è via, & vt eſt mulierum in poteſtatibus intemperies, inſolenſq;, & importuna loquacitas, vbi hæc Siluerium ad ſe venientem vidit, procul ſtolida voce correptum inclamat. Quo meo bone vir, quove Beliſarij mei meritò, tua Gothis prodimur opera? Sic illa, ac ne poteſtate quidem Siluerio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit: ac ſe poni iubet. Et hæc quidem geſta ſunt Iuſtiniano palam non iubente, ne inconſtantiæ argueretur, cùm & ipſe Anthemium in exilium miſiſſet, ſed conniuenter omnia ferente. Siluerio ad hunc modum Vigilij fraude, & calumnia relegato, Vigilius ipſe ex Theodoræ Auguſtæ, & Antoninæ Beliſarij coniugis ſententia, pontificiam ſedem arripuit: qui cùm in creatione ſua Theodoræ Imperatrici promiſiſſet, reuocaturū ſe Anthemium, Paulò ante, vt dictum eſt, ob hæreſim Eutichianam à Conſtātinopoleos pontificatu pulſum, cœpit imperioſa mulier inſtare, vt Anthemium reſtitueret, quod ſe facturum Vigilius cùm pertinaciter negaret, malis promiſsis ſtandum non eſſe aſſerens, indignata Theodora Vigilium vi ad ſe adductum, & fœminæ mandata facere nolentem, ita cedi iuſsit, vt parū ab internitione abfuerit, eumq; in Euphemiæ templum furtim elapſum, & inde à tortoribus violēter extractum: iniectoq; in eius collum laqueo per totā vrbem, ad veſperam vſque diſtractum, tandem in carceres mitti præcepit, vbi aliquādiu panis dūtaxat fuit illi cibus & aqua potus. Clerici autē qui eum ſecuti fuerant, partim in exiliū acti, partim verò in metalla damnati ſunt. Tam fœdam ignominiā, & verbera, & laqueos, & carceres paſſus eſt Vigilius, in domo principali, Iuſtiniano ipſo, qui paulò ante veniente eū Conſtantinopolim ſumma cum veneratione. exceperat ac præcedente clero, & populo ad Auguſtiſsimum Sophiæ templum perduci iuſſerat, non ſolùm vt par eſt credere audiente: ſed vidente etiam & patienter ferēte. Adde ꝙ cùm alterum iam annum penè exactū in vinculis fuiſſet Vigilius, tentauit Iuſtinianus per Pelagium, qui Roma ad eum venerat rogandum, vt Totilā ab euertenda vrbe Romana auerteret, flectere eius animum, vt Anthemiū reſtitueret. ad poſtremum, quia ſententiam mutare noluit, flagro adhibitus eſt permiſſu principis, ac per vrbem iterùm laqueo diſtractus, & demum in carceres reiectus. inde plures annos in vinculis fuit Vigilius, nec prius ſolutus, quàm Narſes extremam manum rebus Gothicis impoſuit. Hæc ideo ſcripſi, vt intelligat cupida legum iuuentus, nō tam pium fuiſſe Iuſtinianum, quā Io. Fa. ſcripta prædicant. Verùm fertur ipſe Iuſtinianus inclinante iam, & ingraueſcente eius ætate parum fuiſſe, vt diximus, mentis compos, quam nacta occaſionem Theodora Auguſta, vt eſt mulierum animus gloriæ & principatus appetēs, magnam adminiſtrationis partem ad ſe trahebat.

relapſus.
Theodora auguſta male ſentiēs de fide.
Siluerius pōti. maxi.
Beliſarius.
Antonina Beliſarij vxor Silueriū pōtificatu priuat.
Siluerius inter martyres relatus.
Aſinaria porta.
Mulierū intemperies.
Vigilius in Siluerij locum ſuffectus.
Vigilius malis ꝓmiſsis ſtare recuſat.
Vigilius ceditur.
Vigilius ignominioſè à tortore ꝑ vrbē Cōſtan. trahit.
Pelagius.
Vigil. iterū per vrbem Cōſtan. diſtractus.
Vigil. Narſetis interuētu vinculis ſolutus.
Iuſti. inter diuos non fuit relatus.
Iuſti. extremis die. mētis ĩpos 'uit.
Mulier principatus appetens.

¶ Inciderunt in Iuſtiniani huius principatum adminiſtrationes pontificum Romanorum ſeptem, quorum primus Fœlix quartus, qui vt moriētes vngerentur inſtituit. Bonifacius ſecundus, qui ſanxit ne epiſcopus ſibi ſacerdotij ſucceſſorem legeret, & profanam à clero plebem, cùm res fieret diuina, diſcreuit. Tertio loco Ioan. ſecundus qui Anthemium hæreticum Conſtantinopoleos archiepiſcopum damnauit, cuius Iuſtinianus damnationem per literas publicè laudauit. l. iiij. §. ſuſcipimus. verſi. & ſanctorū patrū. C. de ſum. trini. & fi. ca. & grādia ad eum miſit dona, aureum ſcyphum, gemmis ornatum, & alia multi pretij munera, quę Vaticano tēplo illata ſunt: verùm eo mortuo, Iuſtinianus mutata mox voluntate in Eutichianā hæreſim lapſus, eam conſtantiſsimè eatenus amplexus eſt, donec ipſum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integram ſeruauit. Hic eſt ille Ioannes qui ſcripſit epiſtolam, inter claras. C. de ſum. tri. & fide catho. Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gothorum rege, ad Iuſtinianum imperatorem. qui Amalaſiuntæ re-

Iuſti. imperante ſedere pōti. ro. vij.
Fœlix. iiij. pōti. maxi.
Bonifac. ij. pōti. maxi.
l. iiij. & epiſtola inter claras. C. de ſum. tri. ſcriptæ ſunt anteq̄ Iuſti. in hæreſim laberetur.
Agapetus. j. pōti. maxi.

Siluerius. j. pôti. maxi.
Vigilius. j. pont. maxi.
Vigilij mors.
Synodus quinta.
Maria. θεοτόκος Theotoci mater Anna dicta.
Correctus locus ĩ vita diuæ Annę.
Gratianusq́ buſdã videtur lapſus.
Iulij ponti. Ro. duo tm̃ fuere.
Iulius. ij. pôti. maxi.
Iulius prior pôti. maxi. ſedit tẽpore Conſtantini magni.
Vigilius Iuſtiniani contẽporaneus.
Gratianus â calũnia defenſus.

ginæ vltioni imminebat,miſſum fuiſſe nuper diximus,eũq; ab hæreſi Eutichiana ad orthodoxam reuocauit fidẽ:quo vita functo,iterùm deſipuit Iuſtinianus. Ad hæc Siluerius primus, vir ſanctus,qui calumniam paſſus eſt apud Beliſarium accuſante Vigilio diacono,vt paulo ante à nobis ſcriptum eſt. Dein & Vigilius ipſe eius nominis primus,quem nuper memini varijs contumelijs verberibusq́ue iuſſu Theodoræ fuiſſe affectum,quòd Anthemiũ hæreticũ ab exilio reuocare nollet:in quibus & extinctũ eum veterem calumniæ culpam optimo fine compenſaſſe ſcribit Raphael Volatera. Alij non extinctũ ſcribunt,ſed longo carcere fuiſſe detentũ,ac tandem Narſetis præcibus liberatum. Romáque reuertentem calculi morbo Siracuſis perijſſe.ab hoc Vigilio ſynodus quinta Conſtantinopoli,Iuſtiniano adhuc in humanis agente celebrata eſt.vbi contra Theodorum coriariũ ſtatutum fuit, vt virgo Maria θεοτόκος id eſt Deipara,ſeu Dei mater appellaretur,Anno à Chriſti natali 540. vnde & diuã Annã Theotoci.i.Dei genitricis matrem eſſe rectè dicimus,licet in eccleſiaſticis illis libris,quæ breuiaria vulgo appellant Theodoci matrẽ eam eſſe corruptè ſcriptum ſit. Quod ſi vera ſunt hæc,quę de quinta ſynodo authore eodẽ Vigilio ſub Iuſtiniani principatu congregata ſcripſimus,ſicuti certè veriſſima eſſe nemo neſcit literatus,à fide,haud dubiè abhorrẽt,ac velut ex diametro diſtant,quæ de eadem re,in literas miſit Gratianus in Decretis canonicis:is nãque nõ Vigilij pontificatu,ſed Iulij quintã ipſam ſynodũ vniuerſalem fuiſſe coactam author eſſe fertur,in.c.ſexta.& c.ſeq.§.quinta.xvj.diſt. Quod nulla ratione fieri potuiſſe tam mehercle palam eſt,quàm cœli ſydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi,Iulij nomen fuere adepti,quorũ vterq; multis à Iuſtiniano diſtat ſeculis. De Iulio enim ſecũdo nihil ambigitur,quippe quẽ vidimus ipſi,nongentis amplius poſt Iuſtinianũ annis. Priorẽ autem Iulium Conſtantini magni principatus habuit,qui longo temporis interuallo eum, quem nuper dixi, Iuſtinianum anteceſſit,inter quem & Iuſtiniani imperij primordia,viginti interceſſere Romani pontifices. Ex quo conſtat quintum concilium non Iulio præſide, vt ſentire videtur Gratianus, ſed Vigilio Iuſtiniani contemporaneo fuiſſe indictum. Cæterùm malim ego dicere textum in dicto.§.quinta.eſſe corruptum,& expuncta inibi dictione,Iulij, in eius locũ,Vigilij,verbum eſſe ſubſtituendum,quã fateri tantũ virum,tam fedè,in re maximè aperta, fuiſſe lapſum. Simili errore laborauit Paulus diaconus,in Iuſtiniano minore quintam ſynodum tempore Iulij factam fuiſſe falsò aſſerens. Vigilio ita vt proximo eſt loco à nobis proditum vita functo, Pelagius primus extremis Iuſtiniani temporibus ſacram Romæ tenuit ſedem,qui vt clerici ſeptem horas canonicas, penſum ſeruitutis eccleſiaſticæ, quotidie obirent,conſtituit. Et vt hæretici ſecularium manu coërcerentur,ſi ad ſanitatem trahi aliter non poſſent. Conijciũtur in principis huius tempora viri ingenio, & eruditione illuſtres, Caſiodorus Rauennas, qui ex conſule monaſticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis ſcripſit, cùm multa prius de republica ſcripſiſſet ſenator Priſcianus Cæſarienſis, qui in grãmatica arte,tam multa ſcripſit,quàm nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus euangelicam eſt hiſtoriam complexus Iuſtinianus Valentianæ eccleſiæ antiſtes,rerum diuinarum ſtudio non obſcurum nomen adeptus. Dionyſius abbas,qui Romæ paſchalem calculum mira arte compoſuit. Probantur & Facundi ſcripta ea tempeſtate in Eutichianos edita. Adde & Amalaſiuntam Atalarici Gothorum regis matrem, cui tantam fuiſſe indolem ſcribit Caſiodorus,vt ſine veneratione eam viderit nemo,& pro miraculo fuerit audire loquentem, cùm Græcè Latinęque ſciret egregiè,& linguas omniũ gentium teneret,quibus aliquid adhuc commercij fuit cum populo Romano: quæ cùm filium bonis artibus moribusq́ue inſtituere conata eſſet,optimo eius conſilio nihil æquè obſtitit,ac eorum qui puerum regebãt auaritia,nihil minus ad ſuas cupiditates explendas expedire arbitrãtium,quàm frugi & moderatũ habere principem. Habuit illud Iuſtiniani ſeculum & viros ſanctitate claros, Benedictum monaſticæ vitæ inſtitutorem in Caſino monte. Maurũ eius diſcipulum,in Gallia Germanum, & Genouefam Pariſijs. Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem, martyrij lauream ſub eodem Iuſtiniano adeptum,ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Chriſtianum,qui ſub ipſo ineuntis Iuſtiniani principatus articulo fatalem obijt diem.

Pauli diaconi lapſus.
Pelagius. j. pôti. maxi.
Viri illuſtres tpe iu.
Caſſiodorus.
Priſcianus.
Arator.
Iuſtinianus antiſtes.
Dionyſius abbas.
Facundus.
Amalaſiunta regina Gręcè Latinę; docta.
Auaritia aulicorũ principi pernicioſa.
Principum inſtitutores ab auaritię vitio alieni eſſe debent.
Benedictus abbas.
Maurus ab.
Germa. ãti.
Genouefa.
Brigida.
Siluerius mar.
Clodo. rex

FINIS.

¶ Carmina rubricarum primi libri Inſtitutionum, quę ſunt numero. xxvi.

Iuſtitiæ. ius naturæ. perſonaq́; ſubſunt.
Ingenuos. debent libertini ſociare.
Non omnis dominus, ſeruos ſic liberat vt vult.
Fuſia lex. iuris alieni. patria virtus.
Nubet. adoptauit. ſoluet. tutela. dabitq́;.
Agnatos. capitis. patronos. atque parentes.
Eſt fidus tutor. eſt Attilianus. & author.
Finit. curator. teneatur ſatdare tutor.
Excuſat. tutor ſuſpectus erit remouendus.

¶ De iuſtitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure perſonarũ. De ingenuis. De libertinis. Quibus ex cauſis manumittere non licet. De lege Fuſia Caninia tollenda. De ijs qui ſui vel alieni iuris ſunt. De patria poteſtate. De nuptijs. De adoptionibus. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. De tutelis. Qui teſtamento tutores dari poſſunt. De legitima agnatorum tutela. De capitis diminutione. De legitima patronorum tutela. De legitima parentum tutela. De fiduciaria tutela. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorum. Quibus modis tutela finitur. De curatoribus. De ſatiſdatione tutorum, vel curatorum. De excuſationibus tutorũ vel curatorũ. De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

¶ Rubricæ ſecundi ſunt. xxv.

Res. corpus. ſeruit. vſusfructus ſit. & vſus.
Eſt vſucapiens. eſt donans, eſt alienans.
Quæro. teſtari. miles. permittere non vult.
Exhæres. hic inſtituit. bis ſubſtituendo.
Infirmat. vel inofficit. hæres qualia. legat.
Hinc adimit. falcat. committit. ſingula. codex.

¶ De rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio. De rebus corporalibus & incorporalibus. De ſeruitutibus ruſticorum prędiorum. De vſufructu. De vſu & habitatione. De vſuſcapionibus & longi temporis præſcriptionibus. De donationibus. Quibus alienare licet vel non. Per quas perſonas nobis acquiritur. De teſtamẽtis ordinãdis. De militari teſtamẽto. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentũ. De exhæredatione liberorũ.. De hæredibus inſtituẽdis. De vulgari ſubſtitutione. De pupillari ſubſtitutione. Quibus modis teſtamẽta ĩfirmẽtur. De inofficioſo teſtamẽto. De hęredũ qualitate & differentia. De legatis. De ademptione legatorũ. De lege Falcidia. De fideicõmiſſarijs hæreditatibus: & ad ſenatuſconſultum Trebellianum. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. De codicillis.

¶ Rubricæ tertij ſunt. xxx.

Fer. inteſtatus. agnatis. Tertul. & Orfic.
Cognatis. gradibus, ſeruus. libertus inhærent.
Signo libertos. poſſeſſus. & arrogo quærens.
Poſt addicta bona. ſucceſſio dupla receſſit.
Obligo. re. verbis. duo. cum ſeruis ſtipulantur.
Diuidit. eſt & inutilis. atque fideiubet omni.
Litera. conſenſus. emit. & locat. hinc ſociabit.
Et poſt mandatum. quaſi contraho. quærito. tollo.

❡ OMNES ¶ *CASVS*. Quæſiuit iuuenis ab Impatore:Dñe Impator,dixiſtis qũo vos habuiſtis probè circa arma:nũc quæro qualiter vos habuiſtis probè circa arma: nunc quæro qualiter vos habuiſtis circa leges? Et reſpondet imperator:Fili mi,circa leges me habui,quòd quaſi omnes homines de mundo vtuntur legibus aliorum imperatorem:quas leges melius reformaui.Ecce enim erant olim tres codices:ſcilicet Hermogenianus Theodoſianus,Gregorianus,& aliæ conſtitutiones extrauagantes ſparſim poſitæ per quaternos,& leges prædictorum trium codicum,& aliarum cõſtitutionum extrauagantium,quæ valde erant confuſæ:ſed ego Iuſtinian⁹ ex illis tribus codicibus,& ex alijs extrauagantibus conſtitutionibus feci fieri vnũ codicem clarũ,& elucidatum.Secundò loco, ego Iuſtinianus habui reſpectum ad aliqua volumina deſperata,& immenſa,ſeu prolixa,& infinita:& ex illis voluminibus deſperatis,compillari feci librũ digeſtorum, ſeu pandectarum:& quaſi per medium profundum vadens,iam per dei gratiã adimpleui illud opus digeſtorum,ſeu pandectarum,& hoc vſquæ ibi,Cùmque.Fran.de Aretio.

m ❡Omnes vero.]vſque huc dixit qualiter bellicam curam habuit nũc qualiter legalem.Accurſius.

n ❡Promvlgatis.]ſ.à nobis.i.de nouo factis.Et eſt promulgare ęquitatẽ rudẽ,& naturæ occultã iuris laqueis innodare.Cõponere aũt eſt difficile promulgata,in ordinẽ cõpẽdioſè redigere:vt in cõponẽdo ſocius fuerit,in promulgando ſolus. *ADDITIO*. Vel dic, ꝙ promulgare legẽ eſt eã cõdere,& conditã recitare, proferre, ꝓnũciare, patefacere, ꝓdere, vel manifeſtare.Sed cõponere,propriè eſt diſponere,cõſtituere,quaſi ſimul ponere: vt patet in gloſſã ſequenti. †

Promulgare. Cõponere.

o ❡Compositis.] ſ.ab alijs:quas reformauimus in melius.Vel dic,cõpoſitis à nobis: quaſi diceret,cõpilatis à nobis:quaſi ſimul poſitis à nobis: quales ſunt leges.ff.&.C. & aliorum imperatorũ. ſuas enim & promulgauit,& cõpoſuit. *ADDITIO* & hanc differentiam notant Io. de platea & Io.fa.hîc pro ſtatutis quæ debent propriè,& ſtrictè intelligi.

* Fũdũ.

† Dic promulgo , id eſt diuulgo publico, palã prounccio. Feſtus. ll. promulgatur quũ primũ ĩ vulgus edũtur: cõponũtur autẽ quãdo fiunt ergo iſtę ll. ab alijs factas promulgauit:ſuas verò & cõpoſuit & promulgauit. Egi. Perri.

p ❡Confvsas.] ſcilicet in tribus codicibus poſitas,Gregoriano, Theodoſiano,& Hermogeniano:vt.C.de no.co.faci.l.j.in prin.

q ❡Consonantiam.]ſcilicet in vnum codicem,quem non habemus: ſed ex eo factus eſt iſte quem habemus.Vel dicimus conſonantiam, vt nulla poſsit ibi contrarietas reperiri:nullaque ſuperuacua ſimilitudo:vt.C.de vet. iu.enu.l.j.circa prin.

r ❡Tvnc nostram.]id eſt ſtatim poſt compoſitionem illius codicis,fecimus digeſta.

s ❡Cvram.]Et ſic ex paucis & tenuioribus releuati, ad ſummam, & pleniſsimam iuris emendationem peruenire properauimus:vt.C.de vete. iure enu.l.j.circa prin.Accur.

t ❡Ad immensa.]Nam erant trecies centena milia verſuum(,id eſt legum vel §orum,vel reſponſorum)& duo milia librorum : & aliæ multæ leges : vt.C.de vete.iure enu.l.ij.§.ſed cum omnia. & in procemio.ffr.orum. §.& antea. †

† Hodie verò ſunt tantũ.62. libri tã digeſtorũ quã. C. ſunt autẽ ſolùm leges. 12707.nam ff.vetus habet.ll.2928 In for.2234 ff.nouum 2983 . C. 3608 . tres li.C.954. Egi . Perri.

v ❡Desperatvm.] ſcilicet à Conſtantino.nã & Conſtantinus voluit hoc facere:ſed non potuit.

x ❡Profvndvm.]reperit enim omnium legum tramitem (qui ab vrbe Romana condita,& Romuleis deſcendit temporibus)ita eſſe confuſum, vt in infinitum extenderetur,& nullius humanæ naturæ capicitate concluderetur.C.de vete.iure enu.l.j.in prin.Accurſius.

y ❡Caelesti favore.] ſubaudi mediante.

❡Adimplevimvs.] Poſt digeſta ergo , & poſt primam compoſitionem Codicis,quem non habemus, factus fuit hic liber, ſed tamen ante compoſitionem ſecundi codicis, quem habemus. vnde, & quod hîc dicitur,quandoque per. C.corrigitur : vt facit de anno vtili : qui obtinet ſecundum hunc librũ in reſtitutione minorũ,& maiorũ: vt.ĩ.de act.§.rurſus.ſecus eſt per codicem in dictis reſtitutionibus:vt.C.de temp.in integ. reſti.l.fi. Itẽ in ſecunda eius compoſitione, facit mentionem inſtitutionum iam compoſitarum:vt.C.de emen.iuſti.co. & ſecunda eius editione.l.j.§.fin.Accur. †

Inſtitutiones factę ſũt ante Codicem.

† Dic ꝙ Iuſtinianus fecit primo Codicẽ quẽ non habemus ex tribus veteribus. ſecũdo fecit ff.a.tertio has inſtitutiones,& quartò. C. quẽ habemus. E. Perrinus.

❡CVMQVE.¶ Diuiditur in duas partes.Primò,ponit qualiter mandauit fieri hunc librum.Secundò,ponit cauſas per quas.Secunda ibi, vt liceat.

¶ *CASVS* Quæſiuit iterum iuuenis ab imperatore. Domine imperator,nonne aliter adhuc vos habuiſtis circa leges ? Et reſpondet Imperator,Audi fili mi:cõdito codice,& digeſtorum volumine,nolui adhuc quieſcere:ſed miſi pro tribus ſapientibus curiæ meæ, ſcilicet pro Triboniano, qui erat doctor legum,& in dignitate quæſtoria tunc poſitus.Item miſi pro Theophilo & Dorotheo, qui erant illuſtres viri,& anteceſſores noſtri:quia fortè fuerant cum præcedentibus imperatoribus:qui tres viri de tribus poterant commendari.Primò de ſolertia:quia valde intenti,& ſoliciti erant circa artem legalem.Secundò de ſcientia : quia valde erant ſapientes. Tertiò de fidelitate : quia præcepta mea efficaciter ſuſcipiebant : & ad effectum fideliter perducebant:ſicut iam multoties vidi,& exemplo cognoui. & cùm fuerunt in præſentia mea ego rogaui eos, & præcepi eiſdem vt mea authoritate,& meis ſuaſionibus librum inſtitutionum, id eſt inſtituta componerent : quod fecerunt. Et hic liber inſtitutionum fuit bonus triplici ratione. Primò,fuit bonus ad hoc,vt rudes ſcholares qui proponunt audire iura, cũ primis ſtudeant in iſtis inſtitutionibus à me Iuſti.compoſitis:nõ autem ſtudeant in antiquis Inſtitutionibus, quæ fabulas continent. Iſtæ enim inſtitutiones vtiles ſunt : quia nihil inutile continent,& nihil perperam,id eſt malè poſitum,vel iuri contrarium : & nihil inuſitatum : ſed continent.ſolummodo ea quæ ſunt vtilia, & iuri conſonantia,& cotidie emergentia, ſeu euenientia, & accidentia. Secũdò bonum fuit hunc librum Inſtitutionum componere : quia ſcholares rudes volentes ſtudere in his Inſtitutionibus: plus ſcient, & addiſcent in vno anno, quàm olim addiſcebant vſque ad quadriennium, quando ab antiquis Inſtitutionibus ſuum ſtudium inchoabant ſiue incipiebant.Tandem in fine huius partis quintæ dirigit ſermonem ſuum imperator Iuſti. iuuenibus:ſiue ſcholaribus rudibus, occaſione quorum,iſtum librum Inſtitutionum fieri fecit,dicens : O iuuenes : principium legalis ſcientiæ habetis à me Iuſti. ſcilicet librum Inſtitutionum: & finem

† Ex quæſtore. * Quæſtori forte: cũ teſte Suida iuſtiniani q̃ſtor fuerit. & .j. ti. de libertinis. § & dediticios dicitur: triboniano viro excelſo quæſtore noſtro &c. vide ad hæc ſi libet Crinitum li. de hone. diſ. x. c. xij. † Lego anteſſori-bus,ab ante ſedeo.i.præſideo:nã ante & præ in cõpoſitione idẽ ſunt. hi autẽ anteſſores dicebantur tẽpore Iuſtiniani, quos nũc vulgò præſides, ſeu præſidẽtes vocam⁹ qui principem locum in conuentibus publicis obtinẽt ſæpe. vnde & rex noſter ita ſcribit. A noz preſidẽs de Paris &c. ſic luxata diu loci huius lectio in mẽbra redibit. E. Per. a Et hîc in iure diuerſis nominibus nuncupatur,ſcilicet ſuſceptor, & opinator: vt. C.de exac. tribu.l. miſſi. b Et ideo, poteſtates & rectores ciuitatũ,nõ deberẽt poſſe ingerere pœnã ſanguinis: quãuis contra rium de facto obſeruet: vt hîc per Ang. c. Vide Ioan. An.in cle. j. deoff.dele. d Nota ex vnico actu nõ præſumi quẽ bonũ, vel malum ſeu mercatorẽ:ſed ex pluribus; act bus: vt puta, ſi aliquis plu-ries bene & correctè im præſſit libũ:præſumitur quòd adhuc bene & correctè imprimet.

& finẽ legalis ſciẽtiæ ſimiliter à me habetis.ſ.Codicẽ quẽ feci fieri ex trib⁹ Codicibus,& alijs extrauagãtibus cõſtitutionibus:qa primo anno ſtudij legũtur inſtituta:& vltimo anno ſtudij legit̃ Codex:& ambo ſunt libri imperiales,ſeu Imperatoris,& à me Iuſti.cõpoſiti.Et ſic debetis vos iuuenes valde gaudere de tãto honore:quia principiũ,& finem ſtudij habetis à me Iuſti.& hoc vſque ad.§. igitur.Francīſ.de Areti.

a ❡Hoc.]ſ. volumẽ digeſtorum,& Codicis.

b ❡Deo propitio.]id eſt Deo coadiuuante.

c ❡Peractvm est.] id eſt completum.

d ❡Triboniano.]hoc nomen,& ſequẽtia ſunt datiui caſus:& etiam dictio,cõuocatis. conſtruitur cum illo verbo inferius,mandauimus.

e ❡Exqvaestori.] pro ſimplici ponitur. ſ. quæſtori. Not. ꝙ tribus modis dicit̃ quæſtor.Primò ille q querebat pecunias tributorũ per mundũ,& ſeruabat[a]. Secũdò ille qui præerat capitalibus cauſis. Tertiò qui ſtabat vt legeret libros principales:q cãdidatus principis dicebat. & ita hoc tertio modo accipitur hîc:vt.ff.de offi.quæſto.l.j.in fin.& de orig.iur.l.ij.§. deinde cum ærarium.Vel dic ſecundum Io.quòd iam fuit in illo officio:ſed nunc non eſt.Inde exquæſtor,id eſt extra quæſturam poſitus.Vel dicas tertiò eſſe nomen dignitatis:vt excõſul:vt.C.de aduo.diuer.iud.l. petitionem. ibi,egredientem. *ADDITIO* Iſtæ tamen expoſitiones recidunt in vnum:quia extra adminiſtrationem poſitus quis retinet dignitatem. C. vt digni.or.ſer.l.ij.lib.xij.ſecundum Io.Fab.& Ang.hîc.

f ❡Necnon.]no.ꝙ duæ negationes faciũt vnã affirmationẽ:vt hîc, & ff.de ver.ſig.l.duob⁹. *ADDITIO* Tu dic hoc verũ,ſi ſint circa idẽ: neq; reſultet ſenſus iuri cõtrari⁹:aliàs ſec⁹:vt in.§.ſi verò.in aut.de ijs q ingre.ad ap.col.v.Itẽ plures negationes in numero pari affirmant: in diſpari negãt,niſi aliter cõſtet de mẽte proferentis:ſecundum Io. Fab.& Ange.hîc.

g ❡Illvstribvs.]quatuor ſunt ordines dignitatũ.Maximi, vt ſuperilluſtres.Magni:vt illuſtres.Medij:vt ſpectabiles. Minimi:vt clariſſimi. quos ſpecifica vt in aut.de app.§.j.ij.iij.&.iiij.col.iiij.& in aut.vt ab illuſtribus,& qui ſup ra eam dignitatem ſunt.col.v.Sunt & infimi,& defenſores ciuitatũ, & magiſtratus municipales:& iſti non habent merum imperium[b] : ſed ſuperiores ſic.Accur. *ADDITIO*.Vnde verſus.

Illuſtris primus:medius ſpectabilis:imus,
Vt lex teſtatur,clariſſimus eſſe probatur.
Et ſuperilluſtris præponitur omnibus iſtis.

h ❡Antecessoribvs.]ſcientia vel ætate:vel quia fuerant cum præcedentibus Imperatoribus.Aut certè(vt vult Eraſmus)anteſeſſores dicti ſunt ab anteſedendo,quòd puta ante Imperatorem pro tribunali ſedentem ſederent.Vide ſi libet Alciatum lib.diſpunctionum.iij.ca.xij.qui ambigit aſſeſſores ne legendum ſit,an anticenſores

i ❡Qvorvm.]hîc eſt interpoſitio vſque illuc : conuocatis &c.Et not. ꝙ in tribus hîc cõmẽdantur,qui ſunt huic arti intẽti.Primò in ſolertia,id eſt in cautela,vel ingenij ſcientia:vt.l.j.C.ſi ma.fac.alie. fac.fine decre.ra.ha. Dicitur autem ſolers[c] à ſolũ,quod eſt totum, & ars artis : quaſi totus ex arte conſiſtens: [vt eſt doctus aduocatus,qui ſæpe publicis ac priuatis in rebus, lapſa erigit ſua induſtria:cauſam perditam reſtaurans:fatigata reparãs:litibus multo tempore protractis finem imponens.& quemadmodum miles ſtrenuus clypeis,& thoracibus rempublicam,ſic aduocatus peritus glorioſa voce,& ſolertia patriam parentesq; ſaluat,& protegit.C. de aduo. diuer. iudi.l.aduocati]Item in legum magiſtra ſcientia.Eligendus eſt enim talis magiſter,qui in ſe laudabilem vitam probis moribus monſtrauerit : & docendi peritiam:facundiam dicendi,interpretandique ſubtilitatem, & copiam diſſerendi ſe habere patefecerit : vt.C.de profeſ. qui in vr. Con.l.j.li. xij.Item in fidelitate.nam ex quo hactenus fideles extiterunt: præſumitur pro eis.ff.de re mili.l.non omnes.§.à barbaris.de præteritis enim ſumimus coniecturam ad futura.ff.de accu.l.ſi cui.§.iiſdem.& quandoque occultam coniecturam ſumimus ad præteritum:vt.C.ad.l.iul.de adul.l.ſi ij qui adulterij.vide glo.fi.in.c.ſcribam.de præſump.

k ❡Ex mvltis rerum argumentis.]id eſt ex multis rebus vel negotijs,quæ ſunt argumenta[d].Acc. *ADDITIO*.Vnde dicit prouerbiũ: Opus laudat magiſtrum.ſic in aut.de monachis.§.ſancimus.colla.j.

l ❡Accepimvs.]id eſt recepimus.Accur.

m ❡Mandavimvs.]id eſt præcepimus.

n ❡Svasionibvs.]in bonã partẽ accipe.aliàs in malã accipitur:vt. ff. de ſer.cor.l.j.§.perſuadere.&.C.de ſur. & ſer. cor.l.ſi qs ſeruo alieno ſuaſerit.

o ❡Institvtiones.]ideo ſic dictas:quia in ſtatum Romani iuris noſtram erigunt intelligentiam:vt.j.titu.j.§.his igitur.

p ❡Vobis.]loquitur iuuenibus.

q ❡Cvnabvla.] per ſimile loquitur : quia ſicut in cunis infantes primò morãtur:ita iuris præceptor Inſtitutiones primò legere debet.ſic.ff. de offi.præf.præ.l.j.§. his cunabulis.

r ❡Fabvlis.]quia in antiquis Inſtitutionibus erant fabulæ : quæ fabulæ nec vera,nec veriſimilia cõtinebãt,ſecũdum Tullium lib.j.de inuentione. *ADDITIO* Et ideo tãgit hîc Ang.qbus libris ſit fides adhibenda.

❡Cũq; hoc [a]Deo ꝓpitio [b]peractũ [c] eſt:Triboniano [d]viro magnifico magiſtro & Exquæſtori [e] † *ſacri palatij noſtri,necnõ [f] Theophilo,& Dorotheo viris illuſtribus [g] antecesſoribus [h] †noſtris:(quorũ [i]omniũ ſolertiã, & legũ ſciẽtiã,& circa noſtras iuſſiones fidẽ,iã ex multis rerũ argumẽtis [k]accepimus [l])cõuocatis,mandauimus [m]ſpecialiter,vt ipſi noſtra authoritate,noſtriſq; ſuaſionibus [n],Inſtitutiones [o]componerẽt. ❡Vt liceat vobis [p]prima legũ cunabula [q],nõ ab antiquis fabulis [r]diſcere,ſed ab Imperiali [s]ſplẽdore appetere:& tã aures, quã animi veſtri nihil [t] inutile, nihilque perperã [v]poſitũ,ſed quod in ipſis [x]rerum obtinet argumẽtis,accipiant. Et quod priori tẽpore,vix poſt quadriẽniũ prioribus cõtingebat,vt tũc cõſtitutiones Imperatorias legerẽt [y]: hoc vos à primordio [z] ingrediamini, digni [a]tanto honore, tantaque reperti felicitate , vt & initium [b]vobis, & finis [c]legum eruditionis à voce principali [d]procedat.

❡Inſtitutionũ liber multa declarans obſcura,in quatuor libros diuiſus eſt.hoc dicit.Ange.Are.

❡Igitur poſt libros quinquaginta [e] Digeſtorum [f]ſeu Pandectarum, [g]in quibus omne ius antiquum collectũ eſt,quos [h] †per eundem virum excelſum Tribonianum,necnon cæteros [i] viros illuſtres,& facundiſſimos confecimus : in *quatuor libros eaſdem [k]Inſtitutiones partiri iuſſimus [l]: ❡Vt ſint totius legitimæ ſcientiæ

s ❡Ab imperiali splendore.]i.ab Imperatore qui ſplendet.

t ❡Nihil invtile.] quo ad animũ:vel nihil inutile id eſt,inuſitatũ: vt patet ex eo quod dicit.j.proxi.ver.& qd &c.

v ❡Perperam positvm.]quo ad aures. Vel dic,id eſt malè poſitum, & contra ius.

x ❡In ipsis.]id eſt in ipſa reiveritate:vel in ijs quæ cotidie emergere poſſunt. Non autẽ inueniuntur hîc ea quæ non poſſunt euenire:quia de his nõ curãt legiſlatores: vt in aut. vt ſine prohi. ma.debi.& cre.§.quia verò.colla.vij.&.ff.de legi. & ſenatuſconſul. l. iura. &.l.ſeq.

y ❡Legerent.]nã & olim à principio legebant Imperiales cõſtitutiones,ſcilicet Inſtitutiones antiquas:vt in procemio digeſtorum.§.diſcipuli.Accurſius.

z ❡Primordio.]id eſt tantùm primo anno proficietis quantum proficiebatis in quatuor.Et nota,quòd adulatur nobis imperator.Accurſius.

a ❡Digni.]vos dico digni &c.

b ❡Initivm]ſcilicet liber iſte.

c ❡Finis.]i.Codex.Nam primo anno Inſtitutiones legi debent:in quinto legit̃ Codex : vt in procemio ffſorũ.§.pro reſpõſis.ibi,quibus ſi bene.Ac.

d ❡Principali.]id eſt principis.Et nota,quòd hæc ſcientia caput habet & finem:licet in alijs artibus hoc nõ ſit,licet viliſſimæ ſint:vt in procemio ffſorum.§.ſed quia.Accurſius.

❡Igitvr.¶Iſte.§.diuidit̃ in duas partes.Primò ponit qualiter mãdat diuidi hũc librũ in quatuor libros.Secũdò ponit qd cõtinet̃ in his quatuor libris.Scda ibi,In qbus.Itẽ prima ſubdiuidit̃ in duas partes. Nã primò ponit dictũ:ſecũdò eius cauſam.Secũda ibi,vt ſint.¶ *CASVS* Dicit Imperator Iuſtinianus in hoc.§.quaſi ſe cõmẽdans: Quid feci ego poſt omnia prædicta,& poſt cõpoſitionẽ Codicis,& poſt opus Digeſtorum,ſeu Pandectarũ,(quã cõpilationẽ digeſtorũ feci per Tribonianũ, & ſapientes alios) & poſt librũ inſtitution⁹?Ego præcepi prædictis tribus.ſ.Triboni. Theo.& Doro.vt volumen Inſti.quod fecerant,in quatuor libros diuiderent. quod fecerunt.Primus liber durat vſque de rerum diuiſione.Secundus,de hæreditatibus ab inteſt.Tertius,de obligationibus.Quartus,abinde vſque ad finem huius voluminis.& hoc fieri feci,ſcilicet in.Inſti.in quatuor libros partiri,ad ſimilitudinem quatuor elementorum,ſcilicet aquæ, terræ, ignis, & aëris:quia ſicũt ex his omne corpus gubernatur humanum:ita ex hoc volumine Inſtitutionum per quatuor libros partito, ſeu diuiſo iuuenes ſuſtentantur, id eſt adiuuantur vt poſteà poſſint ſecurè accedere ad libros legales: ex quo in iſtis Inſti. primò ſtuduerint. Et hoc vſque ad.§.in quibus. Franciſcus Are.

❡Igitvr.]Ita cõtinua ſcdm Io.qa prædictorũ virorũ ſciẽtiã, & authoritatẽ probauimus,nec per alios poterat cõmodius expediri:igitur mãdauimus per eos diuidi,vel quia ab Imperiali ſplendore approbatur. & ideo mandat diuidi,vt melius poſſit intelligi.ff.de verb.ſigni.l.ij.§.cuiuſque.

e ❡Qvinqvaginta.]qui comprehenduntur intra.ff.vetus,& Infortiatum,&.ff.nouum.

f ❡Digestorvm.]Ideo dicunt̃ digeſta,qa oĩa ibidẽ dicẽda digerunt̃, & ſoluunt.Acc. *ADDITIO* Dicebãt quidã ꝙ olim digeſtũ ſcribebatur per duplex.dd.vel per.d.&.g.& poſteà per vitium ſcriptorum corruptum fuit.ſed hoc non eſt verum imò debet ſcribi per duplex.ff. [e] quia ille liber fuit digeſtus ſecundariò per duos Fridericos Imperatores : à quorum cuiuſlibet nomine ſumpta eſt prima litera.f.& ſic erunt duo.ff.

g ❡Pandectarvm.]à pan.quod eſt totum:& decten, quod eſt doctrina[f]:quia ibi eſt doctrina omnium iuriſconſultorum:vt.C.de vete.iure enu. l.ij.§.ſed cum omnia.in fi.vt hîc ſequitur.

h ❡Qvos.]ſcilicet quinquaginta libros ffſorum.Accurſius.

i ❡Necnon caeteros.]ſcilicet.xv.ex permiſſu Iuſtiniani electos : vt C.de vete.iure enu.l.j.§.ij.&.l.ij.§.quæ omnia.

k ❡Easdem Institvtiones.]i.eadẽ inſtituta.vnde collige hunc librum,ſumptum ex volumine digeſtorũ.vel propriè dicit̃[g], Inſtitutiones quas mandauit fieri:nunc mandat partiri. Nam partitio animum legentis incitat:mentem intelligentis præparat:memoriam artificioſè reformat: vt j.de le.§.ſed non vſque.&.ff.de doli ma. & met.excep.l.j.

l ❡Ivssimvs.]q.d.Inſtitutiones iuſſimus fieri ex libris antiquorum : ita vt continerent quicquid rebus,quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur,conſentaneum eſt:vt.C.de vete.iu.enu.l.ij.§.ſed cùm proſpeximus.Accur.

ex, mente Pe. de belperti. & aliorum.

† Quod

* Hos quatuor.

Diuiſio.

Continuatio. Digeſta vnde dicãtur. e Multo aliter alciat. lib. iij. diſpun. c. xvj. & aliter Lauren. valle.in Raudẽſem verſus finem. f Vide Budæum ad.l. j ff.de iuſt. & iur. in fine. g Hæc verior ſecundum Ange. quia iſte liber,non ex iure digeſtorum.ſed ex conſtitutionibus im peratoris confectus eſt vt patet §. proxi. mo.

Elementa & eorũ qualitates ſunt quatuor.

a ¶PRIMA ELEMENTA,]quia ſicut ex quatuor elemẽtis omnia corpora cõficiũtur, vt terra, & aqua, & igne, & aere. i. ex viribus horum quatuor elemẽtorũ totus mũdus gubernat: ita hic liber cõprehẽdit oĩa iura. Et not. ꝙ terra eſt frigida, & ſicca: aqua frigida, & humida: ignis calidus, & ſiccus: aer calidus, & humidus. Primũ habet naturã melãcholiæ. Secundũ. ſ. aqua, phlegmatis, ignis cholerę, ſanguis reſpõdet aeri.

¶IN QVIBVS. ¶CASVS. Quidã quæſiuit ab Imꝑatore: Dñe Imperator quæ eſt materia iſtarũ Inſtitutionũ? Et ipſe rñ. ſicut ex auro, & argento, ſeu ex materia auri fit annulus: ita iſtæ Inſtõnes factæ ſunt ex eo, quod olim erat in vſu ex legib⁹ antiquis, & ex eis legib⁹ antiqs, quæ in vſu eſſe deſierũt. Sed ego Iuſti. eas illuminaui, & ad vſum reduxi, in hoc libro Inſtitutionum eas ponendo, ſiue faciendo eas cõponi. h. d. vſq; ad. §. quas ex omnibus.

b ¶IN QVIBVS.]ſcilicet Inſtitutionibus.

c ¶OBTINEBAT.]id eſt erat in vſu: & nunc deſijt. Accurſius.

d ¶DESVETVDINE.] No. legẽ tolli ꝑ deſuetudinẽ[a]: vel ꝑ cõtrariã cõſuetudinẽ: & iterũ eãdẽ cõſuetudinẽ ꝑ ſuꝑueniẽtẽ legẽ tolli. ſic. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuus Hadrian⁹. in gl. iij. & in aut. de hær. & fal. §. j. aliâs. §. ſed quoniam. col. j. Et ſubijcit, Ab Imꝑiali &c. & eſt optimũ exẽplũ. C. de iudi. l. rem non nouã.

a Hoc eſt verũ ſi in tali non vſu ſit implicitus vſus cõtrarius: aliâs ſecus. de quo vide infrà tit. ij. §. ex nõ ſcripto ſecũdũ Ang. & eſt de mente Pe. belperti. & Io. de Platea hîc.

prima [a] elementa: ¶In quibus [b] breuiter expoſitum eſt, & quod anteà obtinebat [c], & quod poſteà deſuetudine [d] inumbratum, Imperiali remedio illuminatum eſt.

¶ In hoc. §. Imperator attribuit robur huic libro Inſtitutionum. & hoc ſit loco ſummæ vſque ad. §. Summa itaque.

¶Quas ex omnib⁹ antiquorũ Inſtitutionib⁹, & præcipuè ex cõmẽtarijs Caij [e] noſtri, tam Inſtitutionũ, quàm rerũ cotidianarũ [f], alijsq; multis cõmentarijs cõpoſitas, cùm tres [g] viri prudentes prædicti, nobis obtulerũt: & legimus, & recognouimus, & pleniſsimũ noſtrarum Conſtitutionum robur, eis accommodauimus.

¶Hîc Imperator exhortatur iuuenes ad ſtudium, & fructum pollicetur, docẽs alacriter, & voluntariè, ac ſolicitè ius ciuile eſſe addiſcendum. & hoc ſit loco ſummæ vſque ad finem. Areti.

¶Summa itaq; ope [h], & alacri [i] ſtudio has leges [k] noſtras accipite: & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite [l], vt ſpes [m] vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perlecto [n], poſſe etiã noſtram [o] rempublicam, in partibus eius [p] vobis [q] credendis [r] gubernari.

¶QVAS EX OMNIBVS. ¶CASVS. Dicit Iuſti. prædicti tres viri. ſ. Tribo. Theop. & Doro. cõpoſuerũt has Inſtõnes ex antiqs Inſtõnib⁹, quas nõ habem⁹ ex cõmẽtarijs. i. gloſsis Caij, quas gl. fecit ipſe Caius, ad expoſitionẽ prædictarũ Inſtõnũ antiquarũ, & ad expõnẽ cuiuſdã libri, ꝗ appellatur liber rerũ cotidianarũ, etiã ex multis cõmentarijs ab ipſo Caio factis. Et prædicti tres ſapiẽtes. ſ. Tribo. Theoph. & Doro. qui hũc librũ cõpoſuerũt, & ipſum cõpoſitũ (ſicut diximus) in quatuor libros diuiſerũt, tam bene cõpoſitum, & diuiſum in noſtra præſentia attulerũt, quem nos ipſi legimus, & bene cõpoſitũ inuenimus, ſic ꝙ illũ librũ Inſtitu. approbauimus, & plenũ robur ei accõmodauimus, ita ꝙ volumus, vt tantum valeãt leges iſtarũ Inſtitutionũ, quantum valent leges in noſtro Codice poſitæ extra caſum: vel quantum valent. ll. poſitæ in. ff. & hoc vſque ad. §. ſumma.

Ordo literæ.

¶QVAS. ſcilicet Inſtitutiones. & accipe, legimus & recognouimus, ſcilicet eſſe compoſitas ex omnibus &c.

e ¶CAII NOSTRI.]cõmẽtarijs dico factis ſuꝑ libros Inſtõnũ antiquarũ.

f ¶COTIDIANARVM[b].] liber erat ſic appellatus: eo ꝙ in ſingulis diebus gerenda à magiſtratibus continebat, qualiter iudicarent.

b Et ideo aduerte ꝙ ea quæ cotidie verſantur & quæ vtilia ſunt, magis debent attendi: vt dicit tex. ff. de li. leg. l. legaui in prin. ſecũdũ Ang. hîc.

g ¶CVM TRES.]interpoſitio eſt.

¶SVMMA ITAQVE ¶CASVS. In hoc. §. cõcludit Iuſtinian⁹: & loquit̃ iuuenib⁹, ſeu rudibus dicẽs: O iuuenes: accipite hũc librũ Inſtitutionũ alacriter: & viriliter in eo ſtudete. Et poſtquã ipſum ſtudueritis, & in ipſo & alijs libris legalibus: ſeu alios libros legaliũ ſciueritis: vos eritis gubernatores reipublicæ, & noſtrarũ ciuitatũ, ſeu prouinciarum, propter ſapientiam, & doctrinã veſtram: quia citius viri periti, & docti eligũtur in rẽpubli. regendam, quàm laici. & hoc dicit tota iſta cõſtitutio. Fran. de Are.

Virgilius.

h ¶OPE.] quãtũ ad corpus. vñ Vergil. Labor oĩa vincit Improbus. Acc.

i ¶ET ALACRI.]Affectio enim operi tuo nomen imponit: vt. C. ad leg. cor. de ſica. l. j. ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. ADDITIO. Vnde Ange. ſ̃. in proœ. ponit hos ver. Siquis fortè velit iuriſconſultus haberi: Continuet ſtudium, velit à quocunq; doceri: Inuigilet: nec vincat eum tortura laboris. Fortior inſurgat, cunctiſque receptior horis.

Verſus.

k ¶LEGES NOSTRAS.]ſcilicet Inſtitutionum. Accurſius.

l ¶OSTENDITE.] i. ita proficite in hoc libro: vel ita moribus informati ſitis. Nam boni mores pluſquàm diuitiæ operantur: vt. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. ſcire. §. cum reliquis. &. ff. de verb. obli. l. ſiquis ſtipulatus. in fi.

m ¶VT SPES.] i. hęc ſpes ſit de vobis noſtrã rẽpublicã poſſe gubernari.

n ¶PERLECTO.] id eſt lectis alijs libris.

o ¶NOSTRAM.] aliâs veſtram.

p ¶EIVS.]reipublicæ. Accurſius.

q ¶VOBIS.] i. à vobis credẽdis, lectis etiã alijs libris. vel ſi habes credẽdã. i. cõmittẽdã vobis: datiuè legit̃. & hoc dico, legitimo oꝑe ꝑlecto. i. cũ qnquẽnio legeretis: nã tũc opus cõſummat̃: vt in ꝓœmio. ff. §. ſed qa ſolitũ. Et qđ dicit, in partib⁹ ei⁹. ideo eſt: qa multæ ſunt partes ei⁹: vt præfectura, cõſulat⁹, & aliæ multæ: vt patet ex tractatibus de officijs in. ff. & in. C.

r ¶CREDENDIS.]id eſt quia creditur, ſecũdum primam expoſitionem. vel ſi habes, credendam. dic vt in gloſ. ſ̃. Accur.

s ¶DE IVSTITIA ET IVRE. ¶*Iuſtinianus tractaturus[c] iura populi Romani, præmittit de iuſtitia, quæ eſt mater iuris: & ideo ab ea incipit. ſic obligatio mater eſt actiõis[d]: ut. ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. & ideo præmittitur in tractatu: ut. j. de obli. in princ. & de act. in principio.*

c Iſtã continuationẽ ſequitur Nico.

d Scilicet natiuæ. Iaſon in. §. j. j. de actio.

Datum Cõſtantinop. xj. calẽd. Decemb.

Domini Iuſtiniani ſacratiſsimi Auguſti Inſtitutionum, ſeu elementorum

† Aliâs inſtitutionũ imperialiũ lib. j.

LIBER PRIMVS. †



TITVLVS PRIMVS.

De iuſtitia [s] & iure [t].

¶ Iuſtinianus, veluti optim⁹ præceptor, imitatus rectum ordinem procedendi (qui debet eſſe definitiuus, diuiſiuus, & exẽplorũ poſitiuus) primò ponit definitionem iuſtitiæ.

IVſtitia [v] eſt conſtans & perpetua volũtas, ius ſuum

ADDITIO. Aduerte hîc inquantũ gl. dicit, ꝙ iuſtitia eſt mater iuris, dic hoc verũ, ſi cõſideretur ius, prout eſt in actu: ſecus ſi ꝑut eſt in habitu hominis: qa ius & iuſtitia tunc fuerũt, & ſunt ſimul omni tempore. Iaſon.

t ¶ET IVRE.] ſ. qđ ius iuſtitiã ꝓſequit̃, vt miniſter vel filius. Sed quare de hoc ponit̃ in rubrica, cùm in textu nihil dicat̃ definiẽdo, licet diuidẽdo ſic? Rñdẽt qdã: ideo nõ ponit in textu de iure: ne grauaret rudes animos, ſecũdũ Py. quod nihil eſt[e]. Vel dic hoc plerunq; fieri, vt aliqd ponatur in rubrica, qđ in textu non ponit̃: vt. C. de relig. & ſump. fu. & de aleæ lu. nã nihil in textu ibi dicit̃ de ludo aleæ. Vel dic (quod eſt verius) vt definiatur: vt dicemus. j. eo. titu. §. iuris præcepta. in gloſſ.[f]

Quæſtio.

e Et bene ſecundum Por.

f Et ibi iſta opi. approbatur ꝑ Bar. & Por.

IVSTITIA.] ¶Totus iſte titu. quinq; habet partes. Nã in prima ponit definitionẽ iuſtitiæ. In ſecũda ponit definitionẽ iuris prudẽtiæ. In tertia declarat quo ordine, & qua via tractandæ ſunt leges. In quarta deſcribit præcepta iuris, vel definit ius, ſecũdum opinionẽ quã tenebo. In quinta diuidit ius per mẽbra. Secũda ibi, Iuris prudẽtia. Tertia ibi, His igitur generaliter cognitis. Quarta ibi, Iuris præcepta. Quinta ibi, Huius ſtudij. Chriſtopho. Por.

Diuiſio.

¶IVSTITIA. ¶CASVS In prima parte ſolùm dicitur de prima parte rubricę. ſ. de iuſtitia. & in ipſa prima parte definitur iuſtitia. Et eſt ſciẽdum ꝙ hæc prima pars, in qua definitur iuſtitia, dupliciter poteſt intelligi. vno modo vt loquitur de iuſtitia diuina: alio modo, vt loquitur de humana iuſtitia. Si vis intelligere de diuina iuſtitia: pone caſum. Deus qui eſt iuſtus, habet volũtatẽ cõſtantẽ. i. firmã, ſtabilẽ, & perpetuã. i. nõ tẽporalẽ, ſed ſemper duraturã, tribuẽdi vnicuiq; ius ſuũ. ſ. bene meritis paradiſum, malè meritis, infernũ. Si autẽ vis intelligere ſecundo modo. ſ. de humana iuſtitia: ſic pone caſum. Homo iuſtus habet. i. habere debet volũtatem tribuẽdi vnicuiq; ius ſuũ. Et pone exẽplũ ĩ iudice iuſto, q. debet habere volũtatẽ abſoluẽdi innoxios, & inculpabiles, & puniẽdi criminoſos. Et ſecũdum hanc ſecũdam expoſitionẽ, illa duo vocabula poſita in definitione iuſtitiæ. ſ. conſtans & perpetua ſunt abijciẽda, & remouẽda ab ipſa definitione: qa iudex qui eſt homo humanus, nõ eſt cõſtans in volũtate, nec perpetuus. In ſecũda parte incipit tractare de ſecũda parte rubricæ. ſ. de iure: in qua ſecũda parte ſic forma caſum. Ego quæſiui à Iuſtiniano imperatore: O dñe, reſpõdeatis mihi ad hãc quęſtionẽ. Nos dicim⁹ cotidie ꝙ bonũ eſt habere iuris prudentiam. Dicite ergo mihi, quid eſt iuris prudentia? vel quis dicatur habere iuris prudentiã? Et certè Imperator reſpõdet dicẽs, ꝙ ille dicitur habere iuris prudẽtiã, qui ſcit cognoſcere res diuinas, & humanas: & qui cognoſcit iuſtum et iniuſtũ. Tertio dicit: ex quo vidimus in prima parte, qd eſt iuſtitia: & ex quo vidimus in ſecũda, quid eſt iuris prudẽtia: etiã videamus qualiter leges ſunt docẽdæ, & quo ordine. Et certè leges ſunt docendæ hoc modo: quia ſcholares qui volũt audire iura ciuilia: primò debẽt incipere à leuib⁹, ſcilicet ab hoc libro Inſtitu. poſteà, debẽt aſcẽdere ad grauiora. ſ. ad librum Digeſtorũ, et Codicis. Et redditur ratio, quare ſit incipiẽdum à leuibus: qa ſi incipiãt à grauioribus. ſ. à libris Digeſtorũ, et Codicis: vnũ de duobus malũ accidet, ſeu eueniet: quia aut rudis propter nimiam difficultatẽ deſeret, ſeu relinquet prorſus ſtudiũ: aut ſi nõ deſerat, hoc eſt, ſi propter nimiã difficultatẽ nõ dimittat ſtudiũ: cum magno labore ad hoc perueniet, quinetiã cum diffidẽtia: quia non habebit ſpem, nec fiduciã quòd vnquam aliquid ſciet, ſeu perueniet ad fructum ſcientiæ: ad cuius fructum citius peruenisset, ſi à leuioribus ſtudium ſuum inchoaſſet. h. d. Fran. de Aret.

v ¶IVSTITIA.]Hæc iuſtitiæ definitio põt intelligi de diuina iuſtitia. q. d.

Diuina

a Id eſt interētio Ang. b Dic ꝙ non: quia pa[...]imi. tanq[...] mo derator [...]i ſuæ po[...] in ea tal[...] legem ſtatuere: vt. C. man. l. in re m[...]ādata. ſecūdū Pet. de bel. per Por. & Iaſ. † Aliâs cui quę tribuendi. † Concor. cū hoc pr ī. xij. q. ij. ca. cum deuotiſsima. & glo. in c. fo rus. ſuper ver. iuſtitia. extrà de verb. ſigni. c Et bene Angel. & & Porcus eſt de mente omnium ſcribentiū. d Nihil eſt quia intelligūtur, ꝓut homini conuenire poſſunt. Bart. Fab. Ange. & Iaſ. e Iſtud eſt diuinare: ſecundū Pe. de bel. pert. hîc. f Iſta pôt eſſe vera ſecundū Pe. de bel. per. hîc. g Iſta diſplicet Pet. de bel. per. h Imò vtrūque eſt nominatiui caſus: ſecundū Chriſt. Porc. quia punct⁹ ſub verbo, notitia obtinet vī copulæ. i Hoc verū ſecundū doc. hîc: ſi conſiderantur hæc verba, quo ad ordinē prioritatis, & poſteriorita tis: & tunc dic ſummū, id eſt primū &c. vt. j. de iure pſo. in prin. aliâs ſecus. Bar. Fa. Ange. k Nota ex glo. iuncto text. quòd ſciētia debet tradi prius de facilibus: ſecūdo de difficilib⁹. Ang. l Quę nō admittitur inter viuos in contractibus nominatis circa idē, ſi actus

Diuina iuſtitia eſt voluntas[a] conſtans, & perpetua &c. et ſecūdum hoc, hæc verba in ea poſita ſunt plana. Sed nonne iniuſtū fuit[b], ꝙ tantum datū fuit mercenario in ſero veniēti, quātum illi, qui mane venerat: quod tamen dei iuſtitia laudat, vt. ff. de an. leg. l. ij. & de verb. ſig. l. ij. §. cuiuſq;? Reſpon. illud diuinū vel myſticè, vel allegoricè debet intelligi. q. d. tantum habebit de paradiſo ille, qui decedit in hoc vltimo ſeculo, ſi faciat bonū: quantū ille q deceſſerit in primo ſeculo [vt patet in his verſibus: Vinea culta fuit: cultores præmia quærunt. Nō labor æqualis: æqualia dona fuerūt. Sic deus oſtēdit, ꝙ quādocūq; venimus: Arripiamus iter: certi de munere ſim⁹.] Vel dic ſecundum Io.[c] ꝙ de fragili hominis iuſtitia loquitur. q. d. iuſtitia humana, vel quæ eſt in homine, eſt volūtas conſtans &c. & ſecundū hoc illa duo verba, cōſtās, & perpetua. abijciunt[d] extrà: quia homini nō poſſunt cōuenire: cùm ſcriptum ſit, ꝙ ſepties in die cadit iuſtus. & illud: Nūquam in eodē ſtatu ꝑmanet: vt in aut. de non ali. aut permut. §. vt aūt. col. ij. Item quod in fi. dicit, ſuum vnicuiq; tribuēs: intellige quantum ad affectionem: quia ad actum non poteſt. q. d. habens affectum tribuēdi: ſicut. ſ. in rubrica proœmij, dicitur de Auguſto. ſic & de matrimonio: quod ęſt indiuiduum: vt. j. de pat. pot. in princ. licet interdum diuidatur; vt patet. C. de re pu. l. conſenſu. Vel tertiò[e] expone, vt in ſumma huius tituli, vt voluntas, id eſt mens: cōſtans, id eſt bonū: quaſi habitus mentis bonus. Sed Tullius ſic definit: Iuſtitia[f] eſt habitus animi, communi vtilitate ſeruata, ſuam cuilibet tribuens dignitatem. ſed ſecundum Plac. Iuſtitia eſt virtus, quæ plurimum poteſt in ijs, quæ minimum poſſunt. Vel prout ego credo: Iuſtitia[g] eſt animi congrua diſpoſitio, in ſingulis rebus rectè dijudicans. Accur. *ADDITIO*. Quæſiuit modum, in quo voluit emendare Iuſtinianum: & ideo vos dicite, quòd hîc iuſtitia definitur generaliter. ad argumenta verò breui diſtinctione, facilè ſic reſpondebitis: Aliquando conſideratur iuſtitia prout eſt in abſtracto: & tunc iuſtitia eſt conſtans, & perpetua. Aliquando verò conſideratur, prout eſt in concreto: vt eſt poſita in corpore hominum adminiſtrantium: & tunc dicitur corruptibilis: non ratione eſſentialitatis iuſtitiæ, ſed ratione mali continentis, hoc eſt praui hominis, ſecundum Chriſtopho. Por.

vnicuique † tribuens [a] †.

¶ Hîc deſcribitur iuris prudentia. Ange.

¶ Iuris prudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerū notitia[b], iuſti, atque iniuſti ſcientia.

¶ Primò leuia, deinde difficiliora ſunt docenda: ne ſcholares aut ſtudium deſerant, aut cum magno labore ad ſciētiam diffidentur, aut tardius perducātur. h. d. Aret.

¶ His igitur[c] generaliter cognitis[d], & incipiētibus[e] nobis[f] exponere iura populi Romani, ita vidētur poſſe tradi[g] cōmodiſsimè, ſi primò leui[h] ac ſimplici[i] via, pòſt deinde diligentiſsima[k], atque exactiſsima[l] interpretatione[m] ſingula tradantur. alioqui ſi ſtatim ab initio rudem adhuc, & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraue

a ¶ TRIBVENS.] vt honeſtè viuat ſibi: & ſic alterum non lædat: imò ꝓficiat. vel dic ius ſuum. i. hominis meritum.

b ¶ NOTITIA.] Poteſt rectè legi, vt illa dictio ſciētia, ſit ablatiui caſus, vel ecōtra ſit nominatiui caſus: & hęc dictio, notitia: ſit ablatiui caſus. ſic. j. ti. j. in prin.[h] Sed nunquid ſecundū hoc oportet, quòd quicunq; vult iuris prudēs, vel iuriſconſultus eſſe, debeat theologiam legere? Rñd. non: nā in corpore iuris, hæc omnia inueniuntur: vt. C. de ſum. tri. & fi. cath. &. C. de ſacroſan. eccle. & de epiſ. & cle. & ī aut. ſub multis titulis: vbi ſpecialiter de diuinis tractatur. Item, quæ eſt differentia inter iuſtitiā, & ius, & iuris prudentiā? Rñ. iuſtitia eſt virtus: ius eſt eius virtutis executiuum: iuris prudentia eſt ſcientia illius iuris. itē iuſtitia eſt ſummū bonum: ius mediū: iuris prudentia infimum[i]. Itē iuſtitia vult tribuere vnicuiq; ius ſuum: ius verò coadiuuat: iuris prudentia docet qualiter illud fiat. Accu.

c ¶ HIS IGITVR.] Nunc vult dicere, qualiter leges ſunt docendæ. Accurſius.

d ¶ COGNITIS.] i. viſa definitione iuſtitiæ, & iuris prudentiæ.

e ¶ ET INCIPIENTIBVS.] Datiuè poteſt legi cū verbo. j. videntur: vel ablatiuè, vt ſuperius reſpiciant: & hæc verior. Accurſius.

f ¶ NOBIS.] Loquuntur compillatores huius libri, in perſona Iuſtiniani, qui debet exponere per eos.

g ¶ TRADI.] ſ. iura populli Romani.

h ¶ LEVI[k].] quo ad ſubtillia verba Accurſius.

i ¶ SIMPLICI.] quo ad ſentētiā. *ADDITIO* Et ideo poſitionib⁹ debet ſine plica reſponderi: niſi eſſent reſpondenti captioſæ: vel rei de qua agitur natura ipſam exigeret. Ang.

k ¶ DILIGENTISSIMA.] quo ad ſubtilia verba.

l ¶ EXACTISSIMA.] quo ad ſubtilem materiam, & ſententiam. Accurſius.

m ¶ INTERPRAETATIONE.] i. facili ſententia.

n ¶ QVAE.] ſ. diffidentia.

o ¶ AVERTIT.] No. cōtra in cōſtātiā[l]. ſic. ff. de ꝑcu. l. in cauſæ. in prin. & in aut. de mona. §. cogitādū. col. j. vñ Salomon: Tria ſunt mihi incognita: & quartū penitus ignoro: Via colubri ſuꝑ lapidē: Via auis volātis in aëre Via nauis in medio maris: quartū difficilius: Via iuuenis in adoleſcētia ſua. Vñ dant ininteg. reſti. eorū facultatibus vt. j. de hære. quali. & diff. §. extraneiis. Acc. *ADDITIO* Et iſta patēt his verbis: Cū ſit pœna grauis, cognoſcere quæ via nauis: Vel colubri, vel auis: pueri grauior via quamuis.

p ¶ MATVRIVS.] hîc nota prouerbium: Qui vadit planè, vadit ſanè.

¶ IVRIS PRAECEPTA. ¶ *CASVS*. Hîc incipit quarta pars in qua dicitur, ꝙ ius noſtrū ciuile vno de tribus accipitur: aut ꝑcipit, vt qs honeſtè viuat: aut ꝑcipit, vt quis alterū nō lædat: aut vt vnus homo ius ſuū vnicuiq; tribuat, De primo ponit exēplū in gl. q̄ incipit, Quātū ad ſe &c. De ſecundo ponit exēplū, ꝙ nō debet vn⁹ alteri iniuriā inferre: vt. ff. eo. l. iij. de quo ponit exēplū, vt in iudice, qui vnicuiq; debet ſuū ius tribuere: ꝓut ſ. dixi in definitione iuſtitiæ. Frā. de Are.

rimus: duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorū efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ[n] plerunque iuuenes auertit[o]) ſerius ad id perducemus, ad qđ læuiore via ductus, ſine magno labore, & ſine vlla diffidentia, maturius[p] perduci potuiſſet.

¶ Tria iuris præcepta. Angelus.

¶ Iuris[q] præcepta ſunt hæc, Honeſtè[r] viuere †, Alterum[s] non lædere, Suum[t] cuique tribuere.

¶ Diuiſio iuris & ſubdiuiſio iuris priuati.

¶ Huius[v] ſtudii duæ ſunt poſitiones[x] publicum & priuatum. publicum ius[y] eſt, quod ad ſtatū rei Romanæ[z] ſpectat[a]. Priuatū eſt, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet[b].

q ¶ IVRIS PRAECEPTA.] i. iura ꝑcipiētia ꝑcipiūt aliqd, qđ ꝑtinet ad aliquod iſtorū trium nā non omne ius ꝑcipit: imò quoddā punit, qđdā vetat, quoddā ꝑmittit: vt. ff. de legi. & ſe. cō. l. legis. quoddā cōſulit: vt. ff. de rei vēdi. l. is qui deſtinauit. & quoddam hortatur: vt. C. de trāſac. l. age.

r ¶ HONESTE.] ſ. quantū ad ſe. quæ honeſtas, & circa matrimonia eſt: vt ff. de ritu nup. l. ſemper. & circa mores ſeruatur vt. ff. de tuto. & cu. da. his. l. ſcire oportet. §. pēnul. & vlti. *ADDITIO*. Et iō dicit Ang. mulierē honeſtè viuere, q̄ viuit ſecundū mores loci. ſed caſtè viuere nō intelligitur, quæ tranſit ad ſecunda vota. ſ. reſpectu mariti defuncti, vel filiorum eius: ſed reſpectu aliorum ſecus

s ¶ ALTERVM NON LAEDERE.] vnde illud: Quod tibi nō vis fieri: alij: ne feceris. vt in Decre. in prin.

t ¶ SVVM.] vt non ſolū non lædat, ſed etiam adiuuet[m]. Nā nō ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonū eſt: vt arg. in decre. lxxxvj. diſt. c. Non ſatis. Sed nōne hæc verba accipiūtur hîc, ſicut. ſ. in definitionæ iuſtitiæ, in fi Rñ. nō: imò ibi hæc tria cōprehendit: hic autem illud ſolū, quod extra illa duo prima relinquitur. Et not. ꝙ in hoc reprobo[n] opi. Py. & aliorum qui dixerunt, ꝙ in hoc titulo non definiebatur ius: quod eſt ars boni & æqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellet. nā dico, ꝙ hæc verba quæ hîc ſunt tantundem præſtant. nam quòd hîc dicit, præcepta iuris. per hoc dicit ars: cùm ars ſit collectio multorum præceptorum. Itē per hoc quod dicit, honeſtè viuere, alterū non lædere. valet tantū, quātū boni & æqui. Item per hoc quod dicit ius ſuum vnicuique tribuere, colligo, cuius merito, quis nos ſacerdotes appellet. j. ſacra vel iura ſua cuilibet miniſtrantes: vt hîc, &. ff. eo. l. j. ij. reſpon[o].

¶ HVIVS STVDII. ¶ Diuidit in quatuor partes, ſicut ſunt quatuor dicta. Ang. ¶ *CASVS*. In hac qnta & vltima parte figura caſum ſic. Ex quo vidim⁹ qđ eſt iuſtitia, itē ex quo vidim⁹, quot & qualia ſunt iuris ꝑcepta: eſt ſciēdū vltimo loco, ꝙ ius noſtrū ciuile in duas ꝑtes diuidit. ſ. in ius publicū, & priuatū. Et primò dicit, quid dicatur ius publicū. Et certè ius publicum dicitur illa pars iuris noſtri quæ tractat de vtilitate totius mundi. quod dic vt in glo. quæ incipit, Et conſiſtit. Secundò dicit qđ dicat priuatū. Certè ius priuatū dicit illa pars iuris noſtri, q̄ tractat de vtilitate ſingulorū: qđ dic vt in gl. q̄ incepit, & cōſiſtit. Secūdo dicit qđ dicat priuatum. Certæ meus, quod debet mihi ſoluat. & alia infinita exēpla poſſes ponere. Tandē dicit: ex quo vidim⁹, qđ eſt ius publicū, nūc videndū eſt quid eſt ius priuatum. Et ſciēdū eſt, ꝙ ius priuatū eſt collectum ex ꝑceptis triū iuriū. ſ. ex ꝑceptis iuris naturalis Itē ex præceptis, vel ꝑceptio iuris gentiū. Item ex præceptis iuris ciuilis. Et de his ꝑceptis iuris naturalis, gentiū, vel ciuilis, pone exēpla, vt in gl. quæ incipit, In iure enim. Fran. de Are.

v ¶ HVIVS STVDII.] i. arti adipiſcendæ per ſtudium.

x ¶ POSITIONES.] i. ſpēs ſecūdū pla. ſed ſecūdū Azo. ſic. i. ſuper duob⁹ generibus, nō ſpeciebus, ponitur hæc ars ſtudio legēdi diſcēda. nec enim placet, ꝙ ex multitudine rerū, multa dicant iura. ſic enim diceretur ius aliud equinū, quod ſuꝑ equo tractaret: aliud aſininū: & ſic de ſingulis. ſed ego credo, ꝙ iſte nō fuit Py. intellectus: ſed ille qui eſt præceptoris mei[p]. Accurſi. *ADDITIO*. Pro cōcordia dicendū eſt ſecūdū Por. ꝙ ſpecies ſumit dupliciter. Vno mō dialecticè: & tūc ſumit pro ſpecie ꝑdicabili de pluribus differētibus numero. & hoc mō Pla. intellexit. quā ſpeciē Azo gen⁹ appellauit. Alio modo capitur ſpecies legaliter, pro vno quoque indiuiduo. l. eum qui ędes. ff. de vſucap. vt etiam no. in. l. legato. ff. de lega. j. &. gloſſ. in. l. ij. ff. ſi certum. peta.

y ¶ PVBLICVM IVS.] & conſiſtit in ſacris, in ſacerdotibus & magiſtratibus. ff. e. l. j. §. publicū. & in aut. vt. li. ma. & auiæ. §. fi. ver. quia verò. col. viij. & C. de ſum. tri. & fide catho. l. inter claras. &. ff. de ori. iu. l. ij. §. poſt originē gl. in. d. §. publicū. in verbo, in ſacris. declarat hanc. Egi. per.

z ¶ REI ROMANAE.] id eſt. Romani imperii. ſic ponitur. j. de pa. po. §. ius autem.

a ¶ SPECTAT.] ſ. principaliter. nā & ſingulorū eſt vtilitas rem publicā ſaluam conſeruari. Accurſius.

b ¶ PERTINET.] ſcilicet principaliter. ſecundariò autem ad publicam vtilitatem pertinet: expedit enim reipu. &c. vt. j. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. nam antoninus.

valet: ſeu circa diuerſa, ſi ſint cōnexa: aliâs ſecus. Ang.

† Sic dicit in proœ. de decr. in gl. honeſtè. & in prin. decreti. c. humanum genus.

m Iſta gl. præſtat ar. an quis teneatur adiuuare aliquē qui offenditur. & dicitur, ꝙ de iure canonico teneor iuuare, verbis interponendo me honeſto modo: vt. ij. q. vij. c. negligere. ſed ſecūdū leges, regulariter non teneor adiuuare: vt. l. metum. §. ſed licet. ibi Bald. ff. qđ me. cauſa Tullius lib. j. de offi. cōtrà. Qui alterum non defendit ſi poteſt, inquit, tàm invitio eſt quàm ſi patriam aut parentes deſerat. Egi. Perri. An autē incurrat excōmunicationem ſeipſum offendens, vel ledens? dic ꝙ ſic ſecūdū Bart. Pe. de bel. perti. & Ange. hîc. n Et bene ſecundum Porc. quàn uis Ia. dubitet de iure naturali. o Similes gl. ſunt in. l. iuſtitia. §. j. ff eo. p Nota ꝙ Azo fuit præceptor Accurſij.

Dicendum eſt igitur, de iure priuato[a], quod tripertitum eſt[b]. Eſt enim ex naturalibus[c] præceptis, aut gentium[d], aut ciuilibus[e].

TITVLVS II.

De iure naturali, gentium, & ciuili.

¶ Maſculi & fœminæ coniunctio, item procreatio liberorũ, & educatio, ſunt de iure naturali: eo quòd iſta ſunt propria omnium generum animalium. Areti.

Ius[f] naturale eſt, quod natura omnia aĩalia docuit. ¶ Nã ius[g] iſtud, non ✱ humani[h] generis proprium eſt, ſed omniũ animaliũ, quæ in cœlo[i], quæ in terra[k], quæ in mari[l] naſcuntur. ¶ Hinc[m] deſcendit maris[n], atque fœminæ coniugatio[o] † quam nos matrimonium[p] appellamus. hinc[q] liberorum procreatio, & educatio[r]. Videm⁹ etenim ✱ cætera[s] quoque animalia iſtius[t] iuris peritia cenſeri †.

¶ Cuilibet populo iuriſdictionẽ habenti permittitur ius propriũ ſtatuere: quod ius ciuile vocatur. Illud verò, quod ab omni gente æqualiter cuſtoditur, ius gẽtium appellatur. h.d. Areti. Vel dic ſecundum Bal: Statuta cõdita â populis, ius ciuile dicuntur. Nã populo iuriſdictionẽ habenti permiſſum eſt ius proprium cõſtituere. Quod verò ab omni gente ſeruatur, iuſ. gentium nuncupatur. h.d.

¶ Ius autem ciuile †, vel gentiũ ita

a ¶ DE IVRE PRIVATO.] ſed quid de publico? Reſpõ. non dicet in hoc libro: ſed dicitur. ff. de iure fiſ. & C. eo. ti. & in alijs tit. ſequẽtibus: & ferè per omnes tres libros Codicis: vbi de iure pub. tractatur. Et nũquid illud eſt tripertitè collectũ? Reſpon. ſic: vt ſtatim dicam, & ex eiſdẽ præceptis. Cùm ergo eadem ſint exempla, publici & priuati, quare de priuato tantùm dixit, quod eſt tripertitè collectum? Reſpon. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cùm feciſſet hũc librũ cauſa rudiũ, nolebat eos multùm aggrauare: quod feciſſet ſi tractaſſet de iure publico in hoc libro.

b ¶ TRIPERTITVM eſt.] in iure enim priuato, vt in ſuo toto tripertita ſunt præcepta naturalia: vt hoc, Neminẽ cũ alterius damno fieri locupletẽ[a]: vt. ff. de condi. indeb. l. nam hoc natura. Itẽ gentiũ: vt quod quiſque ob tutelam ſui corporis fecerit: iure feciſſe exiſtimetur: vt. ff. e. l. j. ij. & iij. Itẽ ſunt pręcepta ciuilia: vt pręcepta de vſuſca. quia de priuata vtilitate eſt vſuſcapio: vt. ĩ. de vſuſcap. in princi. ibi, Ne dominia &c. Et ſic publicum eſt ex eiſdem exemplis: & pone eadẽ exẽpla: vt ecce à iure naturali, vt non locupletetur cum iactura alterius reſpublica. A iure gentium, vt liceat reipublicæ propulſare iniuriam. Item à iure ciuili: vt reſpublica vſucapiat[b], ſicut priuatus. quæ exempla poſuimus ſuprà, ſtatim in verbo, iure priuato.

c ¶ NATVRALIBVS.] id eſt iuris naturalis[c].

d ¶ AVT GENTIVM.] id eſt præcepti, iuris gentium[d].

e ¶ AVT CIVILIBVS.] præceptis[e].

a Iſtud exẽplum reprobatur per Bar. & Por. hîc. & per Bal. in. §. j. j. tit. proxi.

✱ Solũ.

Iuris publici tripertiti exempla.

b Contrarium tenet Porc.

c Vt ſuam prolem nutrire.

d Vt ſuo domino parere.

e Scilicet quod promiſit per ſtipulationẽ ſoluere.

¶ DE IVRE NATVRALI. ¶ *Dictũ eſt ſuprà, quòd ius priuatum eſt collectum ex naturalibus præceptis, gentium, & ciuilibus: nunc de eis dicit, & primò de iure naturali.*

IVS NATVRALE EST.] ¶ Totus iſte titu. diuidĩt in qnq; partes. Primò ponit de iure naturali. Secũdò de iure gentiũ & ciuili. Tertiò ponit vnam diuiſionem iuris ciuilis. Quartò rediens ad ius ciuile, & naturale, ponit vnã differẽtiam inter ipſa iura. Vltimo ponit circa quæ verſatur ius ciuile. Secũda ibi, Ius autem ciuile. Tertia ibi, Conſtat autẽ. Quarta ibi, Sed naturalia. Quinta ibi, Omne autem. Et hoc principium etiam diuiditur in tres partes. Primò ponit definitionem iuris naturalis. Secundò declarat illam. Tertiò probat per effectum Secunda ibi, Nam ius. Tertia ibi, Hinc deſcendit. ¶ CASVS. Quidam. ſcholaris rudis acceſsit ad principem Iuſtinianum: & coram eo talẽ propoſuit quæſtionẽ. Domine Imperator, dicite mihi, quid eſt ius naturale? Imperator reſpondit ei: Ius naturale eſt quoddam ius, quo iure omnia animalia ſunt inſtructa, & perita à naturali. à Deo. Vel ius naturale eſt quoddam ius, quo iure natura, id eſt Deus omnia animalia inſtruxit, & docuit. & in idem per omnia recidit hæc poſitio caſus cum prima. Bene dico, omnia animalia quia non ſolũ habet locũ in hominibus, ſed in omnibus animalibus: ſiue in cœlo. i. in aere naſcãtur: vt aues: ſiue in terra: vt alia animalia: ſiue in aqua naſcãtur: vt piſces. Videmus enim. i. videre poſſumus omnia animalia, nedũ homines, eſſe perita huius iuris naturalis. h.d. vſq; ad verſi. Hinc deſcẽdit in quo ponũtur duo, vel tria exẽpla, de hoc iure naturali. Mouetur enim maſculus, ad coniungẽdum ſe fœmellæ: vel vir ad coniungendum ſe fœminæ. quæ coniunctio vocatur matrimoniũ, ſecũdum iura ciuilia. Secũdum exẽplum eſt tale: Iure iſto naturali mouetur homo, & fœmina ad procreãdos, & nutriẽdos liberos, id eſt filios. Nam iſto iure naturali mouẽtur homines, & fœminæ ad cõmiſcendum ſe adinuicẽ: quã coniunctionẽ faciunt, ideo vt liberos procreent: & eiſdem liberis procreatis, mouentur eodem iure naturali, ad eoſdem liberos alendos, & nutriendos. Franc. de Are.

f ¶ IVS NATVRALE eſt, QVOD NATVRA.] i. Deus[f]: & nominatiuẽ, & ablatiuè poteſt legi. ſic. ſ. tit. j. §. j. Et nota, quòd quatuor[g] modis ius naturale ponitur. Quandoque pro iure gentium: vt. ĩ. de re. diui. §. ſingulorũ. Quandoque pro iure pactorum: & ſic pro iure prætorio: vt. ff. de pact. l. j. Quandoque pro eius contrario, ſcilicet pro eo, quod reſcindit pacta: vt in reſtitutione minorum: vt. ff. de mi. l. j. Quandoque pro inſtinctu naturæ: vt hîc, &. ff. eo. l. j. §. ius autem naturale. Sed ſecundum cano. ius naturale dicitur quod in lege Moſaica[h], vel in euangelio continetur: vt in prin. decretorum. Et iſtud (quod) hic eſt nominatiui caſus, quando hæc dictio (natura) eſt ablatiui caſus. & econtra eſt accuſatiui quando (natura) eſt nominatiui: & tunc dic natura, id eſt Deus. ADDITIO. Dic ſecundum Por. ꝙ hoc relatiuum (quod) erit accuſatiui caſus, & verbũ (natura) erit nominatiui. Nam hoc verbum (docuit) in tex. poſitum, poteſt regere duos accuſatiuos diuerſos: vt in gloſ. ordinaria. in. l. ſucceſſores. C. ad legem falci. & habetur in. l. eam quam. C. de fideicommiſ.

g ¶ NAM IVS.] bene dico omnia animalia. Nam ius iſtud &c. non ſolùm eſt hominum, ſed commune omnium animalium. Accurſius.

f Hæc nõ eſt legis intentio: & natura hîc accipitur pro virtute inſita cuilibet rei. Bart. Nico. Fab. & Placen.

g Plac. & Iaſ. ponunt quĩq; quos vide hîc per eoſdem.

h Hoc verũ in præceptis moralibus: ſecus in myſticis,

h ¶ HVMANI.] i. hominum.

i ¶ IN CAELO.] i. in aëre: vt aues quæ in arboribus & aëre naſcuntur: vt ĩ. de rerum diui. §. apum.

k ¶ IN TERRA.] vt feræ beſtiæ, quæ in ſuis luſtris. i. cubiculis naſcũtur: & etiam quædam aues.

l ¶ IN MARI.] vt piſces. idẽ dico, & ſi in qualibet alia aqua naſcãtur.

m ¶ HINC.] i. ab hoc iure naturali. ſ. Deo, ꝙ primò Adã Euę coniunxit: & in paradiſo deliciarũ poſuit. Accur.

n ¶ MARIS.] i. maſculi.

o ¶ CONIVGATIO.] ſ. animorum corporũ: vt ff. de regu. iur. l. nuptias.

ADDITIO. Eſt tamen differentia ſecundũ Ang. quia ſecuto ſolo conſenſu, poſsibilis eſt ſeparatio ꝑ ingreſſum monaſterij: vt. C. de epi. & cle. l. deo nobis. circa prin. & in decretali. c. ex publico. de conuer. cõiug. ſecus autem ſecuta carnali copula.

p ¶ MATRIMONIVM.] i. effectum matrimonij. Et ſic nota, ꝙ matrimonium quo ad originem eſt de iure naturali. ſcilicet de Deo: vt hîc dicitur[i]. de iure gentium etiam dici poteſt: quia ab eo receptum eſt[k]. De iure ciuili etiam dici poteſt: quia formam ei adiunxit, & ſolemnitatem, ſecũdum Azo. vt patet. ĩ. de nupt. per totum titulum, cùm dicit, à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: vt. ff. de ritu nuptiarum per totum. vnde debet dici de iure ciuili: vt. ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile. ADDITIO. Intellige hoc, niſi quo ad prohibitionem graduum lineæ aſcẽdentis, vel deſcẽdentis, vel etiam collateralis in primo gradu: quia dicitur de iure diuino. c. literas. §. ſanè. ver. opinioni. &. §. ſeq. extrà de reſti. ſpo. Item quo ad formam verborum eſt de iure canonico: ſed quo ad inſtinctum coniunctionis, ſeu cauſam finalem, ſcilicet conſeruationem indiuidui, eſt de iure naturali, ſecũdum Chriſtoph. Por. hîc.

q ¶ HINC LIBERORVM PROCREATIO] Nam deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis inſtinctus.

r ¶ ET EDVCATO.] † Nam hoc iure. ſ. naturali mouetur parẽs ad educationem filiorum ſuorum potius quã alienorum: vt. ff. vnde liberi. l. ſcripto hærede. in fin. & ad hoc etiam tenetur parens: niſi pro ſe ſit in ſufficiens: vt ff. de libe. agno. l. ſiquis. §. ſed & ſi filius. &. §. denique.

s ¶ CAETERA.] ſ. animalia propter homines.

t ¶ ISTIVS IVRIS.] ſ. naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim quòd auis volat: piſcis natat: gallina oua calefacit: mouentur iſto iure naturali.

¶ IVS AVTEM. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponĩt dictũ bimẽbre. Secundo, ponitur exẽplũ primi mẽbri. Tertiò, ponit exẽplum ſecundi mẽbri. Secũdo ibi, Nã quòd Tertia ibi, Quòd verò. ¶ CASVS. Quidam ſcholaris acceſſit ad principẽ, & talẽ ꝓpoſuit qõnem. Dñe Imperator, dicite mihi, que differentia eſt inter ius gentium, & ius ciuile: & ideo quęro, quia volo vnum ius ab alio ſcire diſcernere. Imperator reſpondit. Amice, dico tibi, quòd omnes populi qui vtuntur iure ſcripto, & iure non ſcripto: pro parte vtuntur ſuo proprio iure: ſcilicet ciuili. & pro parte, vtuntur iure communi oĩm hoĩm. Secũdò, dicit ſcholaris: Domine Imperator: vos loquimini ſic obſcurè, quòd non intelligo vos. Quid eſt hoc dicere, quòd omnes populi qui vtuntur iure ſcripto, & iure non ſcripto. pro parte vtũtur ſuo proprio iure: & pro parte vtuntur iure communi omnium hominum? dicit Imperator: Quòd dixi tibi, quòd vtuntur pro parte ſuo proprio iure, ſic intellige, quòd ius quod ſibi facit quilibet populus, illud eſt proprium ius illius populi, vel ciuitatis. id eſt appellatur ius ciuile. id eſt ius propriũ illius ciuitatis: puta ſtatuta municipalia: quæ in ſingulis ciuitatibus fiunt. Tertiò, dicit Imperator, quòd illud ius quo vtuntur omnes gentes, de mundo naturali ratione, id eſt diſcretione eſt inductum: appellaturque ius gẽtium, id eſt ius quo omnes gentes de mundo vtuntur. Et ſic amodò aperta eſt differentia inter ius gentium, & ciuile: quia ius ciuile eſt proprium cuiuſque ciuitatis, ius verò gentium eſt commune omnibus. Quartò, dicit Iuſtinianus. Nõ ſolũ quidem alii populi vtũtur pro parte iure ꝓprio id eſt ciuili, & pro parte iure cõi omniũ. i. iure gentium: ſed etiã populus Romanus hoc facit: quia pro parte vtitur ſuo iure, id eſt ſuis proprijs ſtatutis: & pro parte vtitur iure communi omniũ hominũ. id eſt gentiũ. Quintò, reſpondet Imperator, cuidã tacitę obiectioni: quia poſſent aliqui dicere: Dñe Imperator, vos feciſtis mẽtionẽ de iure gentiũ & ciuili: dicatis de natura vtriuſque iuris. Dicit Imperator excuſando ſe: Ego hoc dicam in competẽti loco: ſcilicet in. §. pe. vbi dicit, quòd ius gentium eſt immutabile: & ius ciuile mutabile: ſecundũ expoſitionem iſtius. §. Vel alio modo intellige iſtam quintam particulam vt in glo. quæ incipit, ſcilicet iure gentium. Et hoc totũ in prima parte principali. In ſecunda parte aſsignat Iuſtinianus, ſecũdam differentiam inter ius gentium, & ius ciuile: quæ ſecũda pars continet quatuor partes: vt. ſ. dixi. In prima particula hoc dicit: Quamuis ius gentium non habeat denominationem ab aliqua ciuitate: qa non dicĩt ius gentiũ Romanorũ: vel ius gẽ-

tium

ſeu figuratiuis: quia illa ſunt mutabilia: ſecundũ Chriſt.

† Aliâs, cõiunctio.

✱ Cũcta animalia.

† Cenſeri, qualiter hoc loco accipiendũ ſit cũ non explicet Accurſius, vide Budęum in annotationibus ad Pandectas, ad. l. j. ff. de iuſti. & iur.

† Aliâs à iure gentium diſtinguit, ꝙ omnes populi &c.

Matrimonium à triplici iure ẽ.

i Vel aliter ſecũdũ Io. Fab. ne parẽtes ſint incerti de filijs quos alere tenentur, ratio naturalis dictat matrimoniũ.

k Vel quo ad ſubſtantiam cõſenſus.

† Educatio ſi conſideretur inſpecto naturę inſtinctu eſt de iure naturali, ſi prout eſt redacta ad neceſsitatem, eſt de iure ci. l. ſi quis à liberis. §. ſi. ff. de lib. ag. nã pater cogitur iure ciuili, alere liberos: vt de Sophocle. ſcribit Tul. in Cato. Egi. Perri.

CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARY WASHINGTON D.C.

tiũ Bononiẽſiũ:tamẽ ius ciuile habet denominationẽ ab ea ciuitate, in qua factum eſt:vt ecce ſtatuta quæ fiebant apud ciuitatem Athenarum per ſuos ſapiẽtes,ſcilicet Solonẽ,& Draconẽ:poſſunt dici ius ciuile Athenienſium. Secundò adducit ſimile,ꝙ ſtatuta facta Romæ poſſunt dici ius cuile Romanorum,vel ius ciuile Quiritũ:quia Romani appellabãtur Quirites, à quodam eorum Rege,qui Quirinus appellabatur. Tertiò dicit. Sed quid dicemus ſi ſimpliciter dicatur ius ciuile: nec addatur nomen ciuitatis, in qua factũ eſt illud ius: de quo iure intelligemus? Rñ. per excellentiã,intelligit̃ ius ciuile de iure ciuili Romanorũ.i. de ſtatutis eorũ.Quartò adducit ſimile.Ecce cũ dico,poeta, & ei nõ addo nomẽ proprium: per excellẽtiam intelligitur de Homero apud Græcos:vel de Vergilio apud Latinos: hoc dicit vſque ad.§. ius autem gentium.

diuiditur [a]. Omnes populi qui legibus [b], & moribus * regũtur, partim ſuo proprio,partim cõmuni [c] omniũ hominum iure vtuntur.¶ Nã quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit †, id ipſius propriũ ciuitatis eſt: vocaturq́ue ius [d] ciuile,quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. ¶ Quod verò naturalis [e] ratio inter omnes gentes conſtituit, id apud [f] omnes populos peræquè cuſtoditur : vocaturq́ue ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur [g]. Populus itaq; [h] Romanus partim ſuo [i] proprio, partim communi omnium hominum iure vtitur. Quæ [k] ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus [l].

¶ Ius ciuile appellatur ab illo populo, qui ipſum condidit:& appellatione iuris ſimpliciter,intelligitur de Romano.Are. Vel ſic:Verba ſimpliciter prolata,in potentiori,& digniori ſignificato intelligũtur.h.d.Bal.

¶ Sed ius [m] quidẽ ciuile ex vnaquaq; ciuitate [n] appellatur:veluti Atheniẽſiũ.Nã ſi quis velit Solonis [o],vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniẽſiũ,nõ [p] errauerit.Sic [q] enim & ius quo Romanus populus vtitur,ius ciuile Romanorũ appellamus,vel ius [r] Quiritũ quo Quirites vtũtur.Romani enim à Romulo,Quirites à Quirino [s] appellãtur.Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis [t]:noſtrum [v] ius [x] ſignificamus. ſicuti cum poetã dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus:apud nos,Vergilius [y].

¶ Ius gentiũ omnibus hominibus eſt cõmune:& ab omnibus gentibus fuit factũ, vſu & neceſsitatibus exigẽtibus, ex quo bella licita oriuntur,& captiuitates,& ſeruitutes, & cõtractus:quibuſdã exceptis. hoc dicit vſque ad.§.Conſtat.Areti.

¶ Ius [z] autẽ gẽtium omni humano [a] generi cõe eſt.¶ Nã vſu [b] exigente,& humanis neceſsitatibus,gentes † humanæ iura quædã ſibi cõſtituerunt. ¶ Bella [c] etenim orta ſunt,& captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri cõtrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio [d] liberi naſcebãtur. Et ex hoc iure gentiũ omnes penè [e] contractus introducti ſunt:vt emptio,& vẽditio, locatio,& cõductio, ſocietas, depoſitũ, mutuũ,

a ¶ DIVIDITVR.] id eſt vnũ ab altero ſic dignoſcitur. Accurſius.

b ¶ LEGIBVS ET MORIBVS.] Nam quidã ſunt qui regũtur tãtùm moribus:& etiã quidam, qui nec moribus, nec legibus: vt homines ſylueſtres [a]: etiã quidã qui legibus tantùm,& non moribus.

c ¶ COMMVNI.] id eſt eo iure quod eſt in communi apud omnes: ſiue ſcriptum ſit, ſiue nõ.

d ¶ IVS CIVILE.] vt ſunt ſtatuta terrarũ:quæ iura municipalia dicuntur:vt.C.de emã.lib.l.j.& ſic dicitur ad differẽtiam iuris naturalis.i.iuris gẽtiũ:& ita accipit̃ hîc.Secũdo modo dicit̃ ius ciuile [b] lex.xij.tabularũ:vt.ff.de iuſti.& iur.l.ius ciuile.§.hoc igitur. Tertiò dicitur ius ciuile,omne ius quod nõ eſt prætoriũ.& ſic accipitur.ff.de iuſti.& iur.l. ius autẽ ciuile,in princi.et.§.ius prætorium.Quartò dicitur diſputatio prudẽtũ,quę fuit facta ſup.l.xij.tab.vt.ff.de ori.iur.l.ij.§.hæc diſputatio ſecũdũ Io.Quintò,quicqd ſcriptũ habemus de iure,dicit̃ ius ciuile : vt cũ dicitur: Eſt enim ſanctiſsima res ciuilis ſapiẽtia:quæ pretio nummario non eſt æſtimanda:vt.ff.de var.& extra.cog.l.j.§.proinde.Sextò dicitur quoties adiicitur aliquid iuri naturali,vt in matrimonio modò diximus : vel detrahitur iuri naturali:vt in vſuſcapionibus:vt.j̃.de vſuſcapio.in princip. [c] vel additur iuri gentium:vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter:vt infrà.de tut. in princip.vel detrahitur,vt in poteſtate ſeruorum reſtricta : vt.j̃.de ijs qui ſui vel alieni iuris ſunt.§.ſed hoc tempore.hoc enim ius ciuile dicitur : vt.ff.de iuſti.& iur.l.ius ciuile.j.reſpon.& hæc exempla ſunt ibi notata.Accurſius.

e ¶ NATVRALIS RATIO.] nota,quòd ius gentium naturali ratione eſt inductum:vt hîc,&.j̃.de re.diui.§.ſingulorum.vnde eſt ius immutabile: vt.j̃.e.§.ſed naturalia.Accurſius.

f ¶ ID APVD.] nunc ſoluit.Accur.

g ¶ VTVNTVR.] vt eſt religio erga deum:vt parentibus, & patriæ pareamus [d]:vt contra violentiam reſiſtamus:vt.ff.de iuſti.& iur.l.j.in fin. & l.ij. Item conuentiones ſiue pacta,quæ apud omnes gentes valent:vt.j̃.eo.§. ius autem gentium.&.ff.de pac.l.iuris gentium.in prin.

h ¶ ITAQVE.] quia omnis populus vtitur partim iure cõi, & partim &c.

i ¶ SVO.] quod pro ſe tantũ cõpoſuerũt:aliâs eſſet lex generalis:vt.j̃.e.§. lex.

k ¶ QVAE SINGVLA.] ſ.iura gentiũ,& ciuilia:quibus vtuntur ciues Romani.& effectus eorũ iuriũ dicet̃.j̃.de re.diui.§.ſingulorũ.vſq; ad fi.ti.vbi dicit̃ qualiter acquiruntur dñia iure gẽtiũ.Itẽ.j̃.de vſuſcap.et in ti. ſequentibus,in quibus dicit̃ qualiter acqrunt̃ dñia iure ciuili.et ſecũdũ hoc refert̃ ad proximũ dictũ, et illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. Vel aliter dic:proponemus.j̃.e.ti.§.pe.vbi dicit alterum de iuribus variabile,vt ciuile:alterum non,vt gentium.et ſecundũ hoc nõ refertur ad proximum dictũ:ſed ad id quod dicit ſuprà,Nam &c.et etiam, Quod verò &c.

l ¶ PROPONEMVS.] ſed vbi?Reſpon.fortè.j̃.de re.diui.§.ſingulorum.et refertur non ad proximum dictum [e]:ſed ad id quod dictum eſt, Nam quod quiſque &c.& ibi,Quod verò &c.

m ¶ SED IVS QVIDAM &c.] diximus populos commune aut proprium ius habere:ſed &c.

n ¶ CIVITATE APPELLATVR.] id eſt nomen illius ciuitatis vbi factũ eſt ius ciuile,debet ei imponi.

o ¶ SOLONIS.] nomina ſunt compoſitorum ſtatutorum in illis ciuitatibus, ſicut ſi appellaret quis ius ciuile Bon.ſtatutum à compoſitoribus inuentũ: & conſilio confirmatum.

p ¶ NON ERRAVERIT.] imò bene dixerit.

q ¶ SIC ENIM ET IVS.] quod pro ſe tantùm compoſuerunt:aliter eſſet generalis lex:vt.j̃.e.§.lex eſt.& de hoc, ſcilicet iure ciuili generali poteſt hîc intelligi,vel loqui.Accur.

r ¶ IVS QVIRITVM.] pro eodem,licet nomina mutet.

s ¶ A QVIRINO.] ꝗ fuit eorũ rex,dictus à quiris,quod eſt haſta:ꝗa magna haſta in bello vtebatur.

t ¶ CIVITATIS.] ſed ſimpliciter dicitur ius ciuile.

v ¶ NOSTRVM.] ſ. Romanorũ,per excellẽtiã. *ADDITIO.* Et ideo dicit Io.fab.ꝙ in ſupplicãdo pro præbẽda eccleſiæ cathedralis,ſpecificatio ipſiꝰ eccleſiæ vitiaret:ꝗa ſufficit,ꝙ dicat̃, in eccleſia Lugdun̄. vel Pariſien̄. & quòd ita de facto vidit obſeruari.

x ¶ IVS.] ſ.ciuile Romanorum, ſi eſt proprium: vel generale, ſi eſt factũ vt ſit generale.

y ¶ VERGILIVS.] idẽ in apoſtolo.nã Paulus in diuina ſcriptura ĩtelligit̃. Itẽ vbi dicitur ſapiẽs, intelligitur Salomon.

¶ IVS AVTEM. ¶ Primò ponitur vnũ dictũ.Secundò ponit̃ ratio, quare ius gentiũ fuit inuẽtũ. Tertiò ponit̃ effectus : ſiue ponuntur inuentiones iuris gẽtium. Secunda ibi, Nam vſu. Tertia ibi,Bella.

¶ *CASVS.* Quãuis in ſuperiori. §. tractauerit de iure gentium & ciuili:quia tamen de iure gentium non tractauit ibi plenè:ideo hîc plenius tractat,repetendo etiam de eo quod dixerat. Et diuidit hunc.§.in tres partes:ſicut.ſ̃.dictum eſt In quarum prima parte dicitur,ꝙ ius gẽtiũ eſt cõmune omnibus hominibus de mũdo.Secũdò reddit rationem,quare ius gẽtium fuit inductum:quæ ratio talis eſt. Homines indigebant aliquibus ſtatutis:& ideo multa inter ſe ſtatuerunt:quæ dicuntur ius gentium.& maximè bella,& captiuitates, & ſeruitutes ſunt à iure gentiũ:quæ ſeruitutes ſunt cõtrarię iuri naturali:quia de iure naturali omnes homines liberi naſcebantur. Tertiò dicit, quòd ex hoc iure gẽtium ſunt introducti quaſi omnes contractus:de quibus multa exempla ponit in textu. h.d.vſque ad.§.conſtat.

z ¶ IVS AVTEM.] autem pro ſed. & repetit de iure gentium : vt aliquid addat.

a ¶ OMNI HVMANO.] Sed nunquid plura humana genera ſunt? Reſpon. non expono [f] ergo,id eſt omnibus hominibus.

b ¶ NAM VSV.] ab initio enim pauci erãt homines:indiguerũt tamẽ aliquo cõmuni vſu:& quanto plures fuerunt, tunc magis ſuas conſuetudines habebant,& ſtatuta:puta vt nullus vineam, vel ortum alterius intraret. & hæc ſequitur,& probatur.ff.de iuſti.& iure.l.ex hoc iure.

c ¶ BELLA.] ſed quomodo à iure deſcendit bellum, cùm ſit à iure prohibitum:vt.ff.de vſufr.l.æquiſsimum?Reſpon.loquitur de eo,quod à populo Romano eſt indictum hoſtibus : vt.ff.de cap.& poſtli. reuer. l. hoſtes. §. in bello [g].Item propulſare violentiam:quod eſt licitum : vt.ff.de iuſti. & iur.l. vt vim.&.ff.de vi & vi ar.l.j.§.vim vi.cum moderamine tamen:vt.C. vnde vi.l.j. *ADDITIO.* In quo moderamine requirit̃ primò debita inſtrumentorum proportio:quamuis ſecundum Io.Fab.aggrediẽtem ſine armis,poſsim cum armis repellere,ſi aliâs tutè me defendere nequeo.Secũdò, quòd fiat incontinenti:id eſt in ipſa actus flagrãtia in defenſione perſonæ: vel antequàm diuertat ad extraneos actus, in defenſione rerum. Tertiò, ꝙ non ad vindictam:in quo attenditur modus facti,qualitas perſonarũ, & potentia.Et nota ſecundum Iaſ.quòd ipſa propulſio eſt de iure naturali:ſed cũ moderamine,eſt de iure gentium.ſecundum Ange.hîc.

d ¶ INITIO.] ſed nunquid hodie?Quidam dicunt ſic.nos cõtrà. Nã ſeruus naſcitur,vt.j̃.de iure pa.§.ſerui.&.ff.de nata.reſtit.l.interdum.Accurſius.

e ¶ PENE.] penè dicit [h] propter quatuor contractus:vt propter ſtipulationẽ: vt.j̃.de act.§.de conſtituta.Item propter literarum obligationem:vt.j̃.de lit. oblig.Item propter contractum emphiteuticum:vt.j̃.de loca. & conduc.§. adeò.Item propter ſponſalitiam largitionẽ,id eſt donationẽ propter nuptias:vt in aut.vt ſpon.larg.§.j.&.ij.colla.ix.Et nota quòd hîc dicitur omnes contractus eſſe de iure gentium:ſed non omnes obligationes. nam quæ ex maleficio vel quaſi ſunt,non ſunt de iure gentium, ſed vel à lege. xij. tabularum,vel ab alia lege. *ADDITIO.* Prout glo.loquitur in quaſi maleficijs approbatur:quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno: quod ius gentium non conſyderat,ſed prout loquitur in maleficijs, reprobatur per.l.j.ff.de fur.vt per Ange.& Chriſtopho.hîc.

* Mores, qualiter hoc loco accipiẽdi ſint, vide Budęũ ad.l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.

† Quod ſibi licitũ eſt. Et concor.c.que in eccleſiarũ. in gl.j.in prin. extrà de cõſti. & in.c. venerabilẽ. in.gl. ſuper verb.lotharius. extrà. de elect.

a Omnes tamen ſunt de ſemine Adæ. Ioan. Fab.

Ius ciuile ſex modis dicitur.

b Iſta glo. ẽ magiſtralis ſecũdum Ang.adſciẽdum quot modis capitur ius ciuile.

c In noe ſcilicet quia eo iure oĩa erãt cõmunia ſecũdũ Iaſ. hîc aliâs ſi glo. præſupponeret,quòd illo iure eſſet dare meum & tuũ: eſſet falſa: vt per Ia. de are.Bal. & Albe. in.l. ius ciuile.ff. de iuſt. & iure.

d Tex. eſt not.ſecũdũ Iaſ.in.l.j.§. & generaliter.ff.de vẽtre in poſſ. mit. quem Bal.reputat ſingularem in.l. matres C.ad Tert. & cui potiꝰ ſit parendũ vide per Ange.aret.hîc.

e Iſta glo. contradicit gl precedẽ. ſed ambæ ſunt bonæ,vt referatur ad ꝓximũ dictũ vel ad remotum,cũ ſecundũ ambas expoſitiones, loquemur de iure gentiũ, vel ciuili ſecũdũ Nic. Quirinus vnde dicit̃.

Diuiſio.

† Per hunc text. Pau. dicit verbum hoc gentes comprehendere mares & fœminas.

f Vel expone omni. i. toti ſecũdũ Nic. & Io. Fab.

Bellum eſt à iure introductum.

g Imò à quocũque etiã ſpriuatoꝰ pro ſuo recuperando.& de licentia ſuperioris, ſi per ipſum recuperare non valeat : & hoc nedum contra ſuũ detinentes, ſed etiam eos iuuãtes ſecũdũ Io. & doc.

h Idem Bart.& Ni. & vide gl. ſimilem in l. ex hoc iure. ff. de iu. & iur. & in l. legitima. ff.de pac.

a ❡INNVMERABILES.]id eſt non facilè ad numerandum habiles:vt.j.de re.corpo.& incorpo.in prin.

Diuiſio. ❡CONSTAT.¶Diuiditur iſte.§.in tres partes.Primò ponit dictum bimenbre.Secundò ponit exemplum primi membri.Tertiò,exemplũ ſecũdi mẽbri.Secũda ibi Scriptũ.Tertia ibi in.§.Ex nõ ſcripto.Itẽ ſecũda ſubdiuiditur in duas partes. Primò ponit qd eſt ius ſcriptum.Secũdò ponit exẽpla.Secunda ibi,Lex.

& alii innumerabiles[a].

❡ Ius ſcriptum conſiſtit in ſex partibus hic nominatis.h.d.cum quo concordat ſecunda diſtinctio.§,lex eſt.ſecũdum Aretinum.

❡Conſtat autem ius noſtrum[b] quo vtimur, aut ſcripto[c], aut ſine ſcripto: vt[d] apud[e] Græcos τον νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ᾽ ἄγραφοι ¶Scriptum autẽ ius[f] eſt lex,plebiſcita,ſenatuſconſulta[g],principum placita, magiſtratuum edicta,reſponſa prudentum.

❡ Definitio legis hic ponitur.Ang.

❡Lex eſt[h],quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti[i] conſule[k] conſtituebat.

❡ Definitio plebiſciti:& differentia inter plebem & populum.Aret.

❡Plebiſcitũ eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante,veluti[l] tribuno,conſtituebat. ¶ Plebs autem à populo eo differt,quo ſpecies[m] à genere. Nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiã[n] patricijs[o], & ſenatoribus †. Plebis autem appellatione, ſine patricijs, & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur. ¶ Sed & plebiſcita[p],

¶ CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. Itẽ vidimus de iure gentiũ ſupra. §. proxi. Item vidimus de iure gentium, & ciuili miſtim ſuprà.§. ius autẽ ciuile.vſque ad. §.ius autem gẽtium. Sed quia de iure ciuili nõ plenè tractatũ eſt:ideo tractabitur in hoc.§. & ſeq. vſque ad.§.ſed naturalia. Et ideo diuide aliter hũc. §.quàm ſuprà, ſecũdum Frãc.de Are.in ſexdecim partes,vſque ad.§.ex non ſcripto.In prima parte dicitur,ꝙ ius noſtrũ ciuile diuiditur in duas partes: ſcilicet in ius ſcriptum, & in ius non ſcriptum: & hoc ad ſimilitudinem Græcorum, qui ſimiliter iure ſcripto,& iure non ſcripto vtebantur.Secundò dicit, quòd primò eſt videndum de iure ſcripto. Et eſt ſciendum, quòd ius ſcriptum conſtat ex ſex partibus iuris: ſcilicet ex lege: & plebiſcito: ex ſenatuſconſulto:ex principum placitis:prætorum edictis: & ex reſponſis prudentum. Tertiò dicit, quid eſt lex. Certè lex dicitur illa quam Romanus populus faciebat, conſule ſenatorum interrogante populum: vt ecce quando emergebat aliqua quæſtio, quæ non erat ſoluta per aliquam legem: populus pulſabatur cũ campana, Ad arengam,Ad arengam,Ad arengam.Et ſic congregabatur populus Romanus: & tunc loquebatur magiſtratus ſenatorum: & dicebat populo ibi congregato: Domini mei,talis quæſtio emergit de nouo: quam quæſtionem non reperimus deciſam In noſtro iure: placet ne vobis, quòd ad deciſionem illius ita, & ita ſtatuatur? Et populus ſimul vel diuiſim clamabat, vel clamabant dicentes: Sic fiat, vel ſic fiat. & ſic illud taliter conſtitutum dicebatur lex. Quartò dicit quid ſit plebiſcitum.Et certè plebiſcitum dicitur illud ius quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorum interrogante plebem.Ecce enim quando emergebat aliqua quæſtio pertinens ad plebem, ſeu plebeios, quæ non erat ſoluta per legem aliquam:pulſabatur cum quadam alia campana: Ad arengam. Ad arengam, Ad arengam.Et ſic congregabatur plebs Romana. Et ſic tunc ſurgebat magiſtratus: ſcilicet tribunus plebis: & dicebat plebi: Talis quæſtio emerſit. placet ne vobis, quòd ad deciſionem illius ſic,vel ſic ſtatuatur? Et ipſi clamabant dicentes: Fiat ſic, & ſic. ergo illud taliter conſtitutum appellatur plebiſcitum.Quintò dicit. Diximus quòd lex fit à populo: & plebiſcitum à plebe, Sed quæ differentia eſt inter populum, & plebem? Reſpon.Populus eſt genus: quia appellatione populi omnes ciues Romani continentur, ſcilicet nobiles,patricij, & ſenatores, & ignobiles: Plebs verò ſine patricijs, & ſenatoribus cæteros ciues ſignificat. Sextò reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. nam poſſet aliquis dicere: Nunquid tautùm valent plebiſcita, quantum leges? Et dicit quòd ſic, ex quo fuit facta quædam lex quæ appellatur Hortenſia: in qua continetur, quòd plebiſcita obtinent vim legum. Septimò,quid eſt ſenatuſconſultum? Et certè ſenatuſconſultum eſt ſtatutum à ſenatoribus compoſitum:ſiue leges à ſenatoribus promulgatæ. Octauò reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. nam aliquis poſſet dicere: Senatuſconſulta videntur ſuperflua. nonne ſufficiebant leges, & plebiſcita? Reſpondet dicens, quòd ſenatuſconſulta non ſunt ſuperflua. Nam populus Romanus erat intantum augmentatus, quòd erat quodammodo impoſsibile, quòd ſemper quando debebant fieri aliquæ leges nouæ, quòd populus, & plebs congregari poſſent. Et ideo vtile viſum fuit populo, quòd ſenatores poſſent iura condere ſine populo, & plebe:& ſic quando congregabatur populus, conſul ſenatorum interrogabat. Nono, quid eſt principis placitum? Dicitur lex Imperialis. nam quod principi placuit, pro lege ſeruatur. Decimò, reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. Nam poſſet aliquis quærere: Quare princeps poteſt legem facere? Reſponſio. Quia populus Romanus tranſtulit in eum principem omne ius ſuum, & imperium: & maximè poteſtatem legis condendæ. Vndecimò dicit, quòd Imperator poteſt facere legem, vt dixi, ergo id quod inſtituit Imperator, ſeruatur pro lege, etiam ſi in modum epiſtolæ faciat: vt infrà de ijs qui ſui vel aliæ.iur. ſunt.§. fina. Vel ita ſi inter litigantes cognouit, & definitiuè pronũciauit, volens quòd illa ſententia eſſet lex: vt. C.de legi.& conſti.l.fin. Vel etiam ſi apponat in lege quam facit, hoc vocabulum, edictali vel edicto: vt. C. de ſecun. nup.l. hac edictali. Duodecimò, quòd leges imperiales propriè appellantur conſtitutiones. Tredecimò dicit, quòd legum ſiue conſtitutionum imperialium, quædam ſunt perſonales: quædam generales. Perſonales dicuntur, quæ ad alias perſonas extenduntur. Ecce ſi alicui ob meritum, id eſt propter ſuum meritum princeps indulſit, id eſt pepercit, quia deliquit contra principem: & princeps videns iſtum quòd bene ſibi ſeruierat, dat ſibi ſuam gratiam: iſta gratia quam dat ſibi princeps, non tranſit ad aliam perſonam. ideo dicitur in textu, quòd priuilegium perſonale non tranſgreditur perſonam, cui tale priuilegium conceditur. Aliæ verò generales conſtitutiones ſunt, in omnibus alijs hominibus. Quartodecimò dicit, de magiſtratuum,ſiue prætorum edictis:dicens,quòd prætorum edicta obtinent vim legum.Etiam dicit, quòd hoc ius prætorium poteſt etiam honorarium appellari,ab honore ipſorum prætorum,qui faciebant huiuſmodi ius.Quintodecimò dicit,quòd iſti prætores Romani erant multi: & ex his erant quidam,qui appellabantur ædiles curules: qui ſimiliter faciebant ſuas leges,ſuper certis articulis vel capitulis:quæ leges ſunt pars iuris prætorij.Sextodecimò dicit, quæ ſunt reſponſa prudentum. Et certè reſponſa prudentum dicuntur ſententiæ, & opiniones illorum ſapientum Romanorum, quibus permiſſum erat à principe iura componere:qui iuriſconſulti appellabãtur: quæ reſponſa eorũ tantam habebant poteſtatẽ, quòd nullus iudex poterat contra eorum reſpõſa ſemel pronunciare.Franciſ.de Aret.

b ❡IVS NOSTRVM.] id eſt ciuile Romanorum, de quo diximus.s̃.eo.§. ſed ius.Largè vocatur ius ciuile,quicquid ſcriptum habemus de iure generali:vt diximus.s̃.eodem.in gloſſ.vt ſunt ſtatuta terrarũ &c.ibi quintò &c. Item quicquid habemus de moribus,hîc comprehẽdit,ſcilicet generalibus: vt patet ex inferioribus.

c ❡SCRIPTO.]de hoc dicit vſque ad.§.j̃.ex non ſcripto. & de non ſcripto ibi dicet.Accur. ADDITIO. Non tamẽ eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis: ſed ad probationem tantùm: argu.l.contrahitur.ff. de pig.ſecundum doct.hîc.

d ❡VT.] pro ſicut.

e ❡APVD GRAECOS.]nam & Græci vtebantur iure ſcripto,& non ſcripto:vt.j̃.eo.§.& non ineleganter.Accur. ADDITIO. Græcũ quod in textu eſt,ita veritas: legum,aliæ quidem ſcriptæ, aliæ verò non ſcriptæ. Budæus vero in annotationibus ad pandectas,hoc ipſo titulo legit, τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δ᾽ ἔννομικόν. ſed in idem recidit.

f ❡SCRIPTVM AVTEM IVS.] ſcilicet ciuile Romanorum:de quo dixit.s̃.eo.§.ſed ius.Accurſius.

g ❡SENATVSCONSVLTA.] quare dicti ſint conſules: vt not.ff.de origi. iur.l.ij.§.exactis.

h ❡LEX EST.] hæc definitio,quo ad ſententiam concordat cum ea, quæ eſt.ff.de legi.& ſenatuſcon.l.j.[a] licet quo ad verba diſſentiat. Definitur & alio modo:Lex eſt ſanctio ſancta,iubens honeſta,prohibens contraria. quæ ſumitur ex lege græca.ff.de le.& ſenatuſc.l.ij.Itẽ definitur tertio modo, vt in alia lege Græca colligitur in eo.tit.de leg. & ſenatuſcon.l.j.Accur.

i ❡VELVTI.] exemplificatiuè ponitur:vt.s̃.§.proxi.nam facta cõuocatione populi Romani,magiſtratus,id eſt ſenatus non totus,ſed qui maior erat omnibus,interrogabat populum,ſcilicet conſuiendo an ſic placeret[b].& ſic ad libitum populi fiebat:vt.ff.de orig.iur.l.ij.§.deinde.j.

k ❡CONSVLE.] Nam conſul vice omnium ſenatorum interrogabat populum:& ſic ipſi ſenatores videntur interrogare. Nam qui per alium facit, per ſe facere videtur:vt.ff.de vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.&.ff.de admi.tut. l.ita autem.§.geſsiſſe[c].Nam rectè omnia noſtra facimus,quibus à nobis authoritas impertitur:vt.C.de vete.iure enu.l.j.§.ſed ſi quid.ver.omnia.

l ❡VELVTI.] exemplificatiuè ponitur:vt.s̃.§.proxi.erat enim vnus nomine tribunus,qui præerat plebeijs & eorum magiſtratui: qui interrogabat plebeios:vt.ff.de origi.iur.l.ſecunda.§.poſteà.verſicu. mox cum reuocata. &.§.ijſdem temporibus. & multas leges habemus de his: vt de leg. aquil.vt infra de leg.aquil.§.ex hoc tamen capite. & ne præſides accipiant niſi eſculenta:vt.ff.de offic.proconſu.l.ſolent.§.fina. &.ff.de offic.præſid.l. plebiſcito. ADDITIO. Sed hodie nec illa, ſi habent ſalarium: vt ibi not.ſecus in delegatis.extrà de reſcript. cap. ſtatutum.§.inſuper. libr.vj. Ioan.Fab.

m ❡SPECIES A GENERE.] eſt autem genus quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animalium, aliud rationale: aliud irrationale. & ſic ſe habet populus (vt ſequitur) ad nobiles & ignobiles[d]. Species autem eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero: vt hominum alius Titius, alius Seius. ſic ſe habet plebs. nam minores tantùm comprehendit, vt ſequitur. ADDITIO. Et ſic valet argumen. de ſpecie ad genus affirmatiuè: vt. l.ſecunda. §. doli. ff. vi bono.rapto.non autem negatiuè.l.duobus.§.ſiquis.ff.de iureiurand. ſecundum Iaſ.hîc.

n ❡ETIAM.] quaſi dicat.non ſolum populi appellatione viles connumerantur:ſed etiam patricij.

o ❡PATRICIIS.] qui erãt quaſi patres principis:vt.j̃.quibus modis ius pa.pote.ſol.§.filius[e].

p ❡SED ET PLEBISCITA.] videbantur minus valere, quaſi loco & argumento ſumpto ab authoritate: quia maior eſt patriciorum, & ſenatorum authoritas: vt.C. de leg. humanum. &.ff.de edend.l.ſiquis ex argentarijs.§.primo,ſed hoc ſublatum eſt per legem latam ab Hortenſio rege: vt ſequitur, &.ff.de origi.iur.l.ſecunda.§.deinde cum eſſet. verſicu.cum mox reuocata.

† Concor. in.c.poſt electionẽ in gloſſ.ſuper verb. nulla tenus poſt princ.ibi.ſic nomine populi. extrà deele.& gl. in.c.ſedes ſuper verb. maiores. ꝑpe ſi. ibi, plebis autẽ appellatione.extrà de reſcrip.

a Imò dic ſecundum Porc. quòd ibi definitur lex.,per quidditatẽ & ſubſtantiam, & per effectus quí ex ea ſequũtur: hîc verò per cauſas efficientes, ſeu in eſſe producẽtes.

b Et ideo dicit Ange. quòd non valeret ſtatutũ in cuius cõfectone cõſtaret quòd non fuerit in cõſilio per priorem factã propoſitio. ſecus tamẽ in dubio. Ange.aret.

c Debet tamen in libello exprimi, quòd per te vel alium tuo nomine tale qd cõmiſſum fuerit: aliâs agendo cõtra te, & ꝓbãdo de alio uo nomine expoliante: non obtineret: ſecũdũ Io. Fa.& Ang.

d Excipiũtur tamen clerici, vbi de eorũ prẹiudicio agitur: ſecũdũ Panor. c. j. extrà de vita & ho. cle.& Iaſo. hîc.

e Patricij qui dicanť: vide Budæum ad.l.v'ti.ff. de ſenatoribus. & Alci. ad li. C.xij. ti. de conſuli. & nõ ſpar. pecu.

Lege

lege Hortenſia [a] lata, non minus vale re, quàm leges cœperunt.

¶ Definitio ſenatuſconſulti: & quare ſenatoribus permiſſa eſt facultas legis condendæ. Angelus.

¶ Senatuſconſultum eſt, quod ſenatus iubet atque cõſtituit [b], nam cum auctus eſſe populus Romanus in eũ modũ, vt difficile eſſet in vnũ eũ conuocari legis [c] ſanciendę cauſa: æquum viſum eſt, ſenatũ vice populi cõſuli [d].

¶ Conſtitutiones principũ obtinentvim legis etiam generalis, ſi ſint generales: vel ſpecialis, ſi emanãt ob meritum, vel odiũ ſingularis perſonæ. h.d. vſque ad. §. prætorum quoque. ſecundum Aretinum.

¶ Sed & quod principi placuit [e], legis [f] habet [g] vigorẽ *. ¶ Cũ lege Regia [h], quæ de eius imperio [i] lata eſt, populus ei [k] & in eũ oẽ imperiũ ſuũ, & poteſtatẽ cõtulerit [l] †. ¶ Quodcũque ergo Imperator per epiſtolã [m] cõſtituit, vel cognoſcens decreuit [n], vel edicto [o] præcepit, legem [p] eſſe cõſtat. ¶ Hæc [q] ſunt quę cõſtitutiones appellantur. ¶ Planè ex his quædam ſunt perſonales [r], quę nec ad exẽplũ trahũtur: quoniam non hoc princeps vult. Nãquod ob meritũ [s] indulſit alicui [t], vel ſi cui pœnam irrogauit [v], vel ſicui ſine [x] exẽplo ſubuenit [y]: pſonã nõ tranſgreditur [z] †. Aliæ autẽ cũ generales ſint, oẽs proculdubio tenent [a].

a ¶ Lege hortensia.] ſic dicta ab Hortenſio, qui pacẽ compoſuit inter nobiles & plebeios: & inter eos ſic ſtatuit, quòd valeret plebiſcitum.
b ¶ Constitvit.] Nam poterat facere legem: vt hîc, &. ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. non ambigitur.
c ¶ Legis sanciendae cavsa.] Nã idẽ eſt ſi ex alia: ǫa difficile erat tot hoĩes cõuenire. Acc.
d ¶ Consvli.] id eſt interrogari. Nã antea populos interrogabãt: vt. ſ. e. ti. §. plebiſcitũ. & ſicut populus interrogabatur prius: ſic poſteà ſenatores (qui cẽtũ erãt numero) interrogabant à cõſule [a]: vt. C. de pe. hære. l. fi. in prin. & ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde ǫa difficile.

¶ Sed et qvod. ¶ Iſte. §. diuiditur in quatuor partes. Nã primò ponit dictũ. Secũdò eius rationẽ. Tertiò ponit illa tionẽ. Quartò dictũ modificat & declarat. Secũda ibi, Cum lege. Tertia ibi, Quodcunque. Quarta ibi, Planè.

e ¶ Placvit.] cauſa faciendi cõmunẽ legẽ [b] & generalẽ: aliâs non eſſet lex cõmunis, vt ſequitur: & C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. ex ſtipulatione. nam ibi dicitur, non omnis vox iudicis eſt ſententia. et ſic nõ omnis vox principis eſt lex.
f ¶ Legis.] quã non habemus.
g ¶ Habet vigorem.] id eſt lex eſt, & pro lege ſeruatur.
h ¶ Lege regia.] hac lege cautum fuit [c], vt poteſtas legis faciẽdæ, tranſiret de populo ad principẽ: vt hîc, & ff. de ori. iur. l. ij. §. nouiſsimè. & facit ad hoc. ff. de conſtit. prin. l. j. vbi ſunt eadem verba. Et hanc legem Regiam non habemus. nam facta fuit ſuper regno, id eſt imperio transferendo.
i ¶ Imperio.] transferendo de populo ad principem.
k ¶ Ei.] ſcilicet principi, quo ad honorem: & in eum, quo ad onus.
l ¶ Contvlerit.] id eſt trãſtulerit: ſic vt ipſe populus ammodo nõ habeat hoc ius. ſic. C. de vete. iur. enu. l. ij. §. hoc autẽ. & de leg. & conſti. l. fi. Sed alij dicunt, ǫ & adhuc populus poteſt facere legẽ [d]. & quod dicitur ſolum principem hoc poſſe: verũ eſt ſolus, id eſt nullus alius ſolus, ſecundum Ro.
m ¶ Per epistolam.] vt. j. de ijs qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. dominorũ. & ff. de conſti. prin. l. j.
n ¶ Decrevit.] ſcilicet ſedẽs pro tribunali dãdo ſentẽtiã definitiuã: vt. C. de leg. & conſtit. l. fin. Nam interlocutio principis non habet vim legis, niſi hoc expreſſerit à princip. vt ea. l. final. C. de legi. Accurſius.
Additio. Dic hoc verum eſſe: ſcilicet definiendo præter ius, & præſentibus partibus: aliâs non. vel etiam interloquẽdo, dummodo in corpore iuris claudatur, ſecundum Ang. hîc.
o ¶ Edicto.] vt. C. de leg. & conſti. l. iij. & de ſecun. nup. l. hac edictali.
p ¶ Legem.] generalem: quam potes cognoſcere quatuor modis [e]: vt. C. de legi. & conſti. l. leges. vel ſpecialem: vt ſequitur.
q ¶ Haec svnt.] ſcilicet quas conſtituit Imperator. Accur.
r ¶ Personales.] dũmodo in iuris corpore nõ ſint clauſæ [f]: aliàs oẽs ſunt generales: vt. C. de iuſtiniano codice confirmando. l. vnica. in. §. fi. Acc.
s ¶ Ob meritvm.] ǫa multũ ſeruierat principi [g]: & ideo aliquã pœnã quam debebat ille pati, propter delictũ quod fortè fecerat, ei remiſit. Acc.
t ¶ Alicvi.] pœnam merenti.
v ¶ Irrogavit.] ſ. nõ merẽti, vel merẽti ſed maiorẽ fortè, quã qua eſſet dignus: vt pœna eius metus ſit multorũ: vt. ff. de pœnis. l. aut facta. §. fi. Acc.
x ¶ Sine exemplo.] id eſt vt alij non caperent exemplum. Accurſius.
y ¶ Svbvenit.] vt clericis, quibus indulta ſunt ſpecialia: vt in aut. vt clerici apud propri. epi. & C. de epiſ. & cle. l. cũ clericis. & l. omnes qui. & curię & alijs: vt. C. de legi. & conſtit. l. ij. Sed nunquid intelligitur ſine exemplo ſubuenire, ſi cui ſimpliciter reſcribat? Reſpon. ſic, dummodo non ſit ibi aliquod ſignum, ex his quatuor quæ dicuntur. C. de legi. & conſti. l. iiij.
z ¶ Non transgreditvr.] ff. quod quiſq; iur. l. j. contrà. Sed diſtingue, an ad ſui poſtulationẽ ſit cõceſſum: quo caſu tranſgreditur: vt ibi: aliâs nõ: vt hîc, & ff. quod quiſque iu. l. iij. [h] Et ſic ſoluitur aliud contrà. C. de fru. & lit. expen. l. fi. Vel dic ad vtrunque contrà, ǫ ad aliud extenditur: hoc eſt dicere, vt alius habeat priuilegium. Vel dic [i], ǫ illud eſt ſpeciale in illa. l. C. de fruc. & lit. expen. propter æqualitatem in iudicijs obſeruandam: argu. C. de poſtu. l. prouidendum. Vel melius: licet egrediatur perſonam, non eſt tamen generale ius: nec videtur alius, ſcilicet aduerſarius: prorſus cùm ſit contingens occaſione controuerſiæ.
a ¶ Tenent.] id eſt ligant. Accur.

a Dicit tamen Ang. quòd quãuis loco ſenatorũ hodie ſucceſſerint cõſiliarij, ſeu decuriones: non tamẽ poſſent ſuper principi reſeruatis ſtatuere: puta ad famam, ſeu ius genituræ aliquẽ reſtituere: ſpurios legitimare: aut veniã ętatis concedere.
* Vt potè.
b Dũmodo ſit iuſtũ & honeſtũ ſecũdũ Ange. & Iaſonem hic per ea quæ pulchrè notat Bal. in. l. qđ ex libera. C. de ope. lib.
† Aliâs cõceſſerit.
c Idẽ Nic. & eſt de mẽte omnium ſcriben.
† Concor. in proœ. decretalium in glo. vltima poſt prin. ibi, & indulgẽtia. & c. j. in gl. j. poſt prin. extrà de calum.
d Quod eſt verum ſcilicet municipalẽ: vt ſ. eo. §. omnes. ſeu particularẽ, dummodo habeat collegium approbatum: non autẽ generalem: vt per Io. Fa. & Ang. are hîc.
e Sequuntur Nic. Io. de Pla. Por. & Ia. dicit tamen Ioa. Fab. quòd ſex modis.
f Idẽ Nic. & Fab.
g Iſtã glo. & ſeq. in ver. irrogauit. ſequuntur Ang. & etiã Io. de Pla. & Por.
h Fallit in caſibus notatis hîc per Ange.
i Iſtã approbat Barto.
k Hoc nõ reperitur iure cautum ſecũdũ Ni.
l Idem Nico. Ang. & Pla.
m Approbatur per Nico. Ang. & Ioan. de Pla.

¶ Edicta prætorũ, quę ab authoribus ius honorariũ appellantur, habent vim legis: & edicta ædiliũ curulium ſunt pars iuris prætorij. h.d. vſque ad. §. Reſpõſa. ſecundum Areti.

¶ Prætorũ quoq; edicta [b] non [c] modicam obtinent iuris authoritatem Hoc etiam ius honorarium ſolemus appellare: ǫ [d] qui honores gerunt, id eſt magiſtratus [e], authoritatem huic iuri dederunt [f]. ¶ Proponebant & ædiles [g] curules edictũ de quibuſdam cauſis [h]: quod edictum iuris honorarij [i] portio eſt.

¶ Prudentũ reſpõſa ſunt ſentẽtiæ & opiniones iuriſcõſultorũ, qui habebãt à principe authoritatem legis condendæ. h.d. vſque ad. §. Ex non ſcripto. ſecundũ Areti.

¶ Reſpõſa prudẽtũ ſunt ſentẽtiæ [k] & opiniones [l] eorũ, quibus permiſſum erat † iura cõdere. Nã antiquitus conſtitutũ erat, vt eſſent qui iura publicè [m] interpretarẽtur: ǫbus à Cæſare [n] ius rñdẽdi datũ eſt: qui iuriſcõſulti appellabãtur quorũ omniũ ſentẽtiæ & opiniones eam authoritatem habebant, † vt iudici [o] recedere à reſpõſis eorũ non liceret: vt eſt cõſtitutum [p].

¶ Ius non ſcriptũ eſt quod vſus comprobauit: & legis habet vigorem. hoc dicit. Vel ſic: Conſuetudo moribus vtentium comprobata, pro lege ſeruatur. h.d.

¶ Ex [q] non ſcripto † ius venit quod vſus approbauit †. Nam diuturni [r] †

b ¶ Edicta.] quæ ſcripta erãt in albo pretoris: vt. ff. de iuriſdi. om. iu. l. ſiǫs id quod. in. j. rñ. Ac.
Additio. Et prætores hodie ſunt pręſides prouinciarũ, habẽtes ſub ſe officiales totius territorij: vt eſt poteſtas Florentiæ. Ange.
c ¶ Non modicam.] ſed magnam.
d ¶ Qvod.] i. ideo quia.
e ¶ Magistratvs.] ſ. ipſi pretores: vt. ff. de iuſtitia & iure. l. ius autẽ. §. ius autem prætorium.
f ¶ Dedervnt.] vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. eodem tempore.
g ¶ Aediles cvrvles. *] à cura dicti. Ob ſeruabãt enim ne ruina. vel incendijs ædiũ deformaretur vrbis aſpectus.
h ¶ De qvibvsdam cavsis.] vt de morbis & morboſis, & vitioſis animalibus: vt patet. ff. de ædil. edic. l. prima.
Additio. Dic hoc verũ reſpectu actionis redhibitoriæ: ſecus reſpectu actionis, quanto minoris: quę durat per annũ, ſecundũ Ang. hîc.
i ¶ Honorarii.] qualiter? Reſpon. quia ædiles erant ex prætoribus [k]: vt j. de diui. ſtipu. §. prætorias. & ff. de verb. obli. l. v. §. prætoriæ.
k ¶ Sententiae.] ſententia eſt firma [l], & indubitata reſponſio, ſecundum Io.
l ¶ Opiniones.] Opinio eſt cum dubitatione reſponſio [m], ſecundum Io.
m ¶ Pvblice.] id eſt quorum interpretatio fiebat publica authoritate conceſſa à principe: vt Vlpi. Papin. & ſimiles qui fecerunt leges. ff. de ori. iu. l. ij. §. poſt originem. & §. iuris ciuilis ſcientiam. Additio. Hodie tamen ſententia doctorum eſt probabilis, & non neceſſaria: vt no. gloſ. in. l. j. circa fi. C. de legi. & legendi, ſeu interpretandi licentia in doctoratu collata operatur vt hæc poſsint publicè fieri: quod aliâs non liceret. l. j. C. de ſtu. lib. vr. Ro. lib. xj.
n ¶ A Caesare.] Auguſto: vt. ſ. in prima rubrica ponitur. Accurſius.
o ¶ Vt ivdici.] ſcilicet nulli.
p ¶ Vt est constitvtvm.] id eſt ſicut ipſi conſtituerunt.
¶ Ex non scripto ¶ Casvs. Vidimus de iure ciuili ſcripto à. §. præcedenti vſque huc. Nunc hîc ſequitur videre de iure ciuili non ſcripto. Et eſt ſciendum, quòd iſte. §. vſque ad. §. Sed naturalia. diuiditur in duas partes principales. In prima parte dicitur, quòd ius non ſcriptum eſt illud, quod vſus populi Romani, vel alterius populi approbat, & obſeruat: quod ius quamuis in ſcriptis non ſit redactum: tamen obtinet vires & vicem legis ſcriptæ. Secundò reddit rationem, quare ius ciuile in duas partes diuiditur: ſcilicet in ius ſcriptum: & in ius non ſcriptum: vt. ſ. §. conſtat. Et eſt ratio: quia leges Romanæ habuerunt originem à duabus ciuitatibus Græciæ: ſcilicet Lacedemonia, quæ vtebatur iure non ſcripto, id eſt conſuetudine vel vſu. & habuerunt etiam ortum leges Romanæ ab Athenis, quæ vtebantur iure ſcripto.
q ¶ Ex non scripto ivs venit.] de iure ſcripto vidimus: quod in ſex partes diuiditur. ſequitur de non ſcripto: vt. ſ. eo. §. conſtat.
r ¶ Divtvrni.] Sed quanto tempore vſus facit mores, vel conſuetudinem? Reſpon. x. an. vt. ff. qui & à quib. ma. li. non fi. l. ſi cum fideicommiſſa. §. ariſto. licet ſecundum quoſdam exigatur tempus, cuius non extet memoria: arg. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. & ff. de aqua coti. & æſti. l. iij. §. ductus. & C. quæ ſit long. conſuetu. l. conſuetudinis. & C. de ſacroſan. eccle. l. fin. [n] Item quia dicitur longa, vt patet in rubri. C. eo. & ff. eod. longa autem. x. an. dicitur: vt. j. de vſuſcap. §. j. ſequitur ergo quòd. x. an. ſit robuſta [o]. Sed nunquid ſemel ſufficit vt intra. x. an ſecundum eam iudicetur? Reſpon. non: imò debet ad minus bis ſecundum eam iudicari [p]: vt. C. de epiſ. audi. l. iij. in fi. vel querimoniam, vel libellum propoſitum contra conſuetudinem talem ſpernere: vt. ff. de legi. & ſe. con. l. cum de conſuetudine. Nunquid ergo iudicatur exemplis? Reſpond. non: vt. C. de ſententia. & interlocuto. om.

n Iſta eſt falſa: quia tacitus populi conſenſus, ex quo inducitur cõſuetudo, ſẽp eſt cõtinuus, & præſumitur ſpatiũ decem annorũ: & hîc in conſuetudine, per quã ius cõſtituitur: ſed in ea p quã ius acquiritur ſeruatur de iure ciuili: vt no. in. l. cũ de in rẽ verſo. ff. de vſu & l. ſi certis annis. C. de pactis. de iure canonico diſtĩgue an habeat titulũ, vel nõ & an ſit contra ius cõmune, vt per Io. Fa. & Ang. hîc.
* Curules dicti ſunt (vt vult Feneſtella) quoniam ſella curuli veherẽtur.
† De iure reſpõdere.
† Aliâs tenebant.
† Sine ſcripto &c.
† Concor. cũ hoc tex. c. cæterum cũ gl. ij. extrà de teſt. cog.
† Ita quòd bis eſt iudicatũ habet pro conſuetudine. Egi. Perri.
o Et hæc eſt communis opinio ſecundum Chriſto. & Iaſ. hîc, niſi de iure cano. in reb' eccleſiaſticis: vbi requiritur ſpatium xl. annorũ ſecundum Io. Fa. & Ang. hîc.
p Hoc verũ in cõſuetudine concernente iudicialia ſecũdũ Ang. hîc: aliâs ſufficiunt duo actus, etiam extraiudiciales, dũmodo ſint notarij, aliâs relinquitur arbitrio iudicis, ſecundũ cõmuniter doc. hîc

iudi.l.nemo iudex.& facit.ff.de offi.præfe.l. ſed licet. Sed ex conſuetudine quæ approbatur exemplis.& ſic cõceditur aliquid per obliquum,quod directò non conceditur.ſic &.ff.quæ res pignori.ob.poſ.l.Ariſto.in fi. ſic ecõtrà peto ex promiſsione quæ promiſsio probatur ex longo vſu:vt.ff.de vſur.l.cum de in rem verſo.

mores conſenſu [a] † vtentium comprobati,legem imitantur[b].

¶ Ius ſcriptum habuit ortum à ciuitate Athenienſium.Ius autem conſuetudinarium à ciuitate Lacedæmoniorum. hoc dicit vſque ad.§.Sed naturalia. ſecundum Aretinum.

¶ Et [c] non ineleganter in duas ſpecies ius [d] ciuile diſtributũ eſſe videtur. Nam origo [e] eius ab inſtitutis [f] duarũ ciuitatũ, Athenarũ ſcilicet & Lacedæmoniorũ,fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedęmonij quidem magis ea,quæ pro legibus obſeruabãt, memoriæ mandarent: Athenienſes verò ea,quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent,cuſtodirent.

¶ Ius naturale eſt immutabile:ſed ius ſtatutarium mutatur quandoque per aliud ius:quandoque per contrariam cõſuetudinẽ.h.d.vſq; ad.§.Omne autem ius.ſecũdum Are.& ad hoc allegatur,ꝙ ius naturale vel gentium non poteſt mutari.

¶ Sed naturalia [g] quidem iura, quæ

† Tacito nam ſi expreſſo, eſſet.l.municipalis ſecundũ Nic.de Neapo.

a ¶ Consensv.] aliàs non põt eſſe cõſuetudo, cum dicatur cõſuetudo quaſi cõmunis aſſuetudo:& error cõſuetudinẽ impediat: vt.ff.de le.& ſenatuſcõ.l.quod non ratione. *ADDITIO* Dic hoc verũ ſi error durauit,vel cõſuetudo ſit penitus irrationabilis:puta contra fidẽ, ius naturale vel diuinũ: ſeu ĩductiua peccati. Sed ſi ſuperuenit ſciẽtia,vel error fuit circa cãm impulſiuam:quãuis ſit ſeuera,et minus rationabilis: tamẽ valet ſaltẽ in caſu ſuo:vt ibi: niſi expreſsè per legẽ vel cõſtitutionẽ reprobetur:ſecũdum cõmuniter doct.hîc.

b ¶ Imitantvr.] id eſt tantũ valet cõſuetudo vbi lex ſcripta nõ eſt, quantum lex vbi ſcripta eſt. Et nota tres virtutes cõſuetudinis:Imitãdi legem:vt hic. Itẽ interpretãdi legẽ vbi lex eſt dubia: vt.ff.e.l.ſi de interpretatione.in fi.Itẽ corrigendi:vt.ff.de le.et ſenatuſcon.l.de quibus.in fi.&.j.eo.§.ea verò. Quod diſtingue,aut eſt generalis conſuetudo per totum mundum:& tunc vincit legem vbique:vt.ff.de leg.& ſenatuſcon.l.de quibus.§.fin.aut ſpecialis: & tunc vincit legem in eo loco vbi eſt:vt.ff.cõmunia prædiorum.l.venditor.§.ſi conſtat.dũmodo poſt legem fuerit inducta:aliàs vincitur à lege ſuperueniẽte:vt.ff.de ſepul.vio.l.iij.§.diuus.in alio autẽ loco conſuetudo ſpecialis non vincit legẽ,ſed vincitur à lege:vt.C.eo.l.conſuetudinis.& hoc ſecundum Io.& Py.licet alij aliter diſtinxerunt. *ADDITIO* Et ſic glo. dupliciter reſtringit illam legem, & cum ea tranſeunt communiter doct. ſed ca.fi.de conſue.videtur dictam legem intelligere,niſi conſuetudo eſſet rationabilis,& legitimè præſcripta.Iaſon.

c ¶ Et non.] hic.§.communis eſt ad duo ſupradicta:ſcilicet ad ius ſcriptum,& non ſcriptum,ideo bene eſt hic.§.

d ¶ Ivs civile.] largè accipe:vt no.in.§.conſtat.ſ.eo.in gloſ.j.

e ¶ Origo.] i.lex.xij.tab.quæ fuit origo totius iuris ciuilis & principium.

f ¶ Institvtis.] i.ordinamẽtis.Nam Romanus populus decẽuiros pro iſto iure miſit:qui decem tabulas eburneas retulerunt,tam de iure ſcripto Atheniẽſium,quàm non ſcripto Lacedæmoniorũ.ſed quia poſteà aliquid deerat,vel emẽdationem deſiderabat:data fuit poteſtas per vnum annum his decẽuiris:vt ius & leges corrigerent addendo & detrahendo: & ſi opus eſſet,interpretarentur. qui vt ea facerent,duas tabulas addiderũt: & ſic lex xij.tabularum ex accidenti dicta eſt:vt.ff.de orig.iur.l.ij.§.j.

Lex.xij.tabularũ vnde ortũ habuit.

¶ SED NATVRALIA. ¶ *CASVS.* Iſte.§.dupliciter poteſt intelligi. Vno modo vt faciat differentiam inter ius naturale,quod eſt cõmune omnibus animalibus,quod eſt immutabile:& ius ciuile cuiuſcunque ciuitatis,quod eſt mutabile.Ecce enim ciuilia iura & ſtatuta alicuius ciuitatis Romanæ vel alterius tolluntur per nouam conſuetudinem contrariam. Alio modo poteſt intelligi vt differentiam faciat inter ius gẽtium,quod eſt commune omnibus hominibus ex vna parte:& ius ciuile ex alia parte.hoc dicit vſque ad.§.omne autem.Fran.de Are.

g ¶ Sed natvralia.] hîc.§.poteſt intelligi de iure naturali primæuo, quo mouẽtur omnia animalia ad aliquid faciendũ:vt no.ſ.eo.tit. in prin. Sed quod dicit eſſe immutabile,eſt cõtra id quod de ſeruitute dicitur:quæ eſt cõtra ius naturale:& tñ præualet:vt.ſ.e.§.ius autẽ.Sed dic,nõ derogatur ob hoc,licet nõ ſeruetur in illo caſu.nam nihilominus bonũ & æquũ eſt[a]. Et eodẽ modo reſpõdeo ad illud quod dicitur.j.de capi di.§.quod autem. quod eſt cõtra.Vel ibi nõ tollitur cognatio:ſed ius[b] ſuccedẽdi. Itẽ eodem modo vt prius reſpõdeo ad illud,quod de vſuſcapione dicitur.j.de vſuſca. in princ.quod conſtat eſſe contra ius naturale:vt.ff.de condi.indebi.l.nam natura[c].Vel dic quòd iſte.§.loquitur de iure gentium:quod patet ex illa litera,Quæ apud omnes gentes.&.ſ.eo.§.quod verò naturalis.Accur.

a Hoc eſt quãtũ in ſe eſt: ſcilicet in abſtracto viget ſẽper vniformiter: ſed quãtum eſt in cõcreto poteſt in aliquo mutari:ſecũdum Ang.hîc.

b Iſta eſt vera ſecundum Ange. hîc.

c Et nota quòd ea quę ſunt de neceſsita-

h ¶ Constitvit.] ſ.de cõſuetudine ſpãli,vel lege municipali ſcripta.

i ¶ Tacito consensv.] ſcilicet contraria conſuetudine:vt.ff.de le. & ſenatuſcon.l.de quibus in fi.

k ¶ Vel alia.] i.cõtrario ſtatuto:& ſic redduntur ſingula ſingulis.

¶ OMNE AVTEM. ¶ *CASVS.* In hoc.§.de iure ciuili tractatur: & ſic de tertia parte rubricæ.Et dicitur ꝙ totũ noſtrum ius ciuile diuiditur in tres partes. In prima parte tractatur de perſonis.In ſecunda,de rebus. In tertia,de actionibus.Secundò dicit:Primò videamus de perſonis, tanquam de dignioribus.Et redditur ratio,quare primò de perſonis eſt videndum: quæ ratio talis eſt:quia nihil prodeſt ſcire iura,niſi primò ſciremus de perſonis,& conditionibus perſonarum:quarum perſonarum cauſa, ſeu gratia, & earum fauore iura condita,& compoſita ſunt.h.d:vſque ad fi.

l ¶ Omne.] quid ſit ius,& qualiter diuidatur dixit:nunc differẽtiam inter ipſa iura ponit.

apud omnes gẽtes peræquè obſeruãtur,diuiua quadam prouidẽtia cõſtituta,ſemper firma,atq; immutabilia permanent. Ea verò quæ ipſa ſibi quæq; ciuitas conſtituit [h], ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu [i] populi,vel alia [k] poſteà lege lata.

¶ Ius ciuile eſt tripertitum:quia ad perſonas, res, & iura pertinet. Et digniora ſunt præferenda.

¶ Omne [l] autẽ, ius quo vtimur, vel ad perſonas [m] pertinet, vel ad res [n], vel ad actiones [o]. Et prius de perſonis videamus.nam parũ eſt ius noſſe, ſi perſonæ,[p] quarum cauſa conſtitutum eſt,ignorentur [q].

TITVLVS III.

De iure perſonarum.

¶ Hîc ponitur prima diuiſio perſonarum bimembris.Ang.Aret.

Svmma [r] itaque diuiſio de iure perſonarũ

m ¶ Ad personas.] de hoc dicitur.j. in toto primo libro vſque ad ti. de re.diui.

n ¶ Ad res.] de hoc dicitur.j.li.ij.&.iij. vſq; ad titu.de obli. *ADDITIO* Et quid appellatione rei meæ cõtineatur: vide per Ange.Aret. hîc.

o ¶ Ad actiones.] de his dicitur.j.de actio.

p ¶ Personae.] nã homo eſt digniſsima creaturarum: vt.ff.de ædili. edi.l.iuſtiſsimè. in princ. vnde Ouidius. Pronaq; cũ ſpectẽt animãtia cæteraterram: Os homini ſublime dedit:cœlũq; videre Iuſsit:& erectos ad ſydera tollere vultus. Et Vergilius: Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo Seminibus.

q ¶ Ignorentvr.] & ſic ſtatim ponit de iure perſonarũ.Et not. hîc ꝙ digniora præponenda ſunt.ſic.j. de bono. poſſeſsio. §.aliam verò. in gloſſ. altiori. & per hoc facimus multas formationes titulorum.

te naturæ: non mutantur: vt hîc: ſed ea quæ ſunt de præſumptione ſic: vt leonis feritas & hominis manſuetudo:in quibus inſpicitur magis accidens, q̃ natura: qđ inducitur in argu.ad repręſalias cõtra aliquos puta Ferrariẽſes conceſſas: vt p Ang. & Ia.

Ouidius. j. metamor.

Vergilius ĩ vj.Aenei.

¶ DE IVRE PERSONARVM. ¶ *Quia omne ius aut ad perſonas,aut ad res,aut ad actiones pertinet[d].l.j.ff.de ſta.ho.§.j.ſ.ti.j.§.fi.Cùm ergo perſonæ quibuſcunque rebus digniores ſint.l.iuſtiſsimè. in prim.ff. de ædi. edi.ideo ab eis exordiũ facturus,ſubdit de iure perſonarũ:ſecũdũ* Por.

Continuatio.

d Iſtã continuationẽ ſequit Pe. de bel. per. hîc.

Diuiſio.

Svmma.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes.Nam primò ponit diuiſiones perſonarum.Secundò, definitionẽ libertatis:ibi,Et libertas.Tertiò:definitionẽ ſeruitutis: ibi, Seruitus. Quartò,quare dicantur ſerui:ibi,Serui autẽ.Quintò,quot modis quis efficiatur ſeruus:ibi,Serui autem.Sextò,ponit differentiam inter ſeruos,& liberos:ibi,In ſeruorum.Aretinus.

res,extiturus non eſſet,vel [a] ſeruum ſuum neceſſariũ hæredem haberẽt [b] qui ſatisfactur⁹ eſſet creditoribus:aut hoc eo [c] non [d] faciẽte,creditores res hęreditarias ſerui [e] nomine vendãt: ¶ Ne iniuria [f] defunctus afficiatur.

¶ Seruus à domino ſimpliciter inſtitut⁹, intelligitur etiam à domini poteſtate liberatus.h.d.ſecundum Areti.

¶ Idẽque iuris eſt,& ſi ſine [g] libertate ſeruus hæres inſtitut⁹ eſt. ¶ Quod noſtra conſtitutio [h] non ſolũ in domino,qui ſoluendo non eſt,ſed generaliter conſtituit noua humanitatis ratione:vt ex ipſa ſcriptura [i] inſtitutionis [k],etiam libertas ei competere videatur. ¶ Cùm [l] nõ ſit veriſimile eum quem hęredem ſibi elegit,ſi prętermiſerit libertatis dationem,ſeruũ remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredem fore.

¶ Paria ſunt quo ad præſumptionem fraudis,quem manumitti ab eo qui ſcit ſe non eſſe ſoluendo creditoribus, vel ab eo qui ſcit,quòd propter manumiſsionẽ efficietur non ſoluendo. Vel ſic:Cõſilium & euẽtus impedit manumiſsionem directã: fideicõmiſſariam autem euentus tantùm h:d.cũ gl.ſecundùm Aretinum.

Libertas in fraudem data,an poſsit reuocari.

¶ In fraudem [m] autem creditorum manumittere videtur,qui vel iam eo tempore quo manumittit,ſoluẽdo [n] non eſt [o]:vel qui datis libertatibus,deſiturus eſt ſoluẽdo eſſe. ¶ Præualuiſſe [p] tamen videtur(niſi animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit non impediri [q] libertates,quamuis bona eius creditoribus non ſufficiant. Sæpe [r] enim de facultatibus ſuis amplius quã in his eſt,ſperant homines. ¶ Itaque tunc intelligimus impediri libertatẽ,cùm [s] vtroque modo fraudãtur creditores,id eſt,& cõſilio [t] manumittentis,& ipſa re,eò quòd eius bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

¶ Minor viginti annis, non poteſt manumittere, niſi vindicta, & apud conſilium iuſta manumiſſionis cauſa fuerit approbata. Et que ſint iuſtæ cauſæ manumiſſionis approbatæ hîc habes, hoc dicit ſecundum Aretinum.

¶ Eadem [v] lege Aelia Sentia domino minori [x] viginti annis nõ aliter manumittere permittitur,quã ſi vindicta [y] apud cõſiliũ [z] iuſta cãmanumiſſiõis approbata,fuerint manumiſſi. ¶ Iuſtę aũt manumiſſiõis cauſæ [a] ſunt,veluti

dono.§.fi.& in aut.de teſti.§.j.col.vii.& illud,Pauper vbiq; iacet,licet cõtra dicatur:Cantabit vacuus coram latrone viator.Accur.

a ¶ Vel.] pro ſaltem.

b ¶ Haberent.] ſic.ff.de interrog.act.l.& quia.in prin.&.j. de bonorũ poſſeſ.§.quos autem.

c ¶ Eo.] ſeruo nunc libero facto.

d ¶ Non facientе.] i. nõ ſatisfaciente creditoribus. Accur.

e ¶ Servi.] quõdã,ſed modo liber eſt. ADDITIO. Et de hac dictione quondam,vide gl.ſingularem in.l.j.ſup verbo,olim.ff. de ope. no.nũ.& in.§.ſed aliqñ. j.de vſuſcap.

f ¶ Iniuria.] quo ad famam quæ etiam poſt mortẽ quandoq; dãnatur: vt.ff.de accuſa.l.ex iudiciorum.

Diuiſio.

¶ IDEMQVE IVRIS EST. ¶ Diuidit in tres partes.Primò,ampliat.§.pcedẽtẽ.Secũdò ampliationem extendit Tertiò rationẽ ſubdit.Secunda ibi,quod noſtra. Tertia ibi,Cùm non ſit. ¶ CASVS. Domine iam video,ꝙ licet domino qui ſoluendo non eſt,ſeruũ ſuũ cum libertate hæredẽ iuſtituere. Sed ponamus ꝙ aliquis inſtituat ſeruũ ſuum hæredem,nulla facta mentiõe libertatis: nũquid valebit talis inſtitutio? Ad hoc rñ.iuſti.ꝙ ſic.nã certè idem iuris erit, qñ aliquis ſeruũ ſuum hæredem inſtituit, omiſſa datione libertatis: ac ſi eundẽ cã libertatis expſſa inſtituiſſet.Et hoc noſtra cõſtõ,nõ ſolũ in dño q ſoluendo non eſt,quadã noua humanitatis rõne,ſed & in quolibet dño ſeruũ ſuũ inſtituẽte generaliter cõſtituit:vt ipſe ſeru⁹ inſtitutus ex ipſa inſtitutione,beneficicium libertatis conſequatur,licet dominus ipſum inſtituendo:libertatem non expreſſerit,cũ non videatur veriſimile dominum ,qui ſeruũ ſuũ ſibi hæredẽ elegit voluiſſe ipſum in ſeruitute remanere,licet dationem libertatis prętermiſerit:& ita neminẽ ſibi hæredẽ exiſtere.h.d.vſq; ad.§.in fraudem.Eran.

a Et vide ibi gl. ſuper verbo, innouationẽ. ſed Chriſt. hîc exponit noua.j.ſingulari:quia alia ratione lex antiqua moueri nõ potuit. argu. c. erit lex.j.diſtin. &.l.ſcire leges.ff.de legi.

g ¶ Sine libertate.] nõ ꝙ dicat inſtituo te ſine libertate,qa tũc nõ eſſet hæres:vt ſtatim dicet in fine huius.§.ſed ptermiſit dationẽ libertatis:vt in fi.§.

h ¶ Constitutio.] qua fit liber,& neceſſarius hæres:vt:C.de neceſ. ſer. hære.inſti.l.quidam.in prin.Accurſius.

i ¶ Scriptvra.] ſic ex datione tutelæ:vt.j.qui da.tu.poſ.in princ.de qua prædixit modò &.C.de neceſ.ſer.l.quidam.

k ¶ Institutionis.] arg.ꝙ aliquo conceſſo,illud conceditur,ſine quo illud eſſe non poteſt:vt.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.ij.

l ¶ Cvm non sit.] hæc eſt noua ratio,de qua pdixit modò:ſed lex ipſa antiqua fuit [a]:vt.j.de hære.inſti.§.j.quæ eſt contra.

¶ IN FRAVDEM. ¶ Diuidiur iſte.§.ĩ tres partes.Primò,qualiter præſumatur manumiſsio in fraudem.Secundo,quando propter fraudẽ impediatur manumiſſio,ſiue libertas,cũ ratiõe.Tertiò,ex ratiõe infert.Secunda ibi,præualuiſſe.Tertia ibi,Itaque. ¶ CASVS. Dñe impator,vos dixiſtis mihi.ſ.quòd debitor qui manumittit in fraudẽ creditorũ, nil agit, pro deo exponatis regulã iſtã,& dicatis mihi, quis in fraudem manumittere dicitur? Ad hoc rñ.Iuſti.& dicit:Amice,certè ille dicitur in fraudẽ creditorum manumittere,qui iam eo tẽpore,quo imponit libertates, eſt ſoluẽdo: ſed pòſt per dationem libertatis,deſinit eſſe ſoluendo.& hæc ſunt vera de rigore iuris.Præualuiſſe tñ videtur de ęquitate,non aliter reuocari libertates:niſi debitor manumittens animũ fraudandi habuerit, quamuis bona eius creditoribus non ſufficiant.Sæpe enim ſperant homines , plus habere in ſuis facultatibus,quã habeant.Sic igitur demum intelligimus libertatę datas,ab eo reuocari poſſe,qui ſoluendo nõ eſt,cum vtroque modo, creditores fuerint defraudati,& conſilio manumittentis, & re ipſa.ſ.quia ſicut ipſe manumiſſor eos fraudare ,ppoſuit,ita in rei veritate fraudati ſunt ambo:ita ꝙ iã datis libertatibus,bona eius creditoribus non ſufficiãt. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ.§.eadem lege Aelia Sentia.Fran.

m ¶ In fravdem.] ſic.ff.eo.ti.ſ.q & à qui.ma.li.non fi.l.in fraudem.

n ¶ Solvendo.] cũ & ſciat ſe habere creditores:vt.ff.quæ in frau.credi.l. omnes.§.lucius. ADDITIO. Et dicit Angel.ꝙ hoc probatur ſi erat de facto ſuo,& non de longinquo:arg.l.fi.ff.pro ſuo.& eſt text.in.l. ſi quis cùm haberet.ff.quæ in frau.credi.Accurſius.

o ¶ Non est.] & nunc erit peius ſoluendo.

p ¶ Praevalvisse.] nã quidã dicebant quod ſufficiebat ſolus euent⁹: & alii dicebãt ꝙ exigebatur vtrũq;.ſ.fraus,& euentus.& iſta ſentẽtia præualuit.Tñ ex prædictis videbatur ſufficere euentum ſolum.tamen &c.

q ¶ Non impediri libertatem.] hîc diligenter attende,ꝙ ſi directè detur libertas:non ſolùm inter viuos,ſed etiã in vltima voluntate duo neceſſaria ſunt:ſcilicet cõſilium:hoc eſt fraus [b]:& euentus vt hîc,&.ff.eo.l. in fraudẽ.&.C.eo.l. j. in fideicõmiſſaria ſufficit ſolus euentus:vt.C. qui manu.non poſ.l.fi.Et eſt ratio:quia facilius libertas de facto data ab hærede [c] reuocatur,quã à defuncto(cuius diſpoſitio videbatur lex:)vt.ff. de fideicommiſ.lib.l.iiij. §. ſi in fraudem.Alia ratio not C.eo.l.fi.In aliis autem alienationibus,quæ in fraudem creditorum fiunt,dic vt.j.de actioni. §.item ſi quis in fraudem.

b Præſumitur autem fraus,ſi ſciat ſe habere creditorem vt.l. ſi quis cũ haberet. ff. q in fraudem Egi. Perri.

c Quia in ea non eſt voluntas teſtatoris: vt eſt tex. no. ſecũdũ Iaſ. ĩ.l. ſi pater. in prin. ff. de his quæ in frau. nã non videt mandaſſe illicitum:ſcilicet ꝙ fraudentur creditores. l. creditor. §. fi.ff. mãda. Itẽ nec hæredis: quia videtur facere ex debito:nõ ſua voluntate: vt eſt tex. in.l.j. C.de li.& eorum li.& ita hãc glo.approbat.Ia. quãuis Ang.teneat gloſ.l. contrariæ.

r ¶ Saepe.] reſpondet tacitæ obiectioni, quomodo poteſt eſſe anim⁹ bonus,cum ipſa veritate fraudet eos? Reſpon.Sæpe enim &c.Sed ar. contra.C.de reſcin.vẽ.l.quiſ qs. ADDITIO. Solue iſtud contrariũ,& dic quòd hoc procedit, in vltimis voluntatibus: niſi contrariũ aliqua ſuadeat qualitas: vt in authentica.ſed cum teſtator.cum gloſ.C.ad legẽ. aquili.ibi verò inter viuos in rebus immobilibus,ſeu mobilibus, & præſentibus quæ peruenerunt ab antiquo: aliàs ſecus, ſecundùm Angellum.Are.hîc.

s ¶ Cvm vtroqve modo.] ſcilicet cùm fraus & euentus interuenit, vt ſubijcit.et facit ad hoc.ff.qui & à qui.manu.li.non fi.l.in fraudem.

t ¶ Consilio.] nota quẽ teneri de cõſilio.Sed cõtrà.ff.mãda.l.ij.§.fi. ſed hîc fuit fraus:& ideo fuit tale cõſiliũ obligatoriũ, quia fuit fraudulentum.

¶ EADEM. ¶ Iſte.§.cum.§.ſequẽti diuiditur in tres partes.Primò ponit qualiter minor.xx.annis non poteſt manumittere,niſi ex cauſa. Secũdò,ponit quæ ſunt cauſæ iuſtæ.Tertiò,limitat vnam prædictarũ cauſarũ. Secũda ibi,Iuſtè.Tertia ibi,Et ſeruus. ¶ CASVS. Domine iam vidi vnũ impedimentum manumiſsionis,quod interuenit ratione fraudis: nũquid eſt adhuc aliquod aliud impedimentũ,quod obeſt manumiſsioni? Ad hoc reſpõdet Iuſtinianus,ꝙ ſic.Nam certè eadẽ lege,Aelia Sentia ſtatutum eſt,dominũ minorem viginti annis non poſſe aliter ſeruum ſuũ manumittere : niſi iuſta cauſa manumiſsionis fuerit apud iudicẽ approbata.Sed poſteà domine,pro deo dicatis mihi,quæ ſunt iuſtæ cauſæ manumiſsionis? Ad hoc reſpõdet:Amice,iſtę cauſæ manumiſsionis ſunt iuſtæ:veluti ſiquis habeat filium,vel filiam,naturalem etiã,aut fratrẽ,aut ſororem,aut nutricẽ, aut pedagogum,aut educatorem ſuum,aut eum qui eum alait : & velit manumittere:aut ſiquis velit collactaneum ſuum manumittere:aut ſeruũ ſuũ gratia procuratoris habẽdi:qui manumiſſus non minor.xvij.an.manumittatur:vel ſi velit manumittere ancillam,vt eam ducat in vxorẽ.Nam certè omnes iſtæ cauſæ iuſtæ videntur. ita tamen in hoc caſu minori.xx.annis ancillã ſuã manumittere permittitur,ſi intra ſex mẽſes à tẽpore manumiſsionis cõnumerandos , vxorem ducat:niſi aliqua iuſta cauſa ſuperueniens matrimonium impediat.&.h.d.vſq; ad illũ.§.ſemel.Fran.de Aret.

v ¶ Eadem.] ſ.de qua habita eſt mentio.ſ.eo.in prin.

x ¶ Minori.] Sufficit ergo,ſi non ſit minor.xx.annis,etiã ſi nõ ſit maior. vt quia tetigit vltimum diem viceſimi anni:vt.ff.de manu.l.j.ſicut in teſtamẽto,fauore ſui:vt.ff.de teſta.l.qua ætate. ADDITIO. Qñ aũt tps cœptũ habeat p cõpleto, vel nõ:diſtingue notabiliter, vt p Chriſtoph.hîc.

y ¶ Vindicta.] hoc expone,vt.ſ.titu j.§.multis.

z ¶ Apvd consilivm,] i.apud locũ illũ vbi habet ſup hoc conſiliũ.i. deliberatio.& ſic ponitur id quod fit,pro eo vbi fit:vt.ff.de iuſti.& iure.l. pe.§.fi. [d] Vel dic,apud eos qui præſunt cõſilio:vt ſunt omnes habẽtes ordinariam iuriſdictionẽ,etiam minimi magiſtratus [e]:cùm hoc ſit de voluntaria iuriſdictione : vt.ff.de offic.procon.& leg.l.ij.& in aut.de defen.ciui.§. iuſiurandum.in fi.& in gl.& quicquid.& gl.pe.coll.iij.

d Et hæc vera ſecundũ quã tex. non ſuperfluit:cũ conſilium , & verbũ vindicta, expoſitum vt in gloſ.ij.ſ de li.ſint diuerſa:& ſic eſt ſpeciale hîc vt hæc manumiſsio fiat in loco maiorum: quia exigit plenam cauſæ cognitionẽ. aliâs ſecus vt ibi not.

e Iſta glo. relata ad tex. eſt falſa:quia tũc manumiſſio non competit.

a ¶ Ivstae avtem manvmissionis cavsae.] facit.ff.de manu.vin.l.ſi minor.cũ.l.ſeq.vſq; ad.l.apud.vbi iuſtę cauſę cõnumerant. connumerant enim inter iuſtas cauſas manumittẽdi,ſi dñm à periculo vitæ,vel

infamiæ liberauit ſeruus:vt.ff.de manumiſ.vindi.l.iſta.Accu.

iure magiſtratus, nec eſt delegabilis. vt.ff. e.le.ij. cũ glo.j.ſed id procedit in maiore manumittẽte:ſecũdum Pet. Ang. & Ia.hîc.

a ¶ PATREM.] Sed qualiter pōt filius habere ſeruũ ſuũ patrẽ,vel ecõtra: vel frater fratrẽ ſuũ,ſiue ſororẽ?R.ñ.bene poteſt:vt quia inſtituit dñs filium ſerui ſui hæredẽ:vel filium ancillæ,vel econtra,& ſic de aliis:quo caſu ſic inſtitutus hæres liber,& dñs eſt oĩm bonorũ,quorũ dñs fuerat teſtator : vt ſ.eo.§.j.&.ff.de acq.poſ. l.cũ hæredes.in prin.Itẽ pōt eſſe,vt ſi habeat qs filiũ ex ancilla ſua:nam eſt ſeru⁹,& filius:vt.C. cõia de ma.l.fi.Et ecõtra ſi ſeruus habeat filiũ ex dña:nã filius eit:& liber & dominus,cũ vẽtrem ſequatur quo ad ſtatum vt.C.de rei ven.l. partũ. licet poſsint ipſe,& dña accuſari:vt.C.de mu.quę ſeruis ꝓpri.l.j.&.j.de hæ re.initi.§.j.

b ¶ NATVRALES.] & legitimos,vel naturales tantũ.Accur.

Pedagog⁹.

c ¶ PAEDAGOGVM.] ſ.qui abinitio ĩſtruit pueros.& dicitur à pais, qđ eſt puer,& agogos,quod eſt ductor:quaſi ductor, ſiue gubernator puerorum.

d ¶ ALVMNVM.] paſſiuè,quem vel quã alũnus aluit:vt differat à ſuperiori educatore.

e ¶ COLLACTANEVM.] q ſimul mecũ lactauit,quem fratrẽ Bonoñ.appellãt.

f ¶ DVCATVR.] præſtito ſuper hoc ſacramẽto:vt.ff.de manu. vin. l. ſi collactaneus in fi.

ſi quis patrem [a] ,aut matrem filium filiamúe,aut fratres ſororesúe naturales [b] ,aut pædagogum [c] ,aut nutricem,aut educatorem,aut alumnũ [d], alũnamúe,aut collactaneum [e] manumittat,aut ſeruũ procuratoris habendi gratia,aut ancillã, matrimonij habendi cauſa,dum tamẽ intra ſex mẽſes in vxorẽ ducatur [f] ,niſi iuſta cauſa [g] impediat.¶ Et ſeruus qui manumittitur procuratoris habẽdi gratia, non minor decem & ſeptem [h] annis manumittatur.

¶Semel approbatũ,ſiue iuſtũ, ſiue iniuſtum ſit non poteſt reprobari.h.d. ſecundum Aretinum.

¶ Semel autem cauſa [i] approbata [k] ſiue vera ſit,ſiue [l] falſa non retractatur [m] .

¶ Minor viginti annis ſi attigit decimumoctauum annum,poteſt in teſtamẽto ſeruis libertatem relinquere iure iſto: ſecus ſi non attigerit. Are.

¶ Cùm ergo certus modus manumittẽdi minoribus viginti annis dominis per legem Aeliam Sentiam cõſtitutus [n] eſſet,eueniebat,vt qui quatuordecim annos expleuerat , licet

g ¶ IVSTA CAVSA.] vt infirmitas,quæ tribuit dilationem:vt. ff.ſi quis cau.l.ij.§.iii.& iiij.&.ff.de re iu.l.quæſitum.vel alia qualibet iuſta:vt.ff. ex quib.cau.ma.l.j.in fin.

h ¶ DECEM ET SEPTEM ANNIS.] Sed quomodo minor.xxv.an. pōt eſſe procuraror:vt.C.de procu.exigendi.&.ff.de procu.l.minor?R.ñ.hîc ad negotia fuit,non autem in iudicio eſſe poteſt [a].ſic aliàs eſt differentia inter hos procuratores:vt.ff.manda.l.ſi procuratorem.§.j.Accurſius.

Procurator eſt duplex.

a Et hæc eſt veritas hodie deciſa in ca. qui generaliter de procu.li. vj. fallit tñ in caſu dictę.l. exigẽdi,ſecũdum doc hîc. Et ſic nota quòd vbi articulus dubius de iure ciuili eſt clarus de iure ca.ſequimur ius ca. etiã in terris imperij: ſecundum Porc. Egi. Perri.

¶SEMEL AVTEM.¶ CASVS. Dñe,iã video,ꝙ nõ licet minori.xx.annis ſeruũ ſuum ſine iuſta cauſſa manumittere.Sed ponamus, ꝙ aliquis minor.xx.an.volens manumittere ſeruũ ſuũ,allegabat iuſtã cãm coram iudice:puta,ꝙ ſeruus ille quem voluit manumittere,fuit ſibi ſocius in armis,vel in ſcholis:& iudex illam cauſam tanquam iuſtã approbauit:vnde talis minor ſeruo impoſuit libertatem.poſteà procedente tẽpore apparuit illam cauſſam fuiſſe iniuſtam:nũquid occaſione illius cauſæ non iuſtæ poterit libertas data reuocari?Ad hoc rñdet Iuſtinianus,ꝙ nõ.Cauſſa enim à iudice ſemel approbata,ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit,nunquã poſteà retractabitur.& hoc vſque ad illum.§.cũ ergo.

i ¶ CAVSA.] ſ.manumiſsionis.

k ¶ APPROBATA.] ſ.apud conſilium.

l ¶ SIVE FALSA.] q.d.dixit filium,licet non ſit,vel patrem, vel ſimilia: licet hæc ita non ſint ſecundũ quoſdã .quod reprobo:cũ id qđ falſum nihil ſit,nec præſtet cauſam:vt.ff.de verb.ſig.Paulus.&.C.ſi ex fal.inſtru.per totum.&.ff.de excep.l.qui agnitis.Vnde dic vera.i.iuſta.falſa.i.iniuſta:vt quia dixi eũ ſociũ meũ fuiſſe in armis:vel in ſcholis:quod inducebã pro iuſta cã: & fuit talis cauſa,vel ſimilis approbata:licet non debuerit approbari.& ſic vera ponitur pro iuſta.ſic.ff.de leg.j.l.ſi fideiuſſor.§.j.&.ff.de in integ.reſt. l.omnes.ſic econtra iuſta pro vera:vt.ſ.ti.j.in prin.

m ¶ NON RETRACTATVR.] ſic.ff.de manu.vin.l.iuſta.qa nihil facilè ĩmutãdũ eſt ex ſolẽnibus:vt.ff.de in inte.reſt.l.diuus. Sed cõtrà.ff.de.excu. tu.l.ſed & reprobari.j.reſpõ.ſed hoc fauore libertatis:illud fauore ſanitatis. Accurſius. ADDITIO. Ex hac gloſſ.dicit Bald.quòd poteſtas qui duxit vicarium vſque ad annum:ſi ignarus reperiatur ,poteſt remouere.& hoc fauore reipublic. quam debet adminiſtrare , ſecundum Chriſtophorum.

Diuiſio.

¶ CVM ERGO.¶ Diuiditur iſte.§.in quatuor partes, quia primò ponit vnum dictum. Secundò contra illud adducit plures rationes. Tertiò pro eo aducit aliàs rationes. Quartò ad concordiam reducit, mediam eligens viam:& rationem annectit. Secunda ibi,Quod non erat. Tertia ibi,Sed cum.Quarta ibi,Ideo nos.¶ CASVS. Domine iam video, quid ſtatuit lex Elia Sentia circa minores manumittere ſeruos ſuos volentes.quid videtur vobis de ſtatuto .l. Aeliæ Sentiæ:nunquid hodie obſeruandum eſt? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicens:Amice,certè nobis videtur prima facie ex ſtatuto. legis. Aeliæ Sentiæ quodam ius intollerabile emergere.cùm enim minoribus. xx. annis authoritate legis Aeliæ Sentiæ certus modus manumittendi ſit ſtatutus, ex hoc ſtatuto contin-gebat,vt licet minor qui.xiiij.annos impleuerat:teſtamentum poſſet cõdere,& in eo hæredem inſtituere ſibi,& legata relinquere:ſi tamẽ adhuc minor.xx.annis fuerat,libertatem vni ſeruo dare non poterat.quod non videtur aliquatenus ferendum.Cùm enim huiuſmodi minori oĩm bonorum ſuorũ libera diſpoſitio in teſtamento concedatur,ſatis videt̃ abſurdũ,ꝙ ei bñficiũ manumittẽdi denegeť.Quare enim nõ ſimiliter vt de cæteris rebus ſuis,ita & de ſeruis in vltima volũtate,quẽadmodũ voluerit diſponere cõceditur:vt ipſis libertis bñficiũ poſsit impertiri?hoc non videtur rõni cõſentaneũ. Verun tamẽ cũ libertas inæſtimabilis res ſit,& idcirco minori.xx.annis eã præſtare ſeruis ſuis antiquitas ꝓhibuit:ideo nos his rationibus moti: quodãmodo viã mediã elegimus:& nõ aliter minori xx.annis cõcedimus dare ſeruo teſtamẽto libertatem,niſi compleuerit. xvii.an.& parũ.xviij.an. attigerit.Cũ enim antiquitas huiuſmodi ætatis hominibus pro aliis in iure poſtulare conceſſerit nõ videmus rationẽ cur ſtabilitas iudicij ſui in tãtũ eos iuuare nũ credat̃, vt ſaltẽ in dicta ætate cõſtituti,libertatem ſeruis ſuis in vltima voluntate poſsint imponere. hoc dicit vſque ad finem. Fran.de Are.

teſtamentum [o] facere,& in eo ſibi hęredem inſtituere,legataq; relinquere poſſet tamen ſi adhuc minor eſſet viginti annis,libertatem ſeruo dare nõ poſſet.¶ Quod non erat ferendum. nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamẽto diſpoſitio data erat: quare non ſimiliter ei, quẽadmodũ aliàs res,ita * & de ſeruis ſuis ĩ vltima volũtate diſponere,quemadmodum voluerit,permittimus,vt & libertatem eis poſsit pręſtare?¶ Sed [p] cùm libertas inęſtimabilis res ſit,& ꝓpter hoc ante viceſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dari prohibebat: ¶ Ideo nos mediam [q] quodammodo viam eligentes,non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare ſeruo ſuo concedimus,niſi decimumſeptimum annum impleuerit [r] ,& decimumoctauum attigerit. Cùm enim antiquitas [s] huiuſmodi ætati,& pro alijs poſtulare [t] cõceſſerit cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur , vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſsint peruenire [v] ?

* Aliâs, Ita & ſeruos ſuos.

n ¶ CONSTITVTVS.] nã cùm dicit ſine cã nõ poſſe manumitti:ergo econtrà,cum cauſa valet manumiſsio.ſic.ff.de eden. l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.&.§.prohibet.&.ff.de pact.iuris gentium. §.prætor.&.§.dolo malo.

o ¶ TESTAMENTVM.] ſi eſt maſculus:fœmina verò in.xij.vt.ff.de teſt.l. qua ætate.&.ff.de liber.lega.l.aurelio.§.Caius.

p ¶ SED CVM LIBERTAS.] Vſq; huc allegãdo ĩnuit,ꝙ eodẽ tẽpore poſſit manumittere,quo teſtari:nunc econtra duas rationes conſiderat:& quia inæſtimabilis eſt libertas:tamen ſi vendat quis ſe pretium ad venditorem non trãſit:imò penes emptorem eundem dominium remanet [b] vnde eſt in æſtimabilis:vt hîc,&.ff.de reg.iur.libertas.&.ff.de tabu.exhi.l.j.§.fi.& quia antiquitas aliter ſtatuebat:cui eſt deſeruiendum:vt.C.de teſta.l.teſtamenta. quare viſis allegationibus ſoluit , mediam eligens viam ſic.j.de re.diui.§. cùm ex aliena.licet ſit argumentum cõtra.ff.de negotijs geſtis.l.neſennius. in fine.&.ff.de in rem ver.l. ſi pro parte.§.idem quærit. ADDITIO. Dic ꝙ aut maior eſt præſumptio pro vna parte quàm pro alia: & tunc non eligitur media via:vt.l.neſennius.& quod ibi no.glo.contra ſentẽtiam Ruſtici,in fi.Secus,quando non eſſet maior præſumptio,pro vna parte,quàm pro alia.ita notatur in.l.ſed ſi lege.§.adeò.ff.de peti.hære.Angel. Are.& Iaſon.

b Sed hoc reprobat Chriſtop. hîc p.l.j.ff. qui.ad li.ꝑcla.non li. & gl.ſuper ver. maior. in.§.pœna ſ.de iure p ſo.ad iſtum tex.reſpõdet ꝙ hîc nõ libertas, ſed ſeruitus putatiua æſtimat̃ : cũ emptor putet eum ſeruũ vt not. in d glo.

† Si eſt pręſũptio maior,pro vna parte quàm pro alia,nõ eligitur. Ange. & Iaſ. Egi.Perri.

q ¶ MEDIAM.] nota mediã viam † ſectandam.ſic .ff.ſi pars hęr.peta.l.antiqui &.j.de re.diui.§.cùm ex aliena.

† Hęc glo. eſt ſing.ad hoc ꝙ ſtatutũ in vltima voluntate non extenditur ad diſpoſitionem inter viuos: ſecũdũ Angel. & Iaſon. Egi.Perri.

r ¶ IMPLEVERIT.] ſed hodie ex quo teſtari poſſunt, & libertates relinquere poſſunt:vt in aut.vt ſpõ.larg.col.ix.§.j.quod exaudi ſi in vltima voluntate velit quis libertatem relinquere:quod patet ex hoc verbo,relinquere:quod in dicta authentica.ſaltem in ſummario Barto.poſitum eſt:quod ad morientes † tantùm ſpectat:vt.ff.de tab.exhi.l.j.§.fin.Sed quid ſi inter viuos velit quis manumittere?Reſpon.non poteſt niſi habeat.xx.annos:vel niſi cauſa cognita ſit:cũ nec liber iſte,nec authenti.loquatur niſi in vltima voluntate.Vnde ſeruatur tenor eiuſdem legis Aeliæ Sẽtiæ,cùm nõ ſit correctus:vt.C.de appel.l.præcipim⁹.in fi. ADDITIO. Et ſic cũ aliàs de cõtractu ad vltimas volũtates bonum ſit argumẽtum.l.ſeruum filii.§.eum qui.ff.de legat.j.imò ſecundum Iaſon. æquiparantur in terminis propriis: vt.j.tit.proxi.&.C.eodem. tit. not.ſecundum communiter docto.quòd lex noua corrigens in vno caſu,non trahitur ad aliũ ſimilẽ rationẽ habentem, vel æquiparatum.

s ¶ ANTIQVITAS.] vt.ff.de poſtu.l.j.§.initium.

t ¶ POSTVLARE.] i.deſideriũ amici ſui,vel cliẽtuli ſui corã iudicibus exponere [c]:vt.ff.de poſt.l.j.§.j.non autẽ pro ſe poterit eſſe iure:vt.C.aut.ꝑſ.l. clarũ.& eſt ratio [d]:quia quando pro alio accedit,ſibi imputet qui tali committit cauſam ſuam:vt.ff.de mino.l.cũ mandato.pro ſe vero non:quia ſemper reſtituuntur.Accurſius.

c Sentẽtia tamẽ cõtra eũ lata valet:ſed reſcinditur p in integ.re. l.cũ & maiores.ff.ſi aduer.rem iudi.

d Iſta ratio gloſ.nõ eſt bona ſecũdũ Ang. hîc . ideo dic aliter vt per eum.

v ¶ PERVENIRE.] interrogatiuè legas,& reſpondeas,non eſt ratio quare ſit diuerſum:eſt ergo idem ius ſtatuendum:vt.ff.de verb.obliga.l.à titio. in fi.nã vbi eſt eadem ratio,idem ius ſtatuendum eſt:vt.ff.ad leg.aquil.l.illud. C.ad leg.fal.l.vltima.Accurſius.

de lege

a Iſtã continuationẽ ſequitur Petrus hîc. Diuiſio.

DE LEGE FVSIA. ¶ *Viſo*[a]*, ex quibus cauſsis manumiſsio fieri poßit: & quia manumiſsio interdum prohibebatur à lege Fuſia Caninia, ideò, de ea nunc ſubdit. Porcus.*

LEGE FVSIA.] ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, facit mẽtionẽ legis Fuſiæ Caniniæ. Secũdò, eam corrigit. Tertiò, aliam rationẽ aſsignat. Secunda, ibi. Quã quaſi. Tertia, ibi. Cũ ſatis. ¶ CASVS. Acceſsi ad Iuſtinianũ, & ita quæſiui ab eo: Dñe, vos vultis tractare de lege Fuſia Ca. Dicatis mihi, quid ſtatutum fuit in lege illa? Ad hoc reſpondet Iuſtin. dicens: Amice: in lege Fuſia Caninia, certus fuit modus cõſtitutus in ſeruis, in vltima volũtate manumittendis: vt licet quis inter viuos, arbitrio ſuo poſſet ſeruos ſuos manumittere: tamen in teſtamento vltra quàm ij. vel. iij. fortè propter ꝓhibitionẽ legis Fuſiæ Ca. non poterat libertatem præſtare: quã quidem legẽ Fu. Ca. quaſi inuidam, & libertatibus impedimẽtum afferentem, tollendam eſſe iudicauimus: & eã in perpetuum ſilere æſtimauimus: & ad ipſam tollendam, tali ratione moti eramus. Satis enim videbatur nobis abſurdum, atq; inhumanũ, viuos habere licentiam, totam familiam ſuam arbitrio ſuo manumittere, niſi aliquatenus iuſta cauſſa impedimentum manumiſsioni præſtaret: & huiuſmodi licẽtiam ad mortem tendentibus auferre. hoc dicit. Franciſ. de Are.

† Vide an nota . noſtras hîc. Egi. Per.

TITVLVS VII.

De lege Fuſia Caninia tollenda.

Poteſt quis in teſtamẽto, omnibus ſeruis libertatem dare, ceſſantibus omnibus alijs impedimentis, ſicut inter viuos: non obſtante ſtatuto legis Fuſiæ Caniniæ. hoc dicit, ſecundum Areti.

LEge Fuſia † Caninia, certus[a] modus[b] conſtitutus erat, ĩ ſeruis teſtamento manumittẽdis. ¶ Quam[c], quaſi libertates impediẽtẽ[d], & quodãmodo inuidã[e], tollendã eſſe cẽſuimus: ¶ Cùm ſatis fuerat inhumanũ, viuos quidẽ licentiã habere, totã ſuã familiã[f] libertate donare, niſi alia cauſa[g] impediat libertatẽ: moriẽtibus[h] autẽ huiuſmodi licentiam adimere[i].

TITVLVS VIII.

De iis qui ſui, vel alieni iuris ſunt.

Hîc ponitur ſecũda diuiſio ꝑſonarũ, cũ ſubdiuiſione alterius membri. Et cognito vno de cõtrarijs, cognoſcitur & reliquum: cùm contrariorum ſit eadem diſciplina. hoc dicit. Areti.

SEquitur de iure perſonarũ alia[k] diuiſio. Nam quædam perſonę ſui iuris[l] ſunt: quędã alieno[m] iuri ſubiectæ. ¶ Rurſus, earũ quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate[n] parentum: aliæ in poteſtate dominorum. ¶ Videamus itaque de ijs quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus quæ iſtæ perſonæ ſunt: ſimul[o] intelligemus quæ ſui iuris ſunt. ¶ Ac prius inſpiciamus de ijs quæ in poteſtate dominorum ſunt.

Olim poterant ſerui à dominis impune occidi: hodie autem non ſine cauſſa legibus permiſſa. hoc dicit. Are.

¶ In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui. ¶ Quæ quidem poteſtas, iuris gentium[p] eſt. ¶ Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere[q] poſſumus, dominis in ſeruos vitæ necisque poteſtatem eſſe[r], & quodcunq; per ſeruum acquiritur[s].

a ¶CERTVS.] vt vltra duos, vel tres, fortè non poſſent manumittere in vltima voluntate: vt. ĩ. eo. in fi.

b ¶MODVS.] id eſt numerus.

c ¶QVAM.] ſcilicet legem Fuſiam Caniniam: fortè à quodam qui Caninius nominabatur inductam: vt in Publiciana dicitur: vt. ĩ. de act. §. namq; ſi cui. in fi. nam canis ſeruabat naturam, qui ſtat in palea: qui nec ſibi poteſt habere paleam, nec alij permittit accipere. ſic nec ſibi poterat tenere ſeruos, quia moriebatur: vt. ĩ. de donatio. §. j. nec libertatem patiebatur eis dari. vnde meritò Caninia dicitur, vt ſit conueniens nomen rei: vt infrà de dona. §. eſt & aliud.

d ¶IMPEDIENTEM. id eſt impedimentum afferentem.

e ¶INVIDAM. ¶Nota contra inuidos. ſic. C. de caduc. tollend. in princip. ADDITIO Intellige iſtam gl. eſſe veram actiuè, non paſsiuè: ſecundum Por. vnde Horatius: Inuidiam placare paras, virtute relicta: vt. l. nec quicquam. §. fina. ff. de offi. procon. & lega.

† Facit ad ſtatutũ quo cauetur ſi qs portauerit frumẽtũ extra, & reperiatur in via portans, ꝙ nõ debet puniri: quia nõ portauit: ſicut q moritur, nõdum mortuꝰ eſt: ſecũdũ por. Egi. Per.

f ¶FAMILIAM.] id eſt omnes ſeruos qui familia dicũtur: vt. ff. de verbo. ſigni. l. pronuntiatio. §. j.

g ¶CAVSA.] Vt fraus, vel ætas manumittentis: vt. ſ. titu. primo. in princip. &. §. eadem.

h ¶MORIENTIBVS.] ſed quomodo poteſt aliquid eis adimi, cum nihil habeant: nam mors omnia abſtulit: vt in aut. de nup. §. deinceps. colla. iiij? Reſpon. dic, morientibus. id eſt ad mortem tendentibus: quia laborabant in extremis, vel quaſi: vel etiam erant ſani, ſed timore mortis hoc faciebant: vt ff. de dona. cau. mor. l. iij. iiij. v. & vj.

i ¶ADIMERE.] Nota hîc argu. quòd ea quæ fiunt inter viuos, trahuntur ad voluntates vltimas[b]. ſic ecõtra. ff. de pact. l. pactum. & C. de lega. l. fi. & ff. de pig. act. l. non eſt mirum.

Argui põt de cõtractibus ad vltimas voluntates.

b Hoc verũ ſi cõtractus, & vltima volũtas cõueniũt in rationis idẽtitate. Fab. Angel. Egi. Per.

c Idem Pe. hîc. Diuiſio.

DE IIS QVI SVI, VEL ALIENI IVRIS SVNT. ¶ *Poſita prima diuiſione perſonarum*[c]*, reſtat uidere de ſecunda. Textus ſeipſum ſatis continuat.*

SEQVITVR.] ¶Totus iſte titulus diuiditur in quinq; partes. Primò ponit duo genera perſonarum. Secundò, qui ſunt in poteſtate dominorum, & quo iure fuit introductum eorũ dominium. Tertiò ponit nouum ſtatutum, reſtringens poteſtatem cirsa mortem: & puniens cõtra facientes. Quartò, aliam reſtrictionem poteſtatis, etiam circa ſæuitiam de occidendo. Quintò ponit verba nouæ conſtitutionis. Secunda ibi. In poteſtate. Tertia ibi. Sed hoc tempore. Quarta ibi. Sed & maior. Quinta ibi. Cuius. Et diuiditur hoc principium. Primò, ponit vnam diuiſionem perſonarum bimembrem. Secundò ſecundum ſubdiuidit membrum. Tertiò dicit ſe velle tractare, de ſecundo membro ſubdiuiſionis. Secunda ibi, Rurſus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Are. ¶ CASVS Dicit Iuſti. continuando ſubſequentia præcedentibus: Viſa prima diuiſione de iure perſonarum, quædam alia diuiſio ſubſequitur talis: Quædam enim perſonæ ſui iuris ſunt: quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt. Illarum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt: quædam in poteſtate parẽtum ſunt: quædã in poteſtate dominorũ. Sed domine, de quibus vultis prius tractare? vtrum de ijs, quæ ſui iuris ſunt: an de ijs, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt? Ad hoc reſpon. Iuſti. ꝙ primò dicturus eſt, de ijs quæ alieno iuri ſubiectę ſunt. Nã ſi cognouerimus quæ ſunt illæ perſonæ, quæ alieno iuri ſubiectę ſunt, certè ſimul intelligemꝰ, quæ ſui iuris ſunt. Vnde videamus primò, de ijs perſonis, quæ poteſtati dñorum ſubiectæ ſunt. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ. §. In poteſtate itaq;.

k ¶ALIA DIVISIO.] quæ eſt de iure ciuili[d], cùm in ea ius gentium diſtinguatur: vt. ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile[e]. ſuperior autem quam habuimus. ſ. de iur. perſo. j. reſpon. eſt de iure gentiũ: cùm non ſit ſeruitus iure naturali cognita: vt. ſ. de lib. §. j.

d Imo eſt de iure gentiũ: ſecũdũ Petrum hîc.

e Quod eſt verum quo ad patriam poteſtatem: ſecꝰ quo ad dominicã: vt. ĩ. e. §. in poteſtate. quod diſtinguevt in. §. ſerui. ſ. de iure perſonarum.

l ¶SVI IVRIS SVNT.] Hîc reſtringitur primũ mẽbrum primæ diuiſionis poſitæ. ſ. de iure perſonarum: vt non cõprehendat quoſdam liberos homines: ſcilicet filiosfamilias[f]. Itẽ, ſtatim cùm dicit, alieno iuri &c. ampliat ſecundum membrum dictæ diuiſionis, vt cõprehendat etiã quoſdã liberos. ſ. filiosfamilias. Cùm ergo fiat additio, & detractio dictæ diuiſioni: iam eſt de iure ciuili hæc diuiſio: vt. ff. de iuſt. & iur. l. ius ciuile. At ſuperior de iure perſonarũ fuit ſecundũ ius naturale, & gentium: vt ibi diximus, & ideo immutabile: vt ſuprà de iure natur. gen. & ciui. §. penulti. Accur.

f Iſta gl. in hoc reprobatur: qa innuit eos eſſe ſeruos: qđ eſt falſum: ſecundũ Angel. & Por. hîc.

m ¶QVAEDAM ALIENO.] Quædã neutro. † iure tenẽtur: vt filij, quorum patres ſunt capti ab hoſtibus: vt. ĩ. qui. mo. ius pa. po. ſolui. §. ſi ab hoſtibus. nã & aliæ quædã ſunt in pẽdenti: vt. ff. de vſufr. l. ſed & ſiquis interdũ. §. j. & in aut. de nõ elig. §. hoc autẽ. col. j. & hoc ſecũdum quoſdã. Nos cõtra † nã ſui iuris ſunt. cùm enim pater ſit ſeruus hoſtiũ, & in eorũ poteſtate: vt ſ. de iu. ꝑſo. §. ſerui. ergo aliũ habere nõ poteſt in poteſtate: vt. ff. de acq. rer. do. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. circa me. & ff. ad le. iul. de adul. l. ſic eueniet. & præterea eorũ ratio, vel ſentẽtia eſt abſurda, qui dicunt, ꝙ hæc diuiſio recipiat mediũ: vt. C. de ſen. paſ. l. fi. circa prin. ADDITIO Et de hoc dic, vt per An. in di. §. ſi ab hoſtibus.

† Et male. Iaſ. & por. Egi. per.

† Dic ꝙ inſpecto futuro ſtatu ſũt in pendenti: ſed inſpecto ꝑſenti ſunt ſui iuris por. Egi. Per.

n ¶POTESTATE.] hoc verbum quinque modis accipitur: vt. ff. de verbo. ſignifi. l. poteſtatis.

o ¶SIMVL INTELLIGEMVS.] nã vt dicit Ariſtoteles: Cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina: vt hîc, & ĩ. de tute. j. reſpõſo. & ff. e. l. j.[g] Et eſt hîc ar. ꝙ per notitiã vnius immediatorũ, peruenitur ad alterius notitiã. & faciũt ad hunc §. ff. de procu. l. Põponius. §. ſed & is. verſi. nam quũ. & ff. eo. l. j. & ff. de præto. ſtipu. l. j. §. ſtipulationum iſtarum. ĩ. de tute. circa princi.

g Qđ eſt verũ in directò contrarijs: & quo ad cognitionẽ: vt hîc. ſecus quo ad effectus vel iuris diſpoſitionẽ: vt cõtraria eſt ratio. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ff. de verb. obl. & l. j. ff. ſol. matri. & l. pe. C. de ſolu.

IN POTESTATE. ¶Diuiditur in tres partes. Primò, ponit qui ſint in dñorũ poteſtate. Secũdò, vnde dicta poteſtas deſcendit. Tertiò, duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi, Nam apud. Angel. Areti. ¶ CASVS. Domine, iam video, ꝙ vos prius intenditis tractare de dominica poteſtate. dicatis ergo mihi ſi placet, qui ſunt in poteſtate dñorum: & vnde deſcẽdit poteſtas quã dñi habent in ſeruos? Ad hoc reſpõ. Iuſti. di. Certè in poteſtate dominorũ ſunt ſerui: & hæc poteſtas quam habent domini in ſeruos, de iure gẽ. eſt: quæ tali liquet ratione. Nam apud omnes gẽtes perpendere poſſumus, peræquè dominis in ſeruos vitę, necisq; poteſtatem fuiſſe: & quodcũq; per ſeruũ acquiritur, id domino acquiri cenſetur. Cùm igitur ius gentium ſit, quod peræquè apud omnes gẽtes cuſtoditur: manifeſtum eſt, iſtam poteſtatem, de iure gentium originem ſumpſiſſe. & hæ dicuntur vſque ad illum. §. Sed hoc tempore &c. Franc.

p ¶IVRIS GENTIVM.] id eſt de iure gentium introducta: vt ſuprà de iure perſo. §. ſeruitus.

q ¶ANIMADVERTERE.] i. in animo vertere, & cogitare: vt dixit Cato.

r ¶ESSE.] impropriè ponitur pro fuiſſe, vt ſtatim colligitur, & ff. e. l. j. & erat eadẽ patris in filiũ, vt colligitur ſecũdum vnam literã. ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. & ĩ. de noxa. actio. §. fi, in prin. & in gl. j. C. de pa. po. l. fi.

s ¶ACQVIRITVR.] ſcilicet iuſtè ſecundum quoſdam: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. quod ſeruus. in fi. Sed certè hoc eſſe non poteſt. nam ſi acquiritur, ergo domino: quia ſibi non: vt infrà per quas perſo. no. acqui. §. item vobis. & ff. de acquirend. hæredita. l. placet. quare dic, quòd ſemper domino quæritur, etiam ſi quid per dolum, vel metum, ſeruus acquirat: vt. ff. pro

id domino [a] acquiri [b]. ¶ Sed hoc tempore nullis hominibus qui ſub imperio noſtro ſunt, licet [c] ſine cauſa legibus [d] cognita [e], in ſeruos ſuos ſupra modũ ſæuire. Nam ex cõſtitutione [f] diui * Antonini, qui ſine cauſſa ſeruũ ſuũ occiderit, nõ minus puniri iubetur, quàm ſi alienũ ſeruũ [g] occiderit.

¶ Nimia dominorum aſperitas in ſeruos coercetur. Et ex cauſa cogitur quis rem ſuam vendere, & iuſtè deprecantibus nõ eſt denegandus aſſenſus. Item, officialis fraudans legẽ punitur. h.d. Aretinus.

¶ Sed & maior [h] aſperitas dominorum, eiuſdem principis cõſtitutione coercetur. ¶ Nam Antoninus cõſultus [i] à quibuſdam præſidibus prouinciarum, de ijs ſeruis qui ad ædem [k] ſacram, vel ad ſtatuas + principum confugiunt: præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur [l] ſeruos ſuos bonis [m] cõditionibus vẽdere, vt pretiũ dominis detur: & rectè [n]. Expedit enim reipublicę, ne ſua re quis malè vtatur [o]. ¶ Cuius reſcripti ad Aeliũ Martianũ [p] miſsi, verba ſunt hæc, Dominorũ [q] quidem poteſtatẽ in ſeruos ſuos illibatã [r] eſſe oportet, nec cuiquã hominum ius ſuũ detrahi. ſed & dominorum intereſt [s], ne auxiliũ cõtra ſæuitiã, vel famẽ, vel intolerabilem iniuriã [t] denegetur [v], ijs qui iuſtè deprecãtur. Ideoque cognoſce de querelis eorũ, qui ex familia Iulij Sabini, ad ſacram ſtatuã confugerunt. & ſi vel durius habitos, quã æquum eſt, vel infami [x] iniuria affectos eſſe cognoueris, venũdari iube, ita vt in poteſtatẽ domini nõ reuertãtur. Qui Sabinus ſi meę cõſtitutioni fraudẽ [y] fecerit, ſciat me hoc admiſſum aduerſus ſe ſeuerius executurũ.

TITVLVS IX.

De patria poteſtate.

emptore.l.ij.§.celſus.&.§.pomponinus. &.§.ſi ſeruus [a]. Sed hoc ſolo inſpecto an quæratur, puta, ſi ſeruus ſtipuletur operas à liberto: vt.ff.de ſtip. ſer. l.antepe. vel ſi aliud factũ ſit in ſtipulatione: vt.j.de ſtip.ſer.§.ſed cũ factũ. niſi in caſibus. quod dic vt.j.de ſtip.ſer.§.ſed cum. Nec ob.d.l. quod ſeruus. quia nõ quærit domino, vt ſibi remaneat: nã tenetur reddere. Sed nũquid libertas data à domino, vel à lege (quod fit interdum: vt.C.de ſer.qui pro præmio liber.ac.p̃ totũ. & in aut.de mona. §.ij. col.j.) dño quæritur? Rñ. nõ. nam licet quærat̃ ſeruo: libero tñ non põt dari libertas: vt.j.de actio. §.ſic itaq;.&.ff. de fideicõ.liber.l. generaliter. §. ſi homini. tñ eo ipſo momẽto, ſic fit liber, vt dominũ nõ habeat [b]. & ſic hęc oppoſitio eſt de pũcto. ſic & aliâs: vt hic vadit Romam: & hic facit murũ: nõ eſt tamẽ verũ eũ iuiſſe, vel opus feciſſe: licet ſit in vltimo momẽto perficiendi. ſimilis quæſtio fit ff.quod metus cauſa.l.extat.

a ¶ DOMINO.] vel quaſi domino: vt fructuario, & bonæfidei poſſeſſori: quibus quæritur ex duabus cauſis: vt.j.per quas perſo.nobis acq.§.de his.

b ¶ ACQVIRI.] No.hîc duos effectus dominicæ poteſtatis: & eſt tertius, vt non torqueatur in dominum, niſi in caſibus: vt C.de quæſti.l.j.&.l ſeruos. Accur.

¶ SED HOC TEMPORE. ¶ Caſus in hoc.§.vſq; ad fi.talis eſt. Domine, iam video quæ fuit poteſtas dominorũ in ſeruos ſecundum iura antiqua. nunquid licebit dominis, adhuc eãdem poteſtatem in ſeruos exercere? Reſpon. Iuſti. quòd non. Nam hoc tempore nullis hominibus qui ſub noſtro imperio ſunt, licet ſine cauſa legibus approbata in ſeruos ſuos, ſupra modum ſęuire. Ex cõſtitutione enim diui Pij, Antonini cauetur, vt qui proprium ſeruũ occiderit ſine legitima cauſa: non minus puniatur, quàm qui alienum ſeruum interfeciſſet. Et non ſolummodo illos, qui ſeruos occidunt, puniri iubemus: ſed etiam ij qui maiorem aſperitatem, quàm æquũ ſit, in ſeruos exercent: eiuſdem principis conſtitutione coercẽtur. Nã idem princeps conſultus, à quibuſdam præſidibus prouinciarũ, quid iuris eſſet de his ſeruis, qui propter ſęuitiam dominorum ad ædes ſacras, & ad ſtatuas principum confugiunt: in reſcripto ſuo præcepit, vt ſi ſęuitia dominorum circa ipſos ſeruos intolerabilis videatur: cogantur ipſi domini ſeruos bonis conditionibus vendere: & pretium de ſeruis venditis habitum dominis detur. Sed domine: quid videtur vobis de hoc ſtatuto diui Pij Antonini? Et certè di cit Iuſt. nobis videtur ipſum rectè ſtatuiſſe. Expedit enim reipub. ne quis re ſua malè vtatur. Et verba ſcripta ipſius principis, ad Elium Martianum proconſulem miſſa, ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe, ideſt non diminutã à quoquam: nec cuiquã hominum ius ſuum in aliquẽ detrahi æquum eſt: verumtamen in caſu iſto, ipſorum dominorum intereſt, ne auxilium cõtra eorum ſęuitiã, vel intolerablem iniuriam, ipſis ſeruis iuſtè deprecantibus denegetur. Nam ſi permitteretur eis, ſæuitiam ſuã in ſeruos ſuos exercere: aut fortè ſeruos occiderent: aut eos fugitiuos efficerent: & ſic ipſis ſeruis, & eorum pretio carerẽt. & ideo ô tu Eli Martiane, de querelis ſeruorũ qui ex familia Iulij Sabini, propter eius ſęuitiam ad ſtatuas principum fugerunt diligenter cognoſce: & ſi tu cognoueris eoſdem durius habitos quàm æquum ſit, & intolerabili iniuria affectos, venundari iube: ita quòd decætero in poteſtatem Iulij Sabini non reuertantur. & ſi idem Iulius Sabinus huic noſtræ conſtitutioni fraudem fecerit: ſciat nos hoc delictum aduerſus ſe ſeuerius executuros. h.d. Fran.de Are.

c ¶ LICET.] id eſt licitum eſt.

d ¶ LEGIBVS.] quia ſi ſeruus ſciat inſidias domino parari, & ipſi auxiliũ non tulerit: ſupplicium debet præſtare, quod mortem interpretamur. Sed & ſi accuſauerit eum criminaliter, (excepto crimine læſæ maieſtatis) aut ſi dominum viderit periclitantem, & eum non adiuuerit: vel ſi immiſcuerit ſe vxori ſuæ: vel alijs modis. Ac.

e ¶ COGNITA.] vt quia cum vxore ſua inuenerit: vel in ſimili delicto: quo caſu etiam occidere licet: vt.ff.de verb.ob.l.qui ſeruum. &. ff. de leg.j. quid ergo.la.j.§.ſi hæres.&.ff.ad.l.iul.de adul.l.marito.§.j.ſi autem alias deliquit, vel domino non obedierit: legitimè eũ corrigere poteſt: non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehenſum: vt.C.de emen.ſer.l.j. Sed nunquid ſine cauſa verberare poteſt? Reſpon. ſic modicè, ſecundum Io. [c] vt.C. de emen.ſer.l.j.licet Pla.dixit quòd non.aliter ſi nimis corripiat ſine culpa, tenetur vel vẽdere, vel dare: vt hîc ſequit̃.&. ff.e.ti.l.j. ADDITIO. Hæc gl. communiter approbatur. & dicũt doc. idem in marito erga vxorẽ, & in magiſtro erga ſcholarem, in patre erga filium, in abbate erga monachum: quia poteſtas tributa magiſtro erga ſcholarem, intelligitur tributa marito in vxorem.l.ſed & ſi quemcunque.§.ſi.ff.ad.l.aquil. Chriſtopho.

f ¶ CONSTITVTIONE.] cuius verba ſunt.j.e.§.ſi.

g ¶ ALIENVM SERVVM.] Sed certè qui ſeruum alienum occidit, lege Aquilia tenet̃: vt.ff.ad le.aquil.l.ij.in princ.&.j.ad.l.aquil.in prin. quæ actio hîc habere locũ nõ poteſt, cũ nõ domino, imò cõtra dominũ daretur: quod eſſe nõ debet: vt.ff.ad.l. aquil.l.itẽ mela. §. legis. Sed dic ꝙ hoc quod hîc dicitur eſt verũ, quantũ ad criminalẽ pœnam legis Corneliæ de ſicarijs: vt.j.de pu.iu.§. item lex. quæ pœna tã in ſeruis quàm in liberis locũ habet: vt. ff. ad le. cor. de ſic.l.j.§.j. [d] Interdum etiã ciuiliter tenet̃, ſi alterius intereſt, vt creditoris: vt.ff.de pigno.l.ſeruũ quẽ qs. vel fructuarij: vt.ff.ad leg.aquil. ſed & ſi ꝓprietatis.&.ff.de dolo.l.& eleganter.§.ſi ſeruum vſuarium.

¶ SED ET. ¶ Diuiditur iſte.§.in quinq; partes. Primò, ponit dictum in genere. Secundò, illud exẽplificat, & rationem reddit. Tertiò, ponit verba reſcripti, de quo fit mentio in principio. §. Quartò, concludit. Quintò, minatur officiali non obſeruanti legem iſtam. Secunda ibi. Nam Antoninus cõſultus. Tertia ibi, Cuius reſcripti. Quarta ibi, Ideoque. Quinta ibi, Qui Sabinus.

h ¶ MAIOR.] id eſt magna: vel maior quàm æquum ſit.

i ¶ CONSVLTVS.] i. interrogatus. ſic.ff.de pac.l.item quia.§.ſi.vnde illud Conſulo te, quærens: tibi conſulo, conſilium dans. Accur.

k ¶ AEDEM SACRAM.] ad quæ loca olim, & hodie confugiũt. circa quæ diſtingue vt diximus, in aut.de man.prin.§.neque autem. in gl. cogentur. col.iij. ADDITIO Et iuuantur ſecundum Io.fab.& Ange. quando ſine armis, nullo præcedente delicto, ſed propter domini ſęuitiam vel etiã ſui criminis grauiorem punitionem confugiunt: vt hîc: aliâs non, vt.l.ſi ſeruus.&.l.ſi.§.adijcientes.verſi.& hoc quidem.C.de ijs qui ad eccle. confu.& ca.inter alia.extra de immu.ecc.ſed de iure canonico non iuuatur delinquens in eccleſia.c.ſi.extra eo.ti.aliâs ſic: niſi eſſet publicus latro, vt.d.c. inter.& idem per omnia intelligas de cemiterio: vt.xvij.q.iiij.c.ſi quis contumax. Ange.

l ¶ COGANTVR.] No.hîc.quòd aliquis cogitur vendere rem ſuam.

m ¶ BONIS CONDITIONIBVS.] ſcilicet.vt pretiũ habeat: & ad dominũ primum non reuertantur: vt.j.§.proxi.&.ſ.§.ſed hoc.in ſi.& ne ſimili pœna anteriorum afficiantur: vel ne exponantur: vel proſtituantur: vel exportentur: vel vendantur ammodo: vt.j.proxi.§.&.§.ſi.Accur.

n ¶ RECTE.] ſcilicet præcepit.

o ¶ MALE VTATVR.] qa intereſt principis, locupletes ſub ſe habere ſubiectos: vt in aut.vt iu.ſine quo.ſuffr.§.conſyderauimus. coll. ij. quod non contingeret, ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere. Et nota, ꝙ illud idem quod intereſt priuati principaliter, & reipublicæ intereſt ſecundariò: vt.ſ.diximus de iuſti.& iur.§.ſi. Ar.contra.ff.ſol.matri.l.etiam.§.licet [e].&.l.ſi conſtante.§.ſi maritus. Accur.

o ¶ VTATVR.] Not. quòd quandoque detrahitur res inuito domino, propter odium dominorum: vt hîc, quandoque fauore religionis: vt.ff. de relig.l.ſiquis ſepulchrum. quandoque fauore libertatis: vt infrà de donat.in ſin. quandoque fauore vltimæ voluntatis: vt.ff.de legatis.j.l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.& hoc eſt contra regulam: vt.C.de contrahend.empt. l.inuitum. Accur.

p ¶ MARTIANVM.] proconſulem Eticæ: aliàs Euticæ ſeu Vticæ vrbis: vt ff.eo.l.ij.in princi.

q ¶ DOMINORVM.] Hincinde allegat: & primò, duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

r ¶ ILLIBATAM.] id eſt non diminutam.

s ¶ INTEREST.] ideſt eis proderit, vt ſeruos non perdãt.& dic, denegetur. ſcilicet à nobis. vel dic, intereſt ideſt ad eos pertinet ne denegetur ſcilicet à ſe dominis cum fortè vxor, vel filij, vel alij domini familiares inferant hoc. ſed prima verior.

t ¶ INIVRIAM.] quam patiuntur iure naturali inſpecto: non iure ciuili: vt.j.de iniur.§.ſeruis.

v ¶ DENEGETVR.] ſic.ff.de offi.præ.vrb.l.j.§.quod autem.

x ¶ INFAMI.] id eſt infamata, ſeu magna iniuria.

y ¶ FRAVDEM.] [f] vel euidentem, quia non obedit: vel callidam, dicens nõ eſſe illum ſeruum qui fugit.

¶ DE PATRIA POTESTATE. ¶ *Quia ſuprà dixit [g], de ijs qui ſunt in poteſtate dominorum: ideo ſubiungit de ijs, qui ſunt in poteſtate parentum: ut promiſerat.ſ.ti.j.§.j. Are.*

a Et hoc cõmuniter ſecundũ doc. in dominio, vel etiã poſſeſſione, ex re peculiari acqſita, vbi eſt multum iuris: et ideo nõ opus eſt animo: cùm acquiratur etiã ignorãti.l.cum pater.§.ſurdo.ff. de le.ij. ſecũdum Ia. ſecus, in ea quæ habet multum facti: vt in prin.gloſ.& iſta omnia poſſunt dici de filio, reſpectu patris, vel fratrũ quo ad illicitè acqſita: vt hîc per Ange.

b Intellige iſtud verũ in hîs quæ nũquã poſſunt quæri domino: ſed bene ipſi ſeruo: aliâs ſecus etiã momento: vt dic. l. placet.in gloſ. alle. ſecũdũ Ia.

+ Hîc mos fugiendi ad ſtatuã emanauit a ſeruo Vedij Polliõis eq̃tis Ro. qui fugit ad pedes Auguſti Cæſaris, apud ipſum Vediũ cœnitãtis. Vide Senecã Tertulli.Pe.cri. & noſtras annota.hîc. Egi.per.

* pij &c.

c Iſta opi. Io.approbatur hîc per Pet.de bel.pti.& Ang.

d Niſi probaret eũ nõ ex vulneribus mortuũ: vt quia poſt triduũ ſurrexit & cum baculo inceſsit: vt no.gl.in.l.j. C.de emen. ſeruo. ſecũdũ Ia. hic.

e Solue ſecundũ doc. hîc: & dic ꝙ nõ tenetur de culpa vt ibi: ſed de ſęuitia & dolo ſic: vt hîc quia ex facti atrocitate præſumitur: vt.l.j.ff. de do.exce.

f Tãgit hîc Chriſto. quot modis fiat fraus legi: ex quo infert ꝙ ſtatutũ loquẽs de frumẽto intelligitur etiã de farina. & an ex eodẽ facto cõtra faciẽs duobus ſtatutis ſit puniendus in duas ꝑ duabus poſitis: an pro vna: vide Bar. in l.meuius.§. duobus. ff. de leg.ij. Iaſon.

g Iſtã cõtinuationẽ ſequitur Pet. hîc.

IN POTESTATE.] ¶Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes.Primò,ponit dictū in genere, qui ſunt liberi in noſtra poteſtate.Secundò, definitionē nuptiarum, vel matrimonij. Tertiò,qui habēt filios in poteſtate. Quartò, ex prædictis infert ſpecificādo quod primò dixerat.Secūda ibi,nuptiæ. Tertia ibi,Ius aūt. Quarta ibi,Qui igitur.

CASVS. Acceſsi ad Iuſti. & quæſiui ab eo: Domine, vos vultis tractare de pa. po. dicatis ergo mihi, q ſunt in pa. po.Ad hoc reſpō.Iuſti.dicēs:In po.noſtra ſunt liberi,quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. Sed quid domine? iā video, qui ſunt in pa.po. dicatis mihi,quid eſt matrimoniū,ſeu nuptiæ? Ad hoc reſpō.Iuſt.ꝙ nuptię,ſiue matrimoniū,eſt viri, & mulieris cōiūctio indiuiduā vitę retinēs cōſuetudinē. & hoc vſque ad illum.§.ius autem. Frā. Accur.

IN poteſtate[a] † noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis[b] nuptijs procreauimus.¶ Nuptiæ[c] aūt,ſiue matrimoniū,eſt viri,& mulieris coniunctio[d] ,indiuiduam[e] vitæ conſuetudinem ✱ continens.

¶Patria poteſtas fuit de iure Romano introducta:per quā fili⁹ ex legitimo matrimonio natus, & cæteri deſcēdētes per lineā maſculinā, in patria poteſtate ſunt cenſendi.Mulieres verò,& earum deſcendentes,tale ius non habent. hoc dicit ſummariè ſecundum Bal.

¶Ius autem[f] poteſtatis quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorū[g].Nulli enim alij ✱ ſunt homines,qui talem in liberos habeāt poteſtatē,qualē nos habemus.¶ Qui igiť ex te,& vxore[h] tua naſciť:in tua[i] poteſtate eſt.Item, qui ex filio tuo,& vxore eius naſcitur,id eſt nepos tuus, & neptis,æquè in tua ſunt poteſtate: & pronepos,& ꝓneptis, & deinceps cæteri.¶ Qui autem ex filia tua naſcuntur:in poteſtate tua nō[k] ſunt,ſed patris eorum.

a ¶IN POTESTATE.] Hoc verbum multis modis ſumitur : vt.ſ.proxi. ti.diximus.§.j.

b ¶EX IVSTIS.] quæ ſint iuſtæ diciť.j.tit. ꝓxi.

c ¶NVPTIAE.] & dicūtur ab obnubēdo.i.velando,quia velatæ incedere debent : vt ait Iſid. ſed matrimoniū dicitur ideo,quia mulier nubit,vt mater fiat[a]. & hæc duo nomina(licet diuerſis rationibus)idem ſignāt.Itē cōiugium, & connubiū, & conſortiū:vt.ff.de ri.nup.l.in eo iure.§.hoc caput.licet hoc vltimū quandoq; inter ſeruos accipiatur:vt.C.de ſer.fugi.l.fi.inter quos, propriè dicitur contubernium:vt. C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.

d ¶CONIVNCTIO.] animorum,non corporum tantùm[b]:vt.ff.de reg.iur. l.nuptias.& illa coniunctio animorum ſignificat vnionem,quæ cōſiſtit inter deum,& iuſtam animam.Vnde apoſtolus:Qui adhæret deo,vnus ſpiritus eſt cum eo.Reliquum,ſcilicet cōiunctio corporum,deſignat conformitatem,quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum,& ſanctam eccleſiam ideſt humanum genus.Vnde euangeliſta:Verbū caro factum eſt:& habitauit in nobis. ADDITIO. Vide ca.debitum.extrà de bigamis.

e ¶INDIVIDVAM.] quo ad affectionē.ſic.ſ.de iuſti.& iure. in prin. Actu enim plerūq; fit ſeparatio,tam iure veteri,quàm nouo permittente:vt.C. de repu.l.conſenſu.in prin.& in aut.de nup.§.ſi ergo.col.iiij.& in aut.vt lice.ma.& aui.§.quia verò.col.viij.Sed nunquid hanc affectionem habet aliquis ad concubinam quandoque?Certè ſic:& ideo adijcias huic definitioni, diuini,& humani iuris communicatio:vt.ff.de ri.nup.l.j.Diuini, quia eiuſdem ſectæ debēt eſſe:vt nō ſit vnus chriſtianus, & alter iudæus:vt.C.de iudę.l.nequis.Humani:quia forum viri ſequitur vxor:vt.ff.ad muni.l.fi.§.ij. ſed ſecus eſt in concubina,vel qualibet minus legitima vxore:vt.ff. ad muni.l.de iure.§.fi.licet concubinatus iure permittente ſit.ff.de concu.l.in concubinatu.in fi.[c]Neque valet oppoſitio de matre ad filium : quia ibi non eſt talis cōſuetudo,qualis ad vxorē:vt.j.ti.j.§.ergo.& in aut.quomodo opor. epiſco.§.j.col.j.&.§.volumus autem.ibi,Sed aut ſolæ &c.

¶IVS AVTEM. ¶CASVS. Domine,dicatis mihi,ſi placet, quorum proprium eſt ius pa.po.Ad hoc reſpon,ius pa.po.quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum ideſt liberorum omnium de Romano imperio.nulli enim alij homines ſunt,qui talem poteſtatem habeant in liberos,qualē nos habemus.Sed domine,dicatis mihi,qui ſunt in pat. pot. Ad hoc reſpon.Iuſti.Amice,diximus,quòd illi ſunt in pa.po.noſtra quos de iuſtis nuptijs ꝓcreauimus.Ex hoc igitur manifeſtè liquet,quòd illi qui ex te, & legitima vxore tua naſcuntur,in tua poteſtate ſunt:vt proprij tui filij : & qui ex filio tuo,& vxore eius naſcuntur, vt nepotes. & idem eſt in pronepote,& cæteris deinceps per maſculinam lineam deſcendentibus. Sed quāquam dixerim nepotes natos ex filio,in tua eſſe poteſtate·ſecus tamen in nepotibus natis ex filia.Nam qui ex filia tua naſcuntur, in tua poteſtate non ſunt:ſed in poteſtate patris eorū.& hæc dicūtur vſq; ad finē ti.Fran.de Are.

f ¶IVS AVTEM.] quod cōſiſtit in ſeptem. Primò, quia neceſsitate famis pater filiū vēdere poteſt,vel obligare:vt.C.de pa.qui fi.diſ.l.ij.Secūdò,quia ab eo in ius vocari nō poteſt:vt.C.de in ius vo.l.fi.Tertiò, quia nec cum eis agēdo,iudiciū habere poſſumus:vt.ff.de iudi.l.lis.Quartò,quia per eum acquirimus:vt.j.per quas perſo.no.acqui.§.j.Quintò, quia in iudicio contra alium,ſine licētia noſtra eſſe non poteſt:vt.C.de bo.quæ lib.l.fi.§.j.[d]Sextò,quia eo inuito ſua bona aduētitia adminiſtramus:vt.j.per quas perſo.no. ac.§.j.Quidam tamē dixerūt,ꝙ alimēta adinuicē hoc iure præſtātur:quod falſum eſt:cū in emācipatis etiā hoc ſit:vt.ff.de lib.agno.l.ſi quis à liberis.in prin.Itē ciuilis obligatio inter nos eſſe nō poteſt:vt.j.de inuti.ſtip.§.itē inutilis[e].Eſt & octauus,vt poſsim petere filium in meā poteſtatem. Circa quod diſtingue:quia aut à nullo detinetur,aut ab aliquo. ſi ab aliquo : volens, an inuitus.Primo caſu petam eum per officium iudicis.ff.de li.exhi.l.iij. §. hoc autem.& præiudiciali actione in rē agā:vt.j.de act.§.præiudiciales. non interdicto,niſi in caſu:vt ſi volo eū adire hæreditatem in qua factus eſt hæres: vt.ff.de acquir.hære.l.ſiquis mihi.§.iuſſum.& de lib.exhi.l.ſi eum.In ſecundo,eadem auxilia locum habet,& plura ſcilicet rei vendicatio de iure Romano:vt.ff.de rei ven.l.j.§.j.In tertio,locum habet interdictum de lib. ho. exhi.Itē,actio in rē de iure Quiritum:vt.ff.de rei ven.l.j.§.j.& de lib.exhi. l.j.j.reſpon.Accur.

† Concor. cū hoc tex. c.vlti. extra de cōuer. in fi. in mediū ibi,cùm autem.

✱ Retinens.

✱ Vide in hūc locum Alc. li. diſpunct.ij.ca. xxij. multa enī pulchra in hāc rem differit.

a Et ideo, ab ea poti⁹, quàm à patre denominatur: quia maiora ſuſtinet onera.Eſt enim ante partū oneroſa, in partu doloroſa:& poſt partū laborioſa:vt extra de conuer. infidel. c.ex literis.

b Iſta gl.videtur malè dicere per.l. q fuerit. ff. de condi. & demon.& p l.nuptias.ff. de re iud. & xxvij.q.ij.ī prin. Ange.

c Sed de iure canoni. nullo modo eſt permiſſus:quia quelibet fornicatio ſimplex eſt peccatū mortale : vt ca. ad noſtrā. de hæret. in cle.et.xxxij.q.iiij.c.omnes.et.c.nemo. ſecundum Ange. hîc.

d Scilicet ſpāli.nec ſufficeret generalis, ſiue vniuerſalis. Itē,nec ratihabitio poſtea ſequēs: vt no.gl.in l. iij. §. ſed vtrū. ff. de mi. & hæc vera:niſi ſimul cū patre agat,vel cōueniatur. Item, niſi in cauſa criminali, vel in caſibus, vbi patri nō q̃ritur vſuſfructus ſecūdum Ange. hîc. Itē niſi ſit tutor alicui⁹, vel ꝓcurator cꝗ qui generalis. de ꝓcu. lib.vj.Ia.

e Adde hîc ſeptimū ſecūdū doct. quia in atrocioribus delictis, filius qui eſt ī poteſtate patris,nō excuſatur ꝓpter iuſſum patris: & in delictis atrocioribus,minus punit: licet nō excuſetur ī totū: vt.ff.de reg.iur.l.ad ea. ſecundū [illegible] Per.hic.

✱ In ſcriptis quibuſdam exēpla.legitur,de iuſtis nuptijs.

TITVLVS X.

De nuptiis ✱.

¶Inter marē maiorem quatuordecim annis,& fœminam maiorē duodecim annis,liberos,ſecūdū legū præcepta nuptias cōtrahētes:iuſtæ nuptiæ contrahūtur. In poteſtate autē cōſtituti,nuptias abſq; patris conſenſu contrahere non poſſunt,niſi pater foret inhabilis ad cōſenſum præſtandum. Aretinus.

IVſtas aūt nuptias inter ſe ciues[l] Romani cōtrahūt,q ſecūdum præcepta[m] legū coeūt: ¶ Maſculi quidē

g ¶ROMANORVM.] ideſt omniū qui ſunt de Romano imperio. aliæ verò gētes quædā,vt ſeruos tenēt filios.vt Sclaui: aliæ vt prorſus abſolutos,vt Francigenæ: ideo cautè dicit.j. talē qualē. ADDITIO. Dum dicit,ꝙ filij Frācigenarū nō ſunt in poteſtate parentū:adde,ꝙ hāc glo.in hoc reputat vnicā,& ſingularem Bal. in.c.j. §. ſi duo fratres. Aliàs ille.§. eſt.c.ij.in ti.de fra.de nouo benefi. inueſti. Hanc etiā gl.Bal. cōmendat in c.j. an maritus ſuc. vxo. in benefi.& vide totū in l.pe.in fi.chartæ.C. qui teſta. face. poſ. & in dicto ca.j. an maritus ſuc. vxo.in benefi. dicit Bal. quòd iſta glo.eſt ſingularis.Et eam etiā dicit ſingularē Ia. ad hoc, quòd rex Franciæ non eſt ſub imperio Romano.Iaſon.

h ¶ET VXORE.] aliud ſi ex concubina:vt.j.ti.j.§.ſi. vel inceſto coitu natus:vt in aut.quibus mod.na.effi.leg.col.vj.§.ſi.

i ¶IN TVA.] ſi tū tu ſis ſui iuris,nō alſ:vt.ff.ad.l.iu.de adul.ſic euenie.

k ¶NON SVNT.] quia qui naſcuntur, patris familiam ſequuntur: vt. j. de le.ag.tu.§.j. ADDITIO Et in hoc ſequitur conditionem patris: vt.ff.de ſta.ho.l.cum legitime.

¶DE NVPTIIS.¶ Supra[a] ti.proxi.in prin.dictū eſt,ꝙ in poteſtate noſtra,ſunt liberi noſtri,quos ex iuſtis nuptijs procreauimus:ideo hic ſubiungitur inter quos,dictæ iuſtæ nuptiæ contrahuntur. Are.

f Iſtā cōtinuationē ſequūtur Pet. de Bel. per. & Ang.hîc. Diuiſio.

IVSTAS AVTEM.] ¶Iſte titulus diuidit in octo partes. In prima ponit qui poſſunt cōtrahere matrimoniū,& qualiter, ſubijciēdo quæſtionē de filio,& filia furioſi.Secunda ibi,Ergo non omnes. vbi ponit generaliter,& ſpecialiter quaſdam eſſe perſonas,inter quas nō poteſt eſſe matrimonium.ſ.inter aſcendentes. & deſcendētes.Tertia ibi,Inter eas.vbi ponit inter quas perſonas ex collateralibus,etiā cōiunctis per adoptionem,poteſt fieri, & non fieri matrimoniū. Quarta ibi,Affinitatis.vbi ponit inter quas perſonas non poteſt fieri matrimonium ratione affinitatis.Quinta ibi,Illud certum.vbi ponit,qualiter matrimonium prohibetur ratione ſeruilis cognationis.Sexta ibi, Sunt & aliæ. vbi ponit generaliter quaſdam eſſe alias perſonas,inter quas nō poteſt conſtitui matrimoniū.Septima ibi,Si aduerſus.annullat matrimonia contracta cōtra iuris præcepta:& quicquid ſecutū eſt exinde:& punit cōtra facientes. Octaua ibi,Aliqñ.vbi ponit de filijs naturalibus:& quomodo poſſunt legitimari.Itē,prima pars principalis diuiditur in tres partes.Nā in prima ponit dictū generale.In ſecūda,illud declarat.In tertia,determinat incidētē quæſtionē.Secūda ibi,Maſculi.Tertia ibi,Vnde quæſitū.ſecundū Por. ¶CASVS.Acceſſi ad Iuſti.& ita quæſiui ab eo.Dñe,vos vultis tractare de nuptijs,Dicatis igiť mihi,ꝙ ſunt iuſtæ nuptiæ?Ad hoc rñ.Iuſti.dicēs,ꝙ iuſtę nuptiæ ſunt,quas inter ſe ciues Romani,ideſt liberi homines ſecūdū præcepta legum cōtrahūt:videlicet maſculi puberes,& fœmine viripotētes.& hoc eſt verū,ſiue ſint patreſfa.qui nuptias cōtrahūt:ſiue filijfa.dū tñ fi.fa.de cōſenſu parētū,in quorū ſunt poteſtate,nuptias contrahāt Nam quòd fi.fa. de conſenſu parētū,ī quorū eſt ptāte,debeat cōtrahere:tā ciuilis,ꝙ naturalis rō ſuadet:intātū etiā ꝙ iuſſus parētū ī matrimonio à fi.fa.cōtrahēdo pcedere debeat.vñ qa cōſenſus parētū reqrit,apud veteres dubitatū fuit,& quæſitū vtrū filiifa.alicui furioſi poſſit nubere,& cōtrahere matrimoniū:cū pater furioſus cōſentire nō poſſit.Et certè licet de filia de facili cōſenſerint antiq.ſ. ꝙ ipſa poſſit ſine cōſenſu patris nubere:ī filio tñ varij,in varias ſñias declinauerūt:ſed tādē ad huiuſmodi dubitatiōe veterū ſopiēdā, noſtra pceſſit cōſtitutio:cuius authoritate permiſſum eſt,vt ad exemplū filiæ furioſi, filius furioſi ſine paterni conſenſus interuentu vxorem ducere poſſit:ſecundum tamē modum in eadē conſtitutione expreſſum.h.d.vſque ad §.ergo. Frā.

l ¶CIVES ROMANI.] ideſt liberi homines : vt.ſ.de liber.§. fina. ſerui ergo non faciunt matrimonium, ſed contubernium[g] : vt hîc, &.C. de inceſt.nupt.l.cum ancillis.& in aut.de nupt.§.ſi verò decretum.verſ.ſi verò ab initio.col.iiij.Sed aliud eſt iure canonum[h],quod præualet : vt in aut. de ec.titu.in princip.& in gloſſ.col.ix.vbi dicitur,quòd canones ſunt ſeruandi pro legibus.

m ¶PRAECEPTA.] quæ ſunt.j.eo.tit.per totū.&.ff.eo.&.C.eo.ti.per totū

g Simile eſt in.c.ſanē.ij. extra de cleri. coniuga. vbi matrimonia contracta pſacerdotes,dicuntur contubernia.

h Citra tñ domini præiudiciū. c.j. & ibi gl. extra de coniu. ſeruo. quæ verā intelligenti dño ſciēte, & nō cōtradicēte: vt. C.de lati.lib. tol. vel altero cōiugū errāte in cōditione perſonæ ſi errantis fiat cōditio deterior. aliàs ſecus ſecundū Ioā. fab. & Ange.

puberes[a], fœminæ aũt viripotẽtes[b]: ſiue patresfamilias[c] ſint, ſiue filijfamilias: dũ tamẽ ſi filijfamilias ſint, cõſenſum habeãt parentum, quorũ ſunt in poteſtate[d]. Nã, hoc fieri debere, & ciuilis,[e] & naturalis[f] ratio ſuadet: intãtum, vt iuſſus parentis præcedere debeat[g]. ¶ Vndẽ[h], quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius vxorem ducere poſsit[i]. Cũq; ſuper[k] filio variabatur: noſtra proceſsit deciſio[l], qua[m] permiſſum eſt ad exẽplũ filiæ furioſi[n], filium quoque furioſi poſſe, & ſine patris interuentu matrimonium ſibi copulare, ſecundum[o] datũ ex noſtra conſtitutione modum.

¶ Matrimoniũ non poteſt contrahi inter aſcendentes, & deſcendentes, vſque in infinitum, etiam ſi per adoptionẽ ſit contracta parentela, & etiam adoptione finita per emancipationem.

¶ Ergo[p] nõ oẽs[q] nobis vxores ducere licet. ¶ Nã à quarũdã[r] nuptijs abſtinendũ eſt. ¶ Inter eas enim perſonas, quæ parẽtũ, † liberorúmve locũ inter ſe obtinẽt, cõtrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem, & filiã, vel auũ & neptẽ, vel matrẽ & filium, vel auiã, & nepotẽ, & vſque in infinitũ[s]. † ¶ Et ſi tales perſonæ inter ſe coierint, nefarias, atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. ¶ Et hæc adeò vera ſunt, vt quamuis per adoptionem parentum liberorúmve, loco ſibi eſſe cœperint, non poſsint inter ſe matrimonio iungi: intãtum vt etiam diſſoluta adoptione, idem[t] iuris maneat. Itaque eam quæ tibi per adoptionẽ filia, vel neptis eſſe cœperit: non poteris vxorem ducere, quãuis eam emancipaueris.

¶ Inter fratrem & ſororem, prohibitum eſt matrimonium, etiam ſi per adoptionem cõiuncti ſint: quod habet locũ adoptione durante tantùm. Et emancipata à patre poteſt copulari cum altero adoptiuo à ſuo patre.

¶ Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam ſimilis obſer-

---

vt colligemus in magna gloſ.j.eo.§.ſunt & alij.

a ¶ PVBERES.] id eſt maiores.xiiij.annis: vt.j.quib.mod.tu.fi.in principio. ADDITIO Hæc gl. non bene loquitur. nã licet quo ad tutelas & teſtamẽta ille appelletur pubes, qui.xiiij.annũ cõpleuit, ſi vir ſit: aut.xij.ſi mulier fuerit: quo tamẽ ad matrimonia contrahenda appellãtur puberes, quàm primũ coire poſſunt. nõ igitur in matrimonio copulãdo pubertas cognoſcitur, ex annorũ numero: ſed ex poteſtate coeundi.c.puberes. extrà de deſpon.impub. ſecundum Chriſtopho.

b ¶ VIRIPOTENTES.] i.maiores.xij. an.j. quib. mo.tut.fi.j.reſpon. ſed in ſponſalibus.vij.anni ſufficiunt: vt.ff.de ſpon.l.in ſpõſalibus. Sed nunquid hodie.xv.anni ſunt neceſſarij ad matrimoniũ: vt in aut. de tẽp. non ſo. pe.§.nouimus. colla.vij? reſpõ. lex illa cõſuetudinẽ & frequentiã hominum ponit àliud de iure, vt hîc, Itẽ, quid ſi aliquis antequã iſtud tempus attingat, inuẽtus ſit ſufficiens ad matrimoniũ? Videtur ꝙ nubere poſsit: vt.ff.quando dies leg.ce.l.pe. quaſi felici diplomate vſus: vt. ff. de verb.obli.l.continuus.§. cùm ita[a]. Sed cõtradico: imò lege Iulia de adulterio, & ſtupro commiſſo poterit puniri: vt.ff. de adult.l.inter liberas.j.reſpon.& eſt pro hoc.ff.de concubi.l.j.§.fi. Si autem de facto intra dictũ tẽpus vxorem quis acceperit, tũc erit vxor, cùm ad ætatem prædictã peruenerit: vt.ff.de rit.nupt.l.minorẽ. ADDITIO. Pro notatis in hac gl.vide.c.puberes.extrà de deſpon.impu. vbi opinio gl. videtur reprobari. Et pro fine huius gl.vide.c.j.de deſpon. impu.lib.vj. An autẽ mulier poſsit cõtrahere matrimoniũ ante.xij.annũ? Dic ſecũdum Io. de pla. ꝙ ſic: vtputa propter pacẽ: vt.c.ij.de deſpon.impu. Itẽ, ſi malitia ſuppleat ætatẽ: vt.c.j.de coniu.ſeruo.&.c.de illis.de deſpon.impub. quia maius periculũ eſt in ea quàm in maſculo. propter calidiorem ſanguinem ad luxuriandum, & fragilitatem ſexus: vt.j.in gl. quæ incipit, nam de filia.

c ¶ PATRESFAMILIAS.] ſcilicet ꝙ ſunt iuris ſui, cuiuſcũq; ætatis ſint. ſic & matresfa. ſed filij, & filiæfamilias qui ſunt in poteſtate, cuiuſcũq; ætatis ſint: vt.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iuris.l.nam ciuium. Accur.

d ¶ IN POTESTATE.] quid ergo de emancipatis? Videtur idem: vt.C.e. l.viduæ. ſed illud conſilium eſt[b], non præceptum. Quod autem poſsit filius emancipatus, dicitur.ff.de contra tab.l.iij.§.ſi emancipatus. &.ff.de rit. nup.l.filius emancipatus.

e ¶ ET CIVILIS.] quia eſt in poteſtate de iure ciuili Romanorum: vt ſuprà titu.j.§.ius.

f ¶ ET NATVRALIS.] quia pater: vt.ff.de iuſti. & iur.l.ij. vel quia proauus: vt.j.de pup.ſubſti.§.ij.

g ¶ DEBEAT.] aliâs non valet: vt.ff.de ſta.ho.l.paulus reſpõdit[c]. videtur tamen cõſentire niſi cõtradicat expreſsè: vt.ff.de ſpon.l.in ſponſalibus.in fi.

h ¶ VNDE.] quia patris conſenſus exigitur.

i ¶ POSSIT.] Videtur quòd non, cùm pater non poſsit conſentire: vt.ff.de iure codi.l.ij.§.furioſus.

k ¶ SVPER FILIO.] Nam de filia facilè conceſſum fuit, quia fortè calidior ſanguis eſt in ea: vt in authenti. de non eligend.§.cum igitur. colla.j. vel verius propter fragilitatem ſexus.argu.j.quibus alie.licet. in princi. ſed prima non placet.

l ¶ DECISIO.] id eſt ſententia vel lex: vt.C.eo.l.ſi furioſi.

m ¶ QVA.] deciſione.

n ¶ FVRIOSI.] idem & ſi captus fuerit, & abfuit pater per triennium: vel ſi neſcitur, an viuat, vel non: vt.ff.de ri.nup.l.ſi nepos.§.fi.&.l.ſi ita.

o ¶ SECVNDVM DATVM.] ſcilicet cum authoritate curatoris patris, & dote ſecũdum quãtitatem patrimonij patris data: vt.C.eo.l.ſi furioſi.in fi. ſed iure canonũ ſufficit cõſenſus eorũ, de quorum matrimonio agitur. ſed illud fortè in alijs, non in filijsfamilias intelligitur. vel credo, ꝙ hoc corrigitur: quia ita honeſta eſt res contrahere matrimoniũ, ſicut & intrare monaſterium: vt in aut.de ſan.epiſ.§.ſed & hoc præſenti.col.ix.

¶ ERGO. ¶ Diuiditur in quinq; partes. Primò, ponit vnũ dictum. Secundò, ponit rationem dicti. Tertiò, ſuum dictum ſpecificat. Quartò, ponit quid reſultat contrahendo, cum aliqua de prohibitis hîc. Quintò, extendit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, Nam à quarundam. Tertia ibi, Inter eas. Quarta ibi, Et ſi tales. Quinta ibi, Et hæc adeò. ¶ CASVS. Dicit Iuſti. inferendo ex præcedentibus: ex quo dictum eſt ſuprà quòd liberi homines qui ſecundum præcepta legum coierunt, iuſtas nuptias contrahunt: ergo manifeſtè patet, quòd non licet nobis quamlibet vxorem indiſtinctè ducere. Nam à quarundam mulierum nuptijs, cum quibus leges contrahi vetant, abſtinendum eſt. Nam inter eas perſonas, quæ parentũ, vel liberorum locum inter ſe obtinent, nuptiæ contrahi non poſſunt: veluti inter patrem, & filiam: vel auiam, & nepotem: vel matrem, & filiũ: vel auum, & neptem nuptiæ prohibitæ ſunt: & nõ ſolùm inter iſtas perſonas, ſed & inter omnes ſuperiores, & inferiores directò exiſtẽtes vſq; in infinitum. & ſi tales perſonæ inter ſe coierint, nefarias, atque inceſtas nuptias inter ſe contraxiſſe cenſentur. & hæc intantum ſunt vera, vt etiam ſi aliqui per adoptionem loco parentum, vel liberorum ſibi eſſe cœperint[a], inter eos tamen nuptiæ conſiſtere non poſsint. & licet etiam per emãcipationem adoptio diſſoluta fuerit, idem tamen iuris erit: vt ſi aliquam adoptaueris tibi in filiam aut neptem: licet poſteà eam emancipaueris, eam tamen in vxorem ducere non poteris. hoc dicit vſque ad.§. inter eas. Franciſc. de Aret.

p ¶ ERGO.] quia ſecundum præcepta legum fiunt matrimonia: ergo &c.

q ¶ NON OMNES.] ſcilicet mulieres.

r ¶ QVARVNDAM.] ſcilicet mulierum.

s ¶ IN INFINITVM.] adeò vt ſi Adam hodie viueret, non poſſet habere vxorem: ſecundum Ioannem, vt.ff.de ritu nupt.l.nuptiæ conſiſtere. ADDITIO. Et hæc vera ſiue ſint ex legitimo matrimonio, ſiue non: vt.ff. de ritu nupt.l. & nihil. ſecundum Ioannem de Plat. & Angel.

t ¶ IDEM IVRIS.] vt non poſsint coniungi. ADDITIO. Dic ſecundum Petr. de bel.perti. quòd hoc eſt propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: aliâs diffamaretur: quia in copulandis nuptijs ſemper inſpicitur honeſtas: vt.l.ſemper.ff. de ritu nupt. ſecundum Ioannem de Plat. & Angel.

¶ INTER EAS.] ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit dictum in genere in tranſuerſalibus. Secundò, illud ſpecificat in tranſuerſalibus coniunctis per ſanguinem. Tertiò, de coniunctis per adoptionem. Quartò, infert ex prædictis vnum caſum. Secunda ibi, Sanè. Tertia ibi, Sed & ſi. Quarta ibi, Et ideo. ¶ CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nupt. interuenientibus in linea recta. an eadem ſit obſeruatio, in linea tranſuerſali? Reſpon. Iuſtin. quòd ſic. Nam certè, inter eas perſonas quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam obſeruatio, licet non tanta, quanta eſt in linea directa. Nam certè inter fratrem, & ſororem, nuptiæ omnino prohibitæ ſunt: & hoc ſiue habuerint eundem patrem tantum, & matrem diuerſam: ſiue eandem matrem tantùm, & patrem diuerſum. Et non ſolummodo inter fratrem, & ſororem naturales nuptiæ prohibitæ ſunt, ſed & inter adoptiuos. Nam, ſi aliqua mulier cœperit tibi eſſe ſoror per adoptionem: quandiu durat adoptio inter te, & ipſam, nuptiæ conſiſtere non poſſunt. ſi tamen per emancipationem poſteà diſſoluta adoptio fuerit, iam ceſſat tibi ſoror eſſe: vnde eam in vxorem ducere poteris: cùm nec naturali, nec ciuili iure tibi coniuncta ſit. Et non ſolummodo ſi ipſa fuerit emancipata, eam ducere poteris: ſed etiam ſi tu à patre emancipatus fueris, nihil inter te, & ipſam nuptijs contrahendis obſtabit. Vnde ſi quis generum ſuum velit adoptare: primò debet filiam ſuam emancipare: & ſimiliter ſiquis voluerit nurum ſuam, id eſt vxorem filij ſui in filiam adoptare, primò debet filium ſuum eiuſdem mulieris maritum emancipare. nam ſi eſſet in poteſtate eiuſdem, nuptiæ non poſſent inter eos conſiſtere. Et non ſolùm prohibitæ ſunt nuptiæ inter prædictas perſonas, ſed etiam non licet alicui fratris ſui, vel ſororis ſuæ filiam ducere, nec etiam neptem: licet ipſa in quarto gradu ſit. Cuius enim filiam ducere vxorem quis non poteſt: nec eius neptem ducere poterit. Sed licet filiam ſororis naturalis in vxorem ducere non poteris: ſecus tamen eſt in filia ſororis adoptiuæ. Nam filiam ſororis illius mulieris, quam pater tuus in filiam adoptauit, ducere non prohiberis vxorem: quia neque iure naturali, neque iure ciuili filia ſororis adoptiuæ tibi coniuncta eſt. Sed etiam filiam, vel neptem ſororis naturalis vxorem ducere non poteris. Liberi quoque duorum fratrum, vel ſororum, vel liberi fratris, ex vna parte, & ſororis ex alia, nuptias inter ſe contrahere poſſunt. Item, amitam tuam vxorem ducere non poteris[*]: nec etiam materteram: quia parentum loco habentur. Et eadem ratione magnam amitam, & magnam materteram vxorem ducere prohiberis. hoc dicit vſque ad.§. affinitatis quoque. Franciſ. de Are.

---

a Dic ꝙ de iur.ciui. pubertas attẽditur ex annis: vt.l.ſi vxor.§.ſi minor.ibi, mox apud.ff.ad.l.iuli. de adult. & l.minorẽ.ff. de ri.nup.& ita loquitur glo. hîc. ſed de iure canõ. attendit̃ pubertas ex poteſtate coeundi: vt.c. puberes. extra de deſp. impube.

† Quorum appellatione veniunt parentes, & liberi in infinitum: ſecũdum Iaſ.

b Si conſiliũ ſit reuerentiæ, eſt de neceſsitate obediendũ. ſecus ſi perfectiõis. gl. eſt ordi. in.c. ad aures. de æta. & qua. quæ eſt gl.fi.

c Quod verum eſt de honeſtate, non de neceſsitate: vt xxvij.qõ.ij. ca.ſufficiat. in gloſſ.j.& xxxij. q. iij. ca. hoc ſanctũ. in gloſ. & extrà de ſpon.c.cùm locum.&de rapto.ca.cũ cauſam. Iaſon. Vel qđ hîc dicitur verũ eſt, de iur.ciui. ſecus de iu. cano. Eg.per.

Matrimoniũ contrahere, ita honeſtũ eſt, ſicut monaſteriũ intrare: & ideo ſicut tenet ingreſſus monaſterij ſine cõſenſu curatoris, ita tenet & matrimoniũ ſecũdum Ange. hîc. Egi. Per.

† Siue ex legitimo coitu nati ſint, ſiue nõ.l.& nihil.ff.de ritu nup. ſecũdũ Ang. hîc. Egidi. Per.

Diuiſio.

ratio quare potius permittebatur non impediri filia matrimoniu contrahere absque consensu patris sui furiosi quam filius: quia in conservanda eius pudicitia plus suberat periculi tum ob naturae stimulos in mulierib. acutiores, tum ob sexus imbecillitatem.

Sed non

a ¶ SED NON TANTA.] ſ.vſque ad gradum ſeptimũ,ſecũdũ canones : vt xxxv.q.iij.c.progeniẽ.& ca.de cõſanguinitate.&.c.in copulatione.&.c.nulli. Sed ſecũdum leges vſque ad quartũ:vt.j.e.§.fratris.Idẽ, hodie iure canonico[a]:vt extrà de cõſang.& affini.c.nõ debet.&.c.vlt.Sed tamen aliter accipitur gradus ſecũdũ canones,quàm ſecundũ nos : vt dices.j.de gradi. cogna.

a Scilicet excluſiuè : ſed de iure ciuili incluſiuè: vt.j.eod.§. duorum.& ideo hãc gl. reprehendit hîc Ia.

uatio:ſed non tãta[a]. ¶ Sanè enim inter fratrẽ,ſororẽq; nuptiæ prohibitæ ſunt:ſiue ab eodẽ patre,eademq; matre nati fuerint,ſiue ab altero eorum. ¶ Sed ſi qua per adoptionẽ ſoror tibi eſſe cœperit:quandiu[b] quidem conſtat adoptio,ſanè inter te,& eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt.Cùm verò per emancipationem adoptio ſit diſſoluta[c], poteris eam vxorem ducere. ¶ Sed & ſi tu emancipatus fueris:nihil eſt impedimento nuptijs. Et ideo conſtat, ſi quis generum[d] adoptare velit,debere eum[e] antea[f] filiã[g] ſuam emancipare.& ſi quis velit nurum[h] adoptare,debere eum antea filium ſuum emancipare.

¶ Filiam vel neptẽ fratris,vel ſororis ſuę, non poteſt quis ducere in vxorem. Are.

¶ Fratris verò,vel ſororis filiam,vxorem ducere non licet. ¶ Sed nec neptem fratris, vel ſororis quis ducere poteſt:quamuis† quarto gradu ſint. † ¶ Cuius[i] enim filiã vxorẽ ducere nõ licet,neq; eius neptẽ permittitur.

¶ Filiam ſororis adoptiuæ, poteſt quis ducere in vxorem. Are.

¶ Eius[k] verò mulieris quam pater tuus adoptauit,filiam non videris impediri vxorẽ ducere:quia neq; naturali,neq; ciuili[l] iure tibi coniungitur.

¶ Filij duorum fratrum,vel ſororum,poſſunt ſimul contrahere matrimonium inter ſe.h.d. Ange.

¶ Pontificio tñ Iure,cui potius eſt in his adhærẽdũ,legitimo cõiugio duorũ fratrũ filij copulari nequeũt,vt hic teſtatur Accurſius,à quo Doctores non diſcrepant.

¶ Duorum[m] autem fratrum,vel ſororum liberi,vel fratris,& ſororis,cõiungi* poſſunt.

¶ Nepos cum amita,etiam adoptiua, vel matertera, matrimonium non contrahit: nec etiam cũ magna amita, & magna matertera.h.d.Areti.

¶ Itẽ,amitã[n],licet adoptiuam[o], ducere vxorẽ nõ licet. ¶ Itẽ,nec materteram[p] :quia parẽtum loco habẽtur. Qua ratione verum eſt,magnã quoque amitam, & materteram[q] magnã prohiberi vxorem ducere.

¶ Eam,quæ quondã mihi priuigna, nurus, ſocrus, nouercáve extitit, affinitatis veneratione,vxorem ducere nõ licet:multoq́ue minus licebit,ſi mihi ſit adhuc priuigna,nurus &c.

¶ Diſpoſitionis eiuſdẽ quoties duæ ſunt rationes,ablata è duabus altera, nõ ꝓpter id ceſſat diſpoſitio,ſi reliqua remaneat.

¶ Affinitatis quoque veneratione

* Non poſſunt.

b ¶ QVANDIV.] ſic. ff. de ver.obl.l.ſi ſtipulatus fuero.in fin.aliâs ſi ſtipuler.§. j.ſic.ff. de lib. & poſthu.l.ſi quis poſthumos.in fi.

c ¶ DISSOLVTA.] quia ipſa eſt emãcipata:vt differat à ſequenti caſu.

d ¶ GENERVM.] i.maritum filiæ.

e ¶ EVM.] ſcilicet patrẽ.

f ¶ ANTEA.] i. primò.

g ¶ FILIAM.] hoc ideo, quia emãcipatione facta, deſinit eſſe agnata patri:ergo per patrẽ nõ poteſt fieri agnata tali filio adoptiuo : vt. ff. de adoptione.l.qui in adoptione. hodie verò non deſinit : vt.j. de le. agn. ſuc.§.fi.et ita hoc cõſiliũ hodie non valet. ADDITIO Sed hęc gl.cõmuniter reprehẽditur : quia etſi non quo ad facultatẽ ſuccedendi,deſinit tamẽ quo ad familiæ nomẽ.Et ad cõtrà.§. ſed hodie.j.ti.j.reſpõde ſecũdũ Chriſtopho. ꝙ quãuis in poteſtatẽ nõ tranſeat , iura tamẽ adoptionis cõſequitur:vt.C.de in ius vocan.l.fina. &.l. adoptiuũ. Vel ſecũdum Iaſo.tranſit:ſed habetur pro non trãſeunte:vt dicta.l.fi.Iaſon.

† Vnica ratio eſt hu[ius]: qa ego ſum illi loco parentis, nam quarto gradu, de iur.ciuil. poſſunt contrahi nuptiæ. Egid. Per.

† Aliâs,ſit ſcilicet neptis ſororis, aut fratris, quę eſt mihi iuncta quarto gradu. & caue referas ad filiam ſororis , quia hæc non eſt mihi iũcta, niſi tertio gradu. Egi. Perri.

h ¶ NVRVM.] i. vxorẽ filij:vt probatur.j.eo.§.affinitatis.

Diuiſio.

¶ FRATRIS. ¶ Diuidit in tres partes.Primò,ponit dictũ. Secũdò,illud extẽdit.Tertiò,rationẽ reddit.Secunda ibi,Sed nec.Tertia ibi, Cuius enim.

i ¶ CVIVS.] ſed opponitur,filiam aui,vel auiæ non poſſum ducere:tamen neptem poſſum:quæ eſt mihi conſobrina:vt.j.eo.tit.§. duorum. Reſpon. hãc regulam ſtrictè intelligi in eo caſu,in quo loquitur.& in omni ſimili: ſcilicet quando ego,& ille cuius filiã ducere non poſſum, ſumus in gradu primo ad ſtipitem,& in poteſtate eiuſdẽ:& ſic cuius,ſcilicet fratris,vel ſororis meæ filiam &c.[b]& hoc in naturalibus:ſecus in adoptiuis : vt.j.§. proxi. ADDITIO.Intellige iſtud verum,quando per adoptionem non contrahitur cognatio:vt ibi ſecundum Ange.& Iaſo.aliâs ſecus.

b Vel meli[us] ſecundũ Ia. dic : vt.j. in gl.ſuper verbo ,materterã magnã. in fi.

k ¶ EIVS.] ſic conſtrue:non videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris,quam pater &c.

l ¶ CIVILI IVRE.] de naturali conſtat. de ciuili ſic probo:Illa filia ſororis adoptiuæ non eſt in poteſtate matris:vt.j.de hære.qua.& dif.§.qua de cauſa.ergo non tranſit in poteſtatem illius,qui adoptat matrem, licet mater trãſeat:qa illi trãſeũt cũ alijs,qui ſunt in poteſtate:vt.j.ti.j.§.illud. &.ff. de adop.l.ſi pater.ac ipſa mater adoptata eſt mihi cõiuncta per agnationẽ, per patrem in cuius poteſtate eſt.ff.de adop.l.qui in adoptionẽ. Accurſius.

Diuiſio.

¶ DVORVM. ¶ Diuiditur in tres partes.Primò,ponit de duobus conſobrinis.Secundò,de amita.Tertiò,de matertera. Secunda ibi, Item amitam. Tertia ibi,Item nec materteram.

m ¶ DVORVM.] hoc ſecundum leges : vt hîc , &.C.eo.l. celebrandis. ſecus iure canonum[c].Vel dic hunc.§.loqui de adoptiuis, ſecus in naturalibus. Accur.

c Et hoc cõmuniter tenet:ex quo ſequitur, ꝙ filij iudæorum obſeruantiũ hũc §. non ſunt legitimi, qa tã eis quàm nobis hæc lex correcta cẽſetur. arg.l. iudeorũ. C.de iudæis. Ange.

n ¶ AMITAM.] quæ eſt ſoror patris.

o ¶ ADOPTIVAM.] ab auo paterno.

p ¶ MATERTERAM.] nota cautè,quia non repetit adoptiuam materterã &c.quia matertera,vel auũculus nõ fit adoptione:vt hîc,&.ſ.e.§.eius. &.ff. eo.l.ſiqua.§.fi.Sed cõtrà videtur.ff.de rit.nup.l.per adoptionẽ.§.pe.Reſpõ. illud intelligitur,qñ adopto in nepotẽ,quaſi ex filia natũ vel in pronepotem,quaſi ex nepote nato ex filia:quod poſſum,ſicut ſi nullũ haberẽ filiũ: vt.j.ti.j.§.licet.tunc enim ſoror,& frater eius, loco cuius filij facta eſt adoptio,eſt matertera,& auũculus:alij mihi filij ſunt,vt patet:& ſic non imitatur naturam:quia aliter nepos ex filia naturali,& legitima,nõ eſt in poteſtate.hîc autem cum ſuis concordantijs loquitur,quando aliquam adopto in filiam,hæc quidẽ non erit matertera filijs natis ex alia mea filia naturali,& legitima.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis?Reſpõ.quia altero caſu, ſcilicet quãdo adoptio in nepotẽ ex filia:eſt cõmodũ materterę,& auunculo:quia maiores quidem parentes,imperant minoribus : quod ſecus eſt in aduerſo caſu.& ex hac dependet alia:vt naturales,& legitimi ſint adoptiuo ſubiecti: & eſt ridiculum.ecõtrario caſu eſſet æquũ. ADDITIO. Hãc rationẽ reprobant Chriſtopho.& Iaſon hîc:tum quia inter collaterales non eſt huiuſmodi reuerentia:vt no.in.§.inter eas.ſ.e.tũ quia idem videretur dicẽdũ in patruo & amita.Item,quia eſſet contra ver.eius verò.ſ. eo. Et aſsignant aliam rationem:quia in dicto.§.fi.adoptatus agnaſcitur, exiſtenti in agnatione adoptantis:puta filiæ. hîc autem non exiſtentibus, puta filijs filiæ: quod fieri non poteſt:vt ff.de adop.l.qui adoptionem.

q ¶ MATERTERAM.] magnã.magna matertera ſoror auiæ maternę eſt : amita magna, ſoror aui paterni eſt : vt. j. de gra. cog. §. quarto. Sed quid de fratre aui materni?Reſpõ.eſt patruus magnus[d]:vt.C.de ſuc. edic. l.j.licet Pla.contrà vt ibi no.Sed cũ ſint in quarto gradu:quare prohibẽtur:vt.ſ.eo.§.fratris?Reſpon. quia hæ perſonæ ſunt de ſuperiorib[us] trãſuerſalibus,quæ habẽtur loco parentũ : vt in hoc. §.& quia ipſa eſt in primo gradu ſtipitis:vt no. ſ.e.§.ſed nec neptem. Et ſic no.cautè,ꝙ ordo trãſuerſaliũ , ſubdiuiditur in tres partes, ſuprà, infrà, & ex latere : vt.j. de gra.§.iij. iiij. v. &. vj. & maior eſt abſtinẽtia verſus ſuperiores:vt hîc : & inferiores:vt.ſ.eo.§. fratris,quàm tranſuerſales: vt.ſ.eo.§.duorum.

d Iſta communiter approbatur:ꝓ qua facit gl. in.§.quarto gradu ĩ verbo auunculus.j.de gradi.ſecũdum Ia.

Diuiſio.

¶ AFFINITATIS. ¶ Diuidit in ſeptẽ partes.Nã,primò ponit quãdam prohibitionẽ in genere.Secũdò,illam prohibitionem exẽplificat, in nuru & priuigna.Tertiò,rationem prohibitionis factæ de nuru,& priuigna aſsignat. Quartò,dictam prohibitionem de nuru factam, modificat. Quintò, rationem dictæ modificationis aſsignat.Sextò,modificat prohibitionem circa priuignam. Septimò,rationem dictæ modificationis aſsignat.Secunda pars incipit ibi, Vt ecce.Tertia ibi,Quia vtræq;.Quarta ibi,Quod ita.ſ. Quinta ibi, Quia eadem.Sexta ibi,Item ſi.Septima ibi, Quia duas. ¶ CASVS Domine, iam vidi de impedimentis nup.interuenientibus ratione cognationis, tam ex linea directa,quàm ex tranſuerſali.Nunquid adhuc plura ſunt impedimenta nup?Reſpon.Imperator quòd ſic.Nã,non ſolũ ratione cognationis, ſed etiam ratione affinitatis impediũtur nuptiæ.Ratione enim affinitatis, à quarundã mulierum nuptijs abſtinendũ eſt.Nam priuignam, vel nurum tuam,vxorem ducere prohiberis: quia vtraque illarum tibi loco filiæ eſt. ſed hæc ſpecialis prohibitio locum habet,ſi fuit nurus tua,& nunc non eſt: vel ſi fuit priuigna tua,& nũc non eſt.Nam, ſi eſt adhuc nurus tua,id eſt,ſi adhuc conſtat matrimonium inter ipſam, & filium tuum adhuc viuentem:naturali,generali,& communi ratione tibi nubere non poterit : quia viuente filio tuo marito eius,nec tibi,nec cuiuis alij nubere poterit.Eadem enim mulier duobus viris ſimul nubere non poteſt.Et idem iuris eſt in priuigna tua. Nam priuigna tua, ſi adhuc eſt priuigna tua, ideſt, ſi mater eius adhuc tibi nupta eſt,ſpecialis prohibitio nuptiarum inter te, & ipſam contrahendarum, locum non habet:quia durante matrimonio inter te, & matrem eius,generali,& communi ratione, non poteris cum ipſa contrahere : quia eodem tempore duas habere vxores non poteris.Et non ſolùm inter has perſonas prohibentur nuptiæ ratione affinitatis : ſed etiam inter plures alias.Socrum enim tuam ideſt, matrem vxoris tuæ, vel nouercam tuam ideſt,vxorem patris tui vxorem ducere prohiberis:quia vtraq; iſtarum loco matris tibi eſt.& hæc ſimiliter prohibitio ſpecialis, ſicuti in caſu ſuperiori,tunc demum locum habet,cum ſolutum fuit matrimoniũ, quod eſt cauſa affinitatis.Nam ſi adhuc eſt tua nouerca, id eſt ſi adhuc patri tuo nupta eſt : generali ratione nuptiæ inter te,& ipſam prohibentur:quia viuente patre tuo marito eiuſdem,nec tibi,nec cuiuis alij nubere poteſt:quia eadem mulier duobus ſimul,& eodem tempore nupta eſſe non poteſt. Et idem iuris eſt in ſocru tua.Nam ſi adhuc eſt ſocrus,ideſt,ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt:generali ratione cum ipſa contrahere prohiberis:quia ſimul duas vxores habere nõ poteris.Sed ponamus,quòd Petrus filium ex vxore legitima habuit:ſimiliter & Berta ex marito iam mortuo habuit filiam. ponamus,quòd Petrus mortua vxore contrahit matrimonium cum Berta. certè durante matrimonio inter Petrum, & Bertam:filius Petri quem habuit ex alia vxore, cum filia Bertæ , quam ſuſcepit ex alio marito: licitè poterit matrimonium contrahere. & licet filij ex matrimonio inter Bertam,& Petrum contracto nati,eorum fratres ſint communes:ipſi tamẽ nec naturali,nec ciuili iure cõiungũtur.Sed ponamus, quid ſi diuortiũ

ſit celebratum inetr Petrum, & vxorem ſuã,& Berta poſt diuortium contrahat cũ ſecundo marito,& ex eo ſuſcipiat filiam:modò quæritur, vtrum Petrus quondam maritus Bertæ poſsit cõtrahere cũ filia Bertæ, ex ſecundo matrimonio nata?Et videbatur ꝙ ſic:nã iſta filia Bertæ nõ eſt priuigna Petri quondã mariti Bertæ:quia priuigna propriè dicitur filia vxoris tuæ, quã habuit antequã tibi nuberet:ſed iſta filia nata fuit ex ſecundo matrimonio,poſt diuortiũ inter Bertam,& Petrum celebratũ : ergo non eſt propria priuigna Petri. Iulianus tamẽ in hoc caſu dicit, ab huiuſmodi mulieris nuptijs,ratione honeſtatis eſſe abſtinendum:& hoc probat per duo argumẽta à ſimili. Sponſa enim filij nõ eſt nurus patris:& tamẽ à nuptijs huiuſmodi mulieris abſtinẽdũ eſt:quia neque pater cũ ſpõſa filij,nec filius cũ ſpõſa patris,contrahere poterũt. à ſimili concludit. licet enim huiuſmodi filia non ſit priuigna Petri quondã mariti eiuſdem Bertæ:tñ inter ipſam, & Petrũ matrimonium cõſiſtere non poteſt.h.d. vſq; ad.§.illud certũ. Fr.

† Sic verba præteriti tẽporis ſunt abnegatiua præſentis ſecundũ Por. Egi.Per.

* Ducere.

❡AFFINITATIS.] Eſt autẽ affinitas regularitas perſonarũ ex nuptijs coniunctarũ, omni carens parentela, ſcilicet ſanguinis[a]:vt.ff.de gra. affi.l.nõ facile.§. affines.&.§.ſciẽdũ eſt. ideo dicitur ex nuptijs:quia ſine nuptijs cõtrahi nõ poteſt[b].ſed ſecundũ canones etiam ſine nuptijs[c]. Sed cũ vxor videatur affinis viro:quare permittitur matrimonio vti? rñ. non eſt affinis:ſed cauſa affinitatis[d]:ſicut vnitas nõ eſt numerus,ſed principium numeri.Accur.

* Quia duas ſimul habere non licet.

a Vel ideo dicitur affinitas, quia vnus tendit ad finẽ alterius,& econuerſo:ſecundũ Chriſt.

b Hoc reprobat Angel. quo ad matrimonium prohibẽdum:per.l. adoptiuus.§.cõtra pudorẽ verſi. idem tamẽ. ff.eo.&.ff. de ri.nup.l.& nihil intereſt.

c Vide ca. diſcretionẽ &ca.ſemp. extrà de eo qui cog. cõſang. vxo.

d Contrarium tenẽt Chriſto.& Ia.in vxore: licet ſit ſecus ſit ſecus in ſpõſa.

Diuiſio.

Nouerca vnde dicitur.

à quarundam[a] nuptijs abſtinere neceſſe eſt. ❡ Vt ecce priuignã[b],aut nurum vxorẽ ducere nõ licet: ❡ Quia vtręq; filię loco[c] ſunt. ❡ Quod ita ſcilicet accipi[d] debet,ſi fuit † nurus, aut priuigna tua. Nam, ſi adhuc nurus[e] tua eſt: id eſt,ſi adhuc nupta[f] eſt filio tuo:alia[g] ratione vxorem eam ducere non poſsis: ❡ Quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. ❡ Item, ſi adhuc priuigna tua eſt: id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt: ideo eam vxorem ducere nõ poteris, ❡ Quia duas vxores eodẽ tẽpore * habere non licet[h].

❡ Cum ſocru,vel nouerca præſenti, vel præterita matrimonium contrahi nõ poteſt.Arc.

❡Socrũ[i] quoq;,& nouercã prohibitũ[k] eſt vxorẽ ducere:quia matris loco ſunt. ❡ Quod & ipſum diſſoluta demum affinitate[l] procedit. ❡ Alioqui,ſi adhuc nouerca[m] eſt:id eſt,ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi iure impeditur tibi nubere:quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. ❡ Itẽ, ſi adhuc ſocrus eſt:id eſt,ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt:ideo impediuntur tibi nuptiæ, * quia duas vxores habere non potes[n].

❡ Filius ex vxore præmortua, contrahere poteſt matrimonium, cum filia vxoris ex marito præmortuo.

❡Mariti[o] tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia,ex alio marito,vel[p] cõtrà,matrimonium rectè cõtrahunt: licet habeãt[q] fratrẽ ſororẽvé ex[r] matrimonio poſteà[s] contracto natos.

❡ Publica honeſtas impedit contrahere matrimonium,cũ filia quondã vxoris ſuſcepta ex alio viro poſt diuortium primi mariti.Item,impedit patrem contrahere cum ſponſa filij:& econtrà.Arc.

❡ Si vxor tua poſt diuortium,ex alio filiam procreauerit,hæc non eſt quidem priuigna[t] tua:ſed Iulianus ab huiuſmodi nuptijs abſtineri † debere ait. ❡ Nam conſtat nec ſponſam filij, nurum eſſe[v]:nec patris ſponſam,nouercam eſſe: rectius[x] tñ,& iure facturos[y] eos qui ab huiuſmodi nuptijs abſtinuerint.

❡ Inter ſeruos etiam manumiſſos, cognatio impedit matrimonium contrahendum.

❡Illud certum eſt, ſeruiles[z] quoque cognationes[a] impedimento nuptijs eſſe:ſi fortè pater & filia,aut frater & ſoror,manumiſsi[b] fuerint.

❡ Ponit generaliter quaſdã alias eſſe perſonas,inter quas non poteſt conſtitui matrimonium.Ange.

❡ Sunt & aliæ perſonæ,quæ propter diuerſas rationes nuptias contrahere prohibẽtur:quas in libris Digeſtorũ, ſeu Pandectarum ex veteri iure collectarum enumerari[c] permiſimus.

a ❡QVARVNDAM,] ſcilicet mulierum.

b ❡PRIVIGNAM,] Hęc nomina exponunt ſtatim ꝓxi.inver.quòd ita &c.

c ❡LOCO SVNT.] facit ad hoc.ff.ſol.mat.l.quia.ij.&.l.rei iudicatæ.§. fin.

d ❡ACCIPI DEBET.] ſcilicet hæc prohibitio.

e ❡NVRVS TVA EST.] quæ contineantur appellatione iſtarum, dic vt ff.de ri.nup.l.adoptiuus.§.nunc videamus.

f ❡NVPTA EST.] argumentum ſumitur hîc & ex proxi.§. quòd ſiquis habet generale auxilium,non debet petere ſpeciale : vt.ff.de mi.l.in cauſæ. j.reſpon.& de ver.obli.l.doli.&.ff.de eden.l.quædam ſunt.

g ❡ALIA RATIONE.] non ſolùm ſupradicta.

h ❡NON LICET.] imò efficitur infamis:vt.C.ad.l.iul.de adul.l.eum qui. ADDITIO Idẽ in habẽte duas ſpõſas,vel cõcubinas:ſeu vxorẽ,et cõcubinam:vt eſt gloſ.not.in.§.ſi vero effuſa.ſuper verbo,conſiſtente.in aut. quibus mo.na.effi.ſui.licet de facto non obſeruetur:vt hîc per Iaſo.

❡SOCRVM. ❡ Diuiditur in quatuor partes:quia primò ponit vnũ dictũ prohibitiuum cũ ratione.Secũdò,illud modificat. Tertiò,modificatũ declarat circa nouercam cũ ratione.Quartò,declarat circa ſocrũ,cũ ratione. Secunda ibi, Quod & ipſum. Tertia ibi,Alioqui. Quarta ibi.Item ſi.

i ❡SOCRVM.] quæ ſint hæ perſonæ,dic vt.ff.eo.titu.de ri.nup.l.adoptiuus.§.nunc videamus.

k ❡PROHIBITVM EST.] iure affinitatis.& ad hoc refertur illud, Quod & ipſum &c.

l ❡AFFINITATE.] hæc litera ſibi cõtraria videtur.nã ſi diſſoluta eſt affinitas:non ergo debent nuptiæ ratione affinitatis impediri. Sed dic, diſſoluta &c.ideſt,diſſoluto matrimonio propter quod contingit affinitas : ſed ipſa affinitas non eſt diſſoluta. ADDITIO. Concordat cum hac gloſ.c. fraternitatis.§.porrò.& ibi glo.xxxv.q.x.quo ad matrimonium : ſecus quo ad alia:vt.iij.q.vij.§.affinitatis.Ange.

m ❡NOVERCA.] ſic dicta quaſi nocens arcus. Vel quia noua eſt arca, quaſi ſine fructu.& facit.ff.de inoffi.teſt.l.iij.in fi.&.l.iiij.

n ❡NON POTES.] aliàs nõ poſsis.ſ.eodem tempore ſubaudi:vt.ſ. proxi.§.

o ❡MARITI.] licet ĩter ſe frater & ſoror ꝓhibeant:vt.ſ.e.§.inter eas tñ &c.

p ❡VEL CONTRA.] id eſt econtrario.

q ❡HABEANT.] illi minores.

r ❡EX MATRIMYMIO.] maiorum.

s ❡POSTEA.] ſcilicet poſt natiuitatẽ iſtorũ.& ſic aduerbiũ,poſteà,determinat dictionẽ contracto.Vel dic,ꝙ determinat verbum habeãt.& dic contracto ſcilicet prius[e].Nã qui ex eo matrimonio ſcilicet maiorũ naſcũtur,fratres ſunt ex parte matris,illi qui natus eſt, vel nata prius ex fœmina. Idem dicas econtrà:ꝙ erit frater,vel ſoror ex parte patris illi qui fuerat ex illo patre natus:& tamẽ iſti nullo iure ſibi adinuicẽ iũguntur.viro enim cognati vxoris iunguntur, & nõ alijs cognatis viri. Itẽ ecõtrà: quia cognati viri vxori iunguntur:nõ autẽ alijs cognatis vxoris[f].Vnde reprobatur quorundam opinio,q dixerũt,ꝙ nullus de arbore ducit aliũ. Nam in ea cõtinentur cognati viri,& vxoris,& tamen iungũtur:vt hîc dicit.Nec inter ſe ante matrimouiũ,inter duos cognatos,viri & vxoris cõtractũ ſuccedunt:vt.C. communia de ſuc.l.amitæ. nec poſteà, niſi ſicut facit vir vxori, deficiẽte omni parẽtela, & excluſo fiſco[g] : vt.C.vnde vir & vxor l.j .& in aut. ibi ſignata. Accurtius.

e Intellige:prius ſcilicet quàm iſti duo matrimoniũ. Iaſon ma.

f Facit ca. pe. &. c. ꝙ ſuper his. extrà de cõſang.& affi.

g Iſtam reprobãt Io. fab.et Ang. hic:quia nõ reperitur iure cautũ:& cõtrarium ibi no. quãuis Ioã.de Pla.eam ſequatur.

† Idem in ſponſa alicuius:quã nullus conſanguineorum ſponſi poteſt ducere vxorẽ: vt in c. ſpõſam. extrà de ſpon. & matri.

h Quæ oritur etiã ex ſponſalibus de futuro, & de facto contractis : vt non poſſit contrahi,cum aliquo primi contrahentis conſanguineo : vt c.vnico. de deſpõ. impu.in.vj. Ange.

† Sic per ſola ſponſalia nõ cõtrahitur affinitas ſed per nuptias ſecũdũ Ang. hic.

t ❡PRIVIGNA] quia illa eſt priuigna mea,quæ ex mea vxore eſt nata, antequã eſſet vxor.Et fœminæ ille eſt priuignus, qui ex marito natus fuit, antequã ſuus eſſet maritus:vt.ſ.e.§.affinitatis.& §.ſocrũ. Sed hæc poſteà fuit nata.Tamen dicit Iulianus abſtinendum ratiõe honeſtatis[h]:vt ſubijcit,&.ff.de rit. nup.l.ſi qua.§.ſi vxor.&.l.ſemp. & ad hoc inducit duo argumenta.Nam &c.Ac.

v ❡NVRVM ESSE.] Licet ſit ſpõſa:tamẽ nõ eſt nurus, antequã eius fiat vxor†.& ecõtrà licet ſit ſponſa patris : quia tamẽ non eſt vxor patris adhuc:ideo nõ eſt filij nouerca:vt hîc,&.ff.de ritu nup.l.ſi qua.§.j.& tamẽ licet nulla ſit affinitas, eſt abſtinendum:vt ſubijcit,rectiùs &c.

x ❡RECTIVS.] A ſimili concludit in caſu propoſito primo in hoc.§.

y ❡FACTVROS.] ſcilicet ſcimus vel conſtat.

❡ILLVD CERTVM EST ❡ CASVS Dñe,iã vidi de impedimẽtis nuptiarũ interuenietibus,tã ratione cognationis,quàm etiã ratione affinitatis.nũquid adhuc ſunt plura impedimẽta nuptiarũ?Reſpõ.Iuſti.ꝙ ſic. Nõ ſolũ enim impediuntur nuptiæ ratione cognationis,inter liberas perſonas,ſed etiã inter ſeruos.Nã ſeruiles cognationes præſtãt impedimẽtũ nuptijs:veluti,ſi pater & filia manumiſsi fuerint,& frater & ſoror. Nã inter iſtas perſonas obſtante cognationis impedimento:licet ad libertatem peruenerint,nuptiæ conſiſtere nõ poſſunt.Sunt & aliæ perſonæ multæ,quę propter diuerſas cauſas inter ſe matrimonium contrahere prohibentur : quas quidem perſonas in latioribus libris Digeſtorum,ſeu Pandectarum enumerari permiſimus.h.d.vſque ad.§.ſi aduerſus.Franciſ.

z ❡SERVILES.] id eſt dum durant ſerui.

a ❡COGNATIONES.] ideſt conſanguinitates,quæ ſunt inter ſeruos, & impediunt nuptias inter eos.Item,affinitates:vt hîc,&.ff.de ri.nup. adoptiuus. §.ſeruiles.Sed quomodo hoc,cùm nulla cognatio ſit inter eos : vt.j. de ca. di.§.quod autẽ? Sed illud in iure ſuccedendi,& in tutela vel hæreditate dicitur:hoc autem in iure ſanguinis:quod nullo iure ciuili tolli poteſt : vt hîc, &.ff.de reg.iu.l.iura ſanguinis.& per conſequens etiam in prohibitione matrimonij.Sed nõne & alia ratione,inter eos matrimonium impeditur:quia ſunt ſerui:vt.ſ.eo.§.j.reſpon.&.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis? reſpon. durante ſeruitute,hæc ſunt duo impedimenta[i] : & eis manumiſsis durat hoc vnum:vt ſequitur.

b ❡MANVMISSI FVERINT.] vel ambo,& tũc tãtũ eſt impedimẽtũ ſanguinis:vel vnus tãtũ,& tũc duo ſunt,quæ impediunt:vt modò diximus.

c ❡ENVMERARI.] poſſunt autem enumerari quatuordecim modi, cum ijs,quos in hoc ti.habemus.Primũ eſt ratione ſeruitutis: vt.ſ.eo.j. reſpon. &.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.Secundus,eſt ratione ætatis:vt mares minores.xiiij.annis fœminæ minores.xij.vt.ſ. eo.ij. reſpon.[k] Tertius, ratione ſanguinis,quod in tria diuiditur: aſcendentes, deſcendentes, & collaterales:vt.ſ.eod.§.ergo. &. §. inter eas. &. §. fratris. &. §. eius. &. §. duorum. Quartus,ratione adoptionis : vt.ſ. eo.§. ergo. &. §. inter eas.in fi. vtriuſque. Quintus, ratione affinitatis præſentis, præteritæ, & futuræ : vt.ſ. eod.§.affinitatis. &. §. ſocrum. &. §. ſi vxor.Sextus, ratione matrimonij. Nam ſi habet

i Scilicet de iure ciuili. ſecus de iure canonico per. c.j. extrà de cõiu.ſeruo.

Matrimonium.xiiij. modis impeditur.

k Sed de iure canonico nõ inſpicitur numerus annorum:ſed potentia.

Nam ſi habet vnam: non debet habere alteram eodem tempore: alias eſt infamis: vt.ſ.eod.§.ſocrū.in fin.&.§.affinitatis.in fin.C.ad.l.iul. de adul. l. eum. Septimus per ſenatuſconſultum, quod vetat fieri matrimonium inter tutorem, & curatorem, & filios eorum, ad quondam pupillam, & adultam ſuam, vel patris[a]: vt. C. de interdic. ma. inter tu. l. j. Octauus, per legem Papiam, & Iuliam, ſcilicet inter ſenatores, & eorum libertos, & libertas, vel aliâs vilis cōditionis fœminas: vt.ff.de rit.nupt. l. papia. &. C. de nupt. l. ſi libertam. quod capitulum hodie correctum eſt: vt in aut. vt li. dece. §. ſiquis autem. col.vj. Nonus eſt, vt inter præſidē & ſibi ſubiectā ratione iuriſdictionis: vt C.de nup.l.& ſi cōtrà.et C.ſi quacūq; præ. po.l.j. Decimus eſt per cōſtitutionē principis: vt cum ea, quam quis de ſacro fonte leuauit: vt. C. de nuptijs. l. ſiquis alumnam.in fi. Idem ſeruatur de ipſa commatre: licet noſtro iure cautum non reperiatur[b]. Vndecimus eſt ratione honeſtatis: vt ſ.eodem.§.ſi vxor. &.ff. eod.l. ſiqua. Eſt & duodecimus ratione ordinis annexi: vt cum clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: vt in aut. quomodo op. epiſco.§.neque autem. colla.j.& in aut. de ſanc. epiſc. §. ſiquis. colla. ix. eſt & tertiuſdecimus: vt in monialibus, & conuerſis monachis. licet non ſint in ſacris ordinibus conſtituti: vt in aut. de mo. §. antepe. colla. j. & in aut. de nupt. §. per occaſionē[d]. coll.iiij. Eſt & decimuſquartus in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori: quod prohibetur[e]: vt in aut. de rap. mulie. quæ rap. nubunt. §.j. col. ix. ADDITIO. Iſti autem modi poſſunt cōpræhēdi his verſibus. Aetas, conditio, numerus, monachatus, & ordo, Optiò, nobilitas, ſanguis, tutela, poteſtas, Fons ſacer. affinitas, raptus, repugnat honeſtas. Irrita quæ faciūt connubia legibus: hæc ſunt. Ange.

¶ Cōtrahēs matrimoniū, de facto cōtra mādata legū, non efficitur vir, vel vxor, nec matrimoniū appellatur: quo matrimonio diſſoluto, non eſt locus exactioni dotis, vel donationis propter nuptias: & alias pœnas patitur. hoc dicit cum. §. ſequenti. Areti.

¶ Si aduerſus ea quæ diximus[a], aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. ¶ Itaque[b], ij qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad[c] patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt ij, quos mater vulgo[d] concepit. ¶ Nam, nec hi[e] patrē habere intelligūtur, quum & ijs pater incertus[f] ſit. vnde ſolēt ſpurij appellari. * παρὰ τὴν σποράν,[g] † & ἀπάτωρες, quaſi ſine patre[h] filij. ¶ Sequitur[i] ergo, vt diſſoluto tali coitu: nec dotis, nec donatiōis exactioni[k] locus ſit. ¶ Qui autē prohibitas[l] nuptias cōtrahūt: & alias pœnas[m] patiūtur, quę ſacris cōſtitutionibus cōtinent.

¶ Filius naturalis tantum curiæ datus, patriæ ſubijcitur poteſtati. Item ex legitima concubina geniti, ſi ipſa poſteà nubat patri dictorum filiorum, & exinde fiant dotalia inſtrumēta: in patris ſui poteſtatem rediguntur.

¶ Aliqñ aūt euenit, vt liberi q̄ ſtatī vt nati ſunt, in poteſtate parētū[n] nō ſunt, poſteà redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, q dū naturalis[o] fuerat, poſteà curiæ[p] datus, poteſtati patris ſubijcit. ¶ Necnō[q] is qui à muliere libera pcreatus, cuius matrimoniū minimè legib⁹ interdictū[r] fuerat, ſed ad quā † pater cōſuetudinē habuerat: poſteà ex noſtra cōſtitutiōe[s], dotalib⁹ inſtrumētis[t] cōpoſitis, in poteſtatē patris efficitur. ¶ Quòd & alijs liberis, qui ex eodē matrimonio poſteà fuerint pcreati, ſimiliter noſtra cōſtitutio[v] prębuit.

¶ SI ADVERSVS. ¶ Iſte. §. cum. §. ſequēti diuiditur in ſex partes. Primò, ponit dictū ſuum annullās. Secundò, infert. Tertiò, rationem aſſignat. Quartò, infert alium effectum, quo ad nomen. Quintò, infert alium effectum, quo ad exactionem dotis, & donationis, propter nuptias. Sextò, addit aliâs pœnas. Secunda pars ibi, Itaque. Tertia ibi, Nam nec. Quarta ibi, Vnde ſolent. Quinta ibi, Sequitur ergo. Sexta in. §. ſequenti, ſcilicet ibi, Qui autem. ¶ CASVS. Domine, Iam vidi ſatis de impedimentis nupt. dicatis modò mihi, qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legum iniuſtas nuptias contrahunt? Ad hoc reſpond. Iuſtiñ. dicens, quòd ſi aliquid aduerſus præcepta legū tradita ſuperius egerint: nec erit tibi vir, neque vxor, neq; matrimoniū, neq; dos ibi intelligetur: nec filij ex illo coitu illicito poteſtati patris ſubiicientur: ſed quātum ad poteſtatem patris pertinet, tales erunt quales ſunt ij, quos mater vulgo concepit. nam nec hi vulgo concepti, patrem habere intelligūtur, quoniam pater eorum incertus eſt: vnde ſolent filij ſpurij appellari, à Græca voce ſic dicti: vel quaſi vulgo concepti, vel quaſi ſine patre filij. vnde diſſoluto tali illicito coitu, dos per actionem ex ſtipulatione repeti non poterit. cùm enim ibi nullum intelligatur matrimonium: neq; dos ibi eſſe poterit. & ſi dos ibi non ſit, ſequitur, quod repetitioni dotis locus eſſe nō poterit. Et non ſolum iſtas pœnas patiuntur illi, qui prohibitas nuptias contrahunt, ſed innumeræ aliæ pœnæ quæ in ſacris conſtitutionibus continentur, eis infliguntur. & hæc dicuntur vſque ad. §. aliquando. Fran.

a ¶ DIXIMVS.] vt.ſ.eod. per totum. & etiam adiecimus in proxi. §. ADDITIO. Vide clemen.j. de conſan. & affini.

b ¶ ITAQVE.] bene infertur: vt.ſ.titu.j.in prin.

c ¶ AD PATRIAM POTESTATEM.] propter hunc caſum poſuit de nuptijs, poſt titulum de patria poteſtate.

d ¶ VVLGO.] ſcilicet qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel illicitum[f]: vt.ff. de ſta. homi. vulgo.

e ¶ NEC HI.] ſcilicet vulgo concepti. vel dic, hi de quibus loquimur, ſcilicet, illicitè concepti.

f ¶ INCERTVS EST.] cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus: & omnis: Cui pater eſt populus, non habet ille patrem. & ſecundum hoc dic his. ſcilicet, vulgo conceptis. Vel dic his ſcilicet, inceſtuoſis, & tunc dic iuris fictione eſt incertus.

g ¶ A GRAECA VOCE SPORADEN] Sporaden græcè, dicitur latinè vulgo, paſſim, & ſparſim. & ita legi vult Alci. li. prætermiſſorum.j. in dictione ſpurius. nec perperam, vt video: cùm in vetuſtis meis exemplaribus, eius dictionis veſtigia inuenerim.

h ¶ SINE PATRE.] iure ciuili inſpecto.

i ¶ SEQVITVR.] benè infert. cum enim ſine matrimonio eſſe non poteſt. dos: & vbi non eſt dos, actio dotis non eſt: vt. C. de dona. ante nup. l. fina. ibi, ſicut enim &c.

k ¶ EXACTIONI.] ſcilicet per actionē ex ſtipulatu, quæ datur pro dote: vt j. de act. §. fuerat. Sed nunquid per condictionem ſine cauſa, vel ob cauſam, quaſi ob cauſam datū fuerit, nec cauſa fuit ſecuta? reſpō. Pla. quod ſic, ſiue ignorans, ſiue ſciēs dederit: vt ff. de condi. ſine cau. l. fi.[g] ſed Io. dat talē conditionē ignoräter, non ſciēter danti: vt. C. de condi. ob cau. l. j. &. ff. de cōdi. cau. da. l. j. §. fi. & l. ij. nec immerito, cū turpiter danti nulla ſit repetitio: vt. ff. de condi. ob tur. cau. l. ſi ob turpē. [& hæc omnia locū habent, qñ non fuit ſecutū matrimonium.]

l ¶ PROHIBITAS.] per aliquē de. xiiij. modis. licet Hyr. has pœnas impoſuit tantū eis, qui inceſtas nuptias faciunt, vel nefarias: non qui alias inutiles: vt in aut. de inceſt. nup. §. j. colla. ij.

m ¶ ALIAS POENAS] vt eſt amiſſio bonorū: & incurſus infamiæ: vt. C. de inceſt. hupt. l. qui cōtrà. & l. ſi quis inceſti. hodie verò & cōfiſcatio bonorum, & exiliū, & cinguli, ſiue dignitatis depoſitio, & verberatio, ſimiliter eis imponitur. vt in aut. de ince. nu. §. ſancimus. col. ij.

¶ ALIQVANDO. ¶ CASVS. Dñe, vos dixiſtis mihi. ſ. tit. proxi. præcedenti, quòd illi ſunt in poteſtate parentum, qui ex iuſtis nuptijs procreantur: nūquid ſunt aliqui, qui ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parentum non fiunt? & dicit Impe. quòd ſic. Cōtingit enim, quòd licet alicui in poteſtate patris beneficio natiuitatis ab initio nō fuerint: poſteà tñ, legis authoritate, poteſtati patris ſubijciuntur, vt in tali caſu: pone quod aliquis habeat tantū filiū naturalē. ſi pater iſte filium naturalē ſeruitio principis, vel præſidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat: per iſtam oblationem filius patris poteſtati ſubiicitur, & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis, in omnibus conſequitur. Item pone, quod aliquis habeat licitam concubinam, ad quam cōſuetudinē habeat: cuius matrimo. legibus non ſit interdictum: & ex ipſa in cōcubinatu, prolē procreauerit. ſi poſtea maritali affectiōe ductus vir cōtrahat matrimo. & dotalia cōficiat inſtrumēta: ſecūdū noſtræ cōſtitutionis tenorē, nō ſolū filij poſt dotalia inſtrumenta procreati, ſed etiā ante matrimoniū celebratum nati, tanquā legitimi patris poteſtati ſubijciuntur: & iura legitimorum in bonis patris beneficio noſtræ conſtitutionis obtinebunt. h.d. vſque ad fi. Fran.

n ¶ PARENTVM NON SVNT.] hoc mirabile, per duo probat exempla.

o ¶ NATVRALIS.] ſcilicet tantum.

p ¶ CVRIAE.] cùm enim vult aliquis naturalem filium tantum, qui in poteſtate patris nō eſt, (vt hîc, &. ſ. ti. j. in prin.) facere in poteſtate: det in ſeruitium Imperatoris, vel præſidis prouinciæ. Nam in poteſtate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij[h]: vt hîc, & in aut. quibus modis natu. effi. ſui. §. ſiquis igitur. colla. vj. Accur.

q ¶ NECNON IS.] nunc ponitur aliud exemplum.

r ¶ INTERDICTVM.] nā aliā vxorem non habuit tempore concubinatus: aliâs contrà: vt. C. de concu. l. j. ADDITIO. Et tunc, quid ſi cum ea per diſpenſationem matrimonium contraxerit: vide Chriſtopho. & Iaſo. hîc.

s ¶ CONSTITVTIONE.] vt. C. de natu. libe. l. cùm quis.

t ¶ INSTRVMENTIS.] ſed nunquid ſine inſtrumentis eſt matrimonium tale? dicunt quidam quod non: vt Pla. & Azo: quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium: vt in aut. vt li. ma. & aui. §. quia verò legem dudum. col. viij. melius autem qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoque. verſi. hæc ergo caſta. colla. vj. Sed dic, quòd matrimonium nudo conſenſu perficitur ſine ſcriptura: vt in aut. de nup. §. nuptias. col. iiij. &. ff. de regu. iur. l. nuptias. Sed filij primò geniti non ſunt legitimi, ſi dotalia inſtrumenta non ſunt facta[i]: vt hîc. & facit ad hoc. C. de na. li. l. cum quis. & l. nuper. & l. fi. & in aut. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. j. col. ix. & in aut. de filijs ante do. inſtru. na. circa me. col. iij. & in aut. de inceſt. nupt. §. fi. col. ij. & de trien. & ſe. §. fi.

v ¶ CONSTITVTIO] vt. C. de nat. li. l. nuper. ſed ſi non fecerit eam ſibi vxorem, adhuc tamē huiuſmodi naturales ſunt alendi à patre. Item ſuccedunt ex teſtamento in totum, ſi pater vult legitimis nō exiſtentibus, vel parentibus iam defunctis, aliâs liberi in vnam vnciam tantum, permittunt naturales ſuccedere. ſuperiores quando ipſi tantū ſuperſunt, nō impediunt eos, niſi in ſua legitima, quę ſuperioribus debetur ab inteſtato verò, duas habet vncias paternæ ſubſtātiæ, cū matre eorū viriliter diuidendas, quādo non ſunt aſcēdentes nec deſcēdētes. Aliunt & ipſi patrē: & hoc in licitè natis: ſed non ſi illicitè nati ſunt: imò ab omni beneficio ſunt excluſi.

a Secus de iure canonico: vt in ca. pe. extra de ſecun. nupt. ſecundū doctor. hic.

b Iſte modus eſt ſuperfluus, ſecūdū Ia. qa poſitus eſt ſ, in quinto.

† Rationē huius etymi, reddit Plutar. in romanis quæſti. ita ſcribēs: Quum veteres (inquit) Romani, cōplura nomīa, vnis literis, aut binis, ternísve ſignarēt, veluti P. Cn. Ser. & Sex. hoc eſt Publios, Cneos, Seruios, & Sextos, quę patrum forēt prænomina: Spurium itidem binis literis, ità notabāt, Sp. quæ deſcriptio & orbatos parētibus indicabat, quoniā, ſi quos ſine parentibus dicerēt, Sp. tātū ſcriptitabant. Quò factū eſt, vt ſpurios etiā vocarent eos, qui incerto genere crederentur. Hæc ille. Vide ſi libet Crinitū lib. de honeſt. diſci. xx. ca. v. & Catellianū Cotā in dictione Spurij.

* Vel a græca voce σποράδην quaſi vulgo cōcepti, vel Spurij, id eſt quaſi ſine patre filij.

c Sec⁹ in cōſtitutis in nō ſacris vel minoribus ordinibus: qui ſi incedāt in habitu, & tonſura: gaudēt priuilegio. c. ſi qs ſuadē te. x. vij. q. iiij. in priuilegio fori: vt capi. j. de cle. coniug. lib. vj.

d Aliâs eſt verſ. ſub. §. diſtrahunt.

e Secus eſt hodie de iure canonico vt in ca. fin. extra de ra. & alios modos, quibus impedit matrimonium: vide per Ange. & Ia.

f Hoc verū niſi vterque ſcilicet maſculus & fœmina vel alter tantum ignorauerit: quia tūc filij ſunt legitimi. c. ij. in fin. q fil. ſint legi. & ſuccedūt parēti etiā ſciēti. c. ex tenore. extra eo. ti. & ideò quæ eos dicit ſpurios: debet probare ſecundum Ange. hîc.

† Aliàs quā & ſolam.

g Et hæc vera ſecūdū Ia. ſi tale matrimonium, etiam de facto non fuit ſecutum, vt per Bar. in. l. auūculo. ff. de condi. ſine cau. aliâs pcedit Io. dūmodo ſciuerit ius, & factum, vel etiam factū tm. l. qui cōtra C. de inceſt. nup. ſecus ſi ignorauerit. l. ſi cū dotē. ff. ſolu. ma.

h Qd Angelus intelligit verū ſi &è nō verè quod nota pro ſtatutis: vt eſt text. in. l. iij. C. de na. li. & qre ſuccedāt vide hîc p eū.

i Dic, quod hodie de iure canonico: et in terris imperij, ſine dictis inſtrumētis, tenet mrimoniū: & filij efficientur legitimi: vt habet in c. tāta qui fi. ſint legi. ſecūdum Ange. & Ia. hic. Filij naturales tantum an ſuccedant.

Parentum.

a Dic, ꝙ de iure canoñ. debētur eis alimenta. de hoc eſt tex. ſing. in. c. cū haberet. ex tra de eo q cog. cōſan. Diuiſio

vt in aut. quib. mod. nat. effi. ſui. §. diſcretis. vſq; in fi. conſtitu. col. vj.[a]

❡DE ADOPTIONIBVS. ¶ *Quia ſuprà dixit de nuptijs, ex qbus acqrūtur filij legitimi, & naturales: ideo nūc de adoptiōibus: ex qbus acquirūtur filij legitimi tantū. Vel ſic: Supra qualiter filij noſtri ſunt in noſtra ptāte, dixit: nūc aūt qualiter alieni efficiātur ptātis noſtræ. Ang. Are.*

NOn ſolum.] ¶ Iſte titulus diuidit in nouem partes principaliter. Primò, ponit ꝙ adoptiui ſunt in poteſtate adoptātis. Secūdò, qualiter fiat adoptio, & arrogatio. Tertiò, primùm dictum limitat, & declarat. Quartò, de impubere qui ſe arrogandum dedit. Quintò, quòd adoptans debet ſaltē adoptatū præcedere. xviij. an. Sextò, quando aliquis vt nepos, vel pronepos adoptatur. Septimò, in quibus adoptatus æquiparatur naturali. Octauò, in quibus cōueniunt, & in quibus non adoptio, & arrogatio. Nonò ꝙ ſerui adoptati à dominis, ſunt liberi. Secunda ibi, Adoptio. Tertia ibi, ſed hodie. Quarta ibi, cū autem. Quinta ibi, Minorem. Sexta ibi, Licet autem. Septima ibi, In plurimis. Octaua ibi, Illud. Nona ibi, Apud Catonē Are. ¶ CASVS. Acceſſi ad dñm Iuſt. & ita propoſui coram eo: Dñe, vos vultis tractare de adoptionib⁹. pro deo, quæ ratio mouit vos ad tractādum hîc de adoptionibus? Ad hoc reſpon. Iuſti. dicens: Amice. ſ. tractauimus de ijs qui ſunt in pa. po. & quia nō ſolùm naturales liberi & legitimi, de quibus. ſ. diximus, ſunt in poteſtate parentum, ſed & adoptiui: idcirco de adoptiuis hîc tractare intendimus. Et hæc vſque ad. §. adoptio autem.

TITVLVS XI.

De adoptionibus.

❡ Liberi adoptiui ſunt in poteſtate noſtra, ſicut naturales & legitimi. Aret.

NOn ſolùm autē naturales[a] liberi, ſecundum ea quę diximus, in poteſtate noſtra ſunt: verū etiam ii, quos adoptamus[b].

❡ Authoritate principis arrogātur qui ſui iuris ſunt: ſed magiſtratus imperio, q ſunt ſub poteſtate alterius. Aretinus.

❡ Adoptio[c] autem duobus modis fit: aut principali reſcripto[d], aut imperio magiſtratus[e]. ¶ Imperatoris authoritate adoptare, quis poteſt, eos eáſve, qui qúæve ſui iuris ſunt: quę ſpecies adoptionis dicitur arrogatio[f]. ¶ Imperio magiſtratus adoptamus eos eáſve, qui qúęve in poteſtate parentum ſunt: ſiue primū gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorē[g], qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

❡ Si filiusfamilias detur in adoptionem extraneo, non tranſit hodie in eius poteſtatem: ſecus ſi detur auo, vel alteri aſcendenti. hoc dicit.

b Tu dic, ꝙ iſte textus poſſet ſtare ſine ſubauditiōe, ſi referretur ad §. fi. ti. præcedē. tū aduerte, quia ibi non loquit de naturalib⁹ tantū: quia ibi naturales tātū non ſunt in poteſtate: vt ibi dicit: ſed quādo ſunt legitimati. Ia.

c Iſtā definitionē ſequitur Ioan. de Pla. hîc.

d Et ſic eſt delegabilis: quia competit iure magiſtratus. l. j. ff. de offi. eius cui mā. eſt iur. nec plenā cauſæ cognitionē requirit: vt per Bar. in. l. nec qcquā. §. vbi decretū. ff. de off. procō. & lega. Ia.

e Sed de iure canonico fieret authoritate apoſtolica: cùm mortuo Imperatore ſuccedat eccleſia in adminiſtratione: vt ca. licet. extra de fo. cōpe. ſecundum Ange. & Ia. hîc.

a❡ NATVRALES] ſubaudi[b] & legitimi: quare diſtingue: quia filiorū alij ſunt naturales & legitimi: vt ex legitimo matrimonio nati: vt hîc, & ſ. de pa. po. in prin. Alij naturales tantum: vt nati ex concubina: vt. ſ. tit. j §. fi. Alij legitimi tantum: vt adoptiui, de quibus hic titu. loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi iuris præſumptione: vt inceſtuoſi, vel aliâs illicitè nati: vt in aut. quib. mod. nat. effi. ſui. §. fi. colla. vj. Alij ſunt, qui prius non fuerunt legitimi, ſed nunc ſunt, id eſt efficiuntur duobus modis: vt in aut. quibus mod. natu. effi. ſui. §. j. & ſ. titu. j. in fi.

b❡ ADOPTAMVS.] ſcilicet in poteſtate noſtra ſunt: & hoc iure veteri: vt hîc, & ff. eo. l. j. ſed hodie diſtinguitur: vt. j. eo. §. ſed hodie.

❡ADOPTIO.] ¶ Diuidit iſte. §. in tres partes. Primò, ponit in genere dictū bimēbre. Secūdò, exemplificat, & ponit exēplū primi mēbri. Tertiò, exemplum ſecundi membri. Secunda ibi, Imperatoris. Tertia ibi, Imperio. ¶ CASVS. Domine, iam video, quæ ratio mouet vos, ad tractandū de adop. dicatis ergo mihi ſi placet, quot modis fit adoptio? reſpō. Iuſti. ꝙ adoptio fit duobus modis. ſ. reſcripto principis: aut imperio alicuius magiſtratus. Sed domine, ponatis mihi exemplum quando fit adoptio reſcripto principis: & in quo caſu fit imperio magiſtratus alicuius. Ad hoc reſpon. Iuſti. ꝙ quādo aliquis adoptat eū qui ſui iuris eſt: tūc neceſſe eſt fieri adoptionē, authoritate ſiue reſcripto principis. & hæc ſpecies adoptionis, quādo. ſ. ille qui ſui iuris eſt, alienæ poteſtati ſubiicitur: eſt primò, & ſpeciali nomine arrogatio. Imperio autē magiſtratus adoptātur illi, qui ſunt in poteſtate parentū, ſiue obtineāt primum gradū liberorū, qualis eſt filius, & filia: ſiue inferiorem gradum obtineant: vt nepos neptis, & deinceps pronepos, & proneptis. Et hæc vſque ad. §. ſed hodie.

c❡ ADOPTIO.] eſt autem adoptio ſecundum Pla. & Io. legalis actio ad ſolatium eorum qui liberos non habēt: penè, id eſt ferè naturam imitans. Sed certè, & ab ijs qui liberos habent, fit adoptio: vt ff. eo. l. nec ei. §. præterea. & j. eod. §. licet. quare poteſt ſic ſimpliciter definiri: Adoptio[c] eſt legitimus actus, per quē fit quis filius qui non eſt, penè naturam imitans. & hæc eſt veritas: vt ff. eo. l. j. & j. eo. §. minorem.

d❡ RESCRIPTO.] hoc eſt, vel ante ipſum principē, vel ante aliū magiſtratū, delegatione facta per reſcriptū à principe: vt. C. eo. l. ij. in fi. & l. arrogationes[d]. Sed quid ſi Imperator non eſt? reſpon. nō poteſt fieri[e]: licet imperium ſemper ſit: vt in aut. quomodo opor. epiſ. §. fi. colla. j.

e❡ MAGISTRATVS.] Scilicet cuiuſcūq; ordinarij, etiā defenſoris ciuitatis qui minimus eſt: vt in aut. de defen. ciui. §. nulla. colla. iij. Nec mirū, cùm ſit de voluntaria iuriſdictione: vt ff. de offi. procon. & leg. l. ij.

f❡ ARROGATIO.] quia adoptator interrogatur, an velit eum quē adoptat, ſibi iuſtum filium eſſe: & adoptatus, an id fieri patiatur: vt. ff. eo. l. ij.[f] Vnde verſus: Arrogo qui ſuus eſt: ſed habet meus eſſe neceſſe. Patris adopto ſuum: ſed patris permanet idem. Accur.

g❡ INFERIOREM] id eſt ſequentem.

❡SED HODIE. ¶ Diuidit in duas partes. Primò, ponit qn̄ pater dat filiū in adoptionē extraneo. Secūdò, qn̄ dat auo materno vel paterno. Secunda ibi, Si verò pater. ¶ CASVS. Dñe, vos dixiſtis mihi. ſ. ꝙ illi qui adoptāt, ſunt in poteſtate patris adoptiui. nunqd hoc indiſtinctè eſt verū? Ad hoc reſpon. Impe. dicens: Amice, certè ſecūdū iura antiqua, oēs adoptiui indiſtinctè trāſibāt in poteſtatē patris adoptantis: hodie aūt ſecūdum iura noua ſec⁹. Nā hodie ſtatutū eſt in noſtra conſtitutione, cùm filius naturalis à patre ſuo naturali, alicui extraneæ perſonæ in adoptionē dat: ſi pater naturalis filium ſuū naturalē dederit in adoptionem auo filij ſui materno, vel etiā pauo materno: vel ſi ipſe pater naturalis à patre ſuo emācipat⁹ fuerit, & filiū auo, vel proauo paterno in adoptionē dederit: in hoc caſu, qn̄ iſte filius datur in adoptionē alicui, de aſcendētibus in linea directa: quia in vnā perſonā cōcurrūt naturalia, & adoptiōis iura, manet ſtabile ius patris adoptiui: vtpotè naturalis cognationis vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo annexum: & ideo in familiam, & poteſtatem huiuſmodi patris adoptiui amodo efficietur. & hæc vſque ad illum. §. cum autem impubes. Franciſ.

❡ Sed hodie ex noſtra cōſtitutiōe[h], cùm filiusfamilias à patre naturali[i], extraneę perſonę in adoptionem datur, iura * patris naturalis minimè diſſoluuntur: nec quicquam * ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt: licet ab inteſtato iura ſucceſsionis, ei à nobis tributa[k] ſint. ❡ Si verò pater naturalis[l] non extraneo, ſed auo filii ſui materno[m]: vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emācipatus[n], etiam auo, vel proauo ſimili modo[o], paterno, vel materno, filium ſuum dederit in adoptionē: in hoc caſu, quia cōcurrunt[p] in vnam perſonam, & naturalia, & adoptionis iura[q], manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo cōſtitutū: vt & in familia, & in poteſtate, huiuſmodi patris adoptiui ſit.

❡ Impuberes ſui iuris non poſſunt, niſi per reſcriptum principis, & cum cauſæ cognitione arrogari, & debet arrogator cauere de bonis arrogati reſtituendis, ſi intra pubertatem deceſſerit: & etiā quartam partem ſuorum bonorum tenetur ei relinquere. hoc dicit. Areti.

❡ Cùm autem impubes per princi-

f Not. ar g. ꝙ in matrimonio contrahendo, ſponſus debet prius interrogari, q̄ ſponſa. de quo vi. glo. in. l. ij. ī princi. ff. eo.

* Poteſtatis

* Per

g Etiā concurrentibus legitimis, & naturalib⁹, quāuis inter ſe nil habeant parētelæ. quod nota. ſecūdum Ang. & ideo nō trāſit in poteſtatem: quia p emācipationem, priuaret hæreditate v triuſq;: ſecūdū cōmunē opinionē: vt l. cū in adoptiuis. C. e. ſed cùm hodie nemo emancipetur inuit⁹. §. generaliter. in aut. q. mo. na. effic. ſui. videtur iſte §. eſſe correctus. de quo vide Ia. hîc.

h Not. ex hac gl. ꝙ ad hoc vt filius exiſtens in poteſtate patris, per adoptionē trāſeat in poteſtatem alterius: neceſſe eſt, ꝙ detur in adoptionē affini, q ſit de aſcendētibus: puta auo paterno vel materno: quia nepos, ab auo trahit originē: & ſic exponit naturalia. i. natiualia. aliâs ſi detur affini collaterali: puta fratri patris: nō trāſit. ſimilē gl. habes. C. e. l. pe. §. ſi verò pater &c. tamen contra iſtā gloſ. eſt tex. in. §. in plurimis. in prin. in verbo, non extraneum. ſ. eo. Iaſ.

h❡ CONSTITVTIONE.] vt. C. de adop. cùm in adoptiuis.

i❡ NATVRALI.] & legitimo.

k❡ TRIBVTA.] Id eſt in prædicta cōſtitutione[g]. & facit ad hūc. §. j. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. ſed ea omnia. verſi. inuenimus. & j. de exhære. lib. §. circa adoptiuos. & j. de inoffi. teſta. §. ij.

l❡ PATER NATVRALIS.] & legitimus.

m❡ MATERNO.] in cuius poteſtate prius non erat, ſed modò efficitur, vt ſubijcitur: vt. ſ. de pa. pote. in fine. Accurſius.

n❡ EMANCIPATVS.] aliâs cū eſſet in poteſtate aui, qūo adoptaret eum quē habet? Certè nō poteſt plus eſſe, quàm filius, vel nepos: vt hîc, & ff. e. l. ſi pater. §. qui duos. & intellige emācipationis tēpore filiū nō eſſe cōceptū, qui nūc datur in adoptionem: aliâs in poteſtate aui remāſiſſet: vt. j. ti. j. §. fi.

o❡ SIMILI MODO.] i. ſimilē facias diſtinctionē. nā materno pauo indiſtinctè: paterno verò, ſcd̄m qd̄ modò diſtinxit in auo, dat in adoptionē.

p❡ CONCVRRVNT.[h]] Sed ſi ego adoptē filiū fratris mei: nūqd poteſtati meæ ſubijcit? Rn̄. ſecūdū Io. ꝙ nō. & ꝙ hîc dicit naturalia, expone. i. natiualia: qa ab eo auo cōtrahit natiuitatē, & originē: qd̄ nō eſt ī filio fratris mei.

q❡ IVRA.] vnde præferēdus eſt ei, in quē vnū ius tātū cōcurrit. & ſic duæ rōnes, vel plures præualēt vni: vt in aut. de cōſan. & vter. fra. §. qa igit. verſ. vult autē. in gl. meliores. col. vj. & C. de edic. di. adri. tol. l. fi. niſi vna ſit melior duab⁹: vt colligitur. ff. de inoff. teſt. l. j. nā & ſi. & ff. vnde li. l. ſcripto. Ac.

❡ CVM AVTEM. ¶ Diuidit in qnq; partes. Primò, ꝙ arrogatio fiat cā cognita. Secūdò, ꝙ ſit iuſta cā. Tertiò, ponit modū ſub quo fiat. Quartò, ꝙ nō pōt arrogator ipſum emācipare ſine cā. Quintò, ꝙ quartā partē bonorū ſuorū eidē, ſiue in vltima volūtate, ſiue inter viuos relinquat. Secūda ibi, Et exquirit. Tertia ibi, & cū. Quarta ibi, itē non aliter. Quinta ibi, ſed & ſi. Are. ¶ CASVS. Dñe, vos dixiſtis mihi, ꝙ illi q ſui iuris ſunt: authoritate principis arrogātur. Pone igit, ꝙ ſit aliqs impubes ſui iuris, q habeat opulētā hæreditatē: nūqd poterit qlibet indiſtinctè, authoritate principis ipm arrogare, & in poteſtatē ſuā redigere? Ad hoc rn̄. Imp. ꝙ nō. Cū enim aliqs impubes arrogat: in hoc caſu arrogatio non indiſtinctè. i. nō incōſultè pmittit: ſed quærit cā arrogatiōis an ſit honeſta, & an ipſi impuberi expediat. Itē arrogatio fit, cū qbuſdā cōditionibus: videlicet, vt pater arrogator cautionē cū fideiuſſiōib⁹ pmittat: vt ſi ipſe pupill⁹ arrogat⁹, āte pubertatē deceſſerit, reſtituat oīa bona ſua integrè illis, q ſi adoptio nō eſſet facta, ad eius ſucceſsionē fuiſſent vēturi. Itē, non aliâs poterit iſte pater arrogator, iſtū impuberē authoritate principis arrogatū emācipare, niſi pri⁹ cā cognita, dignus inuētus fuerit emācipatione: & tūc neceſſe habet, eidē oīa bona ſua reſtituere. Itē, ſi iſtæ pater arrogator, iſtū filiū impuberē in teſtō ſuo exhæredauerit, vel inter ipſos viuos, ipſum ſine cauſa emācipauerit: iubet

quarta

quartam partem patrimonij ſui eidem arrogato relinquere, præter bona quæ ad patrem arrogatorem tranſtulit:& præter ea bona,quorum vſumfructum,poſt arrogationem patri arrogatori acquiſiuit.h.d.vſque ad.§.mi norem natu.Fran.

pale reſcriptū[a] arrogatur, cauſa cognita[b] arrogatio[c] fieri permittitur: & exquiritur cauſa arrogationis: an honeſta[d] ſit & expediat pupillo. ¶ Et cū quibuſdā cōditionibus arrogatio fit:id eſt, vt caueat[e] arrogator * pſonę publicę[f] ,ſi intra pubertatē pupillus deceſſerit,reſtituturū ſe bona illis,qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſsionem eius vēturi[g] eſſent.

¶ Arrogatus non, niſi cauſa cognita, emancipādus eſt,cui propria bona reſtituenda ſunt: bonorumq; ſuorū quartā partē iubetur arrogator illi relinquere.

¶ Itē nō aliter emācipare eū poteſt arrogator,niſi[h] cauſſa cognita, dign* emancipatione fuerit:& tunc ſua bona ei reddat. ¶ Sed & ſi decedens pater eum exhęredauerit,[i] vel viuus ſine iuſta cauſa emancipauerit:iubetur[k] quartam[l] partem bonorū ſuorum * ei relinquere,videlicet præter bona,quę ad patrem adoptiuū tranſtulit, & quorum commodum[m] ei poſteà acquiſiuit.

¶ Adoptās debet præcedere adoptatū, in tpe ſaltē octo decim annorum. Areti.

¶ Minorem natu[n],maiorē non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturā imitatur[o] :& pro[p] monſtro eſt, vt maior[q] ſit filius quā pater. Debet itáque is qui ſibi filiū per adoptionē, vel arrogationē facit,plena pubertate,id eſt octodecim annis[r] pręcedere.

¶ Carēs filio, poteſt aliū adoptare in locum nepotis,vel pronepotis. h.d.Are.

¶ Licet autem & in locū nepotis,vel neptis,pronepotis,vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat[s].

¶ Poteſt quis filium alienum in nepotem ſuum,& nepotem alienum in filiū ſuum adoptare.

¶ Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum[t] filij.

¶ Quādoquis adoptat aliquē,vt nepotē ex filio ſuo legitimo,& naturali,vel legitimo tātū:debet interuenire cōſenſus filij:ſed nō ecōtrà, quando auus dat in adoptionem nepotē ſuū ex filio.h.d. Are.

¶ Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo filio,quem habet iam adoptatum, vel quaſi ex illo quem naturalem in ſua poteſtate habet: in eo caſu,& filius conſentire[v] debet.

a ¶ RESCRIPTVM.] vt quia ſui iuris eſt:vt.ſ.eo.in prin.

b ¶ COGNITA.] Quę aūt in cauſæ cognitione vertuntur,per ordinem ſcripta ſunt.ff.e.l.ſi pater.§. in arrogationibus. &.l. ſeq.vſq; ad.§.fin.& quædam etiā hîc dicūtur in perſona impuberis, quæ & ibi dicūtur ADDITIO De quib⁹vide Ange.hîc:qui dicit,ꝙ ſi fuerint quæſitę vel per delegatū à principe:vt.l.ij.C. e.vel etiā per ordinariū ipſi⁹ impuberis:quāuis nō bene pronunciauerit, actus tñ tenebit:vt no.gl. in.l.cū hi.§.ſi prætor.ff. de tranſact.Ange.are.

c ¶ ARROGATIO.] vt quia ſui iuris eſt:vt.ſ.e.in prin.

d ¶ AN HONESTA.] i.nō eo ꝓpoſito vt ei⁹ res deuoret:vt.ff.e.l.nec ei.§.corū.

e ¶ VT CAVEAT.] i.vt cautionē ꝓmittat, ſine fideiuſſore tñ: vt.C.de verſigni.l.ſancimus:Accur.

f ¶ PERSONAE publicę.] hoc eſt tabellioni,ꝗ ſeru⁹ publicus dicitur:vt.C.eo. l.ij.aliàs enim ſeruus purus tabellio eſſe non poteſt:vt.C.de tabel.l.generali.li.x. Sed certè ideo ſic dicit:ꝗa publicè ſeruit.

g ¶ VENTVRI.] vel iure ſucceſsionis,ex teſtamēto vel ab inteſtato.vel dic tit.vniuerſali,vel ſingulari:vt legatarius. omnibus enim cōſulitur hac cautione pupillo decedente in pupillari ætate.aliàs ſi poſteà pupillaris ſubſtitutio euaneſcit:vt hîc, &.ff.e. tit.non aliter.&.l.his verbis.&.j.de pupil.ſub.§.j.Sed nonne ſine hac cautio ne facta admittuntur ſupradictę perſonæ ex teſtamento?Reſpon.non cūm teſtamentum ſit ruptum minima ca.di.ſ.arrogatione.j.qui.mo.teſt.infir.§. non tamē [a]. Itē,nunquid legitimi ſine hac cautione admitterētur? Reſpō. nō:quia poteſt arrogator omnia iure peculij occupare:vt.ff.de caſtrē. pe cu.l.ij.[b] Hæc tamen cautio omiſſa, pro facta habetur : vt.ff.e.l. his verbis. in fi.vt & aliàs.C.de rei vx.act.l.vnica.§.j.Sed quare legitimi nō ſtipulatur, etiā vltra pupillarē ætatē:cū & poſteà erāt admittendi,ad ſucceſsionem,ſi adoptio facta nō eſſet?Reſpō.illud eſt de fortuna,& aduētitium erat:vnde non fuit cōſiderandum:vt.ff.qui & à qui.l.iulianus. potuiſſent enim poſt pubertatem teſtamentum fecíſſe:vt.ſ.qui.ex cau.§.cum ergo.

h ¶ NISI CAVSA.] veluti,ſi ita hæres inſtituitur iſte adoptatus, ſi emācipatus fuerit:& tunc quartam perdit[c],quā tūc deberet habere de bonis arrogantis:vt.j.proxi.reſpon.&.ff.ſi quid in frau.pa.l.ſi.ſecundum quoſdā. Vel dic, ꝙ tunc non perdit quartā:vt.j.proxi.reſpō.probatur:quòd cum iſto cōtinuatur[d].& quod in dicta lege continetur,intelligitur,quādo erat iuſta cauſa cōtra filium:vt quia prouocabat patrē ad irā,& intantū, vt etiā exhæredari potuerit,& beneficium collatū,vel conferendū reuocari.vt.C.de reuo.do.l.ſi.& in aut.vt lib.decetero.§.illud.verſicu.quinetiam. colla.vj.& ſecundum hoc intellige proxi.reſpon.quod ſequitur.

i ¶ EXHAEREDAVERIT.] vel præterierit:vt.ff.eo.l.ſi arrogator.Accur.

k ¶ IVBETVR.] nota,nō cauet ſic ſe relictu͂rū.tūc enim nō valeret:vt.C.de inuti.ſtip.l.ex eo.&.C.de inof.teſt.l.ſi qñ.§.j.ſed ei iubet ꝑ legē vt ſic faciat.

l ¶ QVARTAM PARTEM.] Quid ergo ſi aliosfilios.ſex,vel plures habeat: nūquid hic plus quàm alij habet?Reſpō.ſic,ſecūdū Bul.quaſi debeat imputari ei,quare arrogauerit.Vel dic (vt puto) quartam ſuæ partis per conditionem ex.l.diui Pij petit:vt hîc,&.ff.eo.l.ſi arrogator.&.ff.de inoffi. teſta.l. papinianus. §.ſi quis impubes. & hoc ad inſtar naturalium & legitimorum:vt.ff.de inoffi.teſta.l.papinianus.§.quoniam.&. C. de inoffi. teſta. l.cūm quæritur.&.l.parentibus.Abſurdum eſt enim,hunc legitimum plus iuris habere,quàm naturalē & legitimum:vt.ſ.eo.§.ſed hodie.in fi. Accur. ADDITIO Et hanc approbāt communiter doctores. & an ſit hodie aucta hæc quarta per aut.nouiſsima.C.de inoffic.teſta. vide gloſſ.in.§. hoc obſeruandum.in aut.de trien.& ſemiſ.

m ¶ COMMODVM.] repete,& præter ea bona.ſ.aduētitia: quorū cōmodū filius arrogatus poſt arrogationē acquiſiuit patri,ſcilicet vſumfructū. nam & hæc acquiſita reſtituit:non dico vſumfructum ipſum,quem debet lucrari pater:vt.C.de bo.quæ lib.l.cūm oportet.§.ſi quis itaque. ad inſtar mariti in rebus dotalibus:vt.ff.ſami. erciſcun.l. ſi filia.§.j. & ſic hoc verbum,præter.non excludit:vt hîc,&.ff.de pig.act.l.j. in.fi.&.ff. de procur. l.ſed & hæ.§.pe.& facit.ff.de vulg.ſubſti.l.ſed ſi plures.§. in arrogato.

¶ MINOREM NATV. ¶ CASVS Dñe,ego ſum quidā iuuenis, & habeo amplum,& magnū patrimoniū meū:& habeo quēdā vicinū valde diſcretū, & prouidum virū iam bene ſexagenarium,cuius conſilium in multis extitit mihi fructuoſum:poſſum ne ipſum arrogare,vel adoptare in filium?nūquid licet mihi hoc facere?Reſpon.Imper.ꝙ nō:quia certè minor natu maiorem adoptare,vel arrogare non poterit:& hoc tali ratione:quia adoptio imitatur naturam. ſed cōtra naturam, & pro monſtro eſſet, ꝙ filius eſſet maior tempore quā pater. vnde dico tibi,ꝙ ille qui per arrogationem ſibi filium facere vult : debet plena pubertate.i.xviij.an. filiū arrogatum, vel adoptatum excedere.Itē,nō ſolū poteſt quis adoptare, vel arrogare aliquem in filiū, ſed etiā in locū nepotis, vel neptis,pnepotis,vel proneptis,poteſt qs adoptare, quamuis etiam filium non habeat. & tam filium alienū poteſt quis adoptare in locum nepotis,quàm etiam alienū nepotem in locum filij. ſed ſi aliquis in locū nepotis aliquem adoptet, quaſi ex filio adoptiuo, aut ex filio naturali, quē habet in poteſtate : in eo caſu filius patri adoptāti debet conſentire, ne ipſe nepos ipſo inuito adoptatus, ſuus hæres agnaſcatur. Si enim filius adoptioni à patre factæ non conſentiat : tūc mortuo auo, iſte nepos adoptatus in poteſtate patris, & ſuus hæres efficietur. ſed licet in hoc caſu conſenſus filij requiratur:ſecus tamen eſt, in caſu econuerſo. Nam ſi auus nepotemex filio natum,alij in adoptionem dederit : non eſt neceſſe, conſenſum filij interuenire.h.d.vſque ad.§.in plurimis.Fran.

n ¶ NATV.] id eſt natiuitate.ſic.ff.de mino.l.j.§.j.

o ¶ IMITATVR.] plerumque:quandoque tamen non:vt.j.eo. §. ſed & illud. &.§.in plurimis.

p ¶ PRO MONSTRO EST.] id eſt non ſecundum naturam:ſed contra naturam:vt & aliàs.ff.de ſtatu ho.l.non ſunt liberi.

q ¶ MAIOR.] ſcilicet tempore,non perſona.

r ¶ OCTODECIM ANNIS.] † id eſt tot annos debet habere plus adoptās, quàm adoptatus,qui faciūt vnam plenā pubertatē tanti tēporis. Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus vicibus præcedere in tanto tempore?Reſpon.non,vt puto:cum ſecundum naturam, etiam in vno anno, ex diuerſis fœminis,vel etiam vna poſsit habere filios plures : & in hoc adoptio imitatur naturam:vt hîc.Et nota,pluribus modis dici plenam pubertatem.nam interdum.xiiij.annos:vt.j.qui.mo.tut.fi.§.j.&.ſ. titu.j.j. reſpon. aliàs.xv.annos.vt in aut.de temp.non ſo.pe.ſuper dote.§.generaliter. colū. vij.aliàs.xvij.annos.vt.ſ.qui manu.nō poſ.§.fina.& ff. de poſtu.l.j.§.pueritia.interdum.xviij.annos[e] : vt hîc,&.ff.de ali.& ci.le.l.mela.Accur.

s ¶ NON HABEAT.] vel licet vxorem non habeat : quo caſu tamen eſt cōtra naturam:vt.ff.eo.l.& qui vxores.Accur.

t ¶ IN LOCVM FILII.] Item nepotem ex vno, quaſi ex altero natū:vt.ff. eo.l.ſi pater.§.qui duos.nō autē loco fratris:vt.C.de hære.inſti.l.nec apud.

v ¶ CONSENTIRE DEBET.] quod nō eſt in alijs cognatis,qui poſſent ſperare ſucceſsionem:vt.ff.e.l.cum adoptio.Et ſi quidē filius cōſentiat, bene eſt:& recidet nepos adoptiuus,in poteſtatem ſuam,ſcilicet filij mortuo patre:vt.ff.eo.l.ſiquis nepotem. Si autem non conſentiat filius, tunc agnaſcitur, id eſt, appropinquat,ſeu agnatus ſit ei.i.auo hîc nepos, & ſuus efficitur hæres, etiam filio inuito : nec recidit in poteſtatem eius : ſiue dicas eum ſuccedere vt filium,licet non ſit filius:ſiue vt nepotem, quaſi ex altero filio præmortuo natum:quo caſu æqualiter cum patruo admittatur: vt.j.de hære.quæ ab inteſt.§.cum autem.Alij dicunt hoc totum, ei inuito. ideſt, filio inuito : & agnaſcatur, ideſt, iuxta eum quaſi naſcatur, quo ad ſucceſsionem:quod ſatis in idem redit.Alij hoc totum, ei inuito, ideſt, auo inuito qui voluntate filij propoſuerat adoptare:nunc autem contra ſuum propoſitum facit:& ſic dicitur inuitus ratione propoſiti primi. Et ſecundum iſtos hîc nepos inuito auo,& filio adoptatus, non ſuccedit vna cum filio,ſed demū eo mortuo.prima verior eſt.Sed quare hîc filius impediret matrimonium ſui filij, etiam auo volente:& non impedit hunc ciuilē actum:vt.ff.de rit.nup.l.oratione.§.j?Reſpon.quia matrimonium eſt vinculum magis indiuiduū:vt.ſ.de pa.po.j.reſpō. ADDITIO. Et ſic iſta glo.intelligit hunc text.tripliciter ibi,ei inuito.Primò, diuiſim vt exponatur:ei ſcilicet auo,inuito ſcilicet filio.Secundò, & tertiò coniunctim, vt illa verba in totum referantur vel ad filium, vel ad auum.contra quem facit.d.l.ſiquis nepotem.Iaſon.

* hoc eſt tabellioni.

* Reſtituere vel &c.

Notari⁹ nō poteſt eſſe ſeruus.

Satiſdatio arrogatoris], quibus prodeſt.

a Et ideo ex alijs ſub. ſtitutióib⁹: quia non filij,ſed patris teſtamentū ceſſet: quod non rūpitur per arrogatione filij, pete.ef ab arrogatore, tāquā debitum arrogati:ſecūdum docto.hîc.

b Secus tamen ſi præmoreref arrogator:ex quo etiā tabulæ pupillares cōualeſcerent : vt hîc ꝑ Ange.

c Iſta eſt vera ſecūdum Io.de pla.et eā tenet gl. & Saly.in.l. ij.C.eo.

d Et hęc eſt vera ſecūdū doc.hîc.

q dicūt hāc quartā debere dari in vltima voluntate, ꝑpter verbū relinqre hîc poſitū. ſecus in alijs bonis propter verbū, tunc. Iaſon.

Arrogatus non plus iuris habere debet quàm naturalis & legitimus. Maritus lucratur fructus rerum dotalium.

† Aetates ſunt ſeptē: infantia durat ad.7.an nū. pupillaris ætas ad 14. in mare, pueritia ſeu pubertas ad 18.adoleſcētia ſeu plena pubertas ad 25. iuuentus ſeu virilis ętas ad 50.& quandoque 60. ſenect⁹ ad.80. decrepitas ad 100. annū. Egi.per.

e Sed hæc gl.aut malè aut improbè loquitur:ſecundū Chriſt.quia nullū tēpus plenam pubertate conſtituit, niſi xviij. anno rum.Ang.

CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARY WASHINGTON D.C.

ne ei inuito ſuus hæres agnaſcatur. Sed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionem: nõ eſt neceſſe filium conſentire [a].

¶ Quando adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, poteſt dari alteri in adoptionem. h.d. Are.

¶ In plurimis [b] autem cauſis aſsimilatur is, qui adoptatus vel arrogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideo ſiquis per Imperatorẽ, ſiue apud prætorẽ, vel præſidẽ prouinciæ nõ extraneũ [c] adoptauerit: poteſt eundem in adoptionẽ alij dare.

¶ Spadones poſſunt adoptare: ſed caſtrati † non. Areti.

¶ Sed & illud vtriuſque [d] adoptionis cõe eſt, ꝙ & ij, qui generare nõ poſſunt [e], quales ſunt ſpadones [f], adoptare poſſunt: caſtrati autẽ nõ poſſunt.

¶ Fœmina non poteſt adoptare, niſi eidem propter amiſſos liberos ex principis indulgentia concedatur.

Annot. Filios in ptãte fœmine nõ habẽt: quò fit vt minime fruãt p̃prię ptãtis virib⁹.

¶ Fœminæ quoque adoptare non poſſunt [g]: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habẽt [h]: * ſed ex [i] indulgentia principis ad ſolatium liberorum amiſſorũ [k] adoptare poſſunt.

¶ Arrogatus ex principis reſcripto, trãſit in poteſtatem arrogantis, cum omnibus ſuis filijs & rebus. Are.

¶ Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum [l] fit, ꝙ is qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe arrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtati arrogatoris ſubijcitur, ſed etiam liberi [m] eius in eiuſdem fiũt poteſtate, tanquã nepotes. Sic etenim diuus [n] Auguſtus nõ antea Tyberiũ adoptauit †, quàm is [o] Germanicũ adoptaſſet: vt protinus [p] adoptione facta [q], inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

¶ Seruus à domino adoptatus, vel in iudicio vt filius nominatus, efficitur liber homo. h.d. Aretinus.

¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos † ſi à domino adoptati [r] ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari †. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione [s] etiam eum ſeruum quem dominus actis [t] interuenientibus filium ſuum nominauerit †, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum ei non ſufficiat.

TITVLVS XII.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

¶ Per mortem naturalem patris filius efficitur ſui iuris: & idẽ in nepote per mortem aui: niſi ſuperſit filius in cuius poteſtatem recidat.

Videamus nunc quibus modis ij qui alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberent̃.

---

a ¶ Consentire.] ſed videtur ꝙ ſic: nã læditur filius in duobus, & in hæreditate ſiue in bonis. quæ ad filiũ ſuũ proponebat ex voto tranſmittere: vt.ff. vnde lib. l. ſcripto hærede. quod nõ facit, vt.j. de hære. quæ ab inte. deſe. §. at hi. & quia in poteſtatem illius trãſit, quare in patris ſui naturalis poteſtatem nõ recidit iure iſto veteri: vt.ſ.eo.j. reſpon. Ad primũ reſpon. quia alio modo poteſt euitare, inſtituẽdo eum. Ad ſecũdum dico, ꝙ nõ poteſt æſtimari patria poteſtas: vt.ff. de leg.j.l. filius familias. §. ſecundũ vulgarem [a]. Sed hodie vterque timor ceſſat. nam & ſuccedet, & in ſuam poteſtatẽ recidet: vt.C. de adoptio. l. cum in adoptiuis. §. ſcimus. & ſ. eo. §. ſed hodie.

¶ In plurimis. ¶ Casus. Dicit Iuſti. ꝙ in plurimis ille qui adoptat⁹ vel arrogat⁹ eſt, aſsimilatur ei, qui ex legitimo matrimonio procreatus eſt. vnde ſi quis eum qui ſui iuris eſt, authoritate principis arrogauerit: vel eum qui in parentis poteſtate eſt, nõ extraneũ apud prætorem vel præſidẽ adoptauerit: poterit eundẽ ac ſi eſſet filius ſuus naturalis & legitimus, alij in adoptionẽ dare. Et non ſolũ prædicta in vtraq; ſpecie adoptionis communia ſunt: ſed etiã illud vtriuſq; ſpeciei adoptionis cõmune eſt, ꝙ illi qui generare nõ poſſunt, nihilomin⁹ adoptare poſſunt: quales ſunt ſpadones. Ab hoc tamen generaliter excipiũtur caſtrati, quibus natura beneficium generãdi denegauit. Caſtrati enim adoptare nõ poſſunt. Et idem eſt in fœminis. Fæminæ enim neque adoptare neq; arrogare poſſunt: & hoc ea ratione, quia nec naturales liberos habẽt in poteſtate: verũtamen ex indulgentia principis ad ſolatium liberorũ pro republica amiſſorum ei⁹ adoptare permittitur. h.d. vſque ad. §. illud proprium. Franc.

b ¶ In plvrimis.] quãdoq; enim eſt contrà: vt.j. de hære. quæ ab inteſta. §. minus. ſecũdũ Azo. Itẽ in eo ꝙ adoptiuus pater nõ tenetur eũ inſtituere: vt.j. de hære. quæ ab inteſta. §. ſed ea omnia: verſi. cum nec neceſsitas.

c ¶ Extranevm.] vt ſic tranſeat in ſuam poteſtatem: vt.ſ.e.§. ſed hodie.

d ¶ Vtrivsqve.] quarum vna hodie vocatur arrogatio: alia adoptio: vt ſ. eo. §. imperatoris.

e ¶ Non possvnt.] qui omnes eunuchi vocãtur: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos, qui generare non poſſunt ideſt, caſtè ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

f ¶ Spadones.] quibus teſticuli vel genitalia abſciſſa ſunt cultello vel ſpatha. & eſt ratio, quia fortiùs impedimentum eſt naturæ quàm accidentis: vt hic, &. ff. de liber. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum. §. j. &. ij. Et nota ꝙ vulgariter [b] promiſcuè appellantur. Accur.

g ¶ Non possvnt.] ſed ipſæ arrogari poſſunt: vt.ff.e.l. nã fœminę. Accur.

h ¶ Habent.] nota fœminas nõ habere filios in poteſtate. et facit ad hoc. ff. de ſuis & legiti. l. nulla. &. j. de hære. qua. & differen. §. cæteri. &. ff. de contra tabu. l. illud. §. ad teſtamenta. Accur.

i ¶ Sed ex indvlgentia.] de nouo iure cõcedẽda [c]: vt.C.e.l. mulierẽ.

k ¶ Amissorvm.] in acie principis: vt hîc innuit: &. j. de excũ. tuto. §. ſed & ſi in bello. ff. de inoffi. teſta. l. ſi ſuſpecta. §. fi. Sed nũquid & tunc habebit in poteſtate? Videtur ꝙ ſic, cum beneficia principum ſint extendenda: vt in auẽ. conſti. quæ de dig. §. pe. col. vj. &. ff. de conſti. prin. l. fi. Sed tamen contradico, ad inſtar ſcilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: vt.ſ. eo. in. §. minorem [d]. & facit ad hoc. C. eo. l. mulierem. Accur.

¶ Illvd proprivm. ¶ Casvs. Dñe, iã vidi in quib⁹ ſpecies adoptionis & arrogationis cõueniũt: & in quibus differũt. Nũquid eſt adhuc alia differentia inter eas? Reſpon. Impera. quòd ſic. Nam illud eſt proprium & ſpeciale adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum, ideſt, per principem & reſcriptum principis fit: vt ſi ille qui ſe in arrogationem dederit, liberos in poteſtate ſua habuerit: non ſolùm ipſe in poteſtatem patris arrogatoris tranſeat: ſed etiam omnes liberi eius quos in poteſtate habet, poteſtati arrogatoris tanquàm nepotes vnà cum eo ſubijciantur. & hoc factum fuit in perſona diui Auguſti quendam Germanicum in filium arrogare volentis: & iſte Germanicus nolebat conſentire: vnde non potuit procedere arrogatio ſua. ſed diuus Auguſtus cuidam nomine Tyberio iniunxit, vt ille Germanicum arrogaret. quo facto princeps arrogauit Tyberium. & ille habuit Tyberium in filium: & per conſequens Germanicum filium adoptiuum Tyberij habuit in nepotem. Et hæc dicuntur vſque ad. §. apud Catonem. Fran.

l ¶ Oracvlvm.] † i. ꝑ principem: vt de eo qui ſui iuris eſt: & ideo tranſit etiã hodie in poteſtatẽ arrogatoris: vt.ſ. eo. in princ. ideo ſic dictũ, quia oramus ſiue deprecamur eũ vt in talibus præſtet authoritatem. Accur.

m ¶ Liberi.] oẽs, nati & naſcituri: & etiam reuerſuri ab hoſtibus: vt.ff. eo. l. ſi paterfamilias. in prin. fallit hoc. ff. de ope. lib. l. opere.

n ¶ Divvs Auguſtus.] hîc Imperator volebat adoptare quẽdã nomine Germanicum & hic Germanic⁹ noluit cõſentire. vñ nõ poterat procedere adoptio: vt.j. ti. j. §. ſed & ſi pater. &. ff. e. l. ij. in prin. vñ Auguſtus callidè ſuaſit cuidã nomine Tyberio vt illũ Germanicũ adoptaret: ſi qd̃ fecit: & hũc Tyberiũ poſteà arrogauit prĩceps: quare & ꝑ conſequens habuit germanicum loco nepotis.

o ¶ Is.] Tyberius.

p ¶ Protinvs.] i. ſtatim.

q ¶ Adoptione facta.] a principe.

¶ Apvd Catonem. ¶ Casvs. Dñe iã video quid iuris qñ aliquis adoptat liberũ hominẽ dicatis mihi ſi placet, quid iuris eſt, ſi aliqs dñs adoptauit ſeruum ſuum? Reſpon. Iuſti. impe. dicẽs: Amice, antiqui referunt in hoc caſu ſe meminiſſe bene ſcriptum apud Catonẽ, vt ſi ſerui fuerint adoptati: ex hoc poſſe eos conſequi libertatẽ. Vnde nos authoritate Catonis eruditi illos ſeruos quos dominus actis interuenientibus in filios adoptauerit: in conſtitutione noſtra liberos eſſe conſtituimus: licet hoc eis ad ius filij conſequendum non poſsit ſufficere. Et hæc ſunt, quæ dicuntur vſque ad fi. tit. Fran. de are.

r ¶ Adoptati.] ſ. à domino. ab extraneo autem non poteſt etiam libertus: vt.ff.e.l. ſi pater. in fi.

s ¶ Constitvtione.] vt.C. de la. li. tol. l. vnica. §. ſimili quoque modo.

t ¶ Actis.] i. corã iudice: dicẽdo hæc verba: veni huc fili: ſcd̃m Azo [e]. Vel, vt puto, corã iudice agebat̃ vt filius fieret adoptiuus, & inde fuit facta ſcriptura, nõ tñ res peruenit ad perfectionẽ: vt differat à proximo caſu ſuperiori. Aliud ſi extra iudiciũ talia fierẽt vel agerentur: vt.C. de li. cau. l. pe. & ſic collige ex hoc & ſuperiori rñſo, ꝙ ſi id quod ago, non valet vt ago: valet tñ vt valere põt. ſic. C. de lat. li. tol. l. vnica. §. ſimili quoq; modo. Ac. contra. ff. de iur. codi. l. j. &. ff. de pac. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. *Additio.* Reſpondent doctores ꝙ ibi conſtabat teſtatorem nolle codicillari. Ange.

¶ Qvibvs modis ivs pa. *&c.* ¶ *Suprà uiſum eſt, quõ dica ptãs cõſtituat̃, & cõſtituta tollat̃: ſubſequẽter uiſum eſt, qualiter pat. po. cauſetur. Sequitur de iure uidere quib. modis diſſoluatur: ſecũdũ* Por.

Videamvs. ¶ Totus iſte tit. diuidit̃ in ſex partes. Primò qualiter diſſoluatur patria poteſtas morte naturali. Secũdò, qualiter morte ciuili ex delicto proueniente. Tertiò, qualiter propter dignitatẽ à filio acquiſitã. Quartò, qualiter propter captiuitatẽ patris vel filij. Quintò, qualiter emancipatione. Sexto, qualiter per dationẽ in adoptionẽ auo paterno vel materno. Secũda ibi, cũ autem. Tertia ibi, filiuſfamilias. Quarta ibi, ſi ab hoſtibus. Quinta ibi, præterea. Sexta ibi, ſed & ſi pater. Itẽ hoc principiũ ſubdiuiditur in quatuor. quia primò ponit de quo eſt tractatur⁹. Secũdò, qualiteâ: alias ſupra dixit de ſeruis. Tertiò, qualiter filij liberent̃ a patria ptãte, gñaliter rñdẽdo. Quartò, dictã rñſionẽ diuidit. Secũda ibi, & qdẽ. Tertia ibi, hi verò. Quarta ibi, Sed hoc.

¶ Casvs. In prin. iſti⁹ ti. dicit Iuſti. cõtinuãdo ꝓceſſum ſuum. Videam⁹ nũc de illis, q alieno iuri ſubiecti ſunt, qualiter a nexib⁹ illi⁹ iuris liberent̃. Sed tñ de liberatiõe ſeruorũ, qualiter a dñica ptãte liberent̃, nihil in hoc ti. dicet̃. Qualiter enim ſerui de ptãte dñorũ eximant̃ ꝑ ea quę ĩ ti. de libertinis, & de manumiſsiõe ſeruorũ diximus, exponit̃. Sed qd̃ dñe Impator? video ꝙ vultis tractare in ti. iſto qualiter liberant̃ liberi a ptãte parẽtũ. Dicatis ergo mihi ſi placet, aliquẽ modum tollẽdi pa po. Ad hoc rñ. Imper di. Amice, liberi

---

Patria poteſtas eſt in æſtimabilis.

a Sed facit cõtra gl. ſecundũ Iacobum: quia ſi de ineſtimabili agitur præiudicio: videtur neceſſarius eiꝰ conſenſus.

† Aliàs caſtrati.

* Sed ex conſtitutiõe & in dulgentia &c.

Naturæ fortius impedimentum eſt quàm accidentis.

b Vide Alcia. li. j. ꝑter. j. in dictiõe caſtrati. & text l. iiij. v. & vj. ff. ad l. cor. de ſica. & l. ſpadonũ. ff. de verb. & re. ſig.

c Scilicet à principe: nõ autẽ à comite palatino ſecũdũ Ange. qui idem quod hic dicit etiam in baſtardo ꝑ eam legitimando.

d Et ad contrariũ reſpõdẽt hic doc.

ꝙ imo debẽt moderari ſecũdum ius commune. l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pup. ſubſti.

† Dic quòd oraculũ eſt quod ad orationẽ alicuiꝰ vel preces conceſſum eſt. vel eſt diuĩa volũtas ore hominis expſſa. per gl. in l. digna vox C. de legi. Egi. per.

† Huius adoptiõis meminit Suetonius in vita Tyberij Cæſaris.

† Aliàs ſerui ſi à dño adopt. ſint, ex hoc ipſos &c.

† Hîc text. eſt ſing. ſecũdũ Iaco. de Rauẽ. ad hoc ꝙ probans ſe filiũ alicuius videtur probare ſe legitimum. Egi. Per.

† Et ſic ex nominatiõe alicuius acquiritur: vt hîc: & in. c. per tuas. cũ gl. ſuper verbo, appellauit. poſtme. ibi, item eſt hîc arg. extra qui filij ſint legi.

e Idẽ ſi huiuſmodi verba blãda & adulatoria proferantur in teſtamentis: quia diſponunt. l. paul⁹. §. paulus. ff. de fideicom. lib. enuntiatiua autẽ an debeãt verificari puta ſi dicatur: ſempronium filiũ vel fratrem hæredẽ inſtituo: vide hic per Ange.

amice,liberi in poteſtate parentis exiſtentes,per mortem naturalem parentis,ſui iuris fiunt:hoc tamē nō eſt ſine diſtinctionis remedio accipiendum. Nam mortuo patrefa.liberi in primo gradu exiſtentes:vtpote, filius vel filia,generaliter ſui iuris efficiuntur:ſed per mortē aui, nepotes qui in eius poteſtate fuerūt,non omnino ſui iuris fiunt:ſed ita demum, ſi poſt mortē aui, in patris ſui naturalis poteſtatē nō ſunt recaſuri.vnde ſi tempore mortis ipſius aui, pater ipſorum nepotum vixerit,et in patris ſui naturalis poteſtate ſit: nec ante mortē eius de poteſtate ſua exiuit:in hoc caſu, nepotes ex eo poſt mortē aui, in poteſtatē eius recidūt:nec ꝑ mortē aui ſui iuris efficiunt. ſed ſi moriēte auo,pater nepotū aut mortuꝰ fuerit,aut per emancipationem de patris ſui poteſtate liberatus:tūc nepotes ex eo,qui in poteſtatem patris iam mortui, vel emancipati recidere non poſſunt,per mortem aui ſui iuris fiunt. hoc dicit vſq; ad.§. cùm autem.Fran.

a ¶ Et quidem.] q.d. qd ſit circa ſeruos de abſolutione poteſtatis eorum,diximus.ſ̄.de liber. §.j.&.§.multis.

b ¶ A potestate.] ſubaudi dominica.

¶ Et quidem [a] quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate [b] dominorū, ex ijs intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſuperius expoſuimus. ¶ Ij verò qui in poteſtate parentis [c] ſunt: mortuo eo [d], ſui iuris fiunt. ¶ Sed hoc [e] diſtinctionem recipit. Nā, mortuo patre [f], ſanè omnimodo filij,filiæve ſui iuris efficiūtur. Mortuo verò auo,non omnino [g] nepotes,neptéſq; ſui iuris fiūt: ſed ita [h], ſi poſt mortem aui,in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. ¶ Itaque ſi moriente auo pater eorum [i] viuit,& in poteſtate patris ſui eſt: tunc poſt obitum aui, in poteſtate [k] patris ſui fiunt. Si verò is [l], quo tempore auus moritur, aut iam mortuus [m] eſt, aut per emancipationē exijt de poteſtate patris: tunc ij qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt,ſui iuris [n] fiunt.

¶ Deportatione patris vel filij, diſſoluitur vinculum patriæ poteſtatis: quod ex reſtitutione principis recuperatur. Relegatio autē nō tollit patriā poteſtatē. Are.

c ¶ Parentis.] ſtrictè accipe pro his tantū, qui ſunt ſuperiores ex linea maſculina. Nam fœminæ non habent in poteſtate filios:vt.ſ̄.ti.j.§. fœminæ. generalius accipitur.ſ̄.ti.ij.§.j.

d ¶ Eo.] ſcilicet parente.

e ¶ Hoc.] ſcilicet quod dixi,morte ſuperioris inferiores effici ſui iuris.

f ¶ Patre.] ſ.familias: ſubaudi ſupra quem nullus eſt ratione poteſtatis.

g ¶ Non omnimodo.] id eſt generaliter.

h ¶ Sed ita.] ſcilicet fiunt ſui iuris.

i ¶ Eorum.] ſcilicet nepotum.

k ¶ In potestate.] non exiuit.nam ſi exiuit,& poſteà redijt, quia eſt arrogatus:nō recideret filius in poteſtatem eius:vt.ff.de adop.l.ſi pater filiū.& eſt ratio:vt ibi notatur. Additio Scilicet,ꝙ ius ſemel quæſitum nepoti, nō debet tolli per arrogationē:per regulam iuris,ius noſtrū. Alia enim ratio ibi poſita reprobatur.quod fa.vt poſt impetrationem vacaturæ nubens non obtineat:etiam ſi vxor moriatur.Ange.

† Facit contra graduatū noīatū, quòd vxore poſteà ducta,& ea demū mortua.prioribus nominationibus vti nequeat. Egid. Perrinus.

l ¶ Is.] ſcilicet filius prædictus.

m ¶ Mortuus est.] ſcilicet filius prædictus.

n ¶ Sui iuris.] niſi in caſu:vt quando per dignitatem filius ſui iuris factus fuiſſet:vt in authen.conſti.quæ de digni.§.illud.colla.vj.

Diuiſio.

¶ Cum autem. ¶ Diuiditur in quinq; partes.Primò, de deportatione patris.Secundò, de deportatione filij. Tertiò, de indulgentia principis. Quartò,de relegatis.Quintò,de ſeruis pœne.Secunda ibi,Pari ratione. Tertia ibi, ſed ſi ex indulgentia.Quarta ibi,Relegati.Quinta ibi,pœnæ.Are.

¶ Casus. Domine,laudabiliter video, qualiter morte naturali tollitur pa.po.nūnquid pluribus modis tolli poterit? Reſpondet Imperator, quòd ſic.Nam non ſolùm morte naturali, ſed etiam ciuili tollitur pa. po. Siquis enim ob aliquod maleficium perpetratum per ſententiam deportationis ciuitatem amiſerit : ſequitur vt liberi eius, qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorum : perinde deſinant in ſua poteſtate eſſe, ac ſi morte naturali,in poteſtate eius eſſe deſinerent. Eadem ratione, & ſi liberi in poteſtate exiſtentes deportati fuerint:per deportationem deſinunt in poteſtate parentum eſſe.Et hæc ſunt vera durante deportatione. Nam, ſi ex indulgētia principis reſtituti fuerint,per omnia priſtinum ſtatum recipiunt.Et hæc omnia vera ſunt in deportatis:ſecus tamen eſt in relegatis. Nam parentes relegati,nihilominus retinent in poteſtate liberos ſuos:& ſimiliter in caſu conuerſo liberi relegati,in parentum poteſtate nihilominus remanent.Et non ſolummodo prædictis caſibus morte ciuili tollitur pat. po.ſed etiam in hoc caſu.Nam, ſi aliquis pœnæ ſeruus effectus fuerit, deſinit habere liberos in poteſtate. Sed domine, dicatis mihi, quis intelligitur fieri ſeruus pœnæ?Ad hoc reſpond.quòd illi ſerui pœnæ efficiuntur,qui in metallum damnantur,& qui beſtijs ſubijciuntur,Et hæc vſque ad illum.§. filiuſſfamilias.Franciſ.

¶ Cum autem.] Dictū eſt.ſ̄.qualiter ſoluitur patria poteſtas morte naturali:nunc ponit quando morte ciuili.Accurſius.

o ¶ Deportatur.] hîc no.ꝙ hæc ſentētia deportationis vt valeat ideſt, vt ſtatū & ciuitatē perdat,nō poteſt dari,niſi à quatuor iudicibus ſcilicet ab Imperatore,vel ab eo ꝗ eius vice iudicat:& à præfe.præto.& à præfe. vr.ff. de pe.l.ij.§.j.& de leg.iij.l.j.§.à præfecto.&.ff.de inter.& releg.l. inter pœnas.§.j.Idē credo in ſenatoribus:qui parē ſentētiā.i.parē habēt effectū principi,vel maiorē quàm prædicti:vt.ff.à qui.ap.non licet.l.j.§.j. [a] Si autē alius iudex talem ſententiam det,non valet,nec mandatur executioni, niſi princeps approbet eam,vel inſulam,ſiue locum aſsignet : vt.ff.de leg.iij.l.j.§.ij. &.§.deportatos.&.ff.de iniu.rup.& ir.teſt.l.ſiquis.§.eius.in glo.j.Quæ autem ſint delicta,pro quibus in inſulam debeant deportari,dicemus.j̄.de pu. iudi.per totum titulum.ſed relegare poteſt quilibet,qui habet merū imperiū:vt.ff.de inter.& rele. l.relegatorū.j.reſpon. Et no.ꝙ Primò,de media[b], Secundo,de relegatione, Tertiò, de maxima dicit.Prima & vltima, tollunt patriā poteſtatē:ſed relegatio non ſic,cū ſtatus non ſit mutatio, nec capi.diminutio.

Deportare poſſunt quatuor iudices.

a Sed tunc videtur obſtare.l.j.C. de ſen. præfec. præto. Pro cuius ſoluti. Iaſon dubitat: dicēs à ſentētijs ſenatorū, fortè non poſſe iā ſupplicari.

b Contrarium tenet Ia.per.l.iij. ff. de inter. & releg.de quo. j. de capi. dimi. in princi.

¶ Cū autem is qui ob aliquod maleficiū in inſulā deportatur [o],ciuitatem amittat:ſequitur,vt qui eo [p] modo ex numero ciuiū Romanorū tollitur, ꝑinde quaſi eo mortuo [q],deſināt liberi in poteſtate eiꝰ eſſe. ¶ Pari [r] ratiōe, & ſi is qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parētis. ¶ Sed ſi ex indulgentia principis [s] reſtituti fuerint, per omnia priſtinum ſtatum [t] recipiūt. ¶ Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos ſuos retinent [v].Et ex contrario,liberi relegati in poteſtate parentum remanent.

¶ Seruitus pœnæ patriam poteſtatem tollit.h.d.Angelus.

¶ Pœnæ [x] ſeruus effectus,filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur,qui in metallum [y]

p ¶ Eo modo.] ideſt, per iſtam deportationē in inſulam. Additio Et ex iſto tex.no. Ang.quòd dictio,perinde. importat ſimilitudinem:ſed non omnimodam,maximè in pœnalibus:vt per.Barto.in.l.ſacrilegij.ff.ad.l. iul. pecu.

q ¶ Mortuo.] not. deportatum mortuum,ſcilicet ciuiliter.ſic.ff.de cōtra tabu.l.j.§.quidam filiū.&.ff.pro ſocio.l.verum.§.ſocietas.verſi.intereunt.

r ¶ Pari.] hîc not. vbi eſt eadem vel ſimilis ratio, idem ius conſtituatur.ſic. ff. de verb. obli. l.à Titio.circa fin.&.j̄. ꝙ cum eo qui in alie.po.§.ſi igitur.in fi.&.ff.de eden.l.quædam.§. nummularios.in gl.quia.&.ff.ad.l.aquil.l.illud.Arg.contrà.ff. de col. boñ.l. ſiquis. in fi.j.reſpon.ibi,hoc in patre Additio. Solue ſecundum Io.fab.& Ange.hîc quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

s ¶ Principis.] aliâs principali.Sed nunquid per alium poterit reſtitui? Reſpon.non:niſi fortè per ſenatorem,qui poteſt reſtituere ad ſtatum:vt.ff. de poſtulan.l.j.§.eum qui verſi de qua.&.§.an autem.

t ¶ Statum.] ſcilicet quantum ad honores,vel ordines, & ſimilia : vt.C. de ſen.paſ.l.j.ergo & patriā poteſtatē.& hoc vult dicere.Sed cōtradicitur.C. de ſen.paſ.l.in inſulā.&.l.ſi pater.Solu.hîc ſpiritualiter ad omnia fuit reſtitutus,ſecundum M.& ſic facias punctum ibi,per omnia.hanc reprobo : quia ſemper intelligitur ad omnia reſtitui,niſi contradixerit expreſsim.Nā verbū,reſtituo,generale eſt:vt.ff.de vſur.l. videamus.ij.§.in fauiana.Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantùm referendum, cui debet reſtitui filius in poteſtatem:ſed filio reſtituto non ſic:quia ſic noceret ei reſtitutio: argu.C.de legi.& con.l.quod fauore Sed hanc opinionem reprobo.nam libertus deportatus,& reſtitutus in libertinitatē recidit:vt.ff.de iure patro.l. ſiue libertus.Dic ergo,intereſſe, vtrum princeps dicat hæc verba, reſtituo te.& tunc ad omnia reſtitutus videtur,vt hîc,an hæc,indulgeo tibi.quo caſu de pœna tantùm remittenda cogitaſſe videtur:vt in contrarijs.arg.C. de ſen.paſ.l.generalis.&.l.tutor.&.l.cum indulgentia.&. C. de gene. aboli.l.ſi. Accur.

v ¶ Retinent.] nota differentiā inter deportatū,& relegatū,quo ad familiam:vt hîc.&.ſ̄.proxi.§.item hîc bona retinet,ille non:vt.ff.de interdi. & relega.l.j. [c] Item hic ciuitatem retinet,ille non:vt.ff.de interdic.& relega. l.relegati.&.l.relegatorum.§.ſiue ad tempus. &. §. ad tempus. Item, quòd hîc ad tempus,vel in perpetuum,ille autem tantùm in perpetuum deportatur:vt.ff.de interdi.& relega.l.relegati.&.l.relegatorum.§.hæc eſt differentia.ſed in libertate non eſt differentia.nam vterque liber remanet:vt.ff. de bonis dāna.l.ſed & ſi alia.§.j.Sed bannitos noſtri temporis quibus comparabimus? Reſpon.ſi tantum eſt maleficium,vt etiam cum ciuitate bona ſua publicentur,vel de iure,vel de conſuetudine ciuitatum:tunc deportato cōparabo : aliàs relegato:vt argu.ff.de bo.dāna.l.j. [d] nō autem dico, quòd poſsit deportari à præſide de iure:vt.ſ̄.§.proxi.diximus.nec relegari aliquis poteſt à defenſore ciuitatis:cùm ſit de imperio mero relegatio:vt in aut. de defen.ciui.§.nulla. in fi.§.coll.iij. Additio Vnde verſus. Qui deportantur:ſemper pœna cruciantur. Pœna relegatis eſt temporis : eſtque perennis.

Deportatus,& relegatus differunt.

c Hoc verū ni eſſet relegatus in perpetuum : quia poteſt ſibi per ſententiam adimi pars bonorum.l.relegati.in fi.& l.relegatorum. §. ad tempus. ff. e. ti. Ange.

d Iſtam cōmuniter reprobant doc.hic.

x ¶ Poenae.] ideſt ſupplicij.ſuppliciū enim ſuus dominus eſt,non fiſcus: vnde ei nihil quærit:vt.ff.de ijs quæ pro non ſcrip.ha.l.iij.Sed nouo iure, nemo ingenuus fit ſeruus.ex ſupplicio:vt in aut.de nupt.§.quod autem. &.§. ſi verò.coll.iiij. Additio Dic iſtud eſſe verum,ſi remanet viuus: ſecus ſi in eo fiat executio mortis naturalis:vel ſaltem præſens ab habente poteſtatem capitaliter condemnetur : quia eius teſtamentum nō valet, niſi in male ablatis reſtituendis.ſed in abſente ſecus:quia valet teſtamentum:ſecundum Ang.hîc.

Ingenuus ex ſupplicio non fit ſeruus.

y ¶ In metallum.] ideſt in opus metalli,ad fodiendum metallū,vel etiā deportandum.& hi ne fugerēt, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur,vt ferro,vel alio modo.Alij verò erant qui dicebantur damnati in opus metalli:& hi non tanto pondere opprimebātur,& qui hinc fugiebāt,

*damnantur, & qui beſtijs [a] ſubijciuntur.

¶ De iure iſto, nulla dignitas liberat quēquam à patria poteſtate, niſi dignitas patriciatus. Areti.

¶ Filiuſfamilias ſi militauerit [b], vel ſi ſenator, vel conſul factus fuerit: remanet in poteſtate patris. ¶ Militia enim, vel conſularis dignitas, de patris poteſtate filium non [c] liberat. ¶ Sed ex cōſtitutione [d] noſtra ſumma *patriciatus [e] dignitas illico [f], Imperialibus codicillis præſtitis, filium à patria poteſtate liberat [g] Quis [h] enim patiatur, patrem quidem poſſe per emancipationis modum, poteſtatis ſuæ nexibus filium * liberare, Imperatoriā autem celſitudinem non valere eum quem ſibi patrē *elegerit [i], ab aliena eximere poteſtate?

¶ Si pater, vel filius capitur ab hoſtibus: pendet ius patriæ poteſtatis, propter ius poſtliminij. hoc dicit. Areti.

¶ Si ab hoſtibus [k] captus fuerit parens: quamuis ſeruus hoſtium fiat, tamen pendet [l] ius liberorum, propter ius poſtliminij [m]. ¶ Quia ij qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina iura recipiunt. idcirco [n] reuerſus parens etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminium fingit eum, qui captus [o] eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe. ¶ Si verò ibi deceſſerit: exinde ex quo captus [p] eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur. ¶ Ipſe quoque filius, nepósve * ſi ab hoſtibus captus fuerit: ſimiliter dicimus propter ius poſtliminij, ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. ¶ Dictum eſt autem poſtliminium à limine, & pòſt. * Vnde eum qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſteà peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nam, limina ſicut in domibus, finem quendam faciunt: ſic & imperij finem eſſe limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam, & terminus. Ab eo poſtliminium dictū eſt, quia * ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. ¶ Sed & qui captus, victis hoſtibus recuperatur: poſtliminio redijſſe exiſtimatur.

¶ Per emancipationē tollitur ius patriæ poteſtatis: quæ emācipatio hodie poteſt fieri coram quolibet magiſtratu. Et de bonis emancipati debetur patri legitima, & tutela, ſi emancipatus eſt pupillus. Areti.

in metallum ponebantur. Alij verò erant qui in miniſterium, vel in ſeruitium metallicorū tantū ponebantur. & hoc ſi perpetuò fieret, erant ſerui: aliâs cōtrà: vt. ff. de pe. l. aut damnū. §. inter eos &. §. quiſquis. &. §. in miniſterium. Sed quid ſi prouincia non habeat metalla aliqua, vel ferri, vel alicuius ſimilis conditionis? Reſpon. in vicinam prouinciam mittebantur[a]: vt. ff. de pe. l. aut damnum. §. eſt pœna. Alij ſunt in opus publicum perpetuò dati, vel ad tempus: qui ſunt ſimiles relegatis: vt. ff. de pœ. l. quidam. ſed huiuſmodi pœnæ non ſunt in vſu hodie. Accurſius.

a ¶ Beſtiis.] deducendis fortè. vel etiā vt comederet cum eis, vel alia beſtialia faceret. de hac pœna dic, vt not. ff. de pœ. l. qui vltimo.

¶ Filiusfamilias. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit dictum in genere. Secundò, reddit rationē. Tertiò, excipit à dicto. Quartò, aſsignat rationem. Secūda ibi, Militia. Tertia ibi, Sed ex cōſtitutione. Quarta ibi, Quis enim. *Casus.* Domine, pono, quòd aliqs filiusfamilias factus fuerit miles, & ſenator, vel conſul: nūquid liberatur à patria poteſtate? Reſpond. Imperat. quòd non. Nam militia, vel conſularis dignitas filium à patria poteſtate non liberat, ſed ex cōſtitutione noſtra ſumma dignitas patriciatus, filiū à vinculis patriæ po. liberat. Quis enim patiatur patrē quēlibet, poſſe filium ſuū à nexibus ſuæ poteſtatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celſitudinem non valere eum, quem ſibi elegit patrem, ab aliena eximere poteſtate? q. d. hoc nullatenus eſt tolerandum: & ideo prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti à pa. po. liberatur. Et hæc vſque ad illum. §. ſed ſi ab hoſtibus. Franc.

b ¶ Militaverit.] id eſt, miles factus fuerit: ad quod multa ſunt neceſſaria: vt in authen. de mand. princip. §. fina. verſicu. ſi quidem. in gloſſ. prima, col. tertia, diximus etiam in. l. penulti. ff. ex quibus cauſis ma. vbi ſex requiruntur ad hoc, quòd quis ſit miles. Vel dic militauerit, id eſt in exercitio militiæ fuerit.

c ¶ Non liberat.] hoc eſt iure iſto. nam nulla dignitas præter patriciatum, releuat filium à poteſtate patris, vt ſubijcit. ſed hodie. xij. ſunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem à curiali conditione: vt. C. de decur. l. fi. li. x. & illæ eædem liberant à patria poteſtate: vt in aut. cōſti. quæ de dig. §. j. &. §. generaliter. colla. vj. vnde cùm ſit ibi conſul, corrigitur quod de eo hîc dicitur.

d ¶ Conſtitutione.] vt. C. de conſul. l. fi. lib. xij.

e ¶ Patriciatus.] erat enim patricius, quaſi principis pater. vnde Saluſtius: O patres conſcripti. Nam ſcripta erant eorum nomina in aliquo loco: vel in corona capitis eorum: vel aliâs.

f ¶ Illico.] Hoc eſt ſpeciale in patricio, & conſule, hodie etiam, vt ſola collatione, id eſt datione codicillorum, id eſt dignitatis ſcriptæ, vel per aliquod priuilegium fiant ſui iuris, etiam ſine adminiſtratione: in alijs decem tunc demum cùm cœperint adminiſtrare: vt in authen. cōſti. quæ de dignita. §. primo. in gloſſ. codicillos. collatio. ſexta. quæ eſt. C. de epiſcop. & cleric. authen. ſed dignitas. &. C. de decur. l. fina. libro. x. Item, in tertio caſu cùm ordinatur epiſcopus: qui eſt etiam vltra ſupradictos caſus: vt in authen. conſtitu. quæ de digni. §. palam. colla. vj. *Additio.* Et not. quòd vbi electio eſt neceſſaria ex parte vtriuſque: vt quia eligentes coguntur eligere: & electus conſentire: quæritur ius ex ſola electione etiam abſenti, & ignoranti. l. illud. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. Sed ſi non ſit neceſſaria ex parte electi, vt in epiſcopo: non quæritur ius ante acceptationem, cap. ſi tibi abſenti. de præbend. libro. vj. Item vbi fit electio per viam facultatis: vt à populo, vel domino. Sed eſt ſpeciale in patricio & conſule: vt hîc. Ange.

g ¶ Liberat.] ſcilicet dignitas.

h ¶ Quis enim.] quaſi dicat: ſi quilibet pater etiam viliſsimus filium ſuum emancipat quando vult: vt. j. eodem. §. admonendi. &. §. præterea. quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in caſu electi patricij. quaſi dicat. cùm ipſe pater patricij poſsit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis, & verberibus: vt in aut. conſtit. quæ de digni. j. reſpon. colla. vj. quare & ipſe Imperator &c.

i ¶ Elegerit.] quod rarò fit: vt. C. de conſul. l. final. libro duodecimo, ſecundum M.

¶ Si ab hostibus. ¶ Diuiditur in tres partes principales. Primò loquitur, quando pater fuit captus. Secundò, quando filius. Tertiò, declarat quid ſit poſtliminium. Secunda ibi, Ipſe quoque. Tertia ibi, Dictum eſt. Aretin.

¶ *Casus.* Dn̄e, vos dixiſtis mihi, quòd per mortem ciuilem tollitur patria poteſtas. nunquid generaliter eſt verum? Reſpond. Imperat. quòd non. Nam ſi aliquis paterfami. ab hoſtibus captus fuerit: quāuis ſeruus hoſtium efficiatur, tamē patria poteſtas omnino non extinguitur: ſed propter ius poſtliminij in tempus futurum ſuſpenditur. Illi enim qui ab hoſtibus capiuntur: ſi in ciuitatem reuertantur: omnia priſtina iura iure poſtliminij recipiunt, vnde & iſte pater ab hoſtibus captus, ſi reuerſus fuerit, liberos in poteſtate habebit: quia ius poſtliminij, eum qui ab hoſtibus captus eſt, ſi poſteà reuerſus eſt, fingit in ciuitate ſemper fuiſſe. Si verò apud hoſtes deceſſerit: filij ſui iuris effecti ſunt. Si ipſe quoque filius, aut nepos, ab hoſtibus captus fuerit: ius patriæ poteſta. in ſuſpenſo erit iure poſtliminij. Sed domine dicatis mihi ſi placet, vnde dicitur poſtliminium? Ad hoc reſpond. Imperator, quòd poſtliminium dictum eſt à limine, & pòſt. Nam, eum qui ab hoſtibus captus eſt, cùm poſteà ad fines noſtros redierit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Sicut enim limina in domibus, quendam finem faciunt: ita finem imperij, limen eſſe omnes veteres voluerunt. vnde etiam limen dictum eſt, quaſi finis, & terminus quidam. & hac ratione eſt, vt qui ab hoſtibus vltra limen, id eſt vltra metam, & finem imperij ducebatur, poſteà eodem limine reuertebatur, quo amiſſus fuerat. Sed pone, quòd aliquis ſit captus intra fines imperij: & ibidem victis hoſtibus recuperatus: nunquid cenſetur iſte poſtliminio reuerſus? Et videtur quòd non, cùm non fuerit vltra limen, id eſt metam, vel finem imperij. Reſpond. Imperator, quòd iſte poſtlimino redijſſe cenſetur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. præterea. Fran. de Are.

k ¶ Ab hostibus.] Hoſtes ſunt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt. ff. de capt. & poſtli. re. l. hoſtes.

l ¶ Pendet.] hîc colligitur quoddam hominum genus eſſe in pendenti: vt diximus. s̄. de ijs qui ſunt ſui, vel alie. iuris. §. primo. Sed certè quod hîc dicit, pendet. verum eſt, propter iuris fictionem: nam quo ad veritatem ſui iuris eſt filius: vt. ff. de teſtamen. l. lege Cornelia. in fine. &. ff. de liberis & poſthumis. l. penulti. &. C. de ſenten. paſ. l. fina. ibi, quod maximè &c. &. ff. ad Macedonianum. l. prima. §. primo. nam pater ſeruus eſt hoſtium: vt ſuprà de iure perſona. §. ſerui. ergo alium in poteſtate habere non poteſt: vt. ff. ad legem iul. de adulte. l. ſic eueniet. Dic ergo, quòd nulla præterita, vel præſentia pendent inſpecto ſtatu præſenti, ſed futuro: vt. j. de verborum obligatio. §. conditiones. *Additio.* Etiam quo ad teſtamentum, vel contractus filij ſuper aduentitijs acquiſitis ante captiuitatem, nec in alium tranſlatis, quouis titulo, præterquàm hæreditario: aliâs ſecus ſecundum Angelum Aretinum, ſed ſecundum Iaſonem non pendent contractus filij, niſi patris præiudicium concernant.

m ¶ Postliminii.] Eſt autem poſtliminium, ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus conſtitutum: vt colligitur. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. poſtliminium. j. reſpon. Accur.

n ¶ Idcirco.] quia reuerſi omnia iura recuperant[b].

o ¶ Captus.] & reuerſus: vt. ff. de capt. l. retro.

p ¶ Captus.] intra fines noſtros, nec vltra deductus. † & ita impropriè, reuerſus dicitur poſtliminio. Vel dic, captus fuerat vltra fines: & tunc dicitur etiam redijſſe, antequàm ad limina redeat: quia ſic recuperat ſtatum, licet impropriè. & facit ad hunc. §. ff. de captu. in bello. §. j. item ad idem. ff de vi & vi arm. l. qui poſſeſsionem.

Præterea.

à Quod facit ſecundū Chriſ. quòd vacāte ſede per mortē prælati: ſi op⁹ ſit chriſmate: quærēdi ſint epiſcopi vicini. & eſt gl. ca. ſi epiſcopus à paganis. de ſup. neg. præla. li. vj.

* trahendo.

* Vide in hunc locum Alci. in. xij. lib. C. tit. de cōſul. & nō ſpar. pec. & Budeum in l. vltima. ff. de ſenatoribus. vterq; enim Accurſium taxat in interpretatione dictionis patricius.

* Patrem. i. ſenatorē inquit nebriſſen. in lexico ſuo iuris ciuilis ī verbo, pater.

* Relaxare,

Diuiſio.

* Ex eo,

* Seruius tamē (vt in topicis ad Trebatium teſtatur Cicero) dici vult à poſt, & liminiū, illud productionē eſſe verbi, ſicut in finitimo, legitimo, edituo, nō plus eſt timum quàm in meditullio tullium.

* Aliâs, qa eodē limine reuertebatur quo amiſſus erat.

Hoſtes qui dicātur.

Filius capti ab hoſtibus in veritate eſt ſui iuris.

b Excepta poſſeſsione rerū ſuarū. l. deniq;. & l. nec vtilē. ff. ex quib⁹ cau. ma. Ia.

† Quia fuit recuperatus antequā excederet fines. Egid. Perri.

Diuiſio.

¶PRAETEREA. ¶ Diuiditur in ſex partes. Primò, qualiter per emancipationē liberatur filius à patria poteſtate. Secūdò, qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertiò, qualiter fiat hodie. Quartò, ꝙ pater habet legitimam in bonis emācipati, ſicut patronus in bonis liberti. Quintò, ꝙ pater legitimus eſt tutor filij impuberis emancipati. Sextò, ꝙ nepotem poteſt emācipare, retento filio in poteſtate, & econtra. Secūda ibi, Sed emācipatio. Tertia ibi, Noſtra. Quarta ibi, Et tūc. Quinta ibi, Et præterea. Sexta ibi, Admonendi. Areti.

¶CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur pat. po. nunquid adhuc tolli poterit pluribus modis? reſpon. ꝙ ſic. Nam, certè poſt ſupradictos modos, tollitur emancipatione pa. po. Sed domine, dicatis mihi, qualiter fit emācipatio? Ad hoc reſpon. Imper. ꝙ aliter olim fiebat emācipatio, & aliter hodie fit. Nam olim, aut per antiquā legis obſeruationē fiebat: quæ per imaginarias vēditiones, & manumiſsiones, ab imaginario emptore factas celebrabatur: aut per imperiale reſcriptū. ſed noſtra prouidentia hæc per quādam cōſtitutionem in meliorē ſtatum reformauit. Statutū enī eſt conſtitutione noſtra, vt antiquorum fictione ſublata, parentes ad cōpetentes iudices, vel magiſtratus directa via intrent: & ibidem filios, vel filias, & deinceps liberos cæteros à ſua poteſtate dimittant. & ex tēpore emācipationis factæ, eadē iura præſtātur parenti, in bonis liberorum ab ipſo emācipatorum, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. & etiam ſi aliquis eorum emancipatorum impubes fuerit: parens qui emancipauit, per emancipationem eius tutelam nanciſcitur. Et hæc vſque ad §. admonendi. Franciſ.

¶Præterea [a] emācipatione quoque, deſinunt liberi [b], in poteſtate parētū eſſe. ¶ Sed emācipatio, anteà quidē, vel per antiquā legis obſeruationem procedebat [c], quæ per imaginarias [d] venditiones, & intercedentes manumiſsiones celebrabatur: vel ex Imperiali reſcripto [e]. ¶ Noſtra autē prouidentia, etiā hoc in melius per cōſtitutionē [f] reformauit, vt fictione [g] priſtina exploſa [h], recta via [i] ad competentes iudices, vel magiſtratus [k] parētes intrēt [l]: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes vel neptes, ac deinceps à ſua [m] manu dimittant. ¶ Et tunc [n] ex edicto [o] p̄toris in bonis [p] huiuſmodi filij, vel filiæ, nepotis vel neptis, qui quæue à parente manumiſſus [q], vel manumiſſa fuerit: eadē iura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono [r] in bonis liberti. ¶ Et præterea ſi impubes ſit filius vel filia, vel cæteri: ipſe parens ex [s] manumiſsione tutelam eius nanciſcitur [t].

¶Habens filium, & ex eo nepotem in poteſtate: poteſt vnum ex eis, vel ambos emancipare. Are.

a ¶ PRAETEREA.] non ſolùm ſupradictis modis, ſed præterea &c.

b ¶ LIBERI.] generale nomen eſt ad omnes inferiores: vt. j. ti. ij. §. fi.

c ¶ PROCEDEBAT.] id eſt ea demum ad effectū perducebatur. Accur.

d ¶ PER IMAGINARIAS.] id eſt fictitias [a]. ſic & ff. de reg. iur. l. imaginaria. nam pater vēdebat filiū pro vno nūmo fortè: & emptor eum manumittebat: vt hîc, & ff. de capi. di. l. liberos. §. j. & C. eo. l. fi. j. reſpon. & facit ad hoc j. de teſta. §. j. & propter hoc dicebatur filius capite minui. Sed cum hodie talia non fiant, vt ſequitur, nūquid dicitur capite minui? Reſpon. ſic: quia ſtatum ſuum mutat ad minus: vt. j. de capi. di. j. reſpon. & §. minima.

a Quæ venditiones: & ex cōſequēti manumiſſiones: licet eſſent nullę quo ad cōmodū contrahentiū. l. nuda. ff. de contrahen. empt. & §. fi. s. de īge. tamē ad eorum incommodum benè valebāt: vt hîc per Iaſo.

e ¶ EX IMPERIALI RESCRIPTO.] & hoc modo, etiam ſine venditione fiebat, vt puto. ADDITIO. Et erat ratio ſecundum Angel. hîc, quia fruſtra precibus imploratur, quod datur à iure. l. j. in gloſſ. fina. ff. ad municip.

f ¶ PER CONSTITVTIONEM.] vt. C. de emanci. lib. l. fi.

g ¶ FICTIONE.] aliâs functione, id eſt vſu. aliâs fictione: aliâs factione. ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: puta, quòd contractus ſit ſimulatus: ſed in ſpecie. & qualiter præſumatur, vel probetur per teſtes, vide per Ange. hîc.

h ¶ EXPLOSA.] i. expulſa. ſic. j. de fideicō. hære. §. ſed quia ſtipulationes.

i ¶ RECTA VIA.] vel indirecta: non curo. vel dic, id eſt rectè iuro.

k ¶ VEL MAGISTRATVS.] quoslibet etiā ſi nō habēt merū imperiū vel miſtū: vt in aut. de defen. ci. §. iuſiurandū. verſi. & quicquid aliud. & ibi gl. col. iij. & etiam extraordinarios: vt duo Bonoñ. coram iudice Mutiñ. vt. ff. de manu. vin. l. etiam. §. fi. & C. de iudi. l. vlti. aliâs penulti.

l ¶ INTRENT.] ſi iudex eſt in domo. idē vbicunq; ſit, dūmodo non ſit in loco turpi: vt. ff. de iuſti. & iur. l. penul. & ff. de arbi. l. ſi cùm dies. §. penul.

m ¶ SVA MANV.] i. debet capere eū per manū, & relaxare eum per verba ad hoc idonea [b]. Vel dic manu. i. poteſtate. nam quandoq;, & non capta manu emancipatur: vt. C. de eman. libe. l. penul. Accur.

b Et ita cōmuniter obſeruatur, ſecundū Ang. quādo fit inter præſentes: ſecus ſi inter abſentes: vt hîc ſequitur.

n ¶ ET TVNC.] id eſt extunc. nam prius occuparet pater omnia iure peculij: vt. j. qui. non eſt per. fa. te. §. j. & eſt ſimile tunc. ff. de condi. & demon. l. iiij. in fi. & ff. ſi cer. pet. l. lecta. circa prin. ibi, tunc eo amplius. & in gloſſ. tunc. & ff. de vulg. ſubſti. in pupillari. §. j.

o ¶ EX EDICTO.] ſcilicet poſito. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j. in fi. j. reſpon.

p ¶ IN BONIS.] acquirendis, vel acquiſitis: vel à patre ſibi nunc collatis.

q ¶ MANVMISSVS.] id eſt emancipatus. impropriè enim ponitur: vt. ff. quando actio de pecu. eſt anna. l. j. §. alienatio. ADDITIO. Quod eſt verum de ſtricto iure. C. ſecus de iure. ff. ſecundum Ia. propter. l. Pantonius. ff. ſi à pa. quis fue. manu.

r ¶ PATRONO.] patronus autem ſuccedit liberto in totum ab inteſtato, filijs non extantibus: ex teſtamento, in tertia parte bonorum liberti: liberis exiſtentibus, in nihilum: licet olim eſſet aliter: vt. j. de ſucc. lib. §. j. & ij. & §. ſed noſtra. Sic erit hîc in patre. Sed hæc ſimilitudo interdum fallit. nam interdum habet totum pater: vt ſi filius turpem perſonam inſtituit hæredē: vt. ff. ſi à pa. quis fue. manu. l. Pantonius. in princi. Interdum nihil ex ſucceſsione vel alio modo: vt in ſex caſibus, ſcilicet quādo pretium emācipationis accepit pater à filio. Item, quando filius eſt miles, & habet caſtrenſia: vt. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j. §. ſi parens. & §. eſt & alius. & ff. de mili. teſta. l. ſi à milite. §. fina. & l. ſeq. Item filijs alijs patris, licet hęredibus, non datur: vt. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j. §. fina. ſecus eſt in filijs patroni. Item, quando emācipauit coactus: vt. ff. ſi à pa. quis fue. manu. l. j. §. fina. Item Caluiſiana nō ita patri vt patrono datur: vt. ff. ſi à pat. quis fuer. ma. l. j. §. ſi parens. & l. non vſque. Item nec operas à filio, vt à liberto patronus habet, vel poteſt habere: vt. ff. ſi à pa. quis fuer. ma. l. pe. licet hæc prædicta ſpecialia in patrono vera non ſint: vt colligitur ex generali capite illius tituli, ſi à pa. quis fue. ma. l. j. j. reſpon. & ij. & in ſpecialibus caſibus, qui in illo titulo ponuntur: vt dictum eſt. Sed ſecundum hoc ſemper videtur pater amittere, cùm ſemper præmium emancipationis habeat hodie: vt. j. per quas perſo. no. acqui. §. hoc quoque. & C. de bonis quæ libe. cùm oportet. §. penul. Sed dic iſtud legale, non conuentionale præmium eſſe: & ideo licitum, nec puniendum: vt. C. de admi. tut. l. ſancimus creationē. ibi, non enim debet. & C. ad legem iul. de adulter. l. Gracchus. verſicu. quod legitimè. ADDITIO. Dic quòd de conſuetudine aliter obſeruatur: quia pater in emancipatione donat aliquid filio: ſecundum Ang. & Ia. hîc.

Patron⁹ qualiter ſuccedit liberto. Pater ī quibus caſibus ſuccedit filio: & in quibus non.

Actio Caluiſiana.

¶ Admonendi autem ſumus, liberum [v] arbitrium eſſe ei qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate habet [x]: filium quidem de poteſtate dimittere, nepotem verò, vel neptem retinere: & econuerſo, filium quidem in poteſtate retinere, nepotē verò, vel neptē manumittere [y]: vel [z] omnes ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta eſſe intelligantur.

¶Si filiusfamilias adoptatur ab aliquo ſuo aſcendente: tranſit in poteſtatem adoptantis: & deſinit eſſe in poteſtate patris naturalis. h. d. Are.

¶Sed & ſi pater filium quem in poteſtate habet, auo, vel proauo naturali ſecundū noſtras cōſtitutiones, [a] ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis interuenientibus, apud competentem iudicem manifeſtauerit, præſente [b] eo qui adoptatur, & non contradicente, [c] necnō eo præſente qui adoptat: ſoluitur quidem ius poteſtatis patris naturalis: tranſit [d] autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius

s ¶ EX MANVMISSIONE.] id eſt ex emancipatione.

t ¶ NANCISCITVR.] concordat huic verbo. j. de legi. pa. tu. & infrà de fidu. tu. in principio.

¶ADMONENDI. ¶CASVS. Dicit Iuſtinianus in hoc. § quòd ſi parens filium & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate retinuerit, vel econuerſo: liberum erit arbitrium ei, à nexibus ſuæ poteſtatis nepotem, vel neptem dimittere, & filium in ſua poteſtate retinere: vel in ſuo arbitrio erit ōmnes ſimul ſui iuris efficere.

v ¶ LIBERVM ARBITRIVM ESSE.] niſi in caſibus: vt. j. eo. in fi. dicemus. & facit ad hunc. §. ff. de adop. l. liberum.

x ¶ HABET.] vt. s. de pa. po. §. qui igitur.

y ¶ MANVMITTERE.] id eſt emancipare.

z ¶ VEL OMNES.] repete, liberum eſſe. Accur.

¶SED ET SI PATER.] ¶CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur pa. po. nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Reſpon. quòd ſic. Nam per tranſlationem poteſtatis tollitur patria poteſtas, quantum ad ipſum, quem pòſt in poteſtate habuit pater. Si enim pater filium ſuum quem in poteſtate habet, auo filij ſui, vel proauo paterno, vel materno, ſecundum tenorem noſtrarum conſtitutionum in adoptionem dederit, & hoc ipſum coram iudice competente, actis interuenientibus manifeſtauerit, præſente filio, qui in adoptionem datur, & non contradicente huiuſmodi adoptioni, & etiam eo præſente, cui in adoptionem datur: in hoc caſu, quia in vnam perſonam concurrunt, & naturalia, & adoptionis iura, ius poteſtatis naturalis patris omnino diſſoluitur, & in huiuſmodi patrem adoptiuum transfertur: in cuius perſona conſtituimus adoptionem pleniſsimam eſſe, quando ea quæ diximus, concurrunt. Et hæc vſque ad illum. §. illud autem. Franciſ.

a ¶ CONSTITVTIONES.] vt. C. de adop. l. cùm in adoptiuis. & s. de adop. §. ſed hodie. & §. ſi verò.

b ¶ PRAESENTE EO.] niſi ſit infans: vt. C. de emanci. lib. l. pen. Acc.

c ¶ NON CONTRADICENTE.] Nota patientiā cōſenſui cōparari. ſic qui tacet, affirmat. ſic. ff. de pigno. l. fideiuſſor. ij. § pater. in fi. & ff. ſolu. matri. l. ij. §. fi. Arg. contrà. ff. de adop. l. ij. §. j. [c] & de procura. l. filiusfamilias. §. j. Accur. ADDITIO. Sed ibi erubeſcentia tacuit, quo caſu non videtur conſentire: ſecundum Iaſo. per tex. in. l. penul. ff. de fur. vel pro ſolutione diſtingue, vt per Ange. Are. hîc.

Tacens affirmat.

c Sed ibi ſecūdū Chri. requirit expreſſus conſenſus pro forma.

d ¶ TRANSIT.] ergo non tollitur patria poteſtas: ſed transfertur. Ad quid

ergo hic caſus hoc titulo ponitur? Reſpon. quia etſi nõ tollitur incõmutabiliter, tollitur tamẽ quo ad primũ. idem dico in eo, qui iudicatur in poteſtate mea non eſſe. Nam, non efficitur ſui iuris: cùm ſententia nõ faciat ius: imò remanet in poteſtate: licet quo ad me pro emancipato habeatur: vt. ff. de cõdi. indebi. l. Iulianus. in prin. & l. vlti.

perſona, & adoptionem eſſe pleniſſimam antea diximus [a].

¶Conceptus ante emancipationem, vel dationem in arrogationem patris, remanet in poteſtate aui: ſecus ſi pòſt concipiatur. Are.

¶Illud autem ſcire oportet, ꝙ ſi nurus tua, ex filio [b] tuo cõceperit, & filiũ poſteà emãcipaueris, vel in adoptionẽ dederis, prægnãte nuru tua: nihilo minus quod ex ea [c] naſcitur, in poteſtate tua naſcit̃. ¶ Quòd ſi poſt emãcipationẽ, vel adoptionem cõceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtati ſubijcitur.

¶Pater non cogitur inuitus emancipare filium, niſi ex cauſa.

¶Et [d] quidem neque naturales [e] liberi, neque adoptiui vllo pœnæ [f] modo poſſunt cogere parentes, de poteſtate ſua eos dimittere.

TITVLVS XIII.

De tutelis.

¶Ponit triplicem ſpeciẽ perſonarũ. Et cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum. h. d. Are.

a ¶Diximvs.] vt. ſ. ti. j. §. ſi verò. Accur.

Diuiſio.

¶Illvd avtem.] ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, dicit de filijs ante emãcipationem patris cõceptis. Secundò de conceptis poſteà. Tertiò, ꝙ filius nõ poteſt cogere patrẽ, ad emancipãdum eum. Scd̃a ibi, Qd̃ ſi pòſt. Tertia ibi, Et qdẽ. Aretinus. ¶Casvs. Ponamus, ꝙ aliquis habeat filiũ ĩ poteſtate: & vxor iſtius filij ex eo conceperit: & poſteà eundẽ filiũ emãcipauerit, vel in adoptionem dederit. modò quæritur, vtrum partus ante emancipationẽ cõceptus, & poſteà editus, naſcatur in poteſtate aui nihilominus? Reſpõ. Iuſti. ꝙ ſic. ſed ſi poſt emãcipationẽ conceptus fuerit, ſecus erit: quia tunc partus ex ea editus, in poteſtate parentis emãcipati, vel aui adoptiui erit. Et ſciendum, ꝙ in parentum poteſtate exiſtentes, nullo modo poſſunt cõpellere parentes eos de ſua poteſtate dimittere. Et hæc vſque in finem tituli. Franciſ. de Are.

¶Illvd.] Hic. §. tradit duo præcepta: vt. ſ. de adoptionibus. §. ſed hodie. Accurſius.

b ¶Ex filio.] ſcilicet naturali, & legitimo. ſecus in legitimo tãtùm: vt in adoptiuo. Nam tunc filio emancipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, ſecundum quoſdam: vt. ff. de ca. di. l. liberos. §. emancipato. & ff. de ado. l. ſed etiã nepos. Vel melius dic, in eo idẽ quod in naturali: vt in fine huius ti. & ff. de adop. l. liberum. & ff. de cap. & poſtli. reuer. l. ſi me tibi. Accur.

† Ratio eſt fauor libertatis: vt. l. qui in vtero. ff. de ſta. ho. Egid. p.

c ¶Ex ea nascitvr.] ſecus in ancilla prægnãte manumiſſa, vel alienata: vt. ſ. de inge. §. ſufficit†. & ff. de acquir. rerum do. l. ſi. & C. de proba. l. matrem.

d ¶Et qvidem.] hoc eſt ſecundum præceptum: & repete, ſcire oportet, quod neque &c.

Emancipare filium pater cogitur in quatuor caſibus.

e ¶Natvrales.] ſubaudi, & legitimi. nam naturales tantùm non ſunt in poteſtate: vt. ſ. de nup. §. fina.

f ¶Poenae.] hîc no. talẽ regulam, ꝙ nullus filius poteſt cõpellere patrẽ, vt emãcipet eũ. quod fallit in quatuor caſibus: & ideo dicit, pœnæ: vt ſi pater agnouerit legatum ſibi relictũ, hac cõtẽplatione vt liberos emanciparet. nã tunc cõpellitur extra ordinẽ emancipare: vt. ff. de condi. & demon. l. ſi cui legatum. Item, ſi Titius adoptauit priuignũ ſuum: compellitur emancipare eum, eo pubere facto, ſi probauerit ſibi non expedire eſſe in poteſtate: vt. ff. de adop. l. nonnunquam. & l. ſeq. Item, in quolibet adoptiuo: vt. ff. de mino. l. iij. §. ſiquis minor. Item, ſi filiæ peccandi neceſſitatẽ imponat: vt. C. de epiſ. au. l. ſi lenones. Item, ſi filium malè & cõtra pietatem affecerit: vt. ff. ſi à pa. quis ſu. ma. l. ſi. Itẽ, econtra filius nõ poteſt cõpelli, vt emancipetur†: vt in aut. qui. mo. na. effi. ſui. §. generaliter. coll. vij. Additio. Niſi ex prædictis cauſis, ſecũdum Bar. in. l. quidã cũ filiũ. ff. de ver. obli. & Ia. hîc. Sed Ange. tenet contrarium: niſi quando filius agnouiſſet legatum ſibi relictũ contemplatione emancipationis. & not. in. d. l. quidam. ex eiſdem cauſis, quem poſſe inuitum emancipari, ex quibus poteſt exhæredari.

† Etiam ſi patrẽ malè tractet &c. ſecũdũ Io. de Pla. & Angel. hîc. Egi. per.

Continuatio.

¶De tvtelis.] *Imperator continuat hanc rubri. Vel ſic: Dictum eſt. ſ. de quadam diuiſione perſonarum: quia quædam ſunt ſui iuris, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt. Verùm quia eſt reperire aliam diuiſionẽ: quia quidam ſunt in tutela &c. ideo ſequitur uidere de tutelis.*

Diuiſio.

TRanseamvs nvnc.] ¶ Iſte tit. diuidit̃ in quatuor partes. Primò, ſubdiuidit primũ mẽbrum perſonarũ poſitũ. ſ. tit. de iis qui ſunt ſui, vel alieni iur. Secundò, definit quid ſi tutela. Tertiò, qui ſunt tutores: & vnde dicãtur. Quartò, qui ſunt illi qui poſſunt tutores ex teſtamẽto dare. Secũda ibi, Eſt autẽ. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permiſſum. Are. ¶Casvs. Iuſtiñ. dicit hîc cõtinuando proceſſum ſuũ, Nũc tranſeamus ad aliam diuiſionem perſonarũ. Nã ex his perſonis quæ in poteſtate non ſunt: quædam ſunt in tutela, vel in cura: quædã neutro iure tenentur. vnde videamus de illis perſonis, quæ ſunt in tutela, vel cura. Nam cognitis illis perſonis quæ ſunt in tutela, vel cura: cæteras quoque perſonas, illas videlicet quæ neutro iure tenentur, ſimul intelligemus. Prius enim inſpiciamus de illis perſonis, quæ ſunt in tutela. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. eſt autem tutela. Fran.

g ¶Ad aliam.] nam diximus duas: vt. ſ. de iur. perſo. in princ. & ſ. de ijs qui ſui, vel alieni iuris ſunt. in prin.

h ¶Ex iis.] No. ergo, quòd hîc ſubdiuidit illud membrum: quædam ſui iuris ſunt: quod eſt oppoſitum illi quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt: vt. ſ. de ijs qui ſui, vel alieni iuris ſunt.

TRanſeamus nũc ad aliã [g] diuiſionẽ perſonarũ. ¶ Nã ex ijs [h] pſonisque in poteſtate non ſunt [i]: quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, quædam neutro [k] iure tenentur. Videamus ergo de ijs quæ in tutela, vel in curatione ſunt. ita enim [l] intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius diſpiciamus, de ijs quæ in tutela [m] ſunt.

¶Hic ponitur definitio tutelæ. An.

¶Eſt autem tutela (vt Seruius [n] definiuit) vis [o], ac poteſtas in capite libero [p], ad tuendum [q] eũ, qui per [r] † ætatem ſe ipſe defendere nequit, iure [s] ciuili data [t], ac permiſſa.

¶Ille eſt tutor, in quem cadit definitio tutelæ. h. d. Are.

¶Tutores autẽ ſunt, qui eã [v] vim, ac poteſtatẽ habẽt: ex qua [x] re, ipſi nomẽ acceperũt. ¶ Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores atque defenſores [y]:

i ¶Non svnt.] qui ergo in tutela, vel cura ſunt, ſui iuris ſunt. Filiuſfamilias ergo nõ poteſt habere tutorem vel curatorem: vt hîc, & C. de cura. furio. l. fina. in princ. [a] Sed contrà. C. de ſenten. paſ. l. fin. §. j. quia filius eius qui eſt apud hoſtes, eſt in tutela: & tñ nõ eſt ſui iuris: vt. ſ. tit. j. §. ſi ab hoſtibus. ſed ibi [b] verè nõ erat in poteſtate, cùm pater deportatus eſſet: vt diximus. ſ. titu. j. §. cum autem.

a Niſi in his in quib9 patris authoritas, vel conſenſus non ſufficit: vt quia non de ipſius, ſed filij commodo, vel incõmodo tractatur: quo caſu dat̃ curator bõis, vt. l. ſi. §. ſin autẽ in ſecũda. C. de bonis quæ lib. cui9 ſola authoritate in criminalibus, vel actionib9 perſonalib9, poteſt fili9 eſſe in iudicio: vt per Ang. & Ia. hîc.

k ¶Nevtro.] nec tutela nec cura.

† Per hoc differt à patria pote. à qua fili9 nõ liberat̃ pubertate: vt pupillus à tutela, ſecũdũ Nic. E. per.

l ¶Ita enim.] quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina: vt hîc, & ſ. de ijs, qui ſui vel alieni iuris ſunt. in prin.

m ¶In tvtela svnt.] de alijs dicetur. j. de cura.

¶Est avtem.] ¶Casvs. Domine, iam video ꝙ vultis de illis tractare, qui ſunt in tutela. Dicatis ergo ſi placet: quid eſt tutela? Reſpon. Iuſtinia. definiendo tutelam. Tutela prout Seruius iuriſconſultus definit, eſt vis, ac poteſtas &c. Et definitionis partes in caſu mutari non poſſunt. & hæc vſque ad illum. §. tutores autem ſunt &c. Sed domine iam video quid eſt tutela: dicatis ergo, qui ſunt tutores? Ad hoc reſpon. Iuſtinia. ꝙ tutores ſunt qui eam vim, & poteſtatem acceperunt: ex qua vi, & poteſtate nomen ſuum acceperunt. Nam, dicuntur tutores à tuendo, quaſi tuitores, id eſt defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hæc vſque ad illum. §. permiſſum.

b Dic quòd iſta ſolutio, non procedit, quãtum ad verſi. nã ſi. ibi poſitum: qui eſt contra. ſed dicit Ia. ꝙ ille caſus eſt ſingulariſſimus, ſecũdũ Bar. hîc.

n ¶Servivs.] nomen eſt iuriſconſulti. & facit ad hunc. §. ff. eo. l. j.

o ¶Vis ac potestas.] id eſt violẽta poteſtas. nã datur tutor inuitus. cũ enim ſit munus publicũ: vt. j. de excu. tu. & cur. in prin. ibi, exemplo cæterorum munerum. ergo inuitus datur: vt. C. de decu. l. nullus. lib. x. Itẽ, inuito datur: vt. ff. de tut. & cu. da. ab his, necnon. & ff. de tu. l. ij. Vnde patet, quòd hîc eſt alia poteſtas, quàm patris in filium, & domini in ſeruum: cùm illa ad commodum ſit: vt. j. per quas perſo. no. acquir. §. j. & ſ. de ijs qui ſui vel alieni iuris ſunt. §. ij. hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo, & lata culpa. vt. C. arbi. tut. l. ij. Item, per hoc quod datur inuito: differt à curatore, qui volenti datur: vt. j. de cura. §. item inuiti. & ff. eo. l. ij. §. ſi pupillus. Vel dic, vis ad cogendum, poteſtas ad imperandum.

p ¶Libero.] nã niſi ſit liber pupillus, nõ poteſt habere tutorẽ: cùm ſi ſeruus ſit, non ſit ſui iuris: quod eſt neceſſe: vt. ſ. e. in prin. [c] Item, & ſi dubius eſt, poteſt habere tutorem: vt. ff. de tu. & cur. da. ab his, ei qui. Eſt tamen caſus vbi ſeruo datur tutor: vt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. ſi impuberi. j. reſpon. cui tamen legi ſignatur cõtrà. ff. ad trebel. l. ſi res aliena. §. ſi ſeruus. & l. cogi. §. ſi. & his duabus eſt alia contrà. ff. eo. ti. l. mulier. §. non eſt. Quæ legum contrarietas ita ſoluitur cùm libertas fideicommiſſaria, & hæreditas relinquitur ab eodem præſtanda: poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus hæreditatem adeat. & tunc datur etiam ſeruo tutor. vbi verò ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta eſt: non poteſt niſi prius præſtita ei libertate. tunc enim coget aliũ hæredem hæreditatẽ adire, & ſibi reſtituere, ſecũdũ Io.

c Iſtã glo. reprehẽdũt communiter doc. hîc. Tutor quãdoque ſeruo datur.

p ¶Ad tvendvm.] per hoc etiã remouet patriã poteſtatẽ, quæ non eſt ad tuendum [d], ſed ad gubernandum, prout vult, & ſibi acquirendum.

d Scilicet principaliter, ſed bene in conſequentiam. l. ſi. §. neceſſitate. C. de bo. quæ libe. vnde nõ conſideratur. l. j. ff. de autho. tut. vt hîc per Chriſt.

r ¶Per aetatem.] ad differentiam curatorum, qui dantur furioſis, & mente captis: qui propter morbum ſe defendere non poſſunt: vt. j. de cu. §. furioſi. Ac.

s ¶Ivre civili.] Nota tutelam eſſe de iure ciuili [e], licet omnes ferè contractus ſint de iure gentium: vt. ſ. de iur. na. §. ius autem.

e Et ideò differt à tutela propriè perſonæ, rerumq; propriarũ: quia eſt de iure gẽtium. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & l. iij. ff. ad. l. aquil. ſecundum Chriſto.

t ¶Data.] ſcilicet à lege, vel iudice: permiſſa verò, à teſtatore dicitur: vt. j. eo. §. permiſſum. Vel dic, data perſonæ principaliter: permiſſa ſecundariò rebus: vt. j. titu. j. §. certè. & j. de excu. tu. §. datus.

v ¶Eam vim.] quæ eſt dicta. ſ. proxi. §.

x ¶Ex qva re.] id eſt vi & poteſtate.

y ¶Defensores.] & ſecundum hoc etiam curatores ſunt tutores: ſecundum Io. & plerumque ſic appellantur: vt. ff. de lega. iij. cum filio. §. j. & ff. de mi. l. j. §. ij.

Additio Hanc gloſ. probat Ia. quia licet alluſio vocabuli cõueniat, nõ tamẽ procedit: quia repugnat definitio: vt no. Bar. in. l. j. ff. de teſta.

Qui ædes

ſicut æditui dicunt qui ædes [a] tuent.

¶ Pater poteſt filio ſuo pupillo tutorē dare in teſtamēto: item etiam nepoti ex filio, dummodò non ſit in poteſtatē ſui patris recaſurus. Are.

¶ Permiſſum [b] eſt itaque parentibus liberis impuberib⁹ [c], quos in poteſtate [d] habent, teſtamento [e] tutores [f] dare. & hoc in filios filiaſq; procedit omnimodo. ¶ Nepotibus verò, neptibuſq; ita demū parētes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorū in patris ſui poteſtatem nō ſunt recaſuri. ¶ Itaq;, ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit [g]: nepotes ex eo non poterunt [h] ex teſtamento tuo tutores [i] habere, quāuis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia mortuo te, in patris ſui poteſtatem recaſuri ſunt.

¶ Pater poteſt dare tutorē poſthumo, qui ſi natus eſſet, in poteſtate ſua eſſet. hoc dicit. Aretinus.

¶ Cùm autem in cōpluribus [k] alijs cauſis, poſthumi pro iā natis habeantur: & in hac cauſa placuit non minus poſthumis, quàm iam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modò in ea cauſa ſint, vt ſi viuis parentibus naſcerentur ſui heredes, & in poteſtate eorum fierent [l].

¶ Datio tutelæ filio emancipato impuberi, nullius eſt momenti, niſi per præſidem confirmetur. Aret.

¶ Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento: cōfirmandus [m] eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine inquiſitiōe [n].

a ¶ QVI AEDES. vt eſt præfectus vigilum, & qui cū eo de nocte vadunt: vt. ff. de offi. præ. vigi. l. iij. §. ſciendum. Accurſius.

Diuiſio.

¶ PERMISSVM EST. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictum in gn̄e. Scd̄ò, illud modificat. Tertiò, modificationem exemplificat. Secunda, ibi, Nepotib⁹. Tertia ibi, Itaq;. Are. ¶ CASVS. Dn̄e, ex quo vultis tractare de tutelis & teſtamentaria tutela, quę dignior eſt: dicatis ergo in primis, qui poſſunt dare tutores in teſtamēto, & qbus? ad hoc rn̄. Amice, permiſſum eſt parentibus, qui liberos tēpore mortis in poteſtate habent, liberis ſuis impuberib⁹ in teſtamēto ſuo dare tutores. & hoc in filijs, & filiabus generaliter locum obtinet: ſed ſecus eſt in nepotibus, & neptibus, & cæteris liberis in remotiori gradu conſtitutis. Nepotibus enim, & neptib⁹, ita demum poſſunt parētes in teſtamento ſuo tutores dare, ſi poſt obitū eorū, huiuſmodi nepotes ī patris ſui poteſtatem recaſuri nō ſunt: vnde ſi in tempore mortis me filium tuū, & ex me nepotes, & neptes, in poteſtate tua habeas, nepotes, & neptes in teſtamēto tuo, tutores accipere nō poterunt, licet in poteſtate fuerint: quia ſtatim poſt mortem tuā, in poteſtatem patris ſui ſunt recaſuri. Sed pone. Domine iam video, ꝙ parentes in teſtamento ſuo liberis ſuis impuberibus tutores dare poſſunt: ſed nūquid permittitur parētibus dare poſthumis ſuis, tu tutores in teſtamēto? Rn̄. Imper. ꝙ ſic. Nam cùm pluribus alijs cauſis poſthumi, pro iam natis habeantur, ſtatutum eſt in hac cauſa non minus poſthumis quàm etiam iam natis, tutores à parentibus in teſtamento dari poſſe. & hoc eſt verū ſi in hac cauſa ſint poſthumi, vt ſi viuis parētibus eſſent nati: in eorum poteſtatem caderent. Et hæc vſq; ad illum. §. ſed & ſi emancipato. Franciſ.

Tutela eſt triplex.

b ¶ PERMISSVM EST ITAQVE.] quia quædam generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela eſt, vel teſtamentaria, vel legitima, vel datiua: itaq; priùs teſtamentaria, vtpotè de digniore videamus in hoc titulo, & ſequēti. De legitima autem dicetur. ĩ. de legi. agna. tu. vſq; ad titu. de atti. tu. De datiua dicetur. ĩ. de attil. tu. per totum.

c ¶ IMPVBERIBVS]. etiam inuitis: vt. ff. de tu. l. muto. hoc etiā prætori, & præſidi licet: vt. ff. de tu. & cu. dat. ab his. l. necnō. & l. nec mādante. §. fi.

d ¶ IN POTESTATE.] naturalibus etiam dare poſſunt, in ijs quæ ſibi relinquuntur [a]: vt. C. de confir. tu. l. fi.

e ¶ TESTAMENTO.] vel codicillis teſtamēto cōfirmatis: vt. ff. de te. tu. l. iij.

f ¶ TVTORES.] ſed non curatores: vt. ĩ. de cura. in principio.

g ¶ TVA SIT.] & nunquam exiuit: alioquin non recidit: vt. ff. de adop. l. ſi pater filium. & de hoc dixi. s̄. tit. j. §. j. Accur.

h ¶ NON POTERVNT.] licet miles ſit teſtator: vt. ff. de teſta. tute. l. ij.

i ¶ TVTORES.] ſi autem filius vel emancipatus eſt, vel mortuus: tunc nepotes ex eo ſunt ſui iuris mortuo auo: vt. s̄. tit. j. §. j. in fi. vnde ex teſtamento aui poſſunt habere tutorem, vt hîc innuitur.

k ¶ IN COMPLVRIBVS.] vt quoties de cōmodo eorum quęritur, vt. ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. non ſi de commodo aliorum, vt. ff. de ver. ſigni. l. quod dicimus. vel ſi de incommodo matris, vt. ff. de ſta. ho. l. imperator. ij. quo caſu non habetur pro iam nato.

l ¶ FIERENT.] vt quia ex vxore naſciturus erat vel nuru: aliud ſi ex concubina: niſi in ijs quæ ſibi dimitteret, vt. C. de confir. tu. l. fi. tales enim tunc non naſcerentur in poteſtate. s̄. de nup. §. fin.

¶ SED ET SI EMANCIPATO. ¶ CASVS. Domine, iam video quòd permiſſum eſt parentibus liberis ſuis impuberibus in ſua poteſtate exiſtentibus, in teſtamento ſuo dare tutores. ſed pone, quòd pater in teſtamento filio emancipato dederit tutorem: nunquid valet in caſu iſto tutoris datio? Reſpon. quòd non, ſed tamen licet in caſu iſto, de iure non teneat tutoris datio: ſi tamen de facto, pater in teſtamento ſuo filio emancipato tutorē dederit, iſte tutor à patre de facto datus, ex præſidis ſententia confirmandus eſt omnimodo. i. ſine inquiſitione. Et hæc dicuntur vſq; in fin. titu. Franciſ.

m ¶ CONFIRMANDVS.] nō ergo valebat datio per ſe: cū non eſſet in poteſtate: vt. s̄. eo. §. permiſſum. Sed nunqd hîc tutor cōfirmatus dicit teſtamētarius? qđ ſi eſſet, præferretur legitimo, vt. ĩ. tit. ij. in prin. an datiuus? qđ poteſt admitti. & facit pro hoc. ff. de verb. ſig. l. lege [b]. & in auten. de defen. ci. §. ſi decætero. col. iij. ita legitimus tutor huic præfertur, vt. ĩ. de attil. tut. in prin. [c] & ideo gloſſauit. i. ſine inquiſitione, non ꝙ vellet eum confirmari, ſi alius eſſet legitimus, ſed quia non quæritur an ſit locuples, vel non. Sed arg. contrà. ff. de cur. fu. l. ſi furioſo puberi.

n ¶ SINE INQVISITIONE.] i. quia nō ſatiſdat. ſ. rem pupilli ſaluam fore. Item locuples ſit, vel non. hoc enim non quæritur, vt. ff. de cōfir. tu. l. j. Sed aliud in matre dante tutorē filio. ibi enim, etſi non ſatiſdetur, tamen cū inqſitione datur, vt. d. l. dicitur. & C. de confir. tut. l. j. Sed quare diuerſum in matre dāte tutorem filiæ? Rn̄. in memoriam præcedētis poteſtatis, vt. ff. de queſti. l. vni⁹. §. ſeruus primò. & ff. qui pe. tut. l. fi. facit ad hoc. ĩ. de ſatiſda. tut. & cura. in prin. & ff. de liber. agno. l. j. §. iulianus. & C. de epiſco. audien. l. de creationibus. Sed arg. cōtrà. ff. de in lit. iuran. l. videamus.

a Et eſt ratio: quia tūc non dicitur dari tutor pſonæ ſed hęreditati, ſiue reb⁹. l. pater. §. j. ff. de teſt. tut. & ſi dixeritis, nōne tutor dať pſonæ? Reſpō. verum quādo datur à lege vel à iudice qui habent ſubditos in poteſtate: vel à teſtatore, habente pupillū in poteſtate: ſecūdū Chriſt.

Tutor confirmatus eſt datiuus, & nō teſtamētarius.

b Imò non facit ſecūdū docto. quia dare nō videť qui ex neceſsitate cōfirmat: vt hîc in verbo, omnino. arg. l. rē legatā. ff. de adi. leg. Sed melius probatur in. l. iij. ff. de cōfir. tut. vbi cùm aſsimiletur teſtamētario: patet ꝙ nō eſt idē. l. quod nerua. ff. de poſi.

c Die ꝙ cō munis opi. eſt in cōtrariū, propter ordinē titulorum.

TITVLVS XIIII.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

¶ Paterfamilias, & filiusfamilias, & ſeruus ꝓprius, etiā ſine expreſsione libertatis, dari poteſt in teſtamēto tutor: dūmodo nō ignorāter deť vt liber. h. d. Are.

DAri autem tutor poteſt teſtamēto, nō ſolùm paterfamilias [o], ſed etiā filiusfamilias [p]. ¶ Sed & ſeruus proprius teſtamēto [q] cū libertate rectè tutor dari poteſt. ¶ Sed ſciendū eſt eum, & ſine libertate [r] tutorē da-

¶ QVI TESTAMĒTO TVTORES DARI POSSVNT. ¶ *Dictum eſt ſuprà in. §. permiſſum. titu. j. quibus dātur tutores. Reſtat videre, qui poſsūt dari tutores. ideo ad hoc videndū ponitur hîc hæc rubrica. Are.*

Diuiſio.

DARI AVTEM. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in quinq; partes. Primò, qui poſſunt tutores dari. Secūdò quomodo ſeruus alienus poteſt in teſtamento tutor dari. Tertiò, quando furioſus, vel minor tutor datur. Quartò quando ad certum tempus, vel ſub conditione, vel certæ rei datur. Quintò, quando filijs, vel filiabus datur: quibus datus videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, furioſus. Quarta ibi, Ad certum tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principium ſubdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamilias, & filiusfamilias poteſt tutor dari. Secundò, quando ſeruus proprius datur cum libertate. Tertiò, quòd ſi ſine libertate, tunc tacitè videtur ſibi data libertas. Quartò, quando credebatur libert. partes de ſe patent. ¶ CASVS. Domine, iam vultis tractare qui poſſunt tuto. da. in teſtamento. Ad hoc reſpondet Impera. Amice, tutor in teſtamento dari poteſt, non ſolùm paterfamilias, ſed etiam filiusfamil. & non ſolùm liberi homines in teſtamento tutores dari poſſunt, ſed etiam ſerui. Nam, quis ſeruum proprium in teſtamento ſuo cum libertate tutorem dare poteſt. & non ſolùm ſi libertatem expreſsit, tenebit tutoris datio: ſed etiam ſi proprium ſeruum ſine libertate in teſtamento tutorem dederit. Ex ipſa enim datione tutelæ, ipſe ſeruus videtur directam libertatem accepiſſe: & per hoc adminiſtrationem conſequitur. & hoc verum eſt quando teſtator qui dedit eum in tutorem, ſerui conditionem non ignorauit. Nam ſi per errorem quaſi liberū eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo caſu nec liber, nec tutor erit. Et hæc vera ſunt in proprio ſeruo. Sed ſi ſeruus alienus purè in teſtamento datus tutor fuerit, cùm liber erit: puta teſtator ita dixit: Stichum ſeruum Petri cùm liber erit, tutorem do. vtiliter datus videtur. & hoc eſt verum in ſeruo alieno. Sed ſi proprium ſeruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione cùm liber erit, inutiliter dediſſe intelligitur. Sed pone. quidam ſatis inconſultè prouidens liberis ſuis, dedit eis quendam furioſum tutorem, vel fortè minorem. xxv. ann. quid iuris eſt in hoc caſu? Ad hoc reſpond. Impera. quòd ſi furioſus, vel minor. xxv. ann. tutor datus fuerit: tunc demum tutor erit, cùm furioſus compos mentis factus fuerit, aut maior. xxv. ann. extiterit. Et hæc vſq; ad illum. §. ad certum tempus. Franciſ.

o ¶ PATERFAMILIAS.] niſi ſit mutus vel ſurdus [d]: quia tutor & loqui & audire debet: vt. ff. de tu. l. j. §. penul. & §. fi. ADDITIO. Et ideo taciturnitas, ſeu patiētia tutoris, non haberetur pro authoritate: vt no. glo. in. l. iij. ff. de autho. tuto. poſſet tamen eſſe procurator ad negotia: ſed nō curator: vt per Ange. & alios hîc.

p ¶ FILIVSFAMILIAS.] † cum enim tutela ſit ius publicū: vt. ĩ. de excu. tut. in prin. non curatur ius pa. po. vt. ff. ad treb. l. nam quod. j. rn̄. & ff. de ijs qui ſui, vel alię. iur. ſunt. l. filiusfamilias. quo caſu, pater de peculio tenetur, niſi agnoſcat. tunc enim, ſcilicet quando agnouit inſolidum: vt. ff. de tut. l. ſi filius. & ff. de admi. tu. l. lucius titius.

q ¶ TESTAMENTO.] ſed à præſide tutor dari nō poteſt ſeruus: vt. C. qui dari tut. poſ. l. in ſeruili.

r ¶ ET SINE LIBERTATE.] non expreſſo hoc ꝙ ſine libertate det: ſed omiſit libertatis dationem: vt. s̄. qui ma. non poſ. §. licet. in fin. & C. de ne. ſer. l. quidam. §. illo. Accur.

d Scilicet penitus. aliàs ſecus. l. fi. ff. de legiti. tut. Item hoc verum in perſonalibus: vt hîc etiā ſi talis morbus ſuperuenerit: quia definitur ipſo iure etiā ſi ad mot⁹ labiorū ītelligereť: vt hîc per Bal. Secus tamē in muneribus. patrimonialibus. l. omnes. §. j. ff. de mune. & hono.

† Nā in his quę ſunt publici iuris, filius habeť ꝓ patre maximè in his quæ repræſentant duplicē perſonā, vt ſunt magiſtrat⁹, ſed in his, in quibus reꝑſentat ſimplicē perſonā, vt in teſtamēti factione, non habetur ꝓ patre ſecundum Nico. Egi. per.

tum, tacitè libertatem directā[a] accepiſſe videri: & per hoc rectè tutorē eſſe. ¶ Planè, ſi per errorē * quaſi liber, tutor datus[b] ſit: aliud dicendū eſt[c].

¶ Alienus ſeruus ſub conditione libertatis futuræ, tutor in teſtamento creari poteſt: proprius autem ſub cõditione prædicta, tutor inutiliter datur.

¶ Seruus autem alienus purè inutiliter[d] teſtamēto datur[e] tutor: ſed ita, cùm liber erit, vtiliter datur. ¶ Proprius autem ſeruus, inutiliter eo[f] modo tutor datur.

¶ Tutor creatus, qui eſt inhabilis ratione alicuius accidentis annexi temporale impedimentum præſtantis: eo ceſſante, tutor efficaciter erit. h.d. Aret.

¶ Furioſus, vel minor vigintiquinq; annis, tutor teſtamēto datus * tutor tūc erit, cū cõpos[g] mētis, aut maior vigintiquinq; annis fuerit factus.

¶ Ad certum tempus ex certo tempore, vel ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem tutor dari poteſt: ſecus autē ad rem certam, vel cauſſam. Are.

¶ Ad certū[h] tēpus, vel ex[i] certo tēpore, vel ſub cõditione, vel ante[k] hæredis inſtitutionē poſſe dari[l] tutorē, non dubitatur. ¶ Certæ[m] autē rei, vel cauſæ[n] tutor dari nõ poteſt: quia pſonæ[o], nõ cauſſæ, vel rei tutor dat̃.

¶ Appellatiõe filij, poſthumi primi gra-

a ¶ DIRECTAM.] imò videtur ꝙ fideicõmiſſariā: vt. C. de fideicõ. li. l. & ſi non aſſcripta[a]. cõtrà. Sed certè hîc teſtamēto: hoc fit ibi alia volūtate, puta codicillis, vel per epiſtolā. Vel dic, ꝙ ibi alienū credebat: hîc ſuum ſciebat. itē alia ratione, nõ videtur valere datio: quia ille ſolus datur tutor, qui teſtamēti habet factionē: vt. ff. de teſt. tu. l. teſtamēto tutores. Rñ. illud intellige, in paſſiua ſignificatione: in qua etiā ſeruus dicitur habere teſtamēti factionē: vt. j. de hæredū quali. & dif. §. teſtamēti.

a Ex quo nota ꝙ ꝓmouens ad dignitatem ſciēter inhabilē: videtur cum eo diſpenſare ſi poteſt: non aliâs. l. ij. C. ſi ſeruus aut lib. ad decuri. aſpi. lib. x. ſecundum Ange.

* Seruus.

b ¶ DATVS SIT.] ſcilicet proprius ſeruus, licet hoc nõ ſit veriſimile: vt. C. de reſcin. ven. l. quiſq;. ſed fortè ex cauſſa hæreditaria nouiter habebat: vt. ff. de re. iur. l. qui in alterius. & j. de vſuſcap. §. quod autem.

c ¶ DICENDVM EST.] ſ. vt neq; liber, neque tutor ſit. idē multò magis in alieno: vt. ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. ſiquis tutorē. & ff. de teſt. tu. ſiquis tutorem.

d ¶ INVTILITER.] ſcilicet vt ſtatim ſit: ſed cū liber erit.

e ¶ DATVR.] quia directò non erit liber, ſed † per fideicõmiſſum: vt ff. de teſta. tute. l. ſi hæreditas. §. fi. & C. de fideic. liber. l. & ſi nõ aſſcripta.

* Tutor tunc non erit, ſed cùm compos mentis &c.

† Dic ꝙ teſtator videtur rogare hæredē, vt ſeruum hūc emat & manumittat, ſecundū Nic. Egi. per.

f ¶ EO MODO.] ſcilicet cùm liber erit. Nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam ſtipulatio, propter inutilem adiectionē: vt. ff. de ſtip. ſer. l. ſed ſi ſibi[b]. vel aliter inutiliter: quia pro nõ adiecta habet̃: & erit tutor, ac ſi non eſſet adiecta: vt & aliâs. j. de hære. inſtit. §. īpoſsibilis. vel dic tertiò ſecundum P. non erit tutor nunc, ſed conditione extante. hæc nõ placet: quia ſic non eſſet differētia, inter ſuum, & alienum[c]. ſed prima verior eſt: vt. ff. de regu. iur. l. actus. ADDITIO Quæ lex ꝓcedit, etiā in teſtamētaria tutela, qñ ſcilicet cõditio eſt ꝓhibita: vt hîc. aliâs ſecus: vt. j. ꝓxi. §. ſecundū Io. Fab. & alios hîc.

b Imò ibi vitiatur inutilis adiectio ſecūdū Ange. hîc.

c Quamuis opinio Pla. ſit reprehēſibilis; iſta tamen ratio reprehēſionis eſt falſa per. l. ſed ſi hęr ditas. §. ſi ff. de teſt. tut. ſecundū Ange.

g ¶ COMPOS.] ſiue hoc dictū fuerit à teſtatore, ſiue non: vt. ff. e. l. ſi hæreditas. §. ſi furioſus. & facit ad hoc. ff. de iudi. l. cum furioſus. j. reſpon.

¶ AD CERTVM. ¶ CASVS. Dñe, quidam ſub cõditione dedit tutorē: nūquid tenet datio in iſto caſu? Rñ. Impe. ꝙ ſic. Nam ad certū tēpus & ex certo tēpore, & ſub cõditione, & ante hæredis inſtitutionē, tutorē dari poſſe non dubitatur. Certæ autē rei, vel cauſæ tutor dari nõ poteſt: quia tutor principaliter perſonæ & non cauſæ, vel rei datur. & hoc in ſecunda parte vſque ad illum. §. ſiquis filijs. Franc.

h ¶ AD CERTVM TEMPVS.] vſque ad paſcha.

i ¶ EX CERTO.] ideſt à paſchate in anteà: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum. §. primo.

k ¶ VEL ANTE HAEREDIS.] contrà videbatur. j. de leg. §. ante hæredis. Accurſius.

l ¶ POSSE DARI.] à teſtatore: nõ à iudice: vt. ff. de reg. iur. l. actus. Accur.

m ¶ CERTAE AVTEM REI.] ſcilicet Aphricanæ, vel Syriacæ vtiliter datur: vt. ff. de teſta. tut. l. ſi tamen tutor.

n ¶ CAVSAE.] ſcilicet certæ, vt ad rei ven. ſed videtur cõtrà. C. de in lit. dā. tu. l. ad litē. ſed ibi tutor pro curatore ponitur. Itē videtur contrà. ff. de teſta. tut. l. ſi tamen tutor. ſed ibi vniuerſitati rerum datur, non rei certæ.

o ¶ PERSONAE.] ſ. pupilli principaliter: vt eū inſtruat bonis moribus, & etiā ſalaria præſtet magiſtris eius: vt. ff. de admi. tut. l. cū plures. §. cū tutor. & C. de alimē. præſtā. l. fi. ad hoc enim principaliter datur: ſecūdariò autē rebus datur: vt. j. de excu. tut. §. datus. ſed in curatore ecõtrà. nam principaliter rebus, ſecundariò perſonæ datur: vt. C. de nup. l. in copulandis.

Tutor ad quid datur pupillo.

¶ SIQVIS &c. ¶ CASVS. Ponamus, Titius in teſtamēto dedit tutorem liberis ſuis, in hūc modū: Filijs & filiabus meis, Męuiū tutorē do. & poſteà deceſsit vxore prægnante relicta. demū procedente tēpore peperit poſthumū, & poſthumā. nunquid in caſu iſto, iſtis poſthumis tutor datus videtur? Ad hoc reſpon. Imper. ꝙ ſic. Nam ex quo filijs, & filiabus tutorem dedit: & poſthumo, & poſthumæ intelligitur dediſſe. Filij enim, vel filiæ appellatione poſthumus, & poſthuma cõtinentur. Sed pone, quòd nepotes poſthumi nati ſunt ex vxore filij, quā pater tpe mortis habuit in poteſtate: nūquid huiuſmodi poſthumis nepotibus tutores dati intelligūtur? Reſpõ. Imper. ꝙ refert quibus verbis vſus eſt teſtator dando tutorē. Nā ſi teſtator dixit ſic: liberis meis tutorē do: tūc nõ ſolū filijs, ſed etiā nepotib' poſthumis dediſſe intelligitur. Cæterū, ſi pater dādo tutorē ita dixit: filijs meis tutorē do. in hoc caſu filiorū appellatione nepotes nõ continebūtur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellātur. Sed ſi pater ità dixit, poſthumis meis tutorē do. poſthumorū appellatione nõ ſolū filij poſthumi, ſed etiā cæteri liberi in remotiori gradu naſcituri continebuntur. h.d. vſque ad fi. Fran.

dus continentur: appellatio verò liberorū, & nepotes, & neptes, & cæteros deſcendentes amplectitur: & appellatione poſthumorū, tàm poſthumi primi gradus, quàm vlterioris continentur.

¶ Si quis filijs ſuis, vel filiabus tutores dederit, etiā poſthumæ, vel poſthumo[p] dediſſe videt̃: quia[q] filij, vel filiæ appellatiõe, & poſthum', & poſthuma cõtinētur. ¶ Quòd[r] ſi nepotes ſint: an appellatione filiorū, * & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoq; dati videātur, ſi modò liberos dixerit. Cæterùm, ſi[r] filios: non cõtinebuntur[s]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellātur[t]. ¶ Planè ſi poſthumis † dederit: tam filij poſthumi, quàm cæteri[v] liberi continebuntur.

p ¶ POSTHVMO.] ſcilicet filio.

q ¶ QVIA FILII.] hęc dictio, filij. cõprehendit poſthumum & poſthumā: cùm maſculinū poſſit cõcipere fœmininū. ſed hæc dictio, filiæ. non cõprehendit vtrūque: & ſic, nec poſthumū: cùm fœmininū non cõcipiat maſculinū: vt. ff. de leg. ij. ſi ita ſcriptū. in princ. & ff. de leg. iij. l. q duos. & l. ſeruis legatis[d]. Itē not. ꝙ appellatiõe natorū, etiā nõ nati cõtinentur, cū de eorū cõmodo tractat̃: vt. ff. de ſtat. ho. l. qui in vtero. & ſ. tit. j. §. cùm autē. & facit. ff. de teſt. tu. l. ſi qs ita. §. j. & l. ſi quis filiabus. & l. ꝙ ſi.

Maſculinū cõcipit fœmininū, & non econuerſo.

d Vide gl. in. c. generali. de ele. lib. vj.

Natorū appellatiõe cõtinētur nõdum nati.

† aliâs qd.

* Vide in hanc rē Alciatū lib. iij. par. c. xiiij.

† poſteris. Filius vnde dicitur.

r ¶ SI FILIOS.] ſcilicet dixerit. Accur.

s ¶ NON CONTINEBVNTVR.] ſ. nepotes.

t ¶ APPELLANTVR.] ab omnibus in vſu, vel cõſuetudine: ſed ſecūdū verā ſignificationē verbi (quia filius dicit̃ à philos, quod eſt amor) etiā nepos dicitur filius, & etiā quilibet quē aliqs diligit, paterna dilectione: vt. ff. de ver. ſig. l. liberorū. §. ſed & papyrius, quæ videtur contrà.

v ¶ CAETERI.] etiā nati ſecūdū quoſdā, quod falſum eſt: vt. ff. de verb. ſig. l. nomē. Dic ergo cæteri. ſ. ex filijs naſcituri, qui ſui poſthumi ſunt per leg. Velleiā: vt. ff. de iniu. rupt. teſta. l. poſthumorum. & j. de exhæ. libe. §. poſthumi. & ff. de liber. & poſthu. l. gallus. j. reſpon.

TITVLVS. XV.

De legitima agnatorum tutela.

¶ Pupillis non habentibus tutorem teſtamentarium, lex duodecim tabularum dat agnatos in tutores legitimos, dummodò ſint mares, & maiores vigintiquinque annis, & ſanæ mentis. Aretinus.

QVibus[x] aūt teſtamēto tutor datus non eſt, ijs ex lege duodecim[y] ta-

¶ DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA. ¶ Suprà duobus titulis præcedētibus, dictū eſt de tutela teſtamētaria: hîc autem ponitur de tutela legitima, quæ ſequitur teſtamentariam. Ange.

Continuatio.

QVIBVS AVTEM. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter lex. xij. tabu. dat agnatos in tutores pupillis, deficiētibus tutoribus teſtamētarijs. Secūdò, qui ſunt agnati, & qui nõ ſunt. Tertiò, qualiter intelligēda ſunt illa verba poſita hîc in principio: videlicet quib' aūt in teſtõ tutor datus nõ ſit. Quartò, qualiter ius agnationis perimit̃. Secūda ibi, Sūt autē. Tertia ibi, Quod aūt. Quarta ibi, Sed agnatiõis. Et ſubdiuidit̃ hoc principiū in tres partes: qa primò dicit qualiter deficiēte tutela teſtamētaria, vocātur legitimi. Secūdò, qui ſunt agnati. Tertiò, qui cognati. Secūda ibi. Sūt autē. Tertia ibi, At qui. ¶ CASVS. Dñe, iam video, ꝙ vultis tractare de legi. agna. tut. dicatis ergo mihi, qñ locū habet hmõi tutela? Rñ. Impe. ꝙ deficiēte teſtamētaria tutela, locū habet legi. agn. tut. Nā quib' impuberibus liberis tutor in teſtõ à parēte datus nõ fuerit: his ex. l. xij. tab. agnati ſunt tutores: & iſti agnati ex. l. xij. tab. ad tutelā vocati, legitimi tutores appellātur. Sed pone, dñe iā video, qñ legi. agn. tu. habet locū: & vnde deſcēdit. dicatis modò mihi, q dicūtur agnati? Rñ. Impe. ꝙ agnati ſunt cognati, per virilis ſexus cognationē cõiuncti. & dicūtur agnati, quaſi a patre cõnati: quia ab eodē patre natus, tibi agnatus eſt, vt fratris fili', & etiā nepos ex eo. Itē, patruus eſt tibi cognatus, & filius patrui, & nepos ex eodē filio patrui natus. Sed qui per fœminini ſexus cognationes iungūtur, nõ ſunt agnati, ſed aliâs naturali iure cognati. vnde amitæ tuæ filius non eſt tibi agnatus: ſed tantùm naturaliter cognatus: quia per fœmininā lineā. ſ. per amitā tuā tibi coniungitur: & tu inuicem illi eodem iure coniungeris: quia qui agnaſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur. Et hæc vſque ad. §. quod autem lex. Fran. de Are.

Diuiſio.

x ¶ QVIBVS.] ſcilicet pupillis.

y ¶ DVODECIM TABVLARVM.] quos ipſa lex vocat verbis & ſententia: & niſi gerant, eorū periculo agitur: vt. ff. e. l. legitimos. aliàs autem quandoq; ex ſentētia legis dātur: non ex verbis: vt. j. ti. ij. & iij. ADDITIO. Qui facto inuētario, & præſtito iuramēto de vtilibus faciēdis, & prætermittēdis inutilib': promittēdo etiā expreſſè ipſum pupillū defendere, & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore: non antè adminiſtrabunt, quàm ſibi per iudicem adminiſtratio decernatur. l. iij. §. fina. ff. de adminiſtr. tuto. Ange. aret.

Agnati ſunt.

bularum agnati [a] ſunt tutores, qui vocantur legitimi.

¶ Deſcribit agnatos,& cognatos, de ſingulis exempla inſerens. Ange. Aretinus.

¶ Sunt autem agnati, cognati, per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre connati [b]: veluti frater, ex eodem patre natus, fratris filius, nepóſve ex [c] eo: item patruus [d],& patrui filius, nepóſve ex eo. ¶ At qui per fœminini ſexus pſonas cognatione iunguntur, agnati [e] non ſunt, ſed aliâs naturali iure cognati. Itaq; amitæ [f] tuæ filius non eſt tibi agnatus, ſed cognatus: & inuicem, tu illi eodẽ iure [g] coniungeris: quia qui ex ea naſcuntur, patris, nõ matris familiam [h] ſequuntur. †

¶ inteſtatus quo ad tutelam dicitur, etiã qui facto teſtamento deceſsit, in quo nõ diſpoſuit de tutela: vel cuius diſpoſitio quo ad tutelam effectum ſortiri non potuit. Aretin.

¶ Quod autem lex duodecim tabularum ab inteſtato vocat ad tutelam agnatos: nõ hanc habet ſignificationem [i], ſi omnino [k] non fecerit teſtamẽtũ, is qui poterat tutores dare: ſed ſi, quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit: quod tunc quoq; accidere intelligitur, cũ is qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit.

¶ Quæ fortiori vinculo ſunt ligata, difficilius diſſoluuntur: & capitis diminutione, agnatio tollitur. Are.

¶ Sed [l] agnationis quidem ius, omnibus modis †, capitis diminutione, plerunq; perimitur: ¶ Nam, [m] agnatio [n], iuris ciuilis nomen eſt. Cognationis verò ius, nõ omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio, ciuilia quidem iura corrumpere poteſt: naturalia [o] verò, non vtiq; [p].

TITVLVS XVI.

De capitis diminutione. *

¶ Hoc principiũ nõ ſummatur: quia breuè, & quia ponit definitionem. Aretinus.

Eſt autẽ capitis diminutio, prioris

a ¶ Agnati ſunt.] ſi ſint maiores.xxv.annis: vt.j̃.de fidu.tute.in fi.& minores.lxx.an.aliâs excuſantur: vt.j̃.de excu.tu.§.item maior.

b ¶ Connati.] nomen ergo cognationis generale eſt: agnationis nomẽ ſpeciale. nam omnis agnatus eſt cognatus: ſed non conuertitur: vt hîc, &.j̃. de leg.agna.ſuc.j.reſpon.&.ff.eo.l.ſunt autem.

c ¶ Ex eo.] filio fratris.

d ¶ Patruus.] repete, ſi fuerit natus eodem patre, cũ patre tuo: alioquin eſt cognatus: vt C.de leg.hær.l.fin.§. ſed nec.&.§.cum autem.

e ¶ Agnati.] etiam ſi maſculus interueniat: vt puta ſi ſint duo fratres vterini: filius vnius fratris, filij fratris ſui, patris non erit agnatus, ſed cognatus, inſpecto fœminino ſexu, propter quem adinuicem ſunt cognati: ſecundum Ioan. †

f ¶ Amitae.] ſed ipſa amita eſt tibi agnata: qa per patrẽ tuum tibi coniungitur.

g ¶ Ivre.] ſ.cognatiõis.

h ¶ Familiam.] id eſt agnationẽ: licet & aliâs multas habeat ſignificationes hæc dictio, familia.vt.ff.de verb.ſig.l.pnunciatio.§. familiæ. & facit.C.de verb.ſign.l.fi. &.s̃.de pa.po.§.fin.

¶ Qvod avtem. ¶ Casus. Domine, Titius laborans liberis ſuis ĩpuberibus, quos in ptãte habuit, tẽpore mortis, Meuiũ tutorem dedit: ſed viuente adhuc Titio teſtatore, deceſsit Meuius. iſti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi, ab onere adminiſtrationis, ſe nituntur excuſare tali ratione. Dicũt enim ꝙ legitima agn.tu.ex.l.xij.ta.locum habet, cùm tutor in teſtamento datus nõ eſt. Cùm aũt in teſtõ patris ſui iſtis impuberibns tutor datus fuerit: dicũt ſe ab onere excuſari. Dñe, p deo dicatis mihi, quid iuris eſt in hoc caſu? Ad hoc rñ. Impe. dicens: Amice, iſti agnati fruſtra nituntur ſe excuſare in hoc caſu, ab onere tutelæ. malè enim intelligunt.§.l.xij.tab. qui ab inteſtato proximos agnatos ad tutelam vocat. Non enim hanc ſignificationem habet tantũ, vt ſi ille qui tutorem in teſtamento dare poterat, omnino teſtamentũ non fecerit, tunc demũ vocentur agnati: ſed etiam ſi quantũ ad tutelã pertinet, inteſtatus deceſſerit. qđ tantũ valere poterit, ſi is qui in teſtõ datus fuerat, viuẽte teſtatore deceſſerit. Cũ igitur in hoc caſu ppoſito cõtigerit, manifeſtũ eſt, ꝙ agnati, ab onere tutelæ non poterunt prædicta rõne excuſari. Et hæc vſq; ad illũ.§.ſed agnationis. Fran.de Aret.

i ¶ Significationem.] ſcilicet tantum.

k ¶ Si omnino,] vel aliud cõtingat qđ tantumdẽ valeat: qđ diximus.j̃. de hære.quæ ab inteſta.j.rñ.& facit.ff.qđ cuiuſq; vniuer.no.l.j.§.& quidẽ.

Additio. Et ille pprìè dicitur inteſtatus, q potuit teſtari, & nõ eſt teſtatus. ſed dicĩt inteſtabilis q teſtari nõ põt. qđ nõ p ſtatutis ſecũdum Chriſtoph.& Ia.hîc. Et deficiente teſtamentario legitimo, vel datiuo, qs in locum deficientis admittatur, an legitimus, an datiuus: vide Ange.hîc.

¶ Sed agnationis. ¶ Casus. Domine, iam video qñ habet locũ legi.agna.tu.& q ſunt agnati: & etiã quõ intelligantur verba.l. xij.tab.quibus agnati vocanĩ ad tutelã. nunqd eſt aliqua differẽtia inter ius agnationis, & ius cognationis? Rñ. ꝙ ſic, qa ius agnatiõis oĩbus modis, capitis diminutione plerunq; perimĩt. Nam, nomẽ agnationis, à iure ciuili deriuatũ eſt: ſed ius cognationis, qđ ab origine nomen ſumpſit, & à iure naturali deſcẽdit: nõ omni capi.dimi.mutatur. Ciuilis enim ratio, ciuilia iura corrumpere poteſt: naturalia autem nequàquam. h.d. vſq; ad fi. Fran.

l ¶ Sed agnationis qvidem ivs.] No. diligenter hunc.§. Eſt autem ius agnationis, & ius cognationis ſiue cognatorũ. Agnati enim hñt ius prærogatiuũ ad cognatos.ſ. vt pferanĩ in hereditatibus, agnatorũ mortuorum: vt.j̃.de le.ag.ſuc.j.rñ. Itẽ pferunĩ in tutelis agnatorum paruulorũ: vt §.eo.ti.j.rñ. his aũt deficientib⁹, in hereditatibus, & tutelis cognati ſuo iure admittuntur: inter quos etiam agnati vocantur, qui deſierunt eſſe in iure agnatorum, vel deſierunt, habere iura agnatorũ, vt per ca.di.vt.j̃.de hære. quę ab inteſt.§.admonẽdi. Illud autem ius prærogatiuũ quod habẽt agnati: quia vltra iura cõmunia habent, per.l.xij.tab. facilè perdunt, vt omnib⁹ modis capitis diminutione. i. p omnem capi.dimi. vt per maximã vel per mediã: de qbus duabus nõ eſt dubiũ, cùm & iura cognationis pdanĩ: vt.j̃. titu.j.§.qđ autẽ. Item p minimã tollitur ius agnationis: vt hîc dicĩt, &.ff.de ca.di.l.tutelas: niſi in duobus caſib⁹ tantũ [a]: vt inter fratres, licet alter emãcipetur: vt.C.de legi.tu.l.iij.& iiij. Itẽ inter patrem & filiũ: vt.j̃.de le.ag.ſuc. §.fin.& propter hos duos caſus qui de minima ca.di.excipiuntur, dicit hîc plerunq;. at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima ca.dimi.& eſt ratio: vt ſubijcit.

m ¶ Nam.] pro quia.

n ¶ Agnatio ivris civilis nomen eſt.] id eſt, à lege.xij.tabu. eſt inducta hęc prioritas agnatorũ: ſed ius cognatiõis, eſt naturale nomẽ [b]: nam ratione ſanguinis, hoc nomen impoſitum eſt: vnde, & vnum ius ciuile, poteſt per aliud facile tolli: vt hîc, &.ff.de reg. iur.l.nihil eſt.

o ¶ Natvralia.] i. iura cognatiõis, ſic dicta, quia ea quis cõſequitur per natiuitatem: vt.s̃.de adop.§.ſed hodie.in fi.§. nõ ſic de facili tollũtur.

p ¶ Vtiqve.] i. certè nõ tolluntur capitis diminutione, cùm ſint immutabilia hęc iura: vt.s̃. de iu.na.§.ſed naturalia. Itẽ, nec ea quę naturalẽ æquitatẽ habẽt: vt.ff.de ca.di.l.eas.&.l.legatum. item no. quia quędã cognatio eſt ciuilis tantũ: vt p adoptionẽ: vt.ff.de adopt.l. qui in adoptionem. Item naturalis tantùm: vt ad filios naturales tantũ. Itẽ naturalis & ciuilis: vt ad eos qui legitimi ſunt: & de hac intelligĩt hîc: vt.ff. de gradi.affi.non facile.§.j. Itẽ no. qa & ciuili iure hæc. ſcilicet tutela, & hæreditas, tribus modis deferũtur: vt ex verbis, & ſententia legis.xij.tab. vt in agnatis. Item, ex ſententia tantũ: vt.j̃.de legi. pa. tut. &.j̃.de fidu. tut. Item ex alijs legibus, veteribus, vel nouis: vt.ff.de capi.dimi.l.tutelas. Nunquid ergo hæc omnia facilè perduntur per omnem capitis diminutionem? Rñ. ſic in duobus primis tantũ [c] non in tertio, vt hîc, & in.d.l.tutelas. Item q̃ro, an futuras tutelas acquirendas, & hæreditates tantũ tollat: an etiã pteritas adimat? Rñ. futuras tantũ: vt.ff.vnde lib.l.fi. Quid enim potuit diuinare lex, deferens hæreditatem, vel tutelam, de futura ca.di.vt.C.de teſta.l.iubemus.in fi? Certè nullo modo: vt.ff.man.l.fideiuſſor.j.rñ. Hodie verò iſtam differentiã agnationis querere nõ oportet: cũ agnati ante cognatos nihil habeãt, vt in aut. de hære.quæ ab inteſta.defœ.§.ex his.col.ix. Item nota, quòd licet prædicta iura cognationis tollantur maxima, & media capitis diminutione: ipſa tamen conſanguinitas non tollitur, vt.ff.de reg.iur.l.iura ſanguinis.

¶ De capitis diminvtione. ¶ *Continuatur: quia ſupra viſum eſt de legitima agnatorum tutela: & quia ius agnationis capitis diminutione corrumpitur.§.fi.ſupra.tit.j. merito ſequitur, videre de capitis diminutione.* Porc.

Est avtem. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primo, ponitur quid ſit capitis diminutio, & quotuplex ſit. Secundo, de maxima capitis diminutione. Tertiò, de media. Quartò, de minima. quintò, remouet certa dubia. Secunda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. quarta ibi, Minima. quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuiſio ſufficit: licet alij aliter diuidant. ¶ Casvs. Domine, iam video ꝙ vultis tractare de capit. dimi. Dicatis igitur mihi qd eſt capi.diminutio? Rñ. Impe. ꝙ capitis diminutio eſt prioris ſtatus commutatio. Sed pone, Domine, video quid eſt cap.dimi. ſed ſi placet, dicatis mihi, quot modis ſit capitis diminutio? Et rñ. Impera. ꝙ capit.dimi. ſit tribus modis. Aut enim eſt maxima capitis diminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant: aut minimam. Sed pone. Domine, iam video quot modis ſit capi.di. Dicatis ergo mihi, quãdo locum habet capitis diminutio maxima: quando minor.& quando minima. Ad hoc reſpon. Impera. dicens, ꝙ maxima cap.dimi.eſt qñ aliquis, ob aliquod enorme delictum, ciuitatem ſimul, & libertatem amittit. qđ contingit in ijs, qui atrocitate ſententiæ, ſerui pœne efficiuntur, vel etiam in libertis, qui propter ingratitudinem contra patronos cõmiſſam in ſeruitutem redigũtur: vel etiã in ijs, qui maiores.xxv. annis ad participandum pretium ſuæ venditionis ſe venundari paſsi ſunt. Minor autem, ſiue media capi.dimi.eſt cum aliquis, ob delictum ſuum ciuitatem amittit, ſed tamen retinet libertatẽ: quod in eo accidit, cui ignis, & aqua interdicitur, & qui in inſulam deportatur. Minima cap.di.eſt cum quis ciuitatem ſimul, & libertatem retinet, qui ſtatum ſuum tantùm commutat: qđ accidit in ijs, qui ſui iuris fuerunt, & ſe in arrogationẽ poſteà dederunt: & ita alieno iuri per ſpeciem arrogationis, ſubiecti eſſe cœperunt. Et ſimiliter in caſu conuerſo, ſcilicet cum ij qui alièno iuri ſubiecti ſunt, per emancipationem ſui iuris efficiuntur: veluti ſi filiusfa. emancipatus à patre fuerit. Nam in hoc caſu minimam capi.dimi. pati intelligitur. Et hæc dicuntur, vſq; ad illum.§.ſeruus autem. Fran.de Areti.

Cognatio, & agnatio, ſe habẽt ſicut gen⁹ & ſpecies.

* Ad hoc vt aliqui ſint agnati, oportet ꝙ habeãt cõmunem ſtipitẽ maſcu. generis: vt patruus meus, & pater ſunt ex eodẽ patre. Item, quòd ipſi non habeant maiorem fœmi. generis, & ſic fili⁹ amitæ meæ, nõ eſt mihi agnatus E. gi per.

† Concor. ca. ex parte M. cum gl. vni. in prin. extrà de appel. &. c. ij. iũcta gl. ſuper verbo, ptãte. de cõuer. infi.

b Et ideo. ſi ſtatutũ vtatur verbis naturalibus: puta filius pater, mater frater, & ſoror, non attendim⁹ ius ciuile, ſed ſolum naturale. vt ſic cõprehẽdatur etiã naturalis, & ſpuri⁹, & etiam ſeruus: vt in. d. l. tutelas. ſecundũ Ange. hîc.

† Id eſt per omnem capitis diminutionem.

* Nebriſſenſis in lexico ſuo, iuris ciuilis in dictione, de minuo. annotatum eſſe ait, à ludouico bolognino, in pãdectis florẽtinis, ſemper per e. ſcribi, nõ per i. de minuo, deminutio.

c Et quamuis tũc deferatur per nomina naturæ: puta patri vel fratri: ſunt importãtia agnationẽ: q̃ facilius tollitur, & ſic non ob. d. l. tutelas. ſecundum Ia. Cõſanguinitas nunquã tollit. Continuatio. Diuiſio.

Agnati præferuntur cognatis, in duobus. agnatorũ prærogatiua, facilè perdit. a Iſta glo. refertur ad ius nouum: de quo in. l. iiij. ff. e. ſec⁹ de iure antiquo: vt vbi not. Ange.

¶ ſtatus [a] commutatio [b]: Eaq; tribus modis accidit. Nam, aut maxima eſt capitis diminutio, aut minor, (quam quidam mediam [c] vocant) aut minima.

¶ Qui perdit ciuitatem, & libertatem: patitur maximā capitis diminutionem.

¶ Maxima capitis diminutio eſt, cū aliquis ſimul & ciuitatē, & libertatē amittit. quod accidit ijs, qui ſerui pœnæ efficiuntur atrocitate [d] ſententię: vel libertis [e] ingratis, erga patronos condemnatis: vel ijs, qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi [f] ſunt.

¶ Per deportationem, vel aquæ & ignis interdictionem, contingit media capitis diminutio. Aretinus.

¶ Minor, ſiue media capitis diminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur. quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictū [g] fuerit: vel ei qui in inſulam [h] deportatus eſt.

¶ Per emancipationem, vel arrogationem, contingit minima capitis diminutio. Aretinus.

¶ Minima capitis diminutio eſt, quū ciuitas retinetur, & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur. quod accidit ijs, qui quum ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti [i] eſſe: vel contrà [k]: veluti filiusfamilias, ſi à patre emancipatus fuerit, eſt capite diminutus.

¶ Nemo poteſt dici perdere quod non habet. Vel ſic: Priuatio præſupponit habitum. Aretinus.

¶ Seruus autem manumiſſus capite nōn minuitur [l]: quia nullum caput habuit.

¶ Remotus a dignitate, non perdit ſtatum. h.d. Vel ſic: Qui non turpiter à dignitate remouetur: non dicitur capite minui. h.d. Areti.

¶ Quibus autem [m] dignitas magis, quàm ſtatus permutatur, capite non minuūtur: & ideo à ſenatu motos, capite non minui conſtat [n].

¶ Minima capitis diminutio, non tollit ius cognationis: ſecus in maxima vel media. h.d. Aretinus.

¶ Quod autem [o] dictum eſt, manere cognationis ius, etiam poſt capitis diminutionem, hoc ita eſt, ſi minima capitis diminutio interueniat: manet enim cognatio [p]. Nā ſi maxima capitis diminutio īteruenjat, ius quoq; cognationis [q] perit, vt puta ſeruitute alicuius cognati: & nec qdē ſi manumiſſus [r] fuerit, recipit cognationem.

a ¶ STATVS.] hîc ſtatus cōſiſtit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia. i. iure agnationis. Cū enim primū. i. libertatē quis perdit, ꝑ cōſequens & duo vltima perdit: & tunc maximā capitis diminutionē patitur. Cū verò ſcđm perdit, per cōſequens ꝑdit & vltimū: ſed nō primū: & tunc dicit̄ media ca. di.[a] Cū verò vltimū ꝑditur, nō perdunt̄ duo prima: & tunc minimā ca. di. patitur, vt. j. §. j. ij. & iij. & ff. eo. l. fi. Sed P. dicit ſtatum hoīs. i. cōditionē, in qua qs plurimū poteſt.

b ¶ COMMVTATIO.] non ergo accipit̄ hîc ad literā, vt dicat̄ capitis diminutio, qñ caput abſcinditur, ſed qñ ſtatus mutatur: vt caput, ſtat⁹ dicat̄, vt. ff. ad tertul. l. j. §. capitis. Sed videt̄ hęc definitio nō cōuerti cū ſuo definito. nā morte patris filius mutat ſtatū: qa fit ſui iuris, vt. s̄. qb. mo. ius pa po. ſol. §. j. nō tñ dicit̄ capite minui, vt. ff. ad maced. l. ſi filiusfami. §. fin. Sed dic, ſubaudiri hîc, facto hoīs interueniente[b], vt emācipatione, vel deportatione[c] patris. vel ſimili mō: vel etiā quaſi facto. qđ dico, ꝑpter filios arrogati: quia vna cū patre mutāt ſtatū, vt. ff. eo. l. liberos. & s̄. de adop. §. pe. Ar. cōtra. in aut̄. cōſti. q̄ de dig. §. palam. col. vj. vbi non ab hoīe, ſed à lege qs efficit̄ ſui iuris. At moriēte patre, nō īteruenit factum hoīs: imò magis dei. Quid ſi interficiatur pater? Rñ. idē: qa mors ſemper dei diſpoſitione aduenit. ADDITIO. Dicite, ꝙ mors ſemꝑ euenit diuina diſpoſitione. vnde illud, Homo es, ergo morieris. & illud philoſophi, Separat̄ hoc ab hoc tanquā perpetuū à corruptibili. & Seneca: Prima dies dedit extremum. ſed modus mortis relictus eſt, ꝑprio arbitrio, & libero. vnde ſcriptū eſt: Sapiens dominabitur aſtris. de quo diſputabunt theologi. chriſtopho.

c ¶ MEDIAM.] ſic. ff. de au. & ar. l. q lancē. & s̄. de libertinis. §. libertinorū.

d ¶ ATROCITATE.] eſt autē atrox, & dura hæc ſententia: licet iuſtè ferat̄, vt. s̄. q. mo. ius &c. §. pœnę ſeruus. ſed hodie ꝑpter hmōi pœnas nemo ingenuus fit ſeruus, vt in authen. de nupt. collat. iiij. §. quod autem prius. &. §. ſeq. Accurt.

e ¶ LIBERTIS.] ſcilicet condemnatis, vt ſubijcit. & ꝙ dicit, ingratis. aliâs eſt, ingrati. i. ingratitudinis. quæ reuocatio fit per actionē ingrati, vt dicunt quidam. vt. C. de li. & eorū li. l. fi. & pe. vel per vtilem rei vē. ſecundū alios ad inſtar donationis cauſa mortis, quæ reuocatur, vt. ff. de do. cau. mor. l. ſi mortis cauſa res. vel (qđ eſt verius) accuſatione, vel actione extraordinaria, per quā officium iudicis imploratur: vt. C. de li. & eorum li. l. non eſt[d]. & fit hæc reuocatio, ꝑpter omnem offenſam, & etiam leuem, vt. C. de li. & eorum li. l. ij. non autem fit propter omiſsionem obſequij, vt. C. de li. cau. l. ſolo. niſi in caſu, vt cùm denegat alimenta, vt. ff. de li. ag. l. alimenta. §. imperatoris. Nam tunc etiam occidere velle videtur eū, vt. ff. de li. ag. l. necare[e]. & hoc niſi remiſerit ius patronatus: tunc enim ex his cauſis ſolū reuocat̄, ex qbus & donatū, vt in aut̄. vt liber. decę. §. illud. col. vj. quæ cauſę ſunt numeratæ. C. de reuo. dona. l. vlti. & hæc vera ſunt, cū quis ex voluntate propria manumittit, vt. C. de li. & eorum li. l. j. & ij. ſed ſi non ex voluntate, nō reuocaret, vt. C. de li. & eorum li. l. j. Sed quid ſi manus in patronum iniecit? Rñ. Damnatur in metallum: ſi verò cōuitia dixerit, mittitur in exiliū: vt. ff. de iur. pa. l. j.

f ¶ PASSI SVNT.] hîc multa ſunt neceſſaria, vt. s̄. de iure perſo. §. penult.

g ¶ INTERDICTVM.] hanc pœnam in vſu nō habemus, ſed eius loco ſuccesſit deportatio, vt. ff. ad le. iul. pecu. l. iij. ſed inſtar excōmunicatorum habebantur quibus talia denegabantur. ſed videtur hunc etiā fieri ſeruū: licet hîc denegetur, vt. ff. de var. cog. l. cognitionū. in fi. contrà. ſed perditur libertas, vt ibi dicitur, vt non poſsit facere teſtamentū, cui ſic eſt interdictū. vt. ff. de iniu. rup. teſta. ſiquis filio. §. eius. non ꝙ fiat ſeruus verè.

h ¶ IN INSVLAM.] ſecus ſi in metallū, vt. s̄. q. mo. ius pa. po. ſol. §. pœnę. in caſu tñ etiā libertatē ꝑdit dānat⁹ in īſulā, vt. C. vt nemo pri. l. ij. §. cū aūt.

i ¶ SVBIECTI ESSE.] vt in arrogatis.

k ¶ VEL CONTRA.] aliàs eſt in litera: ſi filius à patre emācipatus fuerit, eſt capite minutus[f]. & ſcđm hoc eſt, expoſitio huius verbi, vel cōtra. aliâs verò, hoc totū deeſt: & tūc idē ſubintelligo. Alij dicūt, qñ ſui iuris nō eſt, transfert̄ in poteſtatem alterius, puta aui materni, vel etiam paterni, vt. s̄. de ado. §. ſed hodie. qui caſus eſt contrarius illi quando qui ſui iuris eſt, in arrogationem datur. Sed quare filiusfamilias, cùm emancipatur, capite minui dicitur? Rñ. propter imaginariam venditionem, quæ fiebat, vt. s̄. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. præterea. in prin. Sed cū hodie non fiat hæc venditio, vt in eo. §. continet̄: videtur ꝙ hodie non minuatur capite. Sed certè illa ſola non erat ratio: imò & alia, quia mutat familiam, vt. ff. eo. l. liberos. in prin.

¶ SERVVS AVTEM. ¶ CASVS. Quidā manumiſit ſeruum ſuū. nunquid in caſu iſto ſeruus manumiſſus capite diminutus cenſet̄? Rñ. Imper. quòd nō. Seruus enim manumiſſus capi. diminutionē non patit̄: quia ante manumiſsionem nullum caput habuit. Sed pone, ꝙ aliquis ſit ab ordine ſenatorum remotus: nunquid in caſu iſto capite minuitur? Rñ. Impera. ꝙ non. Nam dignitas eius, qui ab ordine ſenatorum remouetur, magis quàm ſtatus cōmutatur. Cùm igitur capitis diminutio, ſit prioris ſtatus cōmutatio: manifeſtū eſt, ab ordine ſenatorum remotum, nullam pati capitis diminutionem. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. quod autē. Fran. de Aret.

l ¶ NON MINVITVR.] id eſt eius ſtatus nō mutatur: cū primò nullum habuerit ſtatū, vt hîc, & ff. eo. l. liberos. in fi. & l. ſeq. ſed cō ra eſt. C. de bo. ꝓſcri. l. j̄. [t] Sed dic, ꝙ ibi crimine capitali ſeruus accuſatur. i. tali qđ eſſet aliâs in libero capitale. Item qd ſi quādoq; habuit caput, quia fuit liber, & nunc ſeruus eſt, & manumittatur? Reſpond. idem: quia præſens tempus conſidero. Accurſius.

m ¶ QVIBVS AVTEM.] dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui, vt. s̄. eo. in prin. autem, pro ſed, ſed quibus dignitas &c.

n ¶ CONSTAT.] vt. ff. de ſena. l. iij. & hîc ſi fuerit remotus propter turpitudinem: non poteſt iudicare, vel teſtimonium dicere: vt. ff. ad. l. iul. re. l. eadē. §. j. & ff. de ſena. l. ij. Accurſius.

¶ QVOD AVTEM. ¶ CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi. s̄. tit. ꝓxi. §. fi. ꝙ ius cognationis durat etiā poſt capitis diminutionē: nunqd generaliter hoc eſt verū, in qualibet capi. di? Ad hoc rñ. Imper. ꝙ nō. Nam qđ dictum eſt, manere ius cognationis poſt capitis dimiuutionem, hoc intelligendū eſt, de minima ca. di. iuteruenīete: quia per illam ius cognationis nō perimitur. ſed ſi maxima ca. di. interueniat, vt puta, ſi aliquis de cognatis in ſeruitutē redactus fuerit: tunc in caſu iſto, ius cognatiōis amittit: & licet poſtea beneficio manumiſsionis ad libertatem peruenerit, non tamen ius cognationis recuperabit. Et non ſolùm maxima, ſed etiam media ca. di. ius cognationis perimitur: veluti ſi quis in inſulam deportatus fuerit. Nam etiam in iſto caſu ius cognationis amittit. Et hæc vſq; ad illum. §. cum autem. Fran. de Are.

o ¶ QVOD AVTEM DICTVM EST.] s̄. tit. proxi. §. fi.

p ¶ COGNATIO.] id eſt ius cognationis, à prætore inductū, ex quo ad bo. poſ. vocantur per vnde cognati. j̄. de hær. quæ ab inteſta. §. admonendi.

q ¶ COGNATIONIS.] id eſt ius ſuccedēdi, & ad tutelam vocādi perit: ſed ipſa cōſanguinitas nō perit, vt. ff. de re. iur. l. iura ſanguinis. cum ſit de iure naturali, vt. s̄. de iur. nat. §. pe. contra. & s̄. de nupt. illud contra. Sed qualiter cognatis defertur, imò agnatis: vt. s̄. tit. j. in princi? Reſpon. poſt agnatos: vt. j̄. de hære. quæ ab inteſta. §. admonendi.

r ¶ SI MANVMISSVS.] aliud ſi reſtitutus: ſecundū Ioan. vt. ff. ad tertul. l. j. §. filio qui mortis. contra. & C. de ſen. paſ. l. fi. cōtra. & ff. de cōtra tab. l. j. §. fi. & l. ij. cōtra[g]. Item cōtra eſt in eo, qđ hîc dicit tolli ius cognationis per maximam, & mediam capitis dimi. ff. de rebus du. l. ſi cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale, vt. ff. eo. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem cōſtituitur, vt. j̄. de leg. ag. ſuc. §. per adoptionē. & ff. de adop. l. qui in adoptionē. hîc verò de naturali cognatione: vt. ff. de gra. affi. nō facilè. §. j. & ſic ibi de minima capi. di. loquitur. Item contrà. j̄. de ſerui. cog. in fi. j. rñ. Sol. hîc loquitur in his, qui primò fuerunt liberi, & poſteà ſerui: qđ eorum delicto contingit: vnde nō debent habere commodum: vt. ff. ſol. mat. l. ſi ab hoſtibus. §. j. & ff. de mino. l. papinianus. ibi, indignum &c. licet ibidem illa ratio corrigatur. ibi verò ſemper fuerunt ſerui. Vel illa noua corrigit iſtam: nam ex græca conſtitutione illa eſt extracta: vt ibi dicitur.

Sed & ſi

a Et ſic ad ꝑditionē maioris ſequit̄ perditio minoris: ſi ineſt: vt hîc: & l. fi. ff. eo. aliâs nō: vt. l. relegatorū. §. pōt. ff. de inter. & releg. imò regula eſt in cōtrarium. vt. l. qui indign⁹. ff. de ſena. ſecundū An. hîc.

b Hanc ſubauditionem īprobat Ia. & ad cōtrarium rñ. ꝙ ibi filius nō mutat familiam, & ſic nec ſtatum. l. familiæ. ver. cū iure ff. de verbo. ſigni.

c Iſtud exēplum reprobat Iaſon ꝑ l. iij. ff. de interdictis & relega.

Deaquę & ignis interdictiōe vide Budeum in. l. pe. ff. de dona. inter vi. & vxo.

Libertus ingratus, qua actione in ſeruitutē reuocetur.

d Iſta communiter tenetur in. d. l. ij. in gloſ. al legata: ſecū dum Ange. hîc.

e Idē in filio emancipato, & vaſallo pr̄i vel dn̄o alimenta denegantib⁹: & in donatario omniū bonorū vel maioris partis: vt not. gl. in d. l. fi. ſecus in paruæ quātitatis: vt ꝑ Bal. & Chriſto.

Deportatus æqparat̄ ex communicato.

Conuenit̄, tñ inſolidū pro obligatiōib⁹ cōtractis ſub patria ptāte: vt l. j. §. j. ff. e. niſi in caſib⁹ no. in. l. j.

&. ij. ff. qđ cum eo. vt ſ pōt excipere, quòd nō condēnetur niſi quaten⁹ facere pōt. l. pr̄ filio. ff. qđ cū eo. ꝑ Ang. & Io. fab. hîc.

† Ibi caput capitur naturaliter. hîc ciuiliter: vt no. in. l. contraria. E. Perrinus.

g Et eſt ratio differentiæ ſecundū Chriſt. quia reſtō intelligitur, vt fiat pleno iure vt. d. l. fi. ſed manumiſsio delet tantū nubeculā ſeruitutis. l. manumiſsiōes. ff. de iuſt. & iure.

a ¶Sed et ſi in inſvlam.] hîc ponit exemplum de media: ſed ſuprà modò poſuit exemplum de maxima.

b ¶Cognatio.] id eſt ius cognationis: vt.ſ.proxi.§.diximus.

¶Cvm avtem. ¶ Casvs. Vos dixiſtis mihi.ſ.in tit.præced. in prin.ꝙ tutela impuberũ agnatorũ, ad agnatos ex lege.xij.tabu. pertinet. Pono ergo, ꝙ plures ſint agnati, ex diuerſis gradibus cõſtituti: nũquid ſcilicet ad omnes pertinebit? Reſpõ. ꝙ non. Nam quod dictũ eſt tutelã ad agnatos pertinere, non intelligendum eſt, ꝙ ad omnes pertineat: ſed ad eos tantũ, qui ſunt in ꝓximiori gradu cõſtituti. vnde ſi plures ſunt, qui eundẽ gradũ cognationis obtineant: veluti plures fratres: omnes ex lege.xij.tab. ad tutelã vocantur. Et hæc dicũtur vſq; ad fi. hui⁹ ti. Frã. de Are.

c ¶Pertinet.] vt.ſ. tit.j.j.reſpon.

d ¶Gradv.] facit ad hũc.§.ff.de leg.iij.l.ſi plures. &.j.de legit.agn.ſuc.§.ſi plures.&.ff.de ſepul.vi.l.iij.§.ſi ad plures. Hodie verò hîc.§. corrigitur: quia æqualiter tam ad agnatos quàm cognatos defertur tutela, ſicut hæreditas: vt ĩ aut. de hære. ab inteſt.§. ex his.col. ix. Additio. Et ſic lex noua corrigẽs vnũ ex pacificatis, à lege veteri, cẽſetur etiã corrigere aliud: vt hîc, &.l. ſi quis ſeruo.C.de fur.& per Ange. in.§.j.ſ.de iure natu.

e ¶Si plvres.] aliâs iſti duo verſiculi deſunt: Si plures fratres ſunt, q vnũ gradũ obtinent, pariter ad tutelam vocantur. ſed ego habeo. Accurſius.

¶ Sed & ſi in inſulam [a] quis deportatus ſit, cognatio [b] ſoluitur.

¶Tutela defertur proximiori in gradu: & ſi plures ſunt de eodem gradu, defertur ad omnes. h.d. Areti.

¶Cum autẽ ad agnatos tutela pertineat [c]: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantũ qui proximiore gradu [d] ſunt. Quòd ſi plures eiuſdẽ gradus ſint, ad omnes pertinet: veluti ſi plures [e] fratres ſunt, qui vnũ gradum obtinent, pariter ad tutelã vocantur.

TITVLVS XVII.

De legitima patronorum tutela.

¶Ex mẽte legis duodecim tabularũ, defertur patronis tutela libertorum. & regulariter, vbi eſt commodũ hæreditatis, ad illum vadit onus tutelæ. Aretinus.

EX eadẽ legẽ duodecim tabularũ, libertorum [f], & libertarum tutela ad [g] patronos, liberoſq; eorũ pertinet: ¶ Quæ & [h] ipſa, legitima [i] tutela vocatur: non ꝙ nominatim in ea lege de hac tutela caueat, ſed quia perinde accepta eſt, per interprætationẽ [k], atque ſi verbis legis introducta eſſet. ¶ Eo enim ipſo, ꝙ hæreditates libertorum libertarumq;, ſi inteſtati deceſsiſſent, iuſſerat lex [l] ad patronos, liberóſve eorũ pertinere: crediderũt veteres [m], voluiſſe legem [n] etiã tutelas ad eos pertinere: † ¶ Cùm & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat [o], eoſdẽ, & tutores eſſe iuſſerit [p]: ¶ Quia plerũque vbi ſucceſsionis eſt emolumentũ, ibi & tutelæ onus eſſe debet. ¶ Ideo autẽ diximus plerumque [q], q̃a * ſi à fœmina impubes manumittatur: ipſa ad hæreditatem vocatur, cùm alius ſit tutor [r].

† Nam vbi on⁹, & emolumentũ: & econtrà: vt xij. q̃oe.ij. charitatem. in. c. accedẽtibus. in.gl. j. ibi. itẽ vbi. extrà de preſcri.

a A quib⁹ licitum eſt recedere ſecũdũ Ang. ꝓpter tria. Primò, propter iniquitatem inſurgentẽ. Secũdò, propter legis rationẽ repugnantẽ. Tertiò, propter eorũ vſum loquẽdi cõtrariantem. l. liberorũ. §. quod tamẽ Caſsius. ff. de lega. iij.

* Quia ſi à fœmina impubes manumittatur, vt ipſa ad hęreditatẽ vocetur, tñ ali⁹ eſt tutor eius.

TITVLVS XVIII.

De legitima parentum tutela.

¶Ex extenſione iuriſconſultorum pater emancipans eſt legitimus tutor filio emancipato. h.d. Aretinus.

EXemplo patronorum recepta [s] eſt, & alia tutela: quæ & ipſa legitima vocatur. ¶ Nã ſi quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, ex filio, & deinceps, impuberes emancipauerit: legitimus eorum tutor [t] erit.

TITVLVS XIX.

De fiduciaria tutela.

¶Defuncto patre, vel auo, legitimo tutore impuberis emancipati, alius liber virilis ſexus, & maior vigintiquinque annis, erit fiduciarius tutor, non legitimus: ſecus in filio patroni, qui erit legitimus tutor liberti, vt patronus. hoc dicit. Aretinus.

Continuatio.

¶De legitima patronorvm tvtela. ¶ *Quia ſuprà uiſum eſt de legitima agnatorum tutela: & quia eſt & alia quæ appellatur legitima. ſcilicet tutela patronorũ: ideo de ea tractaturus, ſubdit de legitima patronorum tutela.* Por.

Diuiſio.

EX eadem.] ¶ Diuiditur in ſex partes. Primò, qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secundò, quomodo vocatur. & eſt legitima à lege.xij.tab. proueniens. Tertiò, illud per rationem probat. Quartò, confirmat per exemplum. Quintò, exemplum probat per rationem. Sextò, rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi, Quia plerunque. Sexta ibi, Ideo autem. Aret. ¶ Casvs. Domine quare intenditis hîc tractare de legi.pa.tu? ad hoc reſpond. Impera. Amice, tractauimus de legi.agna.tu. quæ ex verbis, & ſententia legis.xij.tab. deſcẽdit: ſed quia legi.pa.tu.ex mente eiuſdem legis ad patronos, & liberos eorũ pertinet: idcirco de ea hîc tractare intendimus. Et hæc eadem tutela legitima, ſicuti ſuperior appellantur. Non tamen ideo legitima dicitur, quòd aliquid de ea nominatim in verbis.l. xij. tabu. expreſſè fuiſſet introductum. Sed domine, pro deo, quæ ratio mouit iuriſconſultos, ad talem interpretationem faciendam? Ad hoc reſpond. Imper. Amice, hæc fuit ratio, quæ mouit iuriſconſultos. Lex enim. xij. tab. iuſsit hæreditates libertorum, & libertarum ad patronos, & liberos eorum pertinere, ſi inteſtati deceſsiſſent: vnde eoipſo crediderunt iuriſconſulti veteres, quòd. l.xij. tabu. vellet quòd etiam eorum tutela ad patronos, & liberos ſimiliter deberet pertinere. & ad iſtam tacitam voluntatem præſumendam, tali ratione mouebantur: quia lex. xij. tabu. proximos agnatos ad hæreditates agnatorum, ab inteſtato mortuorum vocat: & eoſdem agnatos, ad impuberum agnatorum tutelam vocat. conſimiliter ergo, & in caſu propoſito dicebant, quòd ſicuti patroni & liberi eorum, ad ſucceſsiones libertorum ab inteſtato, ex. l. xij. tabu. vocantur: ita debere eos ex mente eiuſdem legis, ad onus adminiſtrationis tutelæ vocari: quia plerumque vbi eſt ſucceſsionis emolumentum, ibi & onus tutelæ eſſe debet. Sed domine, pro deo, quare dixiſtis plerumque? Ad hoc reſpond. Impera. Ideo autem plerumque diximus: quia ſi aliqua fœmina filium ſuum impuberem manumiſerit ipſa quidem ad ſucceſsionem eius, ab inteſtato vocatur: alius tamen quàm ipſa, eiuſdem tutor erit. h.d. vſque ad fi. Franciſcus.

¶Ex eadem.] ſcilicet per interpretationem, non ex verbis eius, vt ſubijcit.&.ff.de legi.tu.l.tutela.j.reſpon. Accurſius.

f ¶Libertorvm.] ſcilicet impuberum.

g ¶Ad patronos.] quocunque modo manumittentes: niſi libertas detur à lege: vt.ff. de legi. tu.l.tutela.vſque ad.§.fi. Accurſius.

h ¶Qvae et ipsa.] q. d. non ſolùm aliæ quædam legitimæ ſunt, ſed & iſta.

i ¶Legitima.] ſcilicet ex mente legis, non ex verbis [a]. non tamen ſatiſdant, niſi eorũ perſonæ ſint vulgares, & minus honeſtæ: vt aut modus tutelæ, quia magnũ patrimonium, vel magna tutela nimis: aut perſona, q̃a ſuſpecta, vel nõ diligens pupillũ, vel nõ honeſta: aut cauſa admittat, id eſt recipiat ſatiſdationẽ: vt.ff.e.l.legitimos.§.j.&.ij. licet alij legitimi indiſtinctè ſatiſdent: vt.j.de ſatiſda.tu.§.j.

k ¶Per interpretationem.] ſcilicet iuriſconſultorum.

l ¶Lex.] ſ.xij. tab. vt.j. de ſuc.li.j.reſpon.

m ¶Veteres.] ſcilicet ſapientes.

n ¶Legem.] ſcilicet eãdem.xij. tabularum.

o ¶Vocat.] ſcilicet lex. xij.tab. vt.j.de le. agna.ſuc.§.j.

p ¶Ivsserit.] vt.ſ. de lega. agna.tut. j. reſpõ.& ſic notabis hîc, ꝙ vbi eſt eadẽ æquitas, idẽ ius debet ſtatui. ſic.ff. ad le.aql. illud.&.ff.de fur. l.j.§.j.

q ¶Plervnqve.] quare hoc dicit, ſtatim ſubijcit, & facit ad hanc regulam.ff.de regu.iur. l. ſecundum naturam. &.j. de contrahend. empt.§. cum autem.&.C.de fur.l.fin.§.ſed cùm in ſecunda.&.C. de cadu.tol.l.j.§. pro ſecundo.aliâs eſt.§.pro non ſcripto.&.ff.de peri. & commo. rei ven.l. id quod.

r ¶Tvtor.] & ita apud aliũ eſt hæreditas, & apud aliũ tutela, ſcilicet agnatum, vel cognatũ: vt hîc, &.ff.de leg.tut.l.j.§.j. Itẽ minor vigintiquinq; annis manumittẽs, ſuccedet in hæreditate, vt patronus, non tamen erit tutor: vt.j. de fidu.tu.in fine.&.C.de leg.tu.l.vlti.§.fi. Additio Et qualiter mater, auia, vel proauia, poſsint eſſe tutrices vel curatrices: & an alijs pręferantur legitimis, & tranſeundo ad ſecunda vota, vel inhoneſtè viuẽdo, quomodo tutrices eſſe deſinant: vide Ange. hîc.

Continuatio.

¶De legitima parentvm tvtela. ¶ *Quia ſuprà uiſum eſt, de legitima patronorum tutela: & quia eſt & alia quæ legitima appellatur, ut parentum: ideo de ea ſubdit.* Por.

Diuiſio.

EXemplo. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, quòd tutela quæ defertur emancipatori eſt ſimilis illi, quæ defertur patrono. Secundo, quòd etiam eſt legitima. Tertiò exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Nam ſiquis. ¶ Casvs. Dicit hîc Iuſtĩ. quòd exemplo patronorum eſt alia tutela parentum, per interpretationem iuriſconſultorum, ex mente legis.xij.tabu.recepta. & ſicut ſuperior legitima appellatur, ita & iſta. Nam ſi parens filium, vel filiã, vel nepotem, vel neptem ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit: ipſe legitimus tutor eorum erit. Et hæc dicuntur per totum titu. Franc. de Aret.

s ¶Recepta.] ſcilicet per interpretationem iuriſconſultorum: vt ſuperior cum deſinebat eſſe agnatus: niſi contracta fiducia emanciparet. quod hodie ſemper præſumitur: vt.ſ.de leg.agna.ſuc.§.fin. vnde hodie eſt ſemper legitimus.

t ¶Tvtor erit.] ſcilicet qui emancipauit, ſi ipſe eſt maior.xxv.an. vt.j.ti.j.in fi.& facit ad hoc.ſ.qui.mo.ius pat. poteſta. ſoluitur.§. & prætereà ſi impubes.&.j.titu.j.j.reſpon.

Continuatio.

¶De fidvciaria tvtela. ¶ *Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà uiſum eſt, de legitima parentum tutela. Verùm quia alia eſt quæ fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus, intitulauit, de fiduciaria tutela.*

Diuiſio.

EST ET ALIA.] ❡ Diuiditur in quinque partes.Primò ponit dictum.Secundo illud exemplificat. Tertiò ponit diuerſum in filio patroni. Quartò diuerſitatis rationem aſsignat. Quintò ponit aliud dictũ.Secunda ibi,Nam ſi. Tertia ibi, Atqui.Quarta ibi,Quoniã.Quinta ibi,Ita tamen.¶ CASVS .In hoc prin. dicit Iuſti.ꝙ eſt quędam alia tutela, quæ appellatur fiduciaria:quę habet locum in tali caſu:Si parens filiũ, vel filiã, vel nepotes,vel neptes ex filio,vel deinceps impuberes emãcipauerit:ipſe legi. tu. eorũ nanciſcitur: ſed mortuo ipſo parẽte, eorũ denique legitimo tutore,ſi liberi eius virilis ſexus perfectæ ętatis extiterint:ipſi eorũdem impuberũ emancipatorum,poſt obitum parentis fiduciarij tutores efficiunť.Et hęc dicunť vſq; ad.§. atqui. vbi dicit Iuſti.quòd hoc videtur ſtare nõ poſſe:et hoc tali ratione:quia ſi patronus legitimus tutor libertorũ impuberum deceſſerit: liberi eius, in eadẽ tutela ipſi parẽti ſuccedũt, & ſimiliter legitimi tutores efficiuntur.à ſimili videtur in caſu propoſito,quòd ſicuti pater legitimus tutor erat:ita & filij ſui in eadem tutela, ei debeant ſuccedre : & ſimiliter legitimi tutores exiſtere.h.d.vſque ad verſi. quoniã.vbi reſpõ.Iuſti.ad opinionẽ prædictã in hũc modũ:nõ eſt mirum ſi ſecus ſit in caſu propoſito de filio patroni.Nã in caſu propoſito, ſi filius defuncti qui in fiduciariã tutelã fratris recidit,in poteſtate patris ſui ſemꝑ fuiſſet:poſt mortẽ patris ſui iuris effect⁹ fuiſſet,nec in poteſtatẽ fratrũ ſuorũ,aliquatenus recidiſſet:& ſic nõ eodẽ iure fuiſſet apud fratrẽ, quo extiterat apud patrẽ:vnde nec in eadẽ tutela erit apud fratrẽ,in qua erat apud patrẽ.Sed ſecus eſt in liberto.Nã ſi ſeruus in poteſtate dñi tꝑe mortis fuiſſet: eodẽ iure poſt mortẽ dñi futurus eſſet.apud liberos ipſius domini, in quo extiterat,apud ipſum dominum viuentẽ.nec igitur mirum,ſi idem manumiſſus incidit in eandem tutelam,apud liberos patroni, in qua fuerat apud ipſum patronum.Et hoc vſque ad illum.§.ita tamen.Fran.

* Si quis parens.

* Eman- cipauerit.

ESt & alia[a] tutela, quæ fiduciaria[b] appellať. ¶ Nã * ſi pater filium vel filiam,nepotẽ,vel neptem,vel deinceps impuberes[c] * manumiſerit[d]:legitimã nanciſcitur eorum tutelam. ¶ Quo[e] defuncto,ſi[f] liberi eius virilis ſexus exiſtant:fiduciarij tutores filiorum ſuorum[g],vel fratris, vel ſororis[h],et cęterorũ efficiũtur. ¶ Atqui[i] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoq; eius legitimi ſunt tutores: ¶ Quoniã filius quidẽ defuncti,ſi nõ eſſet à viuo patre emancipatus : poſt obitũ eius,ſui iuris efficeretur, nec in fratrũ poteſtatẽ recideret[k], ideoque nec[l] in tutelã. ¶ Libert⁹ aũt ſi ſeruus manſiſſet, vtiq; eodẽ iure[m] apud liberos domini, poſt mortẽ eius futurus eſſet. ¶ Ita tamẽ,hi ad tutelam vocantur,ſi perfectę[n] ſint ætatis. quòd noſtra conſtitutio[o] in omnibus tutelis, & curationibus obſeruari generaliter præcepit.[p]

TITVLVS XX.

De Attiliano tutore,[q] * & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

* Et cu- ratore ru brica.

❡ Deficiente teſtamentario , & legitimo tutore : olim datiuus dabatur ex lege Attilia per prætorem,cum tribunis in ciuitate:in prouincijs per præſides ex lege Iulia , & Titia. hoc dicit ſecundum Areti.

SI cui nullus omnino tutor[r] fuerat, ei dabať in vrbe ꝗ

a❡ EST ET ALIA TVTELA.] ideſt alio nomine vocata.

b❡ FIDVCIARIA APPELLATVR.] de qua dicitur.j.§. quo defuncto. Accurſius.

c❡ IMPVBERES.] nam ſi puberes non erit eorum curator legitimus: vt ff.de excu.tu.l.amiciſsimos.§.lucius[a].Argu.contra in aut. vt hi qui ob. ſe hab.per.§.j.colla.vj.Ioan.

a Et hanc cõiter approbãt doc. & ad cõtrariũ rũdent, quòd loquitur in certis caſibus ibi expreſsis:qa nõ eſt dare curã legitimam niſi in furioſo prodiguo , vel mentecapto §.furioſi.j. de curato. &.l.de creationib⁹. C. de epiſc.audi.cũ ſi.

d❡ MANVMISERIT.] ideſt emãcipauerit:vt.ff.quando acti. de pecu. eſt an.l.j.§.j.& facit.ſ.ti.j.&.ff.de legi.tut.l.tutela.§.fi.&.l.ſeq.

e❡ QVO.] ſcilicet patreſa.qui erat tutor filiorum,& nepotum.Accurſius.

f❡ SI LIBERI.] qui remãſerũt in poteſtate patris.Idẽ puto, & ſi filij fuerunt emãcipati.Si aũt tã impuberes,quàm puberes remãſerũt in poteſtate: ipſo iure recidũt,in poteſtatẽ ſui patris,illi qui filij ſunt:ſed fratres recidunt in tutelã fiduciariã ſemꝑ:vt.ſ.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.j.&.ſ.de tut.§.permiſſum. ADDITIO.Iſtã gl.reprehẽdit Ia.qa tũc erit legitima ex mẽte & verbis.l.xij.tab.per tex.in terminis in.l.tutor. in princ.ff.ad velleia.

g❡ FILIORVM SVORVM.] ſcilicet nepotum defuncti.

¶ Item tria. ¶ Casvs. Domine, nunquid ſunt adhuc plures modi, quibus tut. vel cu. ab onere adminiſtrationis, poterunt excuſari? Rñ. ꝙ ſic. Nam tria onera tutelæ, vel curæ nõ affectatæ, quãdiu adminiſtrant̃, tribuunt excuſationẽ. ita tñ in caſu iſto, intelligenda ſunt tria onera, vt tut. vel cu. plurium pupillorũ, eiuſdem hæreditatis, vt puta fratrũ, vel nepotũ, pro vna tutela cõputent̃. Nã nõ numerus pupillorũ, ſed ſeparatio patrimoniorum facit plures tutelas. & nõ ſolũ in prædictis modis locũ habet excuſatio. Et hoc vſq; ad. §. ſed & ꝓpter. Fran. Aret.

d ¶ Item tria onera.] No. dicit onera. quatuor enim poſſet habere tutelas, q̃ ſibi excuſationẽ nõ darent, ſi ſint leues, vel leuiſsimè, vt hîc [a]. Itẽ not. ꝙ dicit tria onera. tres enim poſſet habere, & tamen ꝓ vna computarentur: puta fratrũ, vt ſequitur. non enim numerus pupillorum plures tutelas facit, ſed patrimoniorum ſeparatio: vt ff. e. l. tria & l. ſi is [b]. Item ꝙ dicit, nõ effectatę. nota, nam ſi dediſſet operã, & ſic affectaſſet eas habere: non prodeſſent: qa nõ viderentur oneroſæ: vt & aliâs qui data opera reipublicæ cauſa abeſt: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. & qui data. & facit. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi tamen. & ff. ad leg. cornel. de falſis. l. vxori. §. j. [iuxta illud: Hoc portat leuiter, quod portat quiſq; libenter.] Item hæc tria onera, in domo vna eſſe ſufficit: vt ſi pater, vel filius gerat, omnes excuſantur: ſed non computantur, niſi ob alium tutorem teneantur: vt. ff. e. l. diximus. §. fin. & l. ſeq. & ff. de rit. nupt. l. ſi quis tutor. Item, honorarius hoc nomine non computatur: vt. ff. eo. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis. Additio. Item, duæ excuſationes imperfectæ, diuerſi generis, puta duæ tutelę cum duobus filiis, non faciunt vnam plenã. l. excuſantur. §. amplius. ff. e. & an vnus teſtis, cum fama probet in criminalibus: vide Angelum. hîc.

¶ Sed et propter. ¶ Casvs. Titius volens facere teſtamentum ſuum, Meuium vicinum pauperem, & adeò in rebus tenuem, vt non habeat vnde viuat, niſi ex ſuis operis: in ſuo teſtamento, filiis ſuis impuberibus tutorem, aut puberibus cura. inſtituit. Quærebatur à domino Impera. an iſte Meuius propter ſuam paupertatem, poſsit ſe excuſare ab adminiſtratione, huiuſmodi tutelę? Rñ. dominus Iuſti. qđ quis excuſatur à tutela, vel cura. ꝓpter paupertatem, ſi ſit adeò pauper, vt non poſsit adminiſtrationi tutelæ, vel curæ intendere: ſed habeat neceſſe operari, vt viuat. & hoc tam diui fratres, quàm diuus Marcus reſcripſerunt. Et hanc paupertatem debet probare, is qui ad tutelam, vel curam vocatur. Fran. Aretinus.

e ¶ Imparem] id eſt ſi non habeat tantũ in bonis †, quantum pupillus, cui datur tutor: vt hîc, & ff. e. l. paupertas. aliâs autem dicitur pauper, qui nõ habet quinquaginta aureos in bonis: vt. ff. de accu. l. nonnulli. Vel dic verius, eum eſſe hîc pauperem, & imparem oneri, qui ſic laboribus eſt implicatus, propter paupertatem: vt tutelæ ſuperſſe, non poſsit: cùm fortè in agro, eum tota die eſſe oporteat. Nec enim placet prima expoſitio: cũ hoc munus magis in obſequio perſonæ, quàm in aliqua erogatione conſiſtat. vnde paupertas talis non nocet, dummodo poſsit ſupereſſe tutelæ [c]: vt. ff. de mu. & ho. cura. §. inopes. & j. titu. j. §. fin.

f ¶ Docere.] id eſt probare.

¶ Item propter. ¶ Casvs. Titius in extremis vitæ cõſtitutus, Meuium in ſuo teſtõ tuto. aut cura. ſuis filiis dedit: qui quidẽ Meuius adeò infirmitate detinebatur, vt ſuis rebus, ſeu ꝓpriis negotiis intereſſe nequiuiſſet. iſte Meuius voluit ſe excuſare, ab adminiſtratione hmõi tu. vel cu. propter ſuam infirmitatem, qua tenebatur. quęrebatur à domino Imper. an iſta excuſatio eum reddat immunẽ, ob onere tu. vel cu. Rñ. dñs Imper. ꝙ ꝓpter aduerſam valetudinẽ, per quã qs ꝓpriis rebus adminiſtrandis, ſupereſſe non poſsit: excuſatio locum habebit. h.d. Fran. de Aretio.

g ¶ Adversam valetvdinem.] vt ſi eſt ſurdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: vt. C. qui mor. ſe excu. l. j. q morbus ꝓut durauerit, excuſat. Sed furor nõ excuſat: ſed interim curator datur, ſcđm Ioã. vt ff. e. l. nõ ſolũ. §. fi. & ſeq. duabꝰ. ll. vſq; ad. §. ſunt & alij. Sed qđẽ ex ſupradictis, etiã ſi velint, non admittũtur: vt ſurdus, & mutus: vt. ff. de tut. l. j. §. pe. & §. fin. Quare dic, ꝙ quantum ad eos impropriè ponitur excuſatio: vt. j. eo. §. minores. †

¶ Similiter. ¶ Casvs. Vidimus ſuperius, qualiter propter penuriam rerũ temporaliũ, & ſanitatis, quis à tute. excuſat̃: ſed quia eſt alia penuria, q̃ dicitur ignorantia: ideo q̃rebat̃ à dño Impera. an imperitia literarũ, quẽ poſsit à tutela vel cu. excuſare? Rñ. dñs Impera. ꝙ etiam ratione imperitiæ literarũ, poſsit quis à tut. vel cura. excuſari. Diuus enim pius reſcripſit eum q literas neſcit, ab onere adminiſtrationis tutelæ, vel curę excuſandum eſſe. Not. ꝙ dictio quãuis, in medio. §. poſita, põt poni aduerſatiuè. Itẽ põt poni correctiuè ſinẽ determinatiõe. ſ. vt etiam imperiti literarum poſsint eſſe tu. vel cu. ſi ſint experti in negotiis. & hoc vltimũ verius eſt. hoc dicit. Fran.

h ¶ Literas nescit.] Et ſimplices ſunt, vel rudes: aliud ſi ſunt ſagaces in negotiis: tunc enim nõ excuſantur: vt ſubiicit, quãuis &c. vt. ff. e. l. athletę. §. pe. & fi. Et no. literatum ad aliqua admitti, ad quæ non recipitur illiteratus [d]: vt. C. de poſtu. l. ij. & in aut. de iudi. §. j. in glo. qui ex ſe. col. vj. Et not. melioris conditionis eſſe ſapientem, quàm ſtultum.

¶ Item si propter. ¶ Casvs. Si pater in teſtamento aliquem tut. propter inimicitias dederit: puta ſic dicendo: Titium tutorem pupillis filiis meis do, vt debitis ſupponatur, & à pupillis vexetur: eo ipſo, quòd pater hoc expreſsit, iſte Titius tutor datus, ſe poterit ab onere adminiſtrationis excuſare, ſicuti per contrarium, non excuſantur illi, qui promiſerunt patri pupillorum, ſe eorundem tutelam adminiſtrare. Sed pone quòd datus fuit tutor, quibuſdam pupillis: & ipſe hoc ſolùm adducit in excuſationem, quòd erat ignotus patri pupillorum: nunquid ratione talis excuſationis, ab onere adminiſtrationis liberatur? Rñ. Impera. quòd non. Nam diui fratres reſcripſerunt, non eſſe admittendam excuſationem eius, qui habet ſolùm pro ratione, quòd patri pupillorum ignotus fuerit. Item ſi aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec poſteà reconciliatio interuenit: poterit ſe ab onere tutelæ, vel curæ excuſare. ratio iuris eſt. Et ſi aliquis ſtatus, quæſtionem à patre pupillorum paſſus fuerit, vel ſi ille quæſtionem ſtatus moueat: in vtroq; caſu, locum habet excuſatio. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. item maior ſeptuaginta. Fran. de Areti.

i ¶ Inimicitias.] Vt quia ideo eum dedit tutorẽ, vt debitis ſupponatur, & à pupillo vexetur. Et not. ꝙ tribus caſibus excuſat inimicitia: vt ſi expreſſerit, vt dictũ eſt: vt hîc. Item, & qñ interuenit poſt teſtamentũ. Item, & ſecundũ quoſdam, etiam quando ante teſtamentum: ſi tamen fuit capitale certamen. In quarto caſu nõ: vt ſi ante teſtamentũ facta fuit, & non capitalis: qa videtur remiſiſſe ex quo in teſtõ dedit tutorem: vt. ff. e. l. athletæ. §. dat remiſsionem. prout eſt ibi in litera prius: vt & j. eo. §. inimicitiæ.

k ¶ Promiservnt.] licet aliâs habeãt excuſationẽ: vt hîc, & ff. de teſta. tute. l. ex ſententia. in fi. & hoc vbi ꝓmiſit: vel ſic ſe iactauit. Quid autẽ, ſi in teſtamento ſe tutorẽ ſcripſit? Rñ. non erit tutor, niſi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eum cõfirmauerit: vt in dicta. l. ex ſentẽtia. & tunc de cætero erit tutor. ff. ad leg. cor. de fal. l. vxori. §. j. Accur.

l ¶ Ignotvs.] ſed is excuſatur, qui ibi domicilium non habet, vbi datus eſt: vt. ff. e. l. fi. in fi. Additio. Quod eſt verũ ſecundũ Ang. ſi ibi conſtituerit domicilium: aliâs autem non eſt opus excuſatione: cũ à iudice dari nõ poſsit: vt eſt gl. in. l. neq;. C. qui dare tu. poſ. Et qua actione teneatur ſi ſponte geſsit: & an teſtis debeat cognoſcere cõtrahentes: vide hîc cũ determinant, ꝙ ſic ſi deponant de facto contrahentis.

a Itẽ ſi altera ipſarum, vel ẽt quarta ſuperueniẽs, ſit breui tpe finienda: puta. j. ſemeſtre. l. nõ tantũ in prin. ff. eo.

b Ex quo text. infert Bart. vnum furtum magnum ęquipollere tribꝰ: & pro eo furẽ ſuſpendi poſſe. Et quõ intelligatur furtũ vnũ vel plura: vide in. l. eum qui. §. idẽ ſcribit. ff. de furtis. Ang.

† Rõ quia onus tutellę nõ eſt reale ſed perſonale: nec iniungit̃ cuiquã reſpectu patrimonij, ſed perſonę: ſecũdũ ang. E. per.

Tutor per quam paupertatẽ à tutela excuſatur pauper tas nõ excuſat à tutela.

c Iſta cõiter approbatur per doc.

† Nam morbus dat vacationẽ ipſo iure, & ſic volens non admittitur. l. luminibꝰ. C. qui da. tu. poſ. E. p.

d Sic de iure canonico illr̃atus non poteſt obtinere beneficiũ, vt. c. cũ nr̃is. extrà de cõceſ. p̃ben. vbi per Inñ.

Inimicitia tribus caſibꝰ excuſat à tutela.

pupillorum, vel adultorum exercuit, ſic capitales [a] fuerunt, nec reconciliatio interuenit: à [b] tutela, vel cura, ſolent excuſare.

¶ Qui paſſus fuit controuerſiam ſtatus, à patre pupilli: habet vacationem. Aretinus.

¶ Item, is qui ſtatus controuerſiam, à pupillorum [c] patre paſſus eſt: excuſatur à tutela.

¶ Maior ſeptuaginta annis à tutela ſe excuſat: minor viginti quinq; non admittitur. Aretinus.

¶ Item, maior ſeptuaginta annis [d], à tutela, & cura ſe poteſt excuſare.

¶ Minores autem vigintiquinq; annis, olim quidē excuſabantur: noſtra autē conſtitutione ꝓhibentur, ad tutelā, vel curā aſpirare, adeò, vt nec [e] excuſatione opus ſit. ¶ Qua cōſtitutione [f] cauetur, vt nec pupillus ad legitimā tutelā vocetur, nec adultus: ¶ Cū ſit inciuile, eos qui alieno auxilio, in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab alijs reguntur, aliorū tutelā, vel curam ſubire [g].

¶ Miles militans, tutor eſſe non poteſt.

¶ Idem, & in milite [h] obſeruandum eſt, vt nec [i] volens, ad tutelæ onus admittatur.

¶ Docentes grammaticam, vel rhetoricam, vel medicinam, vel Romæ, vel in patria ſua, intra numerum deputatum, excuſantur à tutela.

¶ Item, Romæ grammatici [k], rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela, & cura habent vacationem.

¶ Proponens vnam excuſationem, & non probans, poteſt intra ſtatuta tempora, aliam proponere, & probare. Areti.

¶ Qui autem † vult ſe excuſare, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non probauerit: alijs vti [l] intra tēpora [m] cōſtituta, nō ꝓhibetur.

¶ Conſtitutus intra centeſimum lapidē, habet quinquaginta diēs ad proponendum excuſationem, à die ſcientiæ. Conſtitutus verò vltra, habet vnam dietam, pro quolibet vigeſimo miliari, & triginta dies: dummodo, non ſint pauciores quinquaginta. Areti.

¶ Qui excuſare ſe volunt, nō appellant * [n]: ſed intra ꝗnquaginta dies [o]

Inimicitiæ dicūtur capitales dupliciter.

a ¶ SI CAPITALES.] Capitales accipe, vel quia accuſabat eum de aliquo crimine, qđ ingerebat pœnā capitis. i. ſtatus: vel qđ ingerebat pœnam ſanguinis: vel quia inſidiabatur vitę ipſius: ſcđm Azo. & no. hîc fieri aliqd, ratione inimicitiæ, qđ nō fieret aliâs: ſic. ff. de arbi. l. nō diſtinguemus. §. cùm quidā. & l. licet autē. & ff. de lib. cau. l. ſi pariter. §. qđ ſi adhuc. Nā inimicus iudex eſſe non poteſt: vt ff. de procu. l. filiusfamilias. §. fi. & l. vel exilio.

b ¶ A TVTELA.] vel datiua, vel legitima. ſi autem teſtamētaria, dic vt. ſ. in glo. vt quia &c.

c ¶ A PVPILLORVM PATRE.] vt qa pater pupillorum qñq; dixit, hunc quē dat modò tutorē, ſuum ſeruū fuiſſe, vel libertum. Iſtę enim ſunt ꝗſtiones de ſtatu: vt j. de act. §. prȩiudiciales. Et eſt rō: qa mortis accuſationi hæc ꝗſtio ſimilatur: vt. ff. qđ met. cā. l. iſti quidē. §. j. Idē eſt cōtrà, ſi hîc mouet ꝗſtionē ſtatus, ipſis pupillis: vt. ff. eo. l. athletæ. §. amplius. Accurtius. ADDITIO Intellige iſtud verū, ſi nō ſtudioſè, vel per calumniam, mouit queſtionē: vt ibi: aliâs ſecus. qđ facit, vt teſtis nō repellatur à teſtimonio, cōtra eū q ipſum accuſauit, vel ꝑcuſſit ſtudioſè, vt ipſum excluderet: ſecundùm Ang. hîc.

¶ ITEM MAIOR. ¶ CASVS. Domine, iā vidi plures modos, quibus tutores vel cura. excuſantur: nunquid adhuc poterūt pluribus modis excuſari? Rñ. ꝙ ſic. qñq; enim excuſanť rōne ætatis. nā ſi maior. lxx. an. tutor vel cu. datus fuerit: rōne ætatis ſe excuſare poterit. Et nō ſolū ratione ſenectutis, ſed etiā ratione minoris ætatis, ſecundū iura antiqua, excuſatio locū habebit. Minores enim xxv. an. olim ab onere adminiſtrationis tutelæ, vel curæ excuſabantur: hodie verò, per conſtitutionem noſtram, ad tutelæ, vel curæ adminiſtrationē aſpirare prohibentur: intantū videlicet, vt decætero excuſatione opus nō ſit. Nam, & ſi vellent, nullo modo admitterentur. In conſtitutione enim noſtra, expreſsè caueť, vt nullus pupillus, ad tutelā legitimam vocetur, nec adultus. Inciuile enim nobis videtur, eos q in rebus ſuis adminiſtrandis, alieno auxilio egere noſcunť, & ſub alijs reguntur: aliorū tutelam, & curā ſubire. Et idē in milite, in expeditione militari exiſtente, ſeruandum erit: vt ipſe etiam volens, ad tutelæ, vel curæ adminiſtrationem, non admittatur. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. qui autem vult. Fran.

d ¶ LXX. AN.] ſcilicet iam cōpletis: vt. ff. de iu. immu. l. iij. & ad treb. l. qui filium, & filiā. §. j. aliâs non eſſet maior: vt. ff. de mi. l. iij. §. minorem [a]. ſed in alio ꝑſonali, publico munere ſtatuitur tꝑs. lv. annorū: vt. C. qui ætate. l. fin. lib. x. Et nota, ratione ſenectutis, aliqua fieri, quæ aliâs non fierent: vt hîc, &. ff. de iu. immu. l. ſemper. j. reſpon. &. C. de poſtu. l. prouidendum.

a Quando aūt requiratur ann⁹ cōpletus. vel ſufficiat cœptus, vel qñ tēpus requirať de momento ad momētum: dic vt ibi p gl. Barto. & docto. Ange.

e ¶ NEC EXCVSATIONE.] ſed in larga ſignificatione, etiam qui prohibentur, excuſantur: vt. ff. de poſtu. l. j. §. initium. &. C. qui morbo. l. vnica. & ff. de tute. l. j. §. penult. & fi. & j. eo. §. penul. & fi. & facit ad hoc. ff. de reg. iur. l. eius eſt nolle. Accurſius.

f ¶ CONSTITVTIONE.] C. de legi. tu. l. fi. & facit. ſ. de fidu. tu. §. fi. Accur.

g ¶ SVBIRE.] facit ad hoc in auť. de ſan. epi. §. damus autem. ibi, qui enim alios. col. ix. &. ff. de eden. l. ſi qs ex argentarijs. §. prætor ait. ibi, prohibet. & in glo. vt edatur.

h ¶ IDEM, ET IN MILITE.] id eſt in militia exiſtente. ſecus in veterano: qđ dic vt diximus. ſ. eo. §. item qui reipublicæ. Ad hoc autem ꝙ aliqs ſit miles, ſex ſunt neceſſaria: vt diximus in auť. de man. prin. §. fi. & in l. pe. ff. ex quib. cau. ma. & j. de milit. teſt. ſuper rub. ADDITIO Et refert Ang. ꝙ milites noſtri temporis gaudent priuilegijs, dummodo in eis ſit eadem ratio, & cauſa priuilegij concedendi.

i ¶ NEC VOLENS.] & ita ipſo iure, nō tenet datio: vt hîc, &. C. qui da. tut. poſ. l. militiæ. niſi à cōmilitone detur: vt. ff. eo. l. propter magiſtratum. §. fi. [b] Aliud in cœleſti milite, vt in clerico, q admittitur vſq; ad quartum gradū: vt in auť. de ſan. epiſ. §. prȩsbyteros. col. ix. quā habes. C. de epiſ. & cleri. ſup l. gñaliter. ADDITIO. Dic ꝙ imò hodie vſq; ad decimū gradū, ſicut ad ſucceſsionē, ſecundū Io. de pla per. §. ſi verò neq;. in auť. de hære. ab inteſt. de iure tñ canonico oīs electus, vel ꝓmotus eps, & monachi pñt ſuſcipere tutelā, ex cauſa pietatis: quāuis nō coganť, niſi ī ſubſidiū, & ꝑ miſerabilibus perſonis. c. lxxxvj. diſ. peruenit. &. xvj. q. j. c. generaliter, in gloſ. j.

b Sed Iac. dearet. ibi tenet cōtrarium: & illū tex. intelligit in veterano.

k ¶ GRAMMATICI.] id eſt magiſtri de grāmatica. & idē dicas de ſequētibus Et adiunge his ſophiſtas, id eſt dialecticos: ita vt oēs qui docēt triuiū, excuſentur: vt hîc, &. ff. eo. l. ſi duas. §. j. & hoc ſi doceant Romę, vbi eſt cōmunis patria: vt. ff. ad muni. l. Roma. & hîc. Itē ſi in patria ſua: vt hîc ſubiicit. Item, oportet ꝙ ſint intra numerum. habebat enim quælibet ciuitas numerum ſecundū ſuam quantitatē, & grammaticos, & dialecticos, rhetores, & phyſicos, ſiue medicos: ita tamen, ꝙ nulla vltra decem haberet, quibus hanc immunitatem daret: vt. ff. eo. l. ſi duas. §. fin. Sed aliud videtur in ijs qui docēt quadriuium: vt muſicam, aſtronomiam, geometriam, & arithmeticam. nam nō videntur habere excuſationē: vt. ff. eo. l. geometræ. Quid de legum doctoribus? Non excuſantur, niſi Romæ: vt. ff. eo. l. ſed & reprobari. §. fi. & §. pe. vel niſi in conſilium principis ſint aſſumpti: vt. ff. e. l. iuriſperitos. Vltra numerū autem, vel extra patriam ſuam nemo excuſatur: niſi ſint multū diſciplinati: vt. ff. eo. l. ſed & reprobari. §. amplius. Itē, philoſophos qui docent in naturalibus, cōſtat excuſationem habere: vt ff. eod. l. ſed & reprobari. §. amplius.

Scientię triuiales excuſant tutores.

Sciētiæ quadriuiales nō excuſant à tutela. Doctor legum an excuſetur à tutela.

¶ QVI AVTEM VVLT. ¶ CASVS. Domine, quidā datus fuit tu. vel cu. qui multas, & varias habuit excuſationes: & quaſdā ex illis propoſuit, & alias proponere prætermiſit: poſteà excuſationes propoſitas, in proceſſu iudicij probare nō potuit: nunquid alias excuſationes, quas ab initio nō propoſuit, adhuc proponere poterit? Reſpond. quòd ſic. Qui enim ſe excuſare vult: ſi plures habeat exceptiones, & quaſdam ex his in exordio litis propoſitas non probauerit: alias exceptiones ſibi competentes, licet ab initio omiſſas, attamen intra ſtatutum tempus proponere, & probare non prohibetur. Et hæc vſque ad illum. §. qui autem excuſare ſe volunt &c. Fran. de Areti.

† Concor. cum hoc. §. c. paſtoralis. cū gl. ſuper ver. audiantur in princ. extra de except.

* Statim.

l ¶ ALIIS VTI.] dūmodo in initio omnes propoſuerit, ſecūdum quoſdam [c]: aliâs non poteſt: vt. ff. eo. l. ſcire oportet. §. ſufficit. verſi. ſcire aūt. Vel quod verius eſt ſecundum Ioan. dic quòd illud quod ibi dicit, quòd ſimilis eſt ei, qui ſe non excuſauit, qui omnes prius non propoſuit: verum eſt, quo ad non nominatas: quia oportet, quòd adhuc proponat, ſi non eſt lapſum tempus: vt hîc, &. ff. eo. l. propter litem. §. j. &. ff. de excep. l. nemo. & ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor. contra. C. de inoffi. teſta. l. contra maiores. Sed ibi ab initio, duas proponere non potuit: quia ſibi eſſet contrarius. & ita verum eſt.

c Et tūc ſufficit, quòd vnā probet & hęc tēpora ei cōcurrunt etiā ſi ignorauerit ius ſibi competere: ſecūdum doct. hîc.

m ¶ TEMPORA.] quæ ſint iſta tempora, habes. j. proxi. §.

¶ QVI AVTEM EXCVSARE. ¶ CASVS. Domine, datus fui tu. cuidā pupillo: & ego habebam tres liberos in vrbe, vel quatuor in ꝓuincia, vel quaſdam aliâs excuſationes, mihi competentes. vnde à datione tutelæ, volebam appellare: iudex non admiſit appellationem meam. dicatis mihi, quid iuris eſt in caſu nro? Ad hoc rñ. Iuſti. Amice, iudex contra te iuſtè proceſsit. Qui enim ab onere adminiſtrationis tutelæ, vel curæ ſe voluerint excuſare: ab ipſa datione nō debent appellare, imò intra quinquaginta dies continuos connumerandos, ex quo nouerunt ſe datos eſſe tu. excuſationes ſibi competētes, debent coram iudice ꝓponere, cuiuſcūq; generis ſint: hoc eſt ſiue à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice dati extiterint. & hæc ſunt vera, ſi intra centeſimum miliare, à loco, in quo dati fuerint, habitent. Alio enim modo facienda eſt computatio, ſi vltra centeſimum miliare, ab eo loco, in quo dati fuerant, habitent. Tunc enim pro ſingulis viginti miliaribus, donec venerint ad locū, in quo dati fuerunt, computabitur eis vnus dies: & cùm venerint ad eundem locū, numero reſultanti, ex computatione dierum, ex beneficio legis adijcietur ſpatium. xxx. dierū: intra qđ poterunt ſe excuſare. Sed tamen vt Scȩuola dicebat, in hoc caſu, ſi minor numerus, ex computatione dietarum, & adiectione: xxx. dierum reſultet, quàm ſpatium. l. dierum: de æquitate ita erit facienda computatio, vt illi qui habitant vltra centeſimum miliare, ad ſuas excuſationes proponendas, nunquam minus habeant quàm. l. dies. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §: datus autem tutor. Fran. de Areti.

n ¶ NON APPELLANT.] ſed contrà. ff. de ap. l. cum in vna. §. tutor. Sed ibi appellatum fuit ab ipſa ſententia lata, contra excuſationem. ſed ab ipſa datione, appellari non poteſt: vt hîc, &. ff. qñ appel. ſit. l. j. §. ſiquis tutor. Sed in alijs numeribus contrà: quia à datione appellatur: vt. C. de ap. l. ij. qui. & C. de tem. & re. ap. l. j. &. C. de decur. l. ij. lib. x.

Apellari an poſsit ab iniūctiōe munerum.

o ¶ INTRA QVINQVAGINTA DIES.] ita tñ, ꝙ intra quatuor menſes, contineantur iſti quinquaginta dies: licet cognouerit ſe fortè datū circa finem quatuor

*Si verò extra vltra centeſimum lapidem &c.

a Et hoc ne incidam⁹ in abſurdum: videlicet, quod prius pſcribat tẽpore cognitionis.ſ.quatuor mẽſiũ, q̃ propoſitionis:ſcilicet quinquaginta dierũ: qđ nõ contĩgit in.d.l.mariti.cũ ibi oẽ tp̃s detur ad initiandum accuſatiões: nõ autẽ ad pficiendũ: & ſic non ob. Iaſon. quod tamen (vt Sceuola dicebat) ſic debet cõputari.

nem quatuor menſiũ:vt.ff.e.l.quinquaginta.arg.eius quod eſt.ff.ad leg. iul. de adul.l.mariti.§.præterea.& hoc ſecundum quoſdã. Vel dic,ꝙ hi quatuor menſes currunt à die cognitionis:ſicut& quinquaginta:& hoc quãtum ad curſum cauſæ.Sed initium eſt vſque ad quinquaginta dies:& ſic parum vltra duos menſes,poteſt hæc cauſa durare pòſt.l.dies:& ſic intelligitur prædicta lex quinquaginta. Et quod ibi dicit in fine, ex die nominatiõis. ſubaudi,& cognitiõis[a]. aliâs verò regulariter triennio durant lites:vt.C. de iud.l.pperandũ. in prin.

cõtinuos, ex quo cognouerũt[a] ſe eſſe tutores,vel curatores datos, ſe excuſare debent:cuiuſcunq; generis ſint,id eſt,qualitercunq; dati[c] fuerint tutores,ſi intra centeſimum lapidẽ[d] ſunt, ab eo loco vbi tutores dati ſunt. *ſi verò vltra centeſimũ habitant,dinumeratione facta, viginti miliũ[e] diurnorum,& amplius triginta dierum[f]: qui*tamen[g] (vt Scæuola dicebat) ſic debent computari[h],ne minus ſint, quàm quinquaginta dies.

Tutor ſimpliciter datus, videtur datus ad totum patrimonium ſecundario, vbicunque ſit ſitum.Areti.

Datus autem tutor,ad vniuerſum patrimonium[i] datus eſſe creditur.

Qui tutelam alicuius geſsit, non cogitur poſteà, eiuſdem pupilli eſſe curator. Aretinus.

Qui tutelam alicuius geſsit, inuitus curator eiuſdem fieri non cõpellitur[k]:intãtũ vt licet pater qui teſtamẽto tutorẽ dedit,adiecerit ſe eundẽ cu-

a COGNOVERVNT.] Sed nunqd in dubio præſumetĩ eũ ſcire,vel ignorare ſemper?Reſpon.videtĩ ꝙ ſemper ſcire præſumatur,etiã ex die nominationis,ſaltẽ extunc, quãdo ad eũ notitia venire potuit: niſi probet ſe ignoraſſe:vt.C.de peri.tuto.l.ſi tutor. Sed tamen cõtradico,ſcilicet vt præſumatur ſemper eũ ignoraſſe, niſi probetur eius ſcientia:vt.ff.de admi.tut.l.hoc autẽ. &. C. qui mili.poſ. vel nõ poſ. l.ſuper ſeruis.in gl.ij.li. xij.&.ff. de proba.l. verius.Nec obſtat prędicta l.ſi tutor.quia ibi publicè erat notum:vnde nec iſte tutor potuit ignorare: vt. ff. de iuris & fa. igno.l.regula. Vel, ꝙ dicit ibi, idq; liquidis probationibus oſtenderis.ſcilicet eò quòd non probetur contrà: vel aliter, vt ibi ſolet dici.

b SE EXCVSARE.] ſcilicet dando initiũ excuſationi:vt modò diximus: & eam redigendo in ſcriptis per libellum:vt.ff.eo.l.ſcire oportet.§.oportet autem.non tamẽ ſolus libellus hic ſufficit,niſi & probet excuſationem quæ ibi continetur:vt.ff.e.l.excuſare.Accur. ADDITIO Quod facit vt terminus datus ad opponendum,ſeu excipiendum, intelligatur etiam datus ad oppoſita,ſeu excepta probandum,ſecundum Chriſtopho.hîc.

c DATI FVERINT.] ſiue à teſtatore,ſiue à lege,ſiue à iudice: vt.j.titu. j.§.ij.

d LAPIDEM.] ideſt miliarium.lapidibus etenim ſignabantur miliaria.

e VIGINTI MILIVM.] vt pro vno quoque die,viginti miliaria computentur:vt.ff.ſiquis cau.l.j.

f TRIGINTA DIERVM.] ſcilicet debet dari terminus,intra quẽ ſe excuſent.Vel dic,excuſare ſe debent facta dinumeratione.xxx.dierum &c.

g QVI TAMEN.] repete,debẽt ſe excuſare intra illos.xxx.dies:q tñ &c.

h COMPVTARI.] caueas ne fallaris in hac cõputatione.ſi enim per centũ miliaria abeſt,vel minus:tantũ habet dies quinquaginta. ſi autẽ abeſt vltra etiã per vnũ miliarium,habet pro quibuſlibet.xx.miliaribus vnã diẽ:& ſic pro centũ miliaribus habet quinq; dies:cũ quinquies viginti faciãt centum. Itẽ forte vnũ diẽ:quia vltra eſt per miliariũ vnũ vel parum plus.Item xxx. dies habet:& ſic habet.xxxvj.dies:& ita eſt in deteriori cõditione,q remotior eſt.Sed tamẽ vt ſubijcit,ita eſt faciẽda cõputatio,ne ſint minus quàm.l. dies.Et ſic apparet,ꝙ niſi per.xxj.dietas, vel plus ſit vltra centeſimum miliarium:non prodeſt adiectio.xxx.dierum:vt hîc,&.ff.e.l.ſcire.§.aliud autẽ.

DATVS AVTEM TVTOR. ¶ CASVS. Domine, quidã in teſtamento ſuo habenti duo patrimonia in prouincijs, tutorem dedit. ſic dicendo: Titium tutorem do pupillo meo. Modò quæro à vobis, vtrum teneatur ex illa datione, adminiſtrare res exiſtentes in alia prouincia, quàm in qua habet domicilium? videtur enim mihi, ꝙ ipſo iure non debeat teneri de adminiſtratione,exiſtentium in alia prouincia:ita quòd nõ ſit ſibi opus, aliqua excuſatione vti. Ad hoc reſpon.Iuſti. Amice:tutor in teſtamẽto datus,ad vniuerſum patrimonium pupilli, datus intelligitur. vnde dicitur, ꝙ ipſo iure, non eſt liberatus ab onere adminiſtrationis alterius prouinciæ: ſed ſi vult non teneri, neceſſe habet earum nomine ſe excuſare. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.qui tutelam.

i PATRIMONIVM.] facit.ff.eo.l.propter litem.§.fi.Sed contra.ſ. qui da. tuto.poſ.§.certè.Solue vt ibi.

QVI TVTELAM. ¶ CASVS. Domine,datus fui tutor cuidã pupillo:& adminiſtraui tutelã eius:& iã pubertate aduenientẽ, finita eſt tutela.modò idẽ adultus quõdã pupillus meus me petit in curatorẽ ſibi dari:& iudex me inuitũ cogere vult,ſuſcipere onus adminiſtratiõis. ego quæro à vobis,quid iuris eſt in hoc caſu?Reſpon.Impera.Amice:iudex te ad hoc cogere nõ poteſt.Qui enim tutelam alicuius geſsit:inuitus curator eiuſdem fieri nõ cõpellitur.& hoc intantũ eſt verũ,vt licet teſtator qui in teſtamẽto ſuo tutorẽ dederit,illũ eundẽ curatorẽ ſe dare adiecerit:tamen in hoc caſu diui Seuerus,& Antoni.reſcripſerint illũ inuitũ,nullo modo cogendum eſſe,adminiſtrationẽ curæ ſuſcipere.Itẽ,ſi maritus fuerit datus curator vxori ſuæ: ijdẽ principes reſcripſerunt eũ poſſe,ab onere curæ ſe excuſare, licet admi-

niſtrationi rerum vxoris ſuæ ſe immiſcuerit. Et hæc vſque ad illum.§. ſiquis autem.Fran.de Are.

k NON COMPELLITVR.] quaſi ſufficiat ei tãtum ſeruiſſe:vt.C. de nege.l.tutori.

l NON COGENDVM.] facit ad hoc.C.e.ti.l.curator.Sed cõtra eſt ad hũc.

ratorẽ dare:tamen inuitũ eũ curã ſuſcipere non cogendum[l], diui Seuerus & Antoninus reſcripſerint.

Maritus,etiam ſi ſe immiſcuerit in cura vxoris ſuæ:habet excuſationem. hoc dicit.Aretinus.

Iidem reſcripſerunt,maritũ[m] vxori ſuæ curatorem[n] datum,excuſare[o] ſe poſſe,licet ſe immiſceat[p].

Falſis excuſationibus liberatus, nõ eſt excuſatus.h.d.Areti.

Siquis autẽ falſis[q] allegationibus, excuſationem tutelæ meruerit, non eſt liberatus[r] onere tutelæ.

TITVLVS XXVI.

De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

Crimen ſuſpecti,deſcẽdit ex lege duodecim tabularũ:& prætor Romæ & preſides in prouincia de eo cognoſcit.Areti.

SCiendũ eſt ſuſpecti[s] crimẽ[t],ex lege duodecĩ tabularũ deſcẽde

§.C.eod.l.libertos.§. fin. Sed ſpeciale eſt in liberto[b],vt non excuſetur licet tutor fuerit.

m MARITVM.] idem de ſponſo:vt.ff.eo. l.j.§.fi.

n CVRATOREM.] ſed pcurator põt eſſe: vt.C. de proc.l.marit⁹.:ideo aũt non ponitĩ hîc tutorẽ:qa aliqua vxor nõ eſt pupilla:vt.ſ.de nupt.in princ.

o EXCVSARE.] impropriè ponitur. nã & ſi vellet, non admitteretur: vt C.qui da.tut.poſ. l.maritus. Et eſt ratio:qa propter affectum, vxor omnia ſibi remitteret[c]. Et hæc omnia ſunt vera, vbi dat⁹ eſt curator,poſtquàm fuit ſpõſus,vel maritus. ſi verò prius fuit tutor,vel curator,non poſſet poſteà eſſe maritus:vt.C.de interdi. ma. per totũ tit.Itẽ,hîc maritus,q poſt matrimoniũ fuit datus curator, ignorãs fortè,aliũ debet petere ſubſtitui:vt.C.e.l. ampliſsimi.&.l.licet.

ADDITIO Dic hoc eſſe verum de iure ciuili:ſed aliter de iure canonico,vt habetur in.c.penul.extra de ſecũ.nuptijs.ſecũdum Crhiſtopho.

p IMMISCEAT.] ſed ſi alius (ſcilicet de prædictis qui excuſationem habent) ſe immiſcuit:non poſſet ſe excuſare:vt.C.ſi ex fal.alle.l.ij.&.iij.

SI QVIS AVTEM. ¶ CASVS. Dñe,quidã datus fuit mihi tutor:iſte tutor,ad excuſationẽ ſuã dicebat ſe habere tres liberos in vrbe, cùm non haberet niſi vnũ,vel duos fortè:& iudex admiſit eius excuſationem:& ita falſis allegationibus,ſe excuſauit:dicatis mihi, quid iuris eſt in caſu iſto? Reſpon.Impera.Amice,qui falſis allegationibus ab onere tutelæ ſe excuſat, non eſt liberatus ab onere adminiſtrationis:imò ex tempore dationis tenetur.& ideo dico tibi,quòd tutor tuus,non obſtante excuſatione ſua, quam per falſas allegationes obtinuit:de periculo adminiſtrationis tibi tenetur. Et hæc dicuntur vſque ad finem titu.Fran.

q FALSIS.] vbi veritas fuit mutata.nam falſum nihil aliud eſt,quàm immutatio veritatis:vt in aut.de fide inſtru.in prin.col.vj.

r NON EST LIBERATVS.] imò ex tempore dationis tenetur: vt.C.ſi ex fal.alle.l.j.in fin.& facit ad hunc.§.ff.de re iudi.l.diuus.& de excep.l. qui agnitis.&.C.ſi ex fal.inſtru.per totum titu. Quid ſi eſt iniuſta excuſatio, licet non falſa, vel non gratioſa?Reſpond. poteſt adhuc idem dici, vt non teneat in minoris præiudicium:vt.C.ſi ex fal.alle.l.j.Quid ſi per ignorãtiam? Reſpon.idem:vt.C.ſi ex fal.alle.l.vltima.licet aliâs ſententia gratioſa teneat: vt.ff.ad trebel.l.ſeruo inuito.§.cum prætor.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS. ¶ *Quia ſupra uiſum eſt de tu.& cu.ac etiam eorum excuſationibus:& quia hi aliquando non excuſantur,imò inuiti,tãquàm ſuſpecti remouentur:ideò,de his ſubdit.*Por.

SCIENDVM.] Totus iſte titu.diuiditur principaliter in quinque partes.Primò,vnde habuit exordium crimen ſuſpecti.Secundò, qui poſſunt de ſuſpecto cognoſcere. Tertiò, qui poſſunt fieri ſuſpecti.Quartò,qui poſſunt accuſare tutorem de ſuſpecto. Quintò, quibus cauſis quis ſit ſuſpectus: & ſi accuſatur de ſuſpecto, quid ſequitur.Secũda ibi,Datum.Tertia ibi,Oſtendimus.Quarta ibi, Conſequens. Quinta ibi, Suſpectus. ¶ CASVS. Domine, iam video, quòd vultis tractare de ſuſpectis tutoribus.Dicatis mihi,ſi ſedeat animo:vnde deſcendit crimen ſuſpitionis?Reſpon. Impera.quòd ex.l.xij. tab. deſcendit.Et hæc vſque ad illum.§.Datum eſt autem.Sed pone. Domine, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpitionis: dicatis modò mihi, qui poſſunt de hoc crimine cognoſcere, & ſuſpectos tutores ab adminiſtratione remouere?Reſpond.Iuſti.Remouendi ſuſpectos tutores ab adminiſtratione, datum eſt ius Romæ prætori, in prouincijs autem, præſidibus prouinciarum, & etiam delegato à proconſule. Et hæc vſque ad illum.§.oſtendimus.

s SVSPECTI CRIMEN.] ideſt,huius criminis accuſationem ſcilicet. de ſuſpecto.Vel ſimplicius crimen ſuſpecti ideſt ſuſpitionis.

t EX LEGE.] ex quo eſt legitimũ crimẽ,nũqd ſe inſcribet qui accuſabit? Reſpõ.poteſt dici ꝙ ſic:vt.ff.de priua.deli.l.fi.& de mu.& ho.l. reſcripto.§. ſiquis.Alij cõtra:vt.ff.e.l.iij.§.pręterea.Sed illud poteſt intelligi,qñ ſine accuſatore res procedit[d].Aliud eſt, ſi cum accuſatore: vt dictum eſt.ſ.Sed quæ

b Intellige verũ ſi ſpõte p pronũ fuit liberat⁹ ſecus ſi p fideicommiſſum:vt.l.libert⁹.§.pe.&.§.nequaquã.ff.eo.ſecũdũ Aug. hîc.

*Alcia.lib. diſpũ.iij.ca. viij. in fine dicit Aeliũ Verum,vnà cũ Antonio ĩperaſſe, vt hîc legẽdũ ſit diui Ver⁹ & Antoninus. Idem vult Nebriſſenſis in lexico iuris ciuilis in dictione Antoninns. Pi⁹ tamen Antonius Bartolin⁹ in ſi. ad nota.ſuarum in.ll.de ordine ĩperato. dicit poſt Diuũ Iulianũ occiſum, Seuerũ imperaſſe,vnà cum filio antonino, cognomento Caracallo. tu diſpice.

*Suſpicio, propter crimen quod cõmittit tutor vel curator ſecũdũ Ange. E. Perrimus.

c Iſtud dictum gl.reprobatur:& eſt ratio,qa reuocatio p curatoris pẽdet ex mero arbitrio domini: vt. j. mã.§.item mãdatũ.ſecundũ Ange.hîc. Falſum eſt ĩmutatio veritatis.

Continuatio.

Diuiſio.

Accuſãs de ſuſpecto, ſe debet inſcribere quãdo agitur criminaliter, ſec⁹ ſi ciuiliter.

d Quo ca.

re.† ¶ Datum eſt autem ius remouẽdi tutores ſuſpectos, Romæ [a] prætori [b]: & in prouincijs præſidibus [c] earum, & legato [d] proconſulis.

¶ Quilibet tutor poteſt de ſuſpecto accuſari, & etiã patronus, dũ modò ei fama conſeruetur: ſecus in alijs. Aretinus.

¶ Oſtendimus [e] qui poſſunt de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus qui ſuſpecti fieri poſſunt. ¶ Et quidem omnes tutores [f] põt fieri ſuſpecti: ſiue ſint teſtamẽtarij, ſiuenõ ſint, ſed alteri⁹ [g] generis tutores. Quare, & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. ¶ Quid ſi patronus ſit? Adhuc idem erit dicẽdum [h], dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum [i] eſſe, † licet vt ſuſpectus remotus fuerit.

¶ Quilibet admittitur ad accuſandum tutorẽ de ſuſpecto, etiã mulier, ſi ex pietate pupilli mouetur: aliâs ſecus. Aretinus.

¶ Conſequens eſt vt videamus qui poſſunt ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt quaſi [k] publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, omnibus patere. Quinimò, & mulieres admittuntur, ex reſcripto diuorum Seueri, & Antonini: ſed eæ ſolæ quæ pietatis neceſſitudine ductæ, ad hoc procedunt [l]: vt puta mater, nutrix quoq;, & auia, poteſt & ſoror. Sed & ſiqua alia mulier fuerit, quam prætor propenſa [m] pietate intellexerit, nõ ſexus verecundiam egredientẽ [n], ſed pietate productam, non ſuſtinere [o] iniuriã pupillorum: admittet eã [p] ad accuſationem.

¶ Impuberes de ſuſpecto non accuſant, ſed puberes ſic. Aretinus.

¶ Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes autem, curatores ſuos, ex conſilio neceſſariorum [q], ſuſpectos poſſunt arguere. & ita diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

¶ Qui non adminiſtrat bona fide: licet aliàs ſit ſoluendo, poteſt vt ſuſpectus remoueri. Et iuſſus à iudice adminiſtrare: antequã adminiſtret, poteſt vt ſuſpectus remoueri. Aretinus.

¶ Suſpectus [r] autem eſt, qui non ex fide [s] tutelam gerit, licet ſoluendo ſit: vt Iulianus quoque ſcripſit. ¶ Sed & antequàm incipiat tutelã gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectũ remoueri [t], idem Iulianus ſcripſit, & ſecundum eum conſtitutum eſt.

¶ Remotus propter dolum, eſt infamis: propter culpam, non. Aretinus.

¶ Suſpectus autem remotus, ſi

---

erit hîc pœna talionis, cum accuſator non ſit, tutor vt remoueatur? Reſpõ. infamia: vt. ĩ. eo. §. ſuſpectus. ij. Item, quia quandoque erit puniendus, vltra remotionem: vt. ĩ. eo. §. ſed ſiquis præſens.

a ¶ ROMAE.] ſic in aut. de defen. ciui. §. iuſiurãdum. ibi, nõ habente. col. iij.

b ¶ PRAETORI.] & illi cui à prætore mãdata eſt iuriſdictio: vt. ff. e. l. j. §. ij. Sed dicunt quidam quãtum ad cognitionem, nõ quãtum ad remotionẽ, & dicunt tantũ eſſe ſpeciale, in legato à procõſule, vt ipſe poſsit remouere: non ſic in legato à præſide, ſed cognoſcere tantùm poteſt.

c ¶ PRAESIDIBVS.] ſub hoc vocabulo cõtinetꝰ ꝓcõſul: vt. ff. de offi. pſi. l. j.

d ¶ LEGATO PROCONSVLIS.] i.. delegato à procõſule. Sed hîc non habet ordinariã iuriſdictionem: ergo remouere nõ poteſt: vt. ff. ad turp. l. j. §. ſuſpecti. quæ eſt contra. Sed dicũt qdã nomẽ præſidis ibi generale eſſe: vt etiã hũc delegatũ, & ſic omnẽ delegatũ cõphẽdat: vt. ff. de off. præſidis. l. j. Sed veri⁹ eſt in hoc legato, duo eſſe ſpecialia. vnũ eſt, vt de hoc crimine poſsit cognoſcere, & definire: vt hîc, & ff. e. l. j. §. j. &. §. cui autẽ. & ff. de offi. eius cui mã. eſt iuriſ. l. cognitio. Itẽ & aliud, vt de omni crimine cognoſcat, licet nõ ꝓnũciet: vt. ff. de off. procon. l. ſolẽt. Reſtat ergo, vt per aliũ delegatũ hoc fieri non poſsit, niſi per iſtũ, & ꝑtoris. ſ. vt. ĩ. proximè dixi. ADDITIO. Tu dic, ꝙ ſi accuſatio fit ad remouendum, poteſt cognitio demandari, non autẽ remotio: niſi fiat, à lege: quia tũc poteſt demãdari, ipſius declaratio. Sed remotio per ſententiam, non poteſt fieri, niſi per delegatũ proconſulis, vel prætoris: vt hîc, vel etiam principis arg. l. à iudice. C. de iudi. Si verò fiat ad puniendum: nullus delegatus, nec etiam ipſe prætor, ſed ſolus præſes prouinciæ cognoſcit: vt dicto. §. ſuſpecti. &. l. j. §. fin. cum. l. ſequen. ff. eod. Ange.

¶ OSTENDIMVS ¶ CASVS. Domine, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpitionis, & qui poſſunt de illo crimine cognoſcere. dicatis modò mihi, qui põſſunt accuſari de ſuſpitione? Et reſpond. Impera. de ſuſpecto poſſunt accuſari, ſiue ſint teſtamentarij, ſiue alterius generis tutores. vnde, & ſi legitimus ſit, adhuc idem dicendum erit: videlicet, vt accuſari poſsit. Sed pone quòd ſit legitimus tutor, vt patronus liberti ſui: nunquid poterit de ſuſpecto accuſari? Reſpondet, certè ſic: verumtamen, famæ patroni parcetur: vt nihilominus integra maneat, quamuis vt ſuſpectus remotus fuerit. Et hæc vſque ad. §. conſequens eſt. Fran.

e ¶ OSTENDIMVS.] vt ſupra proxi. §. &. ff. de ſuſpect. tut. l. prima. §. oſtendimus.

f ¶ OMNES QVIDEM TVTORES.] ideſt, omnis generis tutores: ſiue ſint teſtamentarij: ſiue datiui: ſiue legitimi: non autem omnes. ideſt boni & mali: quia boni, etiam ſi pauperes ſint, non remouentur: vt. ĩ. eod. §. vlti. ponit ergo genera ſingulorum tutorum: & non ſingula ſub generibus poſita, ſeu ſingula generum. ſic & aliâs. ſ. quib. mo. tu. fini. §. ſed & capitis. &. ĩ. de fideiuſſo. in princip. &. ff. de pecu. l. quam tuberonis. §. peculium. &. ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius naturale. Sed nunquid eadem ſeruantur, in quolibet alio curatore: puta furioſi, vel prodigi? Reſpon. ſic: vt. ff. eod. l. iij. §. non tantum. &. §. ſed & ſi quis Accur.

g ¶ ALTERIVS.] puta datiui.

h ¶ DICENDVM.] ſcilicet vt poſsit accuſari, & remoueri. Sed certè, imò videtur debere curator adiungi, tam patrono, quàm cuilibet legitimo: non autem remoueri: vt. ff. e. l. ſi tutor. quæ eſt huic contraria? Reſpon. illud eſt conſilium, non præceptum. ſic & aliâs. C. de nuptijs. l. viduæ. in glo. j.

i ¶ PARCENDVM.] Sed qualiter parcetur, cùm cõdemnatus ob dolũ, ſtatim ſit infamis: vt. ĩ. e. §. ſuſpectus autem? Reſpon. cauſa non exprimatur in ſententia: vt. ff. e. l. hæ enim. in prin. j. reſpon.

¶ CONSEQVENS EST. ¶ CASVS. Dicit Iuſtiñ. continuando materiã ſuã: Ex quo vidimus, qui poſſunt accuſari ſuper crimine ſuſpitionis: conſequens eſt, vt videamus qui poſſunt accuſare ſuſpectos. Et ſciendum eſt, hãc accuſationem de ſuſpecto, quaſi publicam eſſe: hoc eſt, omnibus patere. Non enim ſolùm maſculi, ad hanc accuſationem procedere poſſunt, ſed etiam mulieres, ex reſcripto diuorum Seueri, & Antonini admittuntur. Sed licet mulieres admittantur, non tamen omnes, ſed illæ ſolæ, quæ pietatis neceſsitudine ductæ, ad hoc procedunt: vtputa mater ipſius pupilli, vel nutrix, vel etiam auia, vel ſoror. Et non ſolummodo iſtæ mulieres admittuntur, ſed etiam ſiqua alia fuerit, cuius magnam pietatem prætor intellexerit: quæ quidem mulier verecundiam ſexui muliebri cõpetentem, non egrediatur, ſed pietate quaſi mota, iniuriam pupilli ſuſtinere non poſsit: ad iſtam accuſationem eam admittit. Sed hodie nunquid poterunt impuberes, qui in tutela ſunt, ſuos tutores de ſuſpecto accuſare? Et reſpondet quòd non. ſed licet impuberes tutores ſuos accuſare non poſſint: puberes tamen in cura exiſtentes, curatores ſuos, de conſilio neceſſariorum ſuorum, ſuper crimine ſuſpitionis, arguere poſſunt. & ita diui Seuerus, & Antonin⁹ reſcripſerunt. Et hæc vſque ad illum. §. ſuſpectus autẽ eſt qui. Franc.

k ¶ QVASI PVBLICAM.] ideo dicit quaſi, quia non cuilibet indiſtinctè accuſare permittitur: vt ſtatim probatur[a]. Publica autẽ dicitur, quaſi populica. i. cuilibet de populo competens: vt. ĩ. de publ. iudi. §. j.

l ¶ PROCEDVNT.] etiã impudicè. & facit ad hoc. C. eodem. l. pietatis. §. fina. &. ff. eodem. l. prima. §. conſequens. &. ff. de procurator. l. fœminis. ſecus in alijs accuſationibus: vt. ff. de accuſatio. l. qui accuſare. & ſecus in poſtulatione: vt. ff. de poſtu. l. j. §. ſexum. Sed contrà. ff. de regulis iuris. l. ſecunda. cum ſuis concord. Sol. hoc eſt ſpeciale. Item, in eo quod dicit matrem admitti, eſt contra. ff. de in litem iurando. l. videamus. in principio. verſicul. ſed nec. Sed certè, ſi iuraret in litem pro filio: plus matri committeretur, quia quaſi eſſet iudex: quàm ſi filij nomine accuſaret: cùm magis ſit in iudicis arbitrio, vtrum ſit ſuſpectus iudicandus vel non. Sed non ſic ſacramentum eſt in arbitrio iudicis: maximè, iure nouo: ſecundum quod non refrenatur, ſecundum quoſdam poſtquàm eſt præſtitum: vt in authen. de iudic. §. oportet. colum. ſexta. vel licet poſteà taxetur: raró vel parum minuit, de eo quod iurauit. Accurſius.

m ¶ PROPENSAM.] ideſt magnam. Accurſius.

n ¶ EGREDIENTEM.] quod fecit Calphurnia. vt. ff. de poſtu. l. j. §. ſexũ.

o ¶ SVSTINERE.] ſubaudi poſſe.

p ¶ EAM.] ſcilicet fœminam.

q ¶ NECESSARIORVM.] ſcilicet parentum. & fac. ff. de in li. iu. l. videamus. §. adoleſcens.

¶ SVSPECTVS AVTEM EST. ¶ CASVS. Dñe, iã video. q poſſunt accuſare de ſuſpe. dicatis mihi, ſi placet, qs intelligitꝰ ſuſpect⁹? Ad hoc rñ. Impera. ꝙ ille ſuſpect⁹ eſt, q nõ ex fide tutelã pupilli ſui gerit: licet ſoluẽdo ſit. & ita Iulia. ſcripſit. Plus etiã dicit: videlicet, ꝙ tutor anteq̃ incipiat tutelã adminiſtrare: poterit quaſi ſuſpectus remoueri. & hoc ſecũdũ Iulia. cõſtitutum eſt. Et hæc vſque ad illum. §. Suſpectus autem remotus. Fran.

r ¶ SVSPECTVS.] ſic. ĩ. eo. §. nouiſsimè. Accurſius.

s ¶ EX FIDE.] ſcilicet bona.

t ¶ REMOVERI.] quia fortè in alijs tutelis, malè ſit verſatus: vt. ff. e. l. iij. §. ſi autẽ. & dic remoueri, ſed nõ accuſari: vt. ff. eo. l. hæ enim. in fi. quæ huic eſt contraria[b]. Vel ibi non poſſunt accuſari ſuſpecti ex verbis. l. xij. tab. ſed ex ſententia ſic: vt hîc dicitur. Vel dic, quòd antequam gerat. ex dolo tantùm accuſatur ſuſpectus: vt. C. e. l. iij. pro culpa nõ[c]. & quod dicitur in dicta. l. hæ enim. hoc verũ eſt, quãdo ob ignauiam fecerũt. i. adminiſtrauerũt. poſtquã verò cœperit gerere: & propter dolũ, & propter culpã, poteſt accuſari ſuſpectus: vt. ĩ. proxi. §. ADDITIO. Nec ob. l. patre furioſo. ff. de ijs qui ſui, vel alie. iur. ſunt. vbi facilius impeditur fieri, quàm factum tollatur: quia illud procedit, vbi eadem eſt ratio: ſed hîc eſt maior ratio, in iam producto in eſſe, (cum plus delinquat) quàm in producendo. argu. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de act. emp. Iaſon.

¶ SVSPECTVS, AVT REMOTVS. ¶ CASVS. Dñe, iã video qs eſt ſuſpectus: ſed pro deo dicatis mihi, qs eſt effect⁹ iſti⁹ criminis? Ad hoc reſpõdet Impe. Amice, ſiqs remotus fuerit ab adminiſtratione ſua, propter crimen

---

ſu iudice per inquiſitionẽ procedente. non oportet cauſam ſuſpitionis exprimere: nec ſequiſ infamia: ſecũdũ Bald. † Id eſt eſſe crimen ciuile. Ioã. de plat.

Legatus ꝓcõſulis duo habet ſpecialia. † Et ſi patronus remotus à tutela non efficitur infamis: vt hîc, & in. c. per tuas. in glo. ſuper verba amoueri. in med. extrà de ſimo.

Omnes tutores poſſunt fieri ſuſpecti, an ſit vera propoſitio.

a Sed ſecũdũ hoc nunquã propriè eſſet dare iudicium publicum: cũ ſuper fœmine repellantur. Dic ergo quaſi pub. ſecũdũ Io. fa. quia deſiſtẽs nõ incidit ĩ turpillianũ: vt d. §. ſuſpecti, vel quia poteſt procurator conſtitui.

Calphurnia fuit mulier inuerecũda.

b Iſta ſolutio non eſt bona propter text. in l. ij. ff. eo.

c Et hæc eſt bona: ſecundũ quam in accuſatione tantũ, nõ in remotione ſit differentia: quia ita propter culpa ſicut propter dolum remoueri poterit, ſiue impediri adminiſtrare: iuxta diſtĩctionẽ Ang. hîc nõ autẽ de ſuſpecto accuſari niſi ꝓpter dolum ſecũdũ Iaſ.

quidem ob dolum[a], famoſus[b] eſt: ſi ob culpam[c], non æquè[d].

¶ Pendente accuſatione de ſuſpecto, interdicitur accuſato adminiſtratio. qui ſi deceſſerit, extinguitur accuſatio. Aret.

¶ Si quis autem ſuſpectus poſtulatur, quoad[e] cognitio finiatur, interdicitur[f] ei adminiſtratio: vt Papiniano viſum eſt. ¶ Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta[g] fuerit, poſteaq; tutor, vel curator deceſſerit[h], extinguitur[i] ſuſpecti cognitio.

¶ Si tutor latitat, ne pupillo per iudicem decernantur alimenta: pupillo in poſſeſſionem bonorum miſſo, & dato curatore, vt ſuſpectus remouetur. Aret.

¶ Siquis tutor copiam ſui nõ faciat, vt alimenta pupillo decernantur[k]: cauetur epiſtola diuorum Seueri & Antonini, vt in poſſeſsionem[l] bonorum eius[m], pupillus mittatur[n]: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore, diſtrahi iubentur. Ergo vt ſuſpectus remoueri poterit, qui non præſtat alimenta.

¶ Tutor præſens qui per mendaciũ denegat alimẽta pupillo poſſe decerni: remittitur ad præfectũ puniẽdus. Idem in eo qui per pecuniã tutelã acquiſiuit. Et idem in liberto, qui malè adminiſtrat.

¶ Sed ſi[o] quis præſens negat, ꝓpter inopiã alimẽta poſſe decerni[p]: ſi hoc per mẽdacium[q] dicat remittẽdum[r] eũ eſſe, ad præfectũ vrbi puniẽdum, placuit[s]: ¶ Sicut ille remittit[t], qui data pecunia, miniſteriũ tutelæ acquiſierit, vel redemerit. ¶ Libertus quoque, ſi fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni geſsiſſe probetur, ad præfectum vrbi remittitur[v] puniendus.

¶ Qui fraudulenter tutelam gerit: licet ſatiſdationem de indemnitate offerat, tamen vt ſuſpectus remouetur. Aret.

¶ Nouiſsimè[x] autẽ ſciẽdum eſt, eos qui fraudulenter tutelam adminiſtrant, etiã ſi ſatis offerãt, remouendos eſſe à tutela: quia † ſatiſdatio tutoris propoſitũ maleuolum non mutat, ſed diutius graſſandi[y] in re familiari, facultatem præſtat[z].

¶ Mali mores, & non paupertas ſola, faciunt tutorem ſuſpectum. h.d. Areti.

¶ Suſpectũ[a] eum putamus, qui moribꝰ talis eſt, vt ſuſpectus ſit. ¶ Enimuerò tutor, vel curator, quãuis pau-

pter crimen ſuſpicionis: ſi quidem ob dolum, infamis efficitur. Si verò ob culpam leuem, vel leuiſsimam fuerit remotus: non efficitur infamis. Et nõ ſolùm iſtum effectum habet crimen ſuſpicionis: ſed etiam alium. Nam ſi aliquis fuerit de crimine ſuſpicionis accuſatus: quouſq; cognitio finita fuerit, interdicitur ei adminiſtratio. & ita Papiniano viſum eſt. Sed ſi aliquis huiuſmodi crimine accuſatus fuerit, & pendente cognitione, deceſſerit accuſatus: cognitio ſuſpecti extinguitur. Item, ſi aliquis tutor, copiam ſui non fecerit, vt alimenta pupillo ſuo decernãtur: pupillus in poſ.bo. ipſius tutoris cauſa rei ſeruandæ mittitur: & quæ per moram deteriora futura ſunt: dato curatore vẽdi iubentur. Liquet igitur, quòd tutor qui alimenta pupillo non præſtat: vt ſuſpectus remoueri poterit. Si autem tutor præſens fuerit: per mendacium tamen alimenta pupillo decerni non poſſe, ob inopiam pupilli dicat: ad præfectum vrbis mittetur puniendus: vt iuriſcõſul. placuit: ſicut ille remittitur ad præfectum vrbis puniendus, qui per pecuniam, miniſterium tutelæ redemit. Item, libertus ſi fraudulenter geſsiſſe tutelã, vel curam filiorum, vel nepotum patroni probatus fuerit: ad præfectum vrbis ſimiliter remittetur puniendus: & in hoc caſu, vt ingratus accuſari poterit. Nouiſsimè autem ſciendum eſt, tutores, vel curatores, fraudulenter adminiſtrãtes res pupillares, omnino eſſe remouendos. Licet enim ſatiſdationẽ offerant, de indemnitate pupilli: tamen quia ſatiſdatio maleuolum tutoris propoſitum non mutat, ſed diutius malignandi facultatẽ præſtat: remouendi ſunt. Itẽ ſuſpectũ eũ merito putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus haberi debeat. Licet enim tutor, vel curator, pauper ſit: ſi tñ fidelis, & diligens ſit in adminiſtratione, nõ eſt vt ſuſpectus remouẽdus. Et hæc vſq; in fi.ti. Fran.

a ¶ Ob dolum.] expreſſum in ſententia, puta ſic: remoueo te, quia in dolo tali fuiſti. Accurſius.

b ¶ Famosus est.] excepto patrono: vt.ſ.e.§.oſtendimus. in fi.§.&.ff. eo.l.j.§.oſtendimus. Sed quid ſi remouetur ſimpliciter, non expreſſo dolo, vel culpa? Videtur ꝙ ſemper remaneat integræ famæ: vt.ff.e.l.iij.in fi.& l.hæ enim.§.quid ergo. Poteſt tamen diſtingui, vtrum accuſatus fuerit ob dolum, an ob culpam: an ob vtrunque. In primo, fit famoſus: in ſecundo, non æquè: in tertio, intelligitur ſemper ob culpam: niſi in contrarium probetur. pœnæ enim non ſunt augendæ, ſed molliendæ: vt.ff.de pœ.l.pœ. & de excep.rei iudi.l.ſi ex teſtamento. &.ff.de libe. & poſthu.l.cum quidã. &.ff.e.l.iiij.ĩ.ij.&.iij.reſpon.

c ¶ Ob culpam.] ſcilicet leuem, vel leuiſsimam. ſecus ſi propter latam, quia tunc videtur infamis: vt.ff.e.l.impuberibus.§.ſi fraus. Et eſt ratio: quia dolo cõparatur: vt.ff.ſi menſor fal.mo.dixerit.l.j.§.hæc actio.&.ff.de præca.l.quæſitum.§.eum quoque.&.ff.depoſi.l.quod nerua. niſi in duobus caſibus. Primus eſt in criminibus publicis: vt.ff.ad legem cor. de ſic.l.in lege. Secundus in delatione ſacramenti in litem: vt.ff.de in litem iur.l.in actionibus.§.ſed in his. his enim caſibus lata culpa, dolo non comparatur. Vel dic ſecundum Azo.& de lata etiam intelligi: vt ſicut in perditione perſonæ dolo non comparatur, vt dictum eſt: ſic in perditione famæ, vt non fiat infamis. Nec obſt.d.l.ff.e.l.impuberibus. quia de dolo intelligitur[a]. Vel dic vt.ĩ. ſtatim dicam in gloſ.ĩ. non ſimiliter. in fine.

Culpa lata ſp dolo cõparatur: niſi in tribus caſibus.

Famæ periculum æquiparatur periculo vitæ.

a Imò ibi lata culpa æquiparatur dolo, quo ad remouẽdũ tutorem non quo ad infamandũ: ſecũdũ An. hîc.

d ¶ Non aeqve.] id eſt non ſimiliter fit famoſus damnatus ob culpam leuem: ſicut ille qui remouetur ob dolum: fit tamen infamis de facto: ſicut & aliàs, quis fit famoſus de facto ſolo: vt in condictionibus, ex turpi cauſa deſcendentibus: vt.ff.de act.& oblig.l.ceſſat. item in interdictis ex famoſa cauſa ſimiliter veniẽtibus: vt.ff.de vi & vi ar.l.neq; vnde vi. Sed videtur ꝙ etiam ex culpa leui, quis ſit infamis: vt.ff.de ijs qui not.infa.l.liberorum.§. notatur. quæ eſt huic cõtrà. in eo ꝙ ibi dicit ignorãtiam iuris, non excuſare ab infamia. Sed certè, poteſt dici, ꝙ iuris ignorãtia, ſit lata culpa. quod ſic probo: quia omnes debẽt ſcire iura, exceptis paucis: ſcilicet mulieribus, minoribus, & militibus: vt.ff.de iu.& fac. igno.l.regula in princip. C.de leg. & cõ.l.leges ſacratiſsimæ. &.C.de iu.& fac.ig.l.cõſtitutiones. ergo ſiquis ignorat, eſt in culpa lata: cùm culpa lata ſit, id ignorare quod omnes ſciũt: vt.ff. de verb.ſig.l.latæ culpæ. non eſt ergo mirum ſi eſt infamis: vt.ff.e.l.impuberibus.§.fi. Vel verius ſecundum Azo. lata culpa, non infamat per ſententiam damnatum: ſed ipſo facto ſic, ſi eſt tale factum, vt in dicta.l.liberorũ. §.notatur. Et ſic ſunt tres caſus, vbi lata culpa, non comparatur dolo: vnus hîc: duo in gl. ſuperiori quæ incipit, ſcilicet leuem &c.

Ignorantia iuris eſt lata culpa.

e ¶ Qvoad.] id eſt donec.

f ¶ Interdicitvr.] argumentum, vt donec prælatus accuſatur, ꝙ nõ debet adminiſtrare eccleſiaſtica bona. & facit ad hoc. C.de ſen.paſ.l.fin.& ff.eo.l.impuberibus.§.fi. C.e.l.quem vt ſuſpectũ. &. ff. de ſolut.l.quod ſi fortè.§.j.verſi. dico igit. Additio. Imò adiungit ſibi alius, cũ quo adminiſtrat: ſecũdum Ang. Vide tu canoniſta notata in.c.venerabili.de offi.dele.in verb. ſuſpectus. vbi concludit gl. ꝙ prælatus de dilapidatione denuntiatus, ſeu accuſatus, tanquã ſuſpectus, ab adminiſtratione, nõ remouetur lite pẽdente: niſi primò, probetur ſuſpectꝰ de dilapidatiõe malè adminiſtrãdo.

Prælatꝰ ſuſpectꝰ an ſit ab adminiſtratione remouendus.

g ¶ Svscepta.] id eſt incœpta.

h ¶ Decesserit.] ſcilicet accuſatiõe pẽdẽte.

i ¶ Extingvitvr.] quia nõ niſi, vt ab ea remoueatur, intẽditur: ſed ex quo mortuus eſt, verè remotus eſt. & quod hîc dicitur, ſi tutela morte tutoris finiatur: idẽ eſt ſi quocunq; alio modo finita tutela ſit: vt.ff.eo.l. pœ.§.pœ.

† Satiſdatio propoſitũ maleuolũ nõ mutat ſed diutius graſſandi facultatẽ præſtat. cõcor. c.ij.iij.§.j. in gl. fi. extrà de ſolu.

k ¶ Decernantvr.] per iudicem. Additio Ita ꝙ ſemper ex reditu patrimonij, aliquid ſuperſit, per tex.in.l.ius alimentorum.§.j.ff.vbi pu.edu.de.Ange.

l ¶ Vt in possessionem.] ſed & multa indici poterit: vt.ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§.ſi arbiter.& facit.ff.eo.l.impuberibus.§.fi.

m ¶ Eivs.] aliâs eſt tutoris in textu: aliâs non eſt. ſed tamen ſubauditur: vt ff.eo.l.impuberibus[b]. Sed alij dicunt eius, ſcilicet pupilli: vt ita adminiſtratio tutori auferatur.

b Iſta glo. approbatur p.Ang.hîc.

n ¶ Mittatvr.] cauſa cuſtodiæ: nõ vt ex eis alatur: ſed vt cautũ ſit pupillo, ſi malè geſsit tutor, ſed de ſuo: vt.ff.vbi de pu.edu.debe.l.fi.in fine.

o ¶ Si qvis.] ſcilicet tutor.

p ¶ Decerni.] puta ſi negat alimenta poſſe decerni.i.dari. & quod ſequitur, ſi hoc per mendacium &c. ſit de reſponſione.

q ¶ Per mendacivm.] quid ſi nõ dicat, per mẽdaciũ imò verũ dicat: nũquid de ſuo alere tenetur? Reſpõdet, nõ: vt.ff.vbi pu.edu.debe.l.iij.§.fi.

r ¶ Remittendvm.] ſed non remouendum: vt.ff.e.l.tutor.§.tutor.

s ¶ Placvit.] hoc ideo, quia maior pœna imponetur, quàm remotio: vt ff.de offi.præfec.vrb.l.j.§.item ſolent.

t ¶ Remittitvr.] ſcilicet puniendus extra ordinem: vt.ff.de tute.l. in eos[c]. Et no. hîc arg. contra eos doctores, qui pecunia data ſibi acquirunt ſcholares: vt.ff.de offic.præfec.vrb.l.j.§.item ſolent.& in authen. vt ea quæ vocantur inſinuatiua.§.j.col.v.

c Quæ remiſsio, nõ ĩ ciuilibꝰ: ſed in criminalibus fit Si tũ iudex qui cœpit male factorẽ, cognouerit de delicto, nõ cogitur remittere, niſi eſſet incompetens: vt hîc Ange. Are.

v ¶ Remittitvr.] ob hoc etiã, vt ingratus accuſari poteſt: vt.C.de libe. & eorum liberis.l.iij.& facit.C.e.l.j.&.ij.&.ff.eo.l.libertus. quæ eſt.l.ij.

x ¶ Novissime.] i. in vltima parte huius ti. ſic.ff.de inſti.act.l.nouiſsimè. nam & ibi in vltima parte tractatus ſui Vlpianus ponit nouiſsimè.

y ¶ Grassandi.] i. delinquẽdi: vel.i. animãdi ad delinquendum. ſic.ff. de pe.l.capitalium.§.graſſatores. inde graſſor, aris.i. nitor ad malum.

Graſſor graſſaris.

z ¶ Praestat.] facit.ff.eo.l.ſuſpectus.&.l.quia ſatiſdatio. Et fa.in ar. ad quæſtionem talem: Si emi librum, & antequam ſoluam pretium, comperiam alienum, vel vitioſum: quòd non tenear ſoluere pretium[d]: quia expedit potius non ſoluere, quàm cautionem de reddẽdo in cauſam euictionis, vel vitij recipere. quibus cõſonat.ff.de cõpen.l.iij. [Præterea lex dicit, ꝙ non debet quis ſe cõmittere fragilitati cautionis.ff.ad trebel.l.cogi.§.idem quærit.] &.C.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.l.fi. &.C.quando li.vnicui. l.j. Additio Not. ꝙ quotieſcunq; imminet euictio in limine cõtractus, ante ſolutionẽ pretij: emptor non tenetur ſoluere pretium, niſi venditor det idoneos fideiuſſores. adde.l.ſi poſt perfectã.C.de euic. de quo per Bar.in.l.j.§.ſtipulatio duple.ff.de præto.ſtipu.& an venditor, compellatur ſatiſdare, iure actionis, vel ope exceptionis: dic quòd ope exceptionis: & ſolum tenetur reſpectu illius duntaxat mouentis quæſtionem.d.§.ſtipulatio, & ibi per Barto. Iaſon.

d Imò teneor dato mihi fideiuſſore.l. ſi poſt perfectã.C. de euictur. &.l.fi. ff. de reſcin. ven. &.l. pœ. ff. de peri. & commo. rei vẽ. qui fideiuſſor qualiter teneatur: & in quibus caſibus per venditorem præſtetur: & quid ſi malitioſè petatur. Itẽ quid ſi res

a ¶ Svspectvm.] nam tutorem ſuſpectũ non facultates paruæ, ſed fraudulenta, vel callida conuerſatio in rebus pupillaris commendat, id eſt probat. Hæres verò ſolis facultatibus paruis ſuſpectus habetur creditoribus: vt hîc, &.ff.de priuileg.cred.l.ſi creditores.

vendita reperiatur alteri obligata vide An. & Iaſ. hîc.

a ¶ REMOVENDVS NON EST] imò videtur ꝙ ſic: vt. C. de tu. vel cura. qui nõ ſatiſdedit. l. ij. quæ eſt huic cõtra. Sol. ibi non repellitur propter paupertatẽ: ſed quia non ſatiſdabat: hîc autẽ ſatiſdedit. poſſet tamẽ iſte ſe excuſare. quod dic vt dixi. ſ. tit. j. §. ſed & propter paupertatẽ. Eſt tamẽ huic curator adiungẽdus: vt. ſ. de cu. §. interdũ. &. C. e. l. pietatis. §. quod ſi nihil. &. C. de peri. tu. l. j.

Continuatio.

¶ DE RERVM DIVISIONE &c.

¶ *Dictum eſt de perſonis: ſequitur de rebus: ut promiſit. ſ. de iure nat. gẽ. & ciui. §. fi. de quibus dicit uſq; ad tit. de ob. Et in hoc medio dicitur, qualiter acquiruntur res iure naturali: ut à. §. ſingulorum. uſque ad tit. de uſucapionibus. Item qualiter iure ciuili: ut ab inde in anteà. Itẽ qualiter iure ſingulari: ut uſq; ad tit. de teſt. Itẽ qual'r [a] p uniuerſitatẽ, ut ex teſtamẽto, uel inteſtato, uel ſimili modo: ut à titu. de teſta. uſq; ad tit. de obligationibus. Accur.*

a Iſtam gl. tenet & ſequitur An. hîc.

per ſit, fidelis tamen, & diligens remouendus [a] non eſt quaſi ſuſpectus.

INSTITVTIONVM LIBER SECVNDVS.



TITVLVS I.

De rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio.

¶ Quia principium huius tituli ponit continuationem, & duas rerum diuiſiones: ideo non ſummatur. Areti.

¶ SVPERIORE LIBRO.] Iſte tit. diuidiẽ principaliter in duas partes. Primò cõtinuat iſtũ librũ ad præcedentem. Secũdò incipit tractatũ. Secũda ibi, Modò videamus. Itẽ iſta ſecũda ſubdiuiditur principaliter in duas partes. Nam primò ponit de reb⁹ cõmunibus iure naturali, de publicis, & de iis quæ ſunt vniuerſitatis, & de iiſ quæ in nullius bonis ſunt. & omnia iſta per exẽpla clarificat. Secũdò ponitur qualiter res acquirãtur de iure gentium, & efficiãtur priuatorũ. Secũda ibi, Singulorũ autem. Et illa ſecũda ſubdiuiditur loco ſuo. Redeo ad primam, quæ ſubdiuiditur in quatuor partes. Primò ponit exẽpla de cõmunibus. Secũdò de publicis. Tertiò de iis, quæ ſunt vniuerſitatis. Quartò de iis, quæ nullius ſunt. Secunda ibi, flumina. Tertia ibi, vniuerſitatis. Quarta ibi, nullius autem. Areti. ¶ *CASVS*. Dicit Iuſtinianus cõtinuando proceſſum ſuum: Poſtquã in ſuperiori libro de iure perſonarum expoſuimus, modò in hoc ſecundo libro de rebus quæ in patrimonio noſtro, vel extra noſtrum patrimonium habentur, videamus. Sed pone. Domine, vos dixiſtis mihi ſuprà, ꝙ vultis determinare de rebus quæ ſunt in patrimonio noſtro, vel extrà: nũquid eſt iſta diuiſio ſufficiẽs? Ad hoc reſpon. ꝙ ſic. & ꝙ ſufficiẽs diuiſio præmiſſa ſit, tali ratione liquet: quia quædã naturali iure cõmunia ſunt omniũ: quædã publica: quædã vniuerſitatis: quędam nullius: pleraq; ſingulorum: & ea quæ ſingulorum ſunt variis ex cauſis acquiruntur: ſicuti ex inferioribus apparebit. Fran.

b ¶ DE IVRE PERSONARVM.] ab illo titu. de iure pſonarũ vſq; huc.

c ¶ MODO.] ſicut promiſimus. ſ. de iure natu. §. fi. Accur.

d ¶ PATRIMONIO.] ſcilicet aptitudine. Aptæ enim ſunt eſſe in patrimonio, vt res pro derelicto habita. Accur.

e ¶ VEL EXTRA.] ſcilicet aptitudine: quia non ſunt aptæ, vt ſint in patrimonio: vt ſunt res ſacræ vel religioſæ: vt. j. e. §. nullius. Interdum tamen dictæ res ſunt in patrimonio: vt ſi ab hoſtibus captæ ſint: vt. ff. de relig. l. cũ loca. ſimiliter res profanæ extra patrimonium noſtrum ſunt, ſi religioſis adhærent: vt. ff. de rei vendi. l. quæ religioſis.

† Exempla nonponim⁹ vt vera ſint, ſed vt per ea addiſcẽs aliquid diſcat: ſecundum Ariſt. Egi. per.

f ¶ HABENTVR.] talis diuiſio hîc ſumitur. Rerum enim aliæ ſunt in patrimonio: aliæ extrà. quæ videtur inſufficiens. nam aliæ ſunt nec in patrimonio, nec extrà, vt ſeruitutes: vt. ff. de vſufruct. lega. l. j. contrà. Sed Ioan. dicit, quòd hîc pueris † loquitur ſimpliciter. Nam quædam pro docendis pueris dicuntur, quæ aliàs non dicerentur: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum. in fin. quod non eſt veriſimile, quòd propter pueros malè loquatur. vnde non placet. Alij dicunt hîc de corporalibus rebus tantùm loqui: quod eſt falſum: quod colligitur ex continuatione huius tituli ad quatuor ſequẽtes. Nos dicimus ſeruitutes eſſe in bonis noſtris: cum earum nomine agamus: & excipiamus: vt. ff. de acquiren. rerum dominium. l. rem. & l. ſtatuas. Quòd autem in dicta lege dicitur eas non eſſe in bonis, nec extrà: dicitur ideo, quia per ſe nõ cẽſentur : vt eſt poſſeſſio tigni in domo poſiti: quia non intelligitur tignũ, dum durat domus per ſe: vt. ff. de vſuſca. l. eũ qui.

Seruitutes ſunt in bonis noſtris.

† Rõ quia nõ poſſunt ſtare ſine re vel perſona cuius ſunt. l. ſi aliẽna. §. hoc iure. ff. de vſuſc. E. Perrinus.

g ¶ QVAEDAM.] hîc fit alia diuiſio.

Publicum quid.

h ¶ COMMVNIA SVNT.] non tamen agitur communi diuidundo: ſecũdum Pla. *ADDITIO*. Quia non poſſunt ſtare ſine re, vel perſona cuius ſunt. l. ſi aliena. §. hoc iure. cum ſimi. ff. de vſuris. Ang. Aret.

Quot modis dicatur publicũ? vide hîc notabiliter per Ang. Eg. p.

i ¶ OMNIVM.] ſcilicet vſu, non proprietate: vt dicitur. j. eo. §. & quidem.

k ¶ PVBLICA.] quaſi populica, ſcilicet omnium populorum: vt. ſ. titu. j. §. conſequens. & . j. eo. §. flumina. Aliàs dicitur publicum, quod eſt huius populi, vel illius tantũ: vt campus martius: vt. C. de ſacroſanct. eccle. l. fi. & hoc dicitur magis vniuerſitatis. Accurſius. †

l ¶ VNIVERSITATIS.] vt. j. eo. §. vniuerſitatis.

m ¶ NVLLIVS.] vt. j. eo. §. nullius.

SVperiore libro de iure [b] perſonarũ expoſuimus: ¶ Modò [c] videamus de rebus quę vel ĩ noſtro patrimonio [d] †, vel extra [e] patrimonium † noſtrum habentur [f]. ¶ Quædam [g] enim naturali iure communia [h] ſunt omnium [i]: quædam publica [k]: quædam vniuerſitatis [l]: quædam nullius [m]: pleraque ſingulorum, quæ [n] ex variis cauſis cuique acquiruntur, ſicut ex ſubiectis [o] apparebit.

¶ Hæc quæ ſcribuntur hîc, ſunt communia omnium: & ideo ad littus maris accedi poteſt: dummodò abſtineatur à villis, & locis ibi poſitis. hoc dicit. Areti.

¶ Et quidem naturali [p] iure communia [q] ſunt omniũ hæc, aer, aqua profluens [r], mare [s]; & per hoc [t] littora maris. ¶ Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: ¶ Dum tamen à villis [v], & monumẽtis [x]; & ędificiis [y] abſtineat: ¶ Quia non [z] ſunt iuris gentium, ſicut eſt mare [a]:

n ¶ QVAE.] ſcilicet quæ ſunt ſingulorum. nec enim ad ſuperiora refert.

o ¶ EX SVBIECTIS.] j. e. §. ſingulorum. vſq; ad finem tituli.

¶ ET QVIDEM. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum. Secundò ex dicto infert. Tertiò illationem reſtringit. quartò illationem reſtrictionis aſſignat. Secũda ibi, Nemo, Tertia ibi, Dum tamẽ. Quarta ibi, Quia non ſunt. Aretin⁹. ¶ *CASVS*. Domine, dicatis mihi ſi placet, q̃ ſunt cõmunia omnium? Ad hoc reſpondet. Amice: certè naturali iure introductum eſt, ꝙ cõia ſunt omnium animantium hæc: ſcilicet aer, & aqua de cælo cadens, & mare: & per conſequens littus maris: cùm ſit eius acceſſio. Vnde dico tibi, quòd nemo ad littus maris ꝓhibetur accedere: dũtamen à villis, & monumentis, & ædificiis in littore poſitis ſe abſtineat: quia huiuſmodi villæ, & ędificia nõ ſunt communia de iure gentium, ſicut eſt ipſum mare. Sed domine, dicatis mihi inquãtum durat littus maris, Ad hoc reſpondet Imperator: Amice: littus maris durat, quatenus hyemalis fluctus quando maximus eſt, excurrit. Et hęc dicuntur vſq; ad illum. §. flumina autem. Fran. de Aret.

Diuiſio.

† Vt res profanæ. Porcus.

† Vt res ſanctæ & religioſę: ſic dicitur in. l. j. ff. eo. ſilicet rerum quædã ſunt diuini iuris, quædã humani. i. quædam ſunt in patrimonio nr̃o quædã extrà Egi. per.

p ¶ NATVRALI IVRE.] id eſt iure gentiũ: qđ eſt naturali rõne inductũ: vt. ff. de iuſti. & iur. l. omnes. §. qđ verò. de quo hîc loquitur: vt. j. eo. §. ſingulorũ [b]. & in fi. huius. §. nã iure naturali primęuo, etiã alia eſſent cõia. Accur.

b Tu dîc ꝙ imò de iure naturali primęuo: quia quando imperatori placuit de iure gen. intelligere: illud expreſſit: vt in. §. riparũ &. §. littorũ. j. eo. nec ob. arg. gl. quia ius gẽtium iuri naturali derogauit, quãtũ ad alias res: aliâs nõ eſſet dñia, inter cõmune & publicũ: ſecũdũ oẽs docto. hîc.

q ¶ COMMVNIA.] non tñ agitur cõi diuidũdo ſcđm Pla. niſi poſtquã facta fuerint occupantiũ. Et ꝙ dicit omniũ. ſ. vſu: nõ ꝓprietate: vt prædixi.

r ¶ PROFLVENS.] id eſt de cœlo cadens.

s ¶ MARE.] ſic. ff. de iniu. l. iniuriarum. §. j. ſiquis me prohibeat.

t ¶ ET PER HOC.] id eſt per cõſequẽs, cùm ſit acceſſio maris: ar. j. eo. §. ſi tamen. Sed cõtrà. ff. ne quid in lo. pu. l. littora vbi dicitur littora eſſe populi Romani. Sed illud eſt verũ quo ad iuriſdictionem: verè tñ ſunt cõia: vt hîc. ſic. C. de quadriẽ. prę. l. bene à zenone. ſecus in ripa fluminis quæ non eſt publica, licet flumen ſit publicũ: vt. j. e. §. riparũ. ibi, ſed proprietas. Et põt eſſe ratio: quia inundatio fluminis raro venit: & ideo eſſe poteſt vtilitas in proprietate ripæ. At mare aſſidue inundat: vnde paruula eſſet vtilitas, non ergo proprietas quæritur: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. fi. Accur.

Villa.

v ¶ VILLIS.] ab alio ibi poſitis. & habet duas ſignificationes. dicitur enim caſa, vel inſula quędam, in qua non habitatur, ſed vel retia ponuntur, vel propter aquam illuc confugitur, vel fructus reponuntur: vt hîc, &. ff. de vſufru. l. arboribus. in prin. ſi verò ibi habitaretur, eſſet prędium vrbanum: vt. j. de ſeruitu. ruſti. prædi. §. prędiorum. Item dicitur villa congregatio hominum.

x ¶ MONVMENTIS.] Quid ſit monumentum, habetur. ff. de religioſis. l. ij. §. monumentum.

y ¶ AEDIFICIIS.] ſcilicet aliis.

z ¶ NON SVNT IVRIS GENTIVM.] id eſt cõmunia de iure gentium, ſicut eſt mare, imò eorum qui ibi edificauerunt [c]: vt. ff. eo. l. intantum.

c Dũmodo iuſtè edificauerĩt ſcilicet cum decreto prætoris: aliâs per quẽlibet iure publico ꝓhiberi poſſunt, ſecũdũ Ange, hîc.

a ¶ SICVT EST MARE.] Huic continua quod eſt. j. ſtatim. § eſt autem.

¶ FLVMINA AVTEM. ¶ *CASVS*. Domine, iam video quæ ſunt cõmunia: dicatis modo mihi ſi placet, quę ſunt publica? Ad hoc rñ. di. Amice, Publica ſunt oĩa flumina ꝑpetua: & ſimiliter portus publici ſunt. vñ dico tibi, ꝙ ius piſcãdi in portu, & fluminib⁹ oĩbus in cõi publicè patet. & ſicut ipſa flumina publica ſunt: ita & vſus riparũ ipſorũ fluminũ publicus eſt &c. & ideo naues ad ipſas ripas applicare, & funes arboribus ibidẽ natis religare, & onus aliqđ in his reponere cuilibet liberũ eſt, ſicut ipſum flumen nauigare. Sed quãquam dixerim tibi riparũ vſum publicũ eſſe: ſecus tñ eſt in ꝓprietatę earũ. Proprietas enim earũ illorum hominum eſt, quorum prędiis adhęrent. & eadẽ rõne ꝓprietas arborũ in ripis natarũ eorũdẽ eſt. & ſicut ego dixi tibi de vſu riparũ: ita dico tibi, ꝙ vſus littorũ omnibus publicè patet, ſicut vſus ipſius maris: vñ cuilibet liberũ eſt caſam. i. domũculam ibi ponere, in quã ſe recipiat. Liberum eſt etiã cuilibet ex mari retia deducere, & ibidẽ ſiccare: ſed certè ꝓprietas littorũ nullius eſſe intelligitur: ſed eiuſdẽ iuris ſicut eſt ipſum mare. & quæ ſubiacent mari, terra videlicet & arena. & hæc dicuntur vſq; ad illum. §. vniuerſitatis. Fran. de Aret.

FLVMINA

¶ Flumina,& portus ſunt publica. Et littus maris dicitur,quanto plus extendi poteſt. Areti.

¶ Flumina aūt oīa [a] & portus publica ſunt: ideoq; ius piſcādi omnibus [b] cōmune [c] eſt in portu,fluminibusq;. ¶ Eſt [d] autē littus maris,quatenus hybernus [e] fluctus maximus excurrit [f].

¶ Vſus riparū publicus eſt:,ꝓprietas vero illorū eſt quorū prędijs adhæret. Are.

¶ Riparum [g] quoq; vſus publicus eſt iure gentium [h],ſicut ipſius fluminis. Itaq; naues ad eas applicare †, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberū eſt,ſicut per ipſum flumen nauigare. ¶ Sed proprietas earum [i] illorum [k] eſt,quorum prædijs adhærent [l]. qua de cauſa arbores quoque in eiſdem [m] natæ,eorundem [n] ſunt.

¶ Vſus littorū eſt publicus de iure gentium:ſed proprietas eorum nullius eſt:ſicut ipſius maris.Areti.

¶ Littorū [o] quoque vſus publicus [p] eſt,& iuris gentiū [q],ſicut & ipſius maris [r].& ob id cuilibet liberum eſt, caſam ibi ponere in quam ſe recipiat:ſicut retia [s] ſiccare,& ex mari deducere.proprietas autem eorum [t] poteſt intelligi nullius [v] eſſe:ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari,terra,vel arena.

¶ Ea quæ merę vniuerſitatis ſunt,ſingulos non concernunt.

¶ Vniuerſitati [x] † ſunt,nō ſingulorum quæ in ciuitatibus [y] ſunt, theatra [z], ſtadia [a], & his ſimilia [b], & ſi qua [c] alia cōmunia ſunt ciuitatum.

¶ Ea quæ ſunt diuini iuris,in nullius bonis ſunt.h.d.Areti.

¶ Nullius [d] aūt ſunt res ſacræ, & religioſæ,& ſanctæ. Quod enim diuini iuris eſt,id nullius in bonis eſt.

¶ Res ſacræ ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo dedicatæ ſunt:ſeu ad diuinū miniſteriū deputatæ:quæ non poſſunt, niſi pro captiuitate hominū alienari. Areti.

¶ Sacræ res ſunt,quæ ritè per Pontifices [e] Deo conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ [f], & donaria [g], quæ ritè ad miniſteriū Dei dedicata ſunt:quæ etiā [h] per noſtrā cōſtitutionē [i] alienari,& obligari ꝓhibuimus, excepta [k] cauſa redemptionis captiuorū. ¶ Si quis autem authoritate ſua, quaſi ſacrum ſibi conſtituerit:ſacrū non eſt, ſed profanum [l]. ¶ Locus aūt in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer [m] adhuc manet: vt & Papinianus ſcripſit.

¶ Sepeliēdo mortuū in locū ſuū,quis eū religioſum facit. Itē ſocius inuito ſocio, locū religioſum facere nō poteſt: ſepulchrum verò ſic. Proprietarius autem inuito vſufructuario,non poteſt. Et ſic cōceditur alicui mortuum inferre,locus efficitur religioſus,etiam ſi dominū poſteà pœniteat. Areti.

a ¶ Flvmina avtem omnia.] ſcilicet perpetua, vt Padus & Rhenus.quędam enim ſunt priuata,vt foſſata in agris poſita,quæ creſcunt,& decreſcunt:quæ quandoque currunt,quandoq; non:vt.ff.de flu.& ne quid in flu.l.j.§.ij.&.ff.eo.l.nemo.in fi.

b ¶ Omnibvs.] nec quiſuit primo longo tēpore piſcatus,aliū ſuperuenientem repellere poteſt: vt ff. de vſuſc.l.fi. niſi fortè ſpatio xxx.an. vt.ff.de diuer.& tēp.pręſcr.ſi quiſquā.Vel ſecundū Io.intellige illā legē.l.ſi quiſquā.qn̄ erat in poſſeſſiōe piſcandi. ADDITIO. In qua cōſtitutur,per ꝓhibitionē alterius non cōtradicētis. Et an idē ſit de molēdino, & de multis alijs quæſtionibus de hac materia vide Chriſtopho.hīc.

c ¶ Commvne.] i. in cōi omnib⁹ patet:nō aūt eſt cōmune, imò publicum ſecundum Io.

d ¶ Est avtem littvs.] vt.ff.de verb. ſigni.l.littus.

e ¶ Hybernvs.] i.hyemalis,qn̄ vēto vndę trahūtur.q.d. quātumcūq; mare aliquo tp̄e plus extenditur, eſt hyeme, vel æſtate,tantū in littus ei⁹.

f ¶ Excvrrit.] hīc continua quod eſt.j.e.§. littorum.

g ¶ Riparvm.] id eſt fluminis.

h ¶ Ivre gentivm.] i.de iure gentium: vel id eſt omnibus gentibus publicè patet.

i ¶ Earvm.] ſcilicet riparum.

k ¶ Illorvm.] ſ.hominum quorum &c.

l ¶ Adhaerent.] ſed quid ſi via publica eſt in medio, inter flumen, & agrum?Reſpon.idem † quod hīc:vt.ff.de acqui.rerum do.l.Martius.

m ¶ In eisdem.] ſcilicet ripis.

n ¶ Eorvndem.] ſed quid ſi piſcator vult ligare dn̄s vult incidere? Videt dn̄s præferēdus:vt.ſ.de ijs qui ſui,vel alie iu.ſunt.in fi.ibi,nec cuiquā &c. & C.de iudeis.l.nemo.&.ff.ſol.mat.etiā.§.licet [a].Sed contra credo: vt.ff.de vſu & hab.l.fi.& de vſufru.l.æquiſſimum.§.item nerua.

o ¶ Littorvm.] ſcilicet maris:vt ſequitur.

p ¶ Pvblicvs.] ſ.eod.§. & quidem.ibi,& per hoc &c. contrà. Solu. dicit Pla.omnia cōmunia eſſe publica,& ecōtra,ſcilicet ratione quorundā vſuū: vt ecce tam mare,quàm flumina,& littora,& ripæ in vſu animātiū ſunt,& in bibēdo,& i abluēdo,& cōmorādo,& ſimilia quę exigit natura.Sed ius piſcandi quod in his eſt,ſolū cōpetit hominib⁹,& retia ſiccādi, & quędā ſimilia.portus tn̄ dixit eſſe publicos,nō cōmunes.Sed Io.dicit nulla cōmunia eſſe publica,vel ecōtra.Ea enim demū ſunt cōmunia, quæ cùm ſint in vſu omniū animātiū,occupātibus cōceduntur:vt lapilli,& gēmæ in littore maris:vt.j.e.§.itē lapilli.&.ff.e.l.itē lapilli.Sed publica nō ſolùm, non cōceduntur occupāti,imò interdicta proponūtur,ne quid in eis fiat.ff.ne quid in loco pu.& de flu.& de alijs tit.Præterea quō poteſt eſſe, quod ait Pla. cùm in diuiſione ſupra poſita,veluti duæ ſpecies appoſitæ ponātur, cōia, & publica?vt.ſ.e.in prin. Proinde quod dicit hīc publicus.i. cōmunis, vel,publicus, quo ad vſum [b] cōmunem,nō quo ad proprietatem. ADDITIO. Cuius reſpectu vera ſit opinio Io.Nam cōmunia ſunt relicta, ſub ſuo iure naturali primæuo,quo omnia erant communia:nec in aliquo ſibi ius gentium derogauit:cùm propter eorum incomprehenſibilitatem, in ſolius dei dominio remanſerint.Publica verò veluti comprehenſibiliora,totius populi de mundo per ius gentium fuere applicata dominio.

q ¶ Ivris gentivm.] id eſt de iure gentium.

r ¶ Maris.] ſcilicet vſus publicus eſt.

s ¶ Sicvt retia.] Hyſterō proteron.i.ordo cōuerſus: vt.ff.e.l.riparū.

t ¶ Eorvm.] ſcilicet littorum.

v ¶ Nvllivs.] ſcilicet hominis ſingularis:omnium autem ſunt:& ſic differt ab illo.§.nullius.j.ſtatim poſito.

¶ VNIVERSITATIS. ¶ CASVS. Iā dixiſtis mihi ſuprà de cōmunib⁹,& publicis:dicatis mihi modò ſi placet,quæ ſunt vniuerſitatis?Ad hoc rn̄.Vniuerſitatis ſunt,quæ in ciuitatibus ad vtilitatē,vel ad delectatiōnē populi fiunt:vt theatra,& ſtadia,& ſimilia,& ſi qua alia ſunt cōmunia ciuitatum.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.nullius.Franc.de Aret.

x ¶ Vniversitatis.] quæ etiā publica quādoq; dicūtur.i.vnius populi:vt.C.de ſacroſan.eccle.l.fi.in prin.Sed aliter accipitur.ſ.e.§.flumina. nam loquitur ibi de illo,quod eſt publicum omnium populorum.

y ¶ In civitatibvs.] & ciuitatum ſunt.

z ¶ Theatra.] à theaomai.i.inſpicio:vt In arena Veronenſi.

a ¶ Stadia.] ſtadiū eſt octaua pars miliarij,quod Hercules currebat vno anhelitu:vt legitur in hiſtorijs.

b ¶ Similia.] quę ſunt ad delectatiōnē populi: vt latæ vię,& picturę in palatio.

c ¶ Et si qva alia.] ſ.neceſſitatis cauſa facta: vt curia communis,pala tiū,nauigiū.& ſunt ſupra dicta vniuerſitatis, dn̄io & vſu. Sed Pla. dixit vſu tātùm eſſe vniuerſitatis. Alia ſunt quæ dominio, & fructu ſunt vniuerſitatis, nō vſu, vt fundi ciuitatis, & ſerui: vt.ff.de in ius voc.l. ſed ſi hac.§.qui manumittitur.& de ver. ſig.l.inter publica. & de cōtrahē.emp.l.ſed celſus. §.j. ADDITIO. Dicite ex mente doct. ꝙ hæc oīa dicūtur vniuerſitatis, & quo ad dn̄ium, & quo ad vſum cōem: vt hīc, &.l.ſicut.§.j.ff.qđ cuiuſq; vni. Eſt tn̄ differentia inter res vniuerſitatis:quia quædā vniuerſitatis appellātur, & quo ad dominium,& quo ad vſum cōmunem:vt ſunt theatra,& ſtadia. quędā verò ſunt vniuerſitatis, quo ad dn̄ium, & quo ad vſum particularia: vt ſunt prata vniuerſitatis, ex quibus cōmodū percipitur in particulari. & ita dicit doct. Chriſtop.

¶ NVLLIVS AVTEM. ¶ Iſta pars vſq; ad §. ſingulorū. diuidit in quatuor partes.Primò ponit quæ ſunt in nullius bonis.Secūdò ponit exēplū de rebus ſacris.Tertiò de religioſis.Quartò de ſanctis reb⁹. Secūda ibi, Sacræ res ſunt. Tertia ibi,Religioſum.Quarta ibi,Sanctæ quoq;.Et quālibet partē ſummabo per ſe. ¶ CASVS. Dn̄e iam vidi,quæ ſunt vniuerſitatis:dicatis modò mihi,quæ ſunt nullius?Ad hoc rn̄.Imper. Amice, nullius ſunt,veluti res ſacræ,& religioſæ & ſanctæ:& hoc patet tali ratione:Huiuſmodi enim res,diuini iuris ſunt:& quod diuini iuris eſt,in nullius bonis eſt. Sed pone. Domine,iam video,ęa quæ nullius ſunt,conſiſtunt in ſacris,& religioſis,& ſanctis.dicatis ergo mihi,quæ ſunt ſacra? Reſpon. Amice, ſunt quæ ritè per pontifices Deo cōſecrata ſunt:ſicut ędes ſacræ,& donaria &c. prout iacet in litera,vſque ad illum.§.religioſum.Franc.

d ¶ Nvllivs.] ſ.hoīs,vel hominū:nec poſſunt eſſe:ſed ſunt in bonis Dei, hominū cēſura,ſiue diſpoſitiōe:& ſic nō obſtat,quod poſſet dici de cōmunibus,& publicis reb⁹ vniuerſitatū:quę vidētur nulli⁹ eſſe:qa eſſe poſſunt, & ſunt hominū,licet nō hominis ſingularis [c].Itē cōtra.j.e.§.ferè.Sol.vt ibi.

e ¶ Pontifices.] id eſt papas,& epiſcopos.Sed nunquid Imperator dedicare poteſt?Videtur quòd ſic:vt.ff.e.l.ſacra.§.j.vbi dedicat,id eſt poteſtatem dedicandi dat.Nam olim Imperatores erant ſacerdotes: vt in canonibus dicitur. Vel dic, dedicat alij puta epiſcopo permittendo, ſine requiſitione:vel concedit ſcilicet requiſitus.

f ¶ Aedes sacrae.] hīc locus dicitur ſacer,vt hīc:& ſanctus:vt.C.de ſacroſan.ecc.l.ſancimus.j.Itē religioſus:vt in aut.vt religioſę domus.

g ¶ Et donaria.] aliàs dona.i.thuribula,& cruces,& calices.Accur.

h ¶ Qvae etiam.] ſcilicet donaria.non autem referas ad ædes ſacras. nam illæ nullo modo poſſunt alienari:vt in authen.de alie.& emphy.§.& quoniam cognouimus.colla.ix.Accur.

i ¶ Constitvtionem.] vt.C.de ſacroſan.eccle.l.ſancimus.Accur.

k ¶ Excepta.] nam hominum animæ, quibuſlibet rebus præponendæ ſunt:vt.C.de ſacroſanc.eccle.ſancimus.j.in fine.[d] Item propter debitum, ſi quod habet eccleſia:vt in aut.de alie.& emphy.§.hoc etiam ſuper ipſis.col la.ix.Item propter alimenta pauperum,vt.xij.q.ij.c.aurum habet eccleſia. Accur. ADDITIO. Vnde verſus: Vtilitas, incōmoditas, pietasq; neceſſe,Res alienari permittunt eccleſiarum.

l ¶ Profanvm.] id eſt non ſacrum.

m ¶ Sacer adhvc manet.] definit tamen eſſe ſacer, ſi ab hoſtibus capiatur:vt.j.de inuti.ſtip.§.j.&.ff.de relig.l.cum loca.Item locus eſſe religioſus deſinit,quando ea remouentur,quæ talem eum reddebāt: vt.ff.eo. l.ſacra.§.illud.& de relig.l.antepe.in fi.

† Aliàs appellere ſecūdū Bologni. in. l. riparū. ff. e. ſed idē eſt. Terent. applicat primū ad Chriſidē. E. per.

† Hæc eſt ſingu.ſecundū por. ad hoc ꝙ via publica non impedit ius cohærētiæ. hīc eſt practica tabellionū ponē tiū pro co. h'rētiis etiā agros, qui ſunt vltra viā publicā E. Per. Queſtio.

a Et in hoc redditur vtilis proprietas. Idem in fructibus ibi naſcetib⁹ Nec obſt.l. iij.§.ne tn̄ ff. de vſufru. quia vſus eſt cōis quātū ad ea tn̄ quæ hīc in textu ponūntur:puta ſiccare retia &c.ang. Cōe.& publicū differunt.

b Et tunc vera eſt opi.Pla.vt cō munia dicā tur publica, ſed non ecō trà, niſi reſpectu quo rūdā vſuū.

Theatrum. Stadium. Hercules fuit bonus curſor.

† Glo.vnica circa pri ci.in.c. cum nūcius. extra de teſti. inducit hūc §. ad coadiuuādum il lud.c.cū nūcius.vbi dicitur, quòd clerici pn̄t ferre teſtimoniū in cā ſuæ eccle.

Diuiſio.

c Sed dices tu. nam aer nec ē in bonis hominis ſingularis: nec hoīm in cōi: itē nec redigi pōt in bonis alicuius: ergo debuiſſet poni, ſub mēbro nullius.Solu.ꝙ aer ſit in omnibus,nec in nulli⁹ bonis: prouenit facto naturę:& ideo cōis omnibus appellatus eſt: ſed res ſacræ, ſanctæ & religioſæ ſunt dedicatæ deo, facto hoīm: & ideo nō cōmunes, ſed in nulli⁹ bonis appellatæ ſūt. Chriſtopho.

d Idem dicitur in.c.præcipimus. in princi. xij. q.j. Sacræ res aliquādo alienari pn̄t. Locus deſinit eſſe ſacer dupliciter.

¶ RELIGIOSVM. ¶ CASVS. Domine,iã video quæ ſunt ſacra:dicatis mihi,quæ ſunt religioſa?Ad hoc reſpõ.Imperator,Amice:religioſa loca ſunt,in quibus corpora mortuorum ſepulta ſunt. Religioſum enim locum vnuſquiſque pro ſua voluntate facit, dum in locum ſuum mortuũ infert &c.omnia plana ſunt,vſque ad.§.ſanctæ.

¶ Religioſum locum vnuſquiſque[a] ſua voluntate facit, dum mortuum[b] infert in locum ſuũ. ¶ In cõmunem autẽ locum purũ[c], inuito ſocio inferre[d] nõ licet.In cõe verò ſepulchrum, etiam inuitis[e] † cæteris licet inferre. ¶ Itẽ,ſi alienus vſusfructus[f] eſt, proprietarium[g] placet, niſi cõſentiente[h] vſufructuario, locum religioſum nõ facere. ¶ In alienum locum, conſentiente dño licet inferre:& licet poſteà ratum non habuerit quàm illatus eſt mortuus,tamen locus religioſus fit.

¶ Res ſanctæ ſunt portæ,& muri ciuitatum,quaſi pœna legali firmatæ. Itẽ leges pœnales ,ꝓpriè vocãtur ſanctiões. Areti.

¶ Sanctæ quoq; res, veluti muri[i] & portæ ciuitatis,quodammodo diuini iuris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. ¶ Ideo autẽ muros ſanctos[k] dicimus,quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint[l]. ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus[m] aduerſus eos,qui contra leges fecerint, ſanctiones[n] vocamus.

a ¶ VNVSQVISQVE.] aliud in ſacro: vt.ſ.eod. §.ſacræ. ADDITIO. Hodie tñ de iure canonico requiritur authoritas epiſcopi.c.pe. & fi.extra de conſe. ecc. vel alta.iſta tamẽ ciuilis religioſitas,impediet loci alienationem: ſecũdũ Iaſ.& Ange.hic.

b ¶ MORTVVM.] ſcilicet totũ[a],vel ſaltẽ caput, cuius imagine cognoſcimur: vt.ff. de reli.l.cũ in diuerſis.in fi. Quid ſi partialiter caput eſt in diuerſiis locis?Reſpõ. illum eſſe religioſum, vbi eſt maior pars: vt ar.ff. de ſta. ho.l. quærit. &.ȷ̃. de vulg.ſubſti.§.& ſi ex diſparibus.Si autẽ æqualiter, neuter: ſecũdũ. Io. ADDITIO Et no.ꝙ ſi pars anterior appareat,illa tanq̃ nobilior inſpicit:ar.l.qđ cõclaue. ff.de damno infec. Ang.

c ¶ LOCVM PVRVM[b].] ideſt,qui neq; ſacer, neq; ſanctus,neque religioſus eſt.ff.de relig. & ſump. fu.l.j.§.purus autem locus.vide glo.in.c.abolende.extrà de ſepul.

† Concor. c. cũ oẽs. in gloſſ.j.poſt me. ibi ,niſi rẽ concedãt extra de cõ ſti.

a Non tamen fundũ totũ: ſed locum cadaueris ſolum efficit religioſum.Ang.

b Iſta glo. nõ reperitur in antiquis originalib⁹: nec de ea faciunt mẽtio nem docto.

d ¶ INFERRE NON LICET.]extraneos.nam ipſe ſocius rectè ibi ſepeliri poteſt,etiam ſine conſenſu cæterorum:maximè cùm non eſt alius locus, in quo ſepeliretur:vt.ff.de relig.& ſump.fu.l.ſi plures.

e ¶ INVITIS.]hoc fauore religionis iam factæ:aliâs contra:vt.ſ. proxi.§.& ff.communi diuidun.l.Sabinus.

f ¶ VSVSFRVCTVS.]ſcilicet loci puri:arg.ff.de vſu & habi.l.fi.

g ¶ PROPRIETARIVM.]niſi conſentiat fructuarius:vel niſi teſtatorẽ qui vſumfructũ legauit,velit ſepelire hæres:vt.ff.de reli.l.ij.§.ſi vſumfructum.

h ¶ CONSENTIENTE.]quid ſi primò conſenſit:pòſt penituit ante illationẽ?Rđ.ſufficit ſemel voluiſſe:vt.ff.de aqua plu.ar.l.in diem.&.ȷ̃.proxi.§.

¶ SANCTAE QVOQVE. ¶ CASVS. Dñe, iã video,quæ ſunt ſacra,& religioſa:dicatis mihi,quæ ſunt res ſanctæ?Ad hoc reſpõ.Amice ſanctæ res ſunt,veluti muri,& portæ ciuitatis.Huiuſmodi enim res,quodã modo diuini iuris ſunt:& idcirco,in nullius bonis eſſe cenſent. Sed dñe, quare dicuntur muri ſancti?Ad hoc reſpon. Amice, idcirco muros ciuitatis ſanctos legis authoritate,i deſt firmos dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt aduerſus eos,qui aliquid in muros deliquerint.vnde & illas partes legũ, quibus pœnas,contra earum tranſgreſſores conſtituimus,ſanctiones appellamus.& hæc dicuntur vſque ad.§.ſingulorum.

i ¶ MVRI.] ſcilicet ciuitatis Romanæ[c].Quid de ciuitate alia,vel caſtro?Reſpon.nec ibi quicquã facere licet,ſine authoritate præſidis:vt.ff.e.l. ſacra.§. muros.Vel fortè vniuerſitati licet,non priuato : vt.C.de oper.pub.l.omnes. ADDITIO. Iſta glo.iuncto ſuo tex.eſt not. ad hoc quòd illi ſtultè agunt,imò etiam cõtra ius,qui domos conſtruunt contiguas, ſeu adhærentes muris ciuitatis,vel caſtri:vt.ff.e.l.ſacer.§.muros.Pla.

k ¶ SANCTOS.] ideſt firmos,à ſancio ſancis:non calce vel lapidibus, ſed lege firmatos,vt ſequitur.

l ¶ DELIQVERINT.] ſcilicet trãſcendendo,vel rumpendo:ſicut fecit Rhemus frater Romuli:vt hìc,&.ff.eo.l.fina.vnde Lucanus : Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

m ¶ CONSTITVIMVS.]vt.C.de leg. & con.l.nõ dubiũ.& ſimiles. Accur.

n ¶ SANCTIONES.] in ſtricta ſignificatione : quandoque ponitur largius, pro qualibet imperiali lege:vt.C.de no.co.fa.§.quibus.verſi. colligentes vero &c.Quandoq; largiſſimè,pro collectione totius iuris ciuilis:vt in prooemiorum.in prin.

c Et tunc capite punitur : vt l. ſi. ff. eo. in alijs autẽ eſt pœna extra ordinariaad arbitriũ iudicis : quod quandoque poteſt ſe extendere,vſque ad mortem,ſi ſit enorme delictũ.An.are. Lucanus. Sãctiones.

Diuiſio.

¶ SINGVLORVM.¶ Iſta eſt ſecunda pars principalis huius tituli:quæ diuiditur in quinque partes principales.Primò,qualiter acquiruntur nobis res,quæ in nullius bonis ſunt.Secundò,qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius,ex facto noſtro,ex permiſtione,vel fabricatione. Tertiò, quando vſufructuarius,vel bonę fidei poſſeſſor facit fructus ſuos:& quid contineatur appellatione fructũ.Quartò,ponit vnum caſum exceptum à prima parte:videlicet ꝙ ea quæ ſunt in nullius bonis:nõ tñ in totũ efficiũtur occupantis.Quintò,qñ per traditionem,vel nõ in perſonam certam, vel incertã dominium trãſferatur.Secũda ibi,in.§ cũ ex aliena materia. Tertia ibi, Siquis autem. Quarta ibi, in.§.theſauros.Quinta ibi, in. §. per traditionem.

¶ CASVS. Domine,iã video,quæ ſunt naturali iure cõmunia,& quę publica,& quæ vniuerſitatis,& quę nullius.Dicatis ergo mihi,ſi placet,quę ſunt ſingulorũ hominũ res?Et reſpõ.Impera.dicens,ꝙ multis modis fiunt. Quarũdam enim rerũ dominiũ nãciſcimur iure naturali:quod,ſicut diximus,ius gẽtium appellatur:& quarũdam rerũ dominiũ nanciſcimur, iure ciuili.Sed pone ca.Dñe iamvideo,ꝙ rerũ dominiũ acquiritur de iure gẽ.& de iur.ci.ſed pro Deo dicatis mihi,de quo iure intenditis primò tractare? Ad hoc rñ.Amice, cõmodius eſt à vetuſtiore iure incipere. Manifeſtum autẽ eſt,ius naturale vetuſtius eſſe:quod cũ ipſo genere humano rerũ natura ꝓdidit.Ciuilia enim iura tũc primò eſſe cœperũt, cùm ciuitates condi,& magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperũt. Et hæc dicũtur vſq; ad §.feræ igitur.Fran.

¶ Res fiunt noſtræ,aut iure naturali, aut iure ciuili:& à vetuſtiori inchoandũ eſt.

¶ Singulorum † autem hominum, multis modis res fiunt. Quarundam enim rerum dominium nãciſcimur iure naturali,quod (ſicut diximus[o]) appellatur ius gentium : quarundam verò iure ciuili[p]. ¶ Commodius eſt itaq; à vetuſtiore[q] iure incipere, palàm eſt autẽ vetuſtius eſſe ius naturale, quod cũ ipſo genere humano, rerũ natura[r] prodidit[s]. ¶ Ciuilia autem iura tunc eſſe cœperunt,cùm & ciuitates condi, & magiſtrarus creari,& leges ſcribi cœperunt.

¶ Feræ beſtiæ , volucres, & piſces fiunt occupantis:ſiue quis ceperit in ſuo fundo:ſiue in alieno:ſed dominus fundi poteſt ingredientem prohibere.Vbi autem animal captum euaſerit,reuertitur ad priſtinum ſtatum.

¶ Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces , & omnia animalia , quæ in mari, cœlo[t] , & terra naſcuntur: ſimul atque[v] ab aliquo capta fuerint,...

† Iſte.§.declarat quo mõ res acquirũtur iure gen. vſque ad titu. de vſuc.ȷ̃. Egi.per.

o ¶ DIXIMVS.]Sed vbi? Reſpõ.ſ. de iure nat.§.j. ibi,quod verò naturalis. Vel.ſ.de iure na.§.ſed naturalia.Vel melius.ſ.e.§. & quidẽ. ADDITIO. Dic ꝙ iſta gl.videtur approbare vltimã opi.hìc poſitã in gl. ſed illa non videtur vera: vt in.§.j.in ver. quod verò ſ.de iure nat.Ange.

p ¶ IVRE CIVILI.] vt vſucapione , arrogatione,ſucceſſione,deportatione,monachatione: de quibus incipiet dicere.ȷ̃. de vſucapio.

q ¶ VETVSTIORE.] ſic.ff.de iure immunita.l.ſemper.

r ¶ RERVM NATVRA.]id eſt Deus.

s ¶ PRODIDIT.]i.ſtatim cùm procreauit Deus gẽtes, ſtatim fuit ius gentium.Accur. ADDITIO. Et potes exponere prodidit.i.adinuenit: inde proditus.i.adinuentus:vt.ȷ̃.ſi quadr . pau. fecis. di. in prin. Quãdoq; etiam proditus.i.datus.ȷ̃.de act.§.huic autem.verſi.qua de cauſa. Et ſic accipi in hoc loco,non eſſet ineptum.

¶ FERAE IGITVR. ¶ CASVS. Dñe iã video, ꝙ vultis tract. de iure gẽ.tãquã de vetuſtiori.dicatis ergo mihi,ſi placet,aliquẽ modũ acquirẽdi dominiũ,de iure gen. Ad hoc rñ. Iuſti. Amice,feræ beſtiæ,& volucres,& piſces,& omnia animalia fera,quæ in terra,& quæ in mari,& quę in cælo.i.in aere naſcũtur ſtatim cùm ab aliquo capta fuerint,iure gentiũ occupãtis fiunt:& hoc tali ratione:Mũdi enim animalia fera, in nullius bonis eſſe intelligũtur:& quod antè nullius eſt,id iure gẽ.(quod naturali ratione introductũ eſt)occupãti cõceditur.Nec intereſt quãtũ ad acquirẽdum dominium,vtrũ quis huiuſmodi feras beſtias,& volucres in ſuo proprio fundo ceperit , an in alieno:& hoc eſt verũ,niſi prohibitio dñi intrare volẽtes præceſſerit.Nã qui in fundũ alienũ ingreditur,venandi aut occupãdi gratia:poterit à dño prohiberi,ne ingrediatur,ſi dñs fundi,eũ præuiderit. Sed po.Dñe iam video,ꝙ per occupationẽ huiuſmodi ferarũ, & volucrũ acquiritur mihi dominiũ:dicatis mihi,quãdiu durat mihi hm̃oi dñium acquiſitũ?Ad hoc rñ.Amice dico tibi,ꝙ quicquid prædictorũ animaliũ ceperis,tãdiu tuo dño ſubiectũ eſſe intelligitur,quãdiu in cuſtodia tua detinetur:ſed cùm tuã cuſtodiã euaſerit,& in priſtinã naturalẽ libertatẽ ſe receperit:in tuo dominio eſſe deſinit:& rurſus ſicut prius, occupãti cõceditur. Sed dñe dicatis mihi,qñ dicitur ſe recepiſſe in naturalẽ laxitatẽ, vel libertatẽ? Ad hoc rñ. In naturalẽ laxitatẽ dicitur ſe recepiſſe, cùm vel omnino cõſpectũ oculorũ tuorũ euaſerit:vel ita ſit in cõſpectu tuo, vt impoſsibilis ſit eius perſecutio.Vnde ſuper tali quæſtione,apud veteres multũ fuit diſputatũ,& quæſitũ:Quidã venator,puta Titius, quendã ceruũ vulnerauit,& mortale vulnus ei infixit:ita ꝙ ceruus vulneratus capi poterat.Nam in caſu iſto dubitatur,vtrũ dominiũ cerui vulnerati,incõtinẽti poſt vulnus infixũ,intelligatur Titio vulnerãti acquiſitũ.Et certè quidã veteres dixerunt ſtatim poſt vulnus infixũ,huiuſmodi ceruũ vulneratũ, fieri Titij vulnerãtis:& tãdiu in eius dño videri, quãdiu eum perſequitur. Et ſi Titius eum perſequi deſierit:dixerũt huiuſmodi ceruũ deſinere in dominio Titij eſſe,& rurſus occupãti cõcedi.Alij verò non aliter putauerũt huiuſmodi ceruũ,fieri Titij,quàm ſi eum Titius ceperit.Sed domine, quid dicitis vos ſuper hoc?Certè dicit Iuſti.Nos poſteriorem ſententiam, tanquam iuſtiorem cõfirmamus:vt videlicet ita demum intelligatur Titij eſſe, ſi Titius eum ceperit. Multa enim ſolent accidere impedimenta,vt Titius eum non capiat.Et hæc dicuntur vſque ad.§.apum quoque.Franc.

¶ FERAE IGITVR.] Quia à vetuſtiori incipiendũ eſt:igitur &c.Accur.

t ¶ COELO.] i.aere.Accurſius.

v ¶ SIMVL ATQVE.] i.ſtatim poſtquam &c.Sed nũquid res ſacræ cõceduntur occupanti: vt.ſ.eod.§.nullius? Reſpond.Res dicitur eſſe in nullius bonis ſex,vel ſeptem modis.Natura: vt hìc. Facto:vt infra e.§.penultimo. Item tpe:

Res dicit eſſe in nullius bonis ſeptẽ modis.

Item tempore: vt.ff.de acquir.re.do.l.nunquā.§.theſaurus.& in his tribus locum habet hæc regula:niſi ꝙ in theſauro de æquitate dimidium domino ſoli reſtituitur:vt.j.e.§.theſauros. Item cenſura:vt.s.e.§.nullius.Item caſu:vt in hæreditate iacente,quæ vicem domini repręſentat: vt.j.de ſtipu. ſer.in prin.Item culpa hominis:vt ſi eiiciam ſeruum ægrotantem:vt.C.de lati.li.tol.l.j.§. ſed ſcim⁹. & etiam hîc. Item iuris naturalis conſtitutione: vt liber homo : vt.ff.de verb.obli.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.

a ¶Nec interest.] quo ad acquirēdum dominium.

b ¶Venandi.]aliud ſi cauſa requirendi fugitiuum meum : vt. C.de ſer.fugiti.l.ij.[a] vel glandis colligendæ cauſa : vt ff. de glan. le.l.j. vel vt recipiam pecuniam quā ibi abſcondi: vt.ff.ad exhi.l.theſaurus. vel ſi vindemiam quam emi, tollere me venditor prohibeat[b]:vt.ff.de act.empt. l.qui pendentem.

c ¶Ingrediatur.] quid ſi poſt prohibitionem quid ceperit? Rñ. non facit ſuum: vt.C.de rei vend.l.ſi fundum.& l.certum. & facit.j.eo.§. apum. verſicu. planè.

ADDITIO. Dic iſtud verū ſecundū Ang.ſi fructus fundi cōſiſtebant in venatione: aliâs ſecus: vt tenet gl.in l.diuus.ff.de ſer. vrba. præd.& in.l.iij.ff.de acq. re.dom.quāuis Porc.ſequatur iſtam gloſſam.

d ¶In libertatem.]id eſt laxitatē, vt ſtatim ſequitur: vt.ff. de acqui.re.do.l. naturalem.&.l.pomponius.

e ¶Difficilis.] id eſt impoſsibilis ſic.ff. ꝓ ſocio.l.de illo.[c]in gl.difficile. econtra.ff.de iis q deie. vel effu.l.ij. Accur.

f ¶Persecutio.]ſic ff.de acquir. poſſ.l.iij.§. nerua.

g ¶Illud.]ſic.ff.de acquir.re.do.l. naturalem. §.illud.

h ¶Capi possit.]conſiderata natura hominis & animalis, nō diuina poſsibilitate:licet nec omnino facilitatem conſydero.

i ¶Sed posteriorem.]ſic.ff.de acquir.re.do.l.in laqueum.

k ¶Accidere.]licetenim probetur vnum.i.eam vulneratam : non tamen ſequitur,vt capi poſsit:vt.C.de proba.l.neq; natales.

l ¶Non capias.]Not.ꝙ inſpicitur qđ euenire poteſt.ſic.ff.loc.l.ſiquis domum.§.idem quærit ſi ſumptus.&.ff.ad treb.l.lucius.§.pe.& ad.l.fal.l.in quātitate.§.magna.&.ff.ex quib.cau.ma.ſed & ſi per ꝓtorē.§.ſi.feriæ.&.ff. de ſer.ruſt.præ.l.qui ſella.§.ij.& de dā.infect.l.q bona.§.cū inter arg.tñ contrà.ff.de pecul.l.eo.tpe.j.rñ. *ADDITIO* Ibi euētus erat impoſsibilis cū nihil eſſet in peculio ſecundū Ang.vel nō erat ciuilis,nec honeſtus, ſcđm Chriſtoph.de quo brocardo,dic vt per Ang.Are.hîc

¶ APVM QVOQVE ¶ *CASVS* Iuſtinian⁹ in hoc.§.ꝓſequit materiā ſuā de prorſus feris.Et dicit ꝙ natura apum fera eſt.i.nō māſueta. vñ apes ſi in arbore tua cōſederint:anteq̄ à te in alueo tuo fuerint incluſę: nō magis intelligunt eſſe tuę quā volucres,q̄ in arbore tua nidificauerint. vnde ſi hmōi apes in arbore tua cōſidentes,aliqs alius incluſerit : ipſe earū dñs efficiet:& etiā ſi hmōi apes anteq̄ à te fuerint incluſę , aliquos fauos in arbore tua,vel in fundo tuo fecerint,qlibet eos eximere pōt:verūtñ ſi re integra pręuideris aliquē ingredientē in fundū tuū:poteris iure ꝓhibere, ne fundū tuū ingrediat.Sed pone,qđdā examē.i.immēſitas apū euolauit de alueo meo,in quo à me fuerat incluſum.ego q̄ro,q̄diu dñio meo intelligit eſſe ſubiectū?Ad hoc rñ.ſi examē ex alueo tuo euolauerit:tādiu intelligit eſſe tuū,quādiu intelligit eſſe in cōſpectu tuo, nec difficilis ſit ei⁹ ꝓſecutio: alioqn ſi euaſit cōſpectū tuū,vel ita ſit ī cōſpectu tuo,vt difficilis ſit ei⁹ ꝓſecutio:occupāti cōcedit.Et hæc dicūtur vſq; ad illum.§.pauonum. Fran.

m ¶Apum.]Concordat.ff.de acquir.re.do.l.naturalem.§.apum.

n ¶Fera.]id eſt non manſueta.

†Quod in nullius bonis eſt id occupanti conceditur. & ad hunc. §. & ſequētes remittit gl. in.c.ſi culpa ſup verbo. animalia. añ ſi.glo.extrà de iniur. & dā.da.tu.

a Scilicet cū authoritate iudicis quā de facili prçſtabit. Sed in alia re pdita ita demū ſi aliqua etiā le. uia pcedant indicia:ſecūdū Chriſt. Et an quis cogatur indicare furē, vide Ia.hîc.

b Idē vbi via publica. vel etiā priuata, eſt diruta:ſecūdū Ia.hîc.

c Imò tex. debet intelligi,prout iacet :& hoc totū ſtat in arbitrio iudicis: vt ſenti glo.ſuper verbo,capi. j.e . ſecūdū Chriſtoph.

Et notat hunc textū Ange. ꝓ eo qui non ritè captus poſteà reſtituitur libertati priſtinæ.

† Et ſic in rebus incertis non pōt ferri ſententia certa : vt hîc, & in. c. iuuenis. iuncta glo . ij. poſt prī . extrà de ſpō. & matri . & eſt ar. ꝙ ad ea quæ frequentius accidunt , iura adaptātur : vt hîc, & in.c.lras. iuncta glo. ſuper verb. cōſueuerīt. īme.in ver. item arg.ad ea. extrà de deſpō . impube.

rint , iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. ¶Quod enim †antè nullius eſt,id naturali ratione occupanti conceditur. ¶Nec [a]intereſt,feras beſtias,& volucres vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. ¶Planè qui alienum fundum ingreditur venandi [b],aut aucupandi gratia, poteſt à domino,ſi is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur [c]. ¶Quicquid autē eorum ceperis,eouſq; tuum eſſe intelligitur,donec tua cuſtodia coercetur. ¶Cùm verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem [d]naturalē ſeſe receperit: tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit, ¶Naturalem autem libertatem recipere intelligitur , cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo,vt difficilis [e]ſit eius perſecutio [f].

¶ Licet fera ſylueſtris ab aliquo vulneretur , ita vt veriſimiliter poſsit capi : tamen non efficitur vulnerantis , niſi eam ceperit. Aretinus.

¶Illud [g]quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit,vt capi [h]poſsit, ſtatim tua eſſe intelligatur . Et quibuſdam placuit ſtatim eſſe tuam : & eouſq; tuam videri, donec eam perſequaris.ꝙ ſi deſieris perſequi, deſinere eſſe tuam,& rurſus fieri occupantis. Alij verò putauerunt, non aliter tuam eſſe,quā ſi eam ceperis. ¶Sed poſteriorem [i]ſententiam nos confirmamus:quòd multa accidere [k]ſoleant, vt eam non capias [l] †.

¶ Apes quæ in nullius bonis ſunt , occupanti conceduntur, & earum fructus: ſicut & aues,licet in aliena arbore capiantur . Dominus tamen à principio ingredi prohibere poteſt . Et examen earum tuum eſt, donec difficilis non eſt perſecutio. Aretinus.

¶Apum [m]quoq; fera [n]natura eſt. Itaq; apes quæ in arbore tua conſederint, antequā à te alueo [o]includantur,nō magis tuæ intelliguntur eſſe, quā volucres quæ in arbore tua nidum fecerint.ideoq; ſi alius eas incluſerit [p],is earum dominus [q]erit. ¶Fauos quoq; ſiquos effecerint , eximere quilibet poteſt. ¶Planè integra [r]re, ſi præuideris[s] ingredientem fundum tuum,poteris eum iure prohibere ne ingrediat. ¶Examen [t]quoq; quod ex alueo tuo euolauerit.eouſq; intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt:alioqui occupantis fit.

¶ Animalia quæ naturaliter ſunt fera, ſed per accidens manſueta : tandiu ſunt noſtra , quādiu retinent conſuetudinem eundi,& redeundi.

¶Pauonum quoq; , & columbarū, fera [v]natura eſt. nec ad rem [x]pertinet,ꝙ ex conſuetudine euolare,& reuolare ſolent. ¶Nam & apes idem faciunt,quarum [y]conſtat feram eſſe naturam. ¶Ceruos quoq; quidam ita manſuetos habent,vt in ſyluā ire, & redire ſoleant:quorū [z]& ipſorū [a] feram eſſe naturam nemo negat. ¶In iis autem animalibus , quæ ex conſuetudine abire , & redire ſolent, talis [b]regula cōprobata eſt,vt eouſq; tua eſſe intelligantur , donec animū reuertendi habeant. Nam ſi reuertendi animum habere deſierint [c], etiā tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. ¶Reuertendi autē animū videntur deſinere habere , cū reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

o ¶Alveo.]vas eſt,vbi apes manent.Quandoq; pro loco vbi flumen currit,ponitur:vt.j.eo.§.inſula.

p ¶Inclvserit.]quod Bul.facere noluit in his,& ſimilibus dicens:magis timeo ſcandalum,quàm futurum iudicium:vt not.ff.de acquir.rerum domi.l.in laqueum.

q ¶Dominvs erit.] nec furti tenetur : vt.ff. de fur.l.ſi apes.

r ¶Integra re.]id eſt antequā intret , vel priuſquam eximantur.

s ¶Praevideris.] Quid ſi fuerit ingreſſus : an poterit retinere eum , vt det quod acceperit:cum homo quilibet poſsit prohibere,ne quis intret fundum ſuū? Reſpon. cùm dominus factus ſit per occupationem , non video quare deſinat eſſe dñs:arg.huius.§.qui tantùm præuidenti conſulit.

t ¶Examen.] id eſt vniuerſitas apum . aliâs pro approbatione ponitur:aliâs pro iudicio : vt C.de aduo. diuer.iud.l. nemini.§.j. Et fortè ſeruatur aliud de conſuetudine in hoc.§.& in ſuperioribus duobus.

¶ PAVONVM QVOQVE ¶ *CASVS* Domine , quidam habent pauones,& columbas,qui ex cōſuetudine , ſolent euolare, & reuolare.modo quęro à vobis,vtrum natura huiuſmodi pauonū, & columbarum debeat cenſeri fera ? Reſpon.ꝙ ſic.nec obſt.quo minus natura pauonum, & columbarum fera cenſeatur, ꝙ huiuſmodi pauones,& columbæ,ex conſuetudine euolare.& reuolare ſolent. Nam hoc idem faciunt apes: & tamen manifeſtum eſt, naturam earum ferā eſſe. Hoc idē etiam in ceruis quandoq; cōtingit.Quidā enim ceruos ita manſuetos habent , vt in ſyluas ire, & redire ſoleāt, Nemo tamē negare poteſt,naturam omniū ceruorum in genere, & etiā ipſorum ſingulorum ſpeciem feram eſſe.In his igitur animalibus accidentaliter manſuetis,quæ ex conſuetudine ire,& redire ſolent:talis regula à iure comprobata eſt, vt tandiu intelligātur tuo dominio ſubiecta eſſe , quādiu habuerint animum reuertendi . Nam ſi reuertendi animum habere deſierint,in tuo dominio eſſe deſinunt:& occupanti conceduntur. Sed domine,pro deo dicatis mihi, qualiter perpendam , ꝙ deſierint habere animum reuertendi?Ad hoc rñ.Amice,tunc intelligūtur deſinere habere animum reuertendi,cùm reuertendi conſuetudinem deſerunt.Et hæc dicuntur,vſq; ad illum.§.gallinarum.vbi tractatur de animalibus prorſus manſuetis : & caſus eius planus eſt , vſq; ad illum.§. item ea quæ ex hoſtibus. Fran. Areti.

v ¶Fera.]id eſt non prorſus domeſtica,vel manſueta . Accurt.

x ¶Nec ad rem pertinet.]id eſt non obſtat iis quæ diximus.

y ¶Qvarvm.]ſcilicet apum.

z ¶Qvorvm.]ſcilicet ceruorum in genere.

a ¶Ipsorvm:]ſcilicet ſingulorum in ſpecie.

b ¶Talis regvla.]hîc no.tria genera animaliū.Māſueta,vt ſunt gallinę:in qbus habet locū hęc regula,vt vbicūq; ſint,dñi eſſe intelligant:vt.j. proxi.§.Itē fera prorſus,& in his habet locū alia regula,qa occupāti conceduntur:vt.s.eo.§.ferę. &.§.illud.&.§.apum.&.§.examē.Item fera naturaliter , ſed accidentaliter manſueta[d]:& in his obtinet hæc præſens regula.& facit ad hoc.ff.eo.de acquir.re.do.l.naturalem.per totum vſq; ad.§.fin.

c ¶Desierint.]Exteriora indicant animi ſecreta interiora.facit.ff.de ædil.ædic.l.ſi tamen.§.ij.vnde verſus.Intima per mores cognoſcimus exteriores. *ADDITIO* Et hoc comprehenditur ſi viſo domino,vel familiaribus non redeunt vt ſolebant:niſi per aliquos dies, hincinde , non tamen ſi in ſyluis,aberraſſent,ſecundum Ange.

Alueus duo ſignificat.

Scandalum timēdū eſt.

Examen triipliciter accipitur.

Animalium tria ſunt genera.

d Iſta glo. reprehēdit per doc.hîc quia apū natura nō eſt adeò fera quin mutari poſsit : ſecūdū Por. hîc.

a ¶ GALLINARVM.] ſ.oĩm,vt ſtatim innuit. Vel dic ſingularũ in ſpecie.
b ¶ FERAS.] ,vt phaſianos. Accurſius.
c ¶ ANSERES.] ſcilicet domeſtici.
d ¶ GALLINAE.] ſcilicet domeſticæ.
e ¶ TVRBATI.] vt per vulpem vel miluum.

¶ Gallinę,& anſeres domeſtici tui ſunt, etiam ſi conſpectum tuum effugerint: & qui eas accipit animo lucrandi, furtum committit. Areti.

¶ Gallinarum [a] autem, & anſerum non eſt fera natura. id qđ ex eo poſſumus intelligere, ꝙ aliæ ſunt gallinæ, quas feras [b] vocamus: item alij ſunt anſeres, quos feros appellamus.

¶ Ideoq; ſi anſeres [c] tui, aut gallinę [d] tuæ * ali quo modo turbati [e], turbatæúe euolauerint: licet conſpectum tuum effugerint: quocunq; tamen loco ſint, tui tuæúe eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo [f] ea aĩalia detinet, furtum cõmittere intelligitur †.

Furti actio daſ pro modico, nõ aũt actio de dolo.

* Aliquo caſu.

¶ Etiam ſi hominem liberum ex hoſtibus ceperimus, de iure gentium noſter fit: qui ſi exierit poteſtatem noſtram, recuperat antiquã libertatem. Are.

¶ Item ea quæ ex hoſtibus [g] capimus, iure gentiũ ſtatim noſtra fiunt: adeò quidem, vt & liberi homines in ſeruitutem noſtram deducãtur. qui tamen ſi euaſerint [h] noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt [i].

¶ Inuentoris fiunt lapilli, & alia quæ in litore maris inueniuntur. Aret.

¶ Itẽ lapilli [k], & gemmæ, & cætera, quæ in litore maris inueniunt [l], iure naturali [m] ſtatim inuẽtoris [n] fiunt.

¶ Nata ex animalibus noſtris, noſtra ſunt. Aretinus.

f ¶ QVI LVCRANDI ANIMO.] ſcilicet vt habeat pennas, vel oua. aliàs enim nõ cõmittitur furtũ, niſi lucrandi animus interueniat: vt. ff. de fur. l. j. §. fi. Sed nunquid dolus ſit in vno ouo? Rñ. ſic, ſed de dolo non agitur in re minori duobus aureis: vt. ff. de dolo. l. ſi oleum. §. fin. & l. ſeq. Sed quare non agitur de dolo, cùm agitur furti: vt hîc? Rñ. furtum fit plerũq;: & ideo frequentius puniendum eſt: ſecundũ Ioã. vt. ff. de pe. l. aut facta. §. fi.[a] Et nõ ex hoc. §. ꝙ quælibet actio etiam pro vno nummo datur: vt. ff. de dã. infec. l. ſi proprietarius. in fi. j. rñ. & ff. de coniun. cum emanci. libe. l. j. §. illud. Sed fallit in caſibus: vt ecce ſi cõmodo tibi ſeruum, & tu eum alis: nõ repetis à me expenſas modicas: vt. ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. & ff. de impenſis in re. do. fa. l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum eſt. Item excipe qđ eſt. ff. de damno. infec. l. ex damni. in prin. Accur.

a Hãc rõnem improbat Ioan fa. quia dol⁹ ſit ſine furto: ſed non ecõtrà. dic ergo furtum eſſe improbius, & eius actionẽ cõpetere de iure cõi: de dolo autẽ de iure ſpãli, cũ ſit quædã ſpes reſtõnis reſtringẽs ea quæ conſenſus partium firmauerat. l. j. ff. de do. ergo &c. ar. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de re mili. Ange.

¶ ITEM EA QVAE. ¶ CASVS. Domine, iam vidi qualiter dominium ferarũ, & volucrum ſingulis acquiritur per occupationem: Nunquid plurium rerum dominium acquiri poteſt per occupationem de iure gentium? Reſpon. ꝙ ſic. Nam ea quæ ab hoſtibus noſtris capimus ſtatim iure gen. noſtro dominio acquiruntur: & hoc intantũ verum eſt, vt liberi homines quos ab hoſtibus capimus, dominio noſtro ſubiiciantur, & in ſeruitutem deducantur. ſi tamen noſtram poteſtatẽ euaſerint, & ad ſuos corpore, & animo reuerſi fuerint, priſtinum ſtatũ libertatis iure poſtliminij recipiunt. Et non ſolũ ſupradicta iure gen. per occupationẽ acquiruntur, ſed etiã lapilli, & gemmæ & cætera q̃ in littore maris inueniuntur: ſtatim cùm ab inuẽtore occupata fuerint, iure gẽ. qđ naturali iure introductum eſt, inuentoris fiunt. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. Item ea quæ ex animalibus. Fran.

† Facit in ꝓœ. dec. in glo. vlt. vbi dicit, ꝙ ꝓ vna gallina furtũ cõmittitur. poſt med. glo. & gl. fi. in fin. in. c. cũ te extrà de re iudi.

g ¶ EX HOSTIBVS.] vt quibus populus Romanus bellũ indixit: vel ipſi populo Romano: vt. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. hoſtes. & ff. de verb. ſigni. l. hoſtes. & l. quos nos hoſtes.

b Hoc verũ in vacantib⁹: vt hîc. & l. ſi barſatorũ. C. de fidei. Quod nota pro ſtatuto loquẽte de eo qui ĩuenerit bãnitũ. Itẽ in nõ vacantibus ſi poſſidentis animus nõ concurrat. aliâs ſolo acquiruntur aſpectu.

h ¶ SI EVASERINT.] animo, & corpore: vt. ff. de cap. & poſtli reuer. l. nihil. in princip.

i ¶ RECIPIVNT.] iure poſtliminij: vt. s̃. qbus mo. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. ADDITIO Hodie tamen quantum ad perſonas, non obſeruantur iura captiuitatis, & poſtliminij, niſi quantum ad res.

k ¶ LAPILLI.] ſcilicet pretioſi. Et quæ ſit inter lapillos, & gẽmas, & margaritas differentia, dic vt. ff. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſunt. §. fi.

l ¶ INVENIVNTVR.] q̃ tñ nõ ſunt alicuius: aliâs ecõtrà: vt. j̃. e. §. fi. Accur.

m ¶ IVRE NATVRALI.] ſcilicet gentiũ: vt. s̃. eo. ſingulorum. Accur.

n ¶ INVENTORIS.] ita demum ſi occupet, ſiue appræhendat[b], nõ aliâs, ſecundum Azonẽ. nam in ſuperiori. §. & in aliis pręcedentibus, de iis quæ per occupationẽ quæruntur, tractatur. vnde ꝙ idem proſequatur hîc, vicinitas ſcripturæ innuit: vt. ff. de teſta. l. hæredes. §. ſed & ſi notã. & ff. de lega. j. l. ſi ſeruus plurium. § fi. Et aduerbium ſimilitudinis. ſ. itẽ, † quod eſt in principio. §. apertè dat intelligere aliud eſſe in theſauro, cuius tractatus eſt valde ab hoc ſeparatus: vt. j̃. e. §. theſauros. & ideo primũ videnti[c], & inueniẽti, non capienti quæritur.

† Dictio, itẽ eſt repetibilis præcedentiũ clauſularum, qđ eſt verũ, ſi copulatiuè ponatur: ſecus ſi continuatiuè E. Per.

¶ ITEM EA QVAE EX ANIMALIBVS. ¶ CASVS. Domine, iam vidi qualiter acquiritur dominium rerũ per occupationem: nunquid pluribus modis acquiri poteſt? Reſpon. ꝙ ſic. Nã ea quæ ex animalibus dominio noſtro ſubiectis nata ſunt: iure gen. per acceſſionem nobis acquiruntur. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. Prætereà qđ per alluuionem. Fran. de Aret.

c Iſtam gl. approbat Bart. hîc.

o ¶ ITEM EA.] nunc mutat ſtylum, & materiã, & dicit de iis quæ acquiruntur per acceſſionem diſcretam, & in ſequenti. §. prętereà. dicet de acceſſione concreta.

p ¶ EX ANIMALIBVS.] fœminini † generis, ſiue rationabilibus, vt ex ancillis. vt. s̃. de iure perſona. §. ſerui. & C. de rei vendi. l. partum. ſiue irrationabilibus: vt. ff. de rei vendi. l. idem pomponius ſcribit ſi frumẽtum. §. idem ſcribit.

† Fallit in leporib⁹ habẽtib⁹ vtrũque ſexum. Teren. tute ipſe lepus es & pulpamẽtum quæris. E. Perrin⁹.

¶ Item [o] ea quæ ex animalibus [p] dominio tuo [q] ſubiectis nata ſunt, eodem [r] iure tibi acquiruntur.

¶ Per alluuionem fluminis, id eſt per incrementum latens, res nobis acquiruntur: non autem per vim ipſius terram euellentis: niſi radices arbores emiſerint. h.d. Aretinus.

¶ Prætereà quod per alluuionem agro tuo flumen adiicit [s], iure gentium tibi acquiritur. ¶ Eſt autẽ alluuio incrementum [t] latens. ¶ Per alluuionem aũt id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi [v] non poſſit, quantum quoq; momento temporis adiiciatur. ¶ Quod ſi vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio appulerit † [x], palàm eſt eam tuam permanere. ¶ Planè ſi longiori [y] tempore fundo vicini tui hæſerit, arboreſq; quas ſecum traxerit, in eũ fundum radices egerint: ex eo tempore videntur * vicini fundo acquiſitæ [z] eſſe.

† Aliâs attulerit.

* Aaliâs, vr̃ vicini fundo acquiſita eſſe.

¶ Inſula nata in mari, efficitur occupantis: ſecus ſi in flumine: ſed eſt eorum qui habent prædia vicina pro modo latitudinis fundi, ſi eſt in medio: aliàs eſt illius cuius prædio eſt vicinior. Si verò ex diuiſione fluminis vnus fundus includatur, remanet antiqui domini. Aretinus.

¶ Inſula quæ in mari nata eſt

q ¶ DOMINIO TVO.] vel quaſi: vt ſi bona fide poſſides animal irrationale: vt. ff. de acqr. re. do. l. bonæ fidei. §. fi. nõ ita in rationali: vt. j̃. eo. §. in pecudum. & eſt ratio vt ibi.

r ¶ EODEM IVRE.] ſcilicet gentium.

¶ PRAETEREA. ¶ CASVS. Iuſtinianus in hoc. §. dicit ꝙ præter ſupradictos modos acquirendi, de iure gentium acquiritur nobis dominium per acceſſionem concretã. Quod enim ꝑ alluuionẽ agro tuo flumen adiicit, iure gentiũ tibi acquiritur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quid eſt alluuio? Ad hoc reſpon. Eſt autem alluuio incrementum latens. vnde illud per alluuionẽ agro tuo videtur adiici, quod ita paulatim, & ſucceſſiuè adiicitur, vt licet tota die intuitum figas, tamen intelligere non poſſis, quantũ quolibet momento agro tuo adiectum fuerit. verum eſt tamen, ꝙ iſtud latẽs incrementum tibi iure acceſſionis acquiritur. Sed ſi impetus fluminis aliquam partem groſſam ex prædio tuo detraxerit: & illam partem detractam vicini prædio appulerit: manifeſtum eſt eam partem ex prędio tuo detractã, nihilominus in tuo dominio permanere. ſi tamen longo tempore fundo vicini tui adhęſerit, ita quòd arbores quas ſecum traxit, in fundum vicini radices emiſerint: ex tempore immiſſionis radicum videntur fundo vicini iure acceſſionis acquiſitæ eſſe. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. § inſula. Fran.

s ¶ ADIICIT.] ponendo iuxta tuum prædium.

t ¶ INCREMENTVM] id eſt augmentum. Accur.

v ¶ INTELLIGI NON POSSIT.] licet tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecillitatem naturalis viſus: qui tam ſubtilia perpendere nõ poteſt: vt in cucurbita patet, quę citò creſcit, q̃ tñ percipi non põt quantũ creſcit quoq; momẽto tẽporis. Sed in quodã gñe agrorũ ceſſat ius alluuionis: vt in agris militibus aſſignatis à principe, qui limitati dicuntur: vt. ff. eo. de acquir. re. do. l. in agris. Quæ ſit ratio diuerſitatis: dic vt in ea. l. in fi.

x ¶ APPVLERIT.] aliàs applicuerit. i. appoſuerit: vt ſubiicit, puta cruſtam terræ fortè vineatæ vel arboratæ.

y ¶ LONGIORI.] id eſt longo ſcilicet tanto vt faciat radices, vt ſequitur. vel etiam ipſa terra appoſita vnitatẽ alteri terræ fecerit, cui apponitur: vt. ff. de dam. infec. l. hoc amplius. §. ita demum[d]. Sed quomodo ſcitur, quando hæc vnitio, vel immiſtio erit facta? Rñ. per ruſticos, qui talia ſciunt, vt in aut. de non alie. aut permut. §. quod autem dictum eſt. coll. ij. Accur.

d Quod ſi non fecerit: poterit de directo vendicari.

z ¶ ACQVISITAE.] vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur: ſecundum M. vt. ff. de rei ven. l. idem pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. de arbore. Sed nos contrà: ſed in factum ad æſtimationem damni, vt. ff. de rei vendica. l. in rem. j. §. item. Sed rei vendicatio non datur: vt. ff. de dam. infec. l. hoc amplius. §. alphenus. ADDITIO Dic ſecundum Ioã. Fabr. quòd imò, nec in factum datur: vt. d. l. hoc amplius. §. ita demum. ff. de dam. infect. nec obſtat. §. de arbore. quia ibi loquitur quando fuit facta vnitio actu, ſiue facto hominis: hîc loquitur quando fuit facta facto fluminis & ideo cùm quæritur de flumine, hoc videtur ſatis rationabile, & fuit opinio antiquorum: ſed opinio quæ hîc not. fuit Azo. quæ ſatis eſt æqua: ſecundum Ange. hîc.

¶ INSVLA. ¶ CASVS. Domine, ponamus ꝙ aliqua inſula naſcatur in mari: dicatis mihi, cuius iuris eſſe intelligitur? Reſpon. ſi aliqua inſula in mari nata ſit: (quod tamen rarò accidit) occupanti conceditur. Nam ante occupationem nullius eſſe intelligitur. Sed licet dixerim tibi de inſula, quæ in mari naſcitur ꝙ occupantis ſit, ſecus tamen eſt de inſula in flumine nata. Nam in flumine inſula nata, qđ frequenter accidere ſolet, ſi quidem mediam

dem mediã partem fluminis teneat:communis eſt eorũ hominum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſsident:videlicet pro modo latitudinis cuiuſque fundi:quæ latitudo prope ripam ſit.quòd ſi alteri parti fluminis proximior eſt:eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſsident.quòd ſi in aliqua parte diuiſum flumen ſit, deinde infra vnitũ agrum alicuius in formã inſulæ redegerit: huiuſmodi ager, admodũ inſulæ diuiſione fluminis circũdantis redactus, eiuſdem permanet, cuius ante diuiſionẽ fluminis fuerat: ſed ponamus, quòd flumen naturalem alueũ penitus dereliquit, & ex alia parte cœperit fluere, dicatis mihi, quid iuris in iſto caſu? Ad hoc reſpon. ꝙ ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ab alia parte fluere cœperit: tunc prior alueus, à flumine derelictus, eorum incipit eſſe, qui prope ripã eius prædia poſsidẽt, pro modo latitudinis cuiuſque agri, quæ latitudo prope ripam ſit. Sed ponamus: nouus alueus iam occupatus publici iuris incipit eſſe, ſicut eſt ipſum flumen: ſed ſi poſt aliquod tempus, ad priorẽ alueũ flumen reuerſum fuerit, nouus alueus iam à flumine derelictus, eorum incipit eſſe, qui prope ripã eius prædia poſsident. Aliud tamen iuris eſt, ſi totus ager alicuius, aqua inundatus fuerit. Inũdatio enim aquæ faciem fundi non immutat: & idcirco ſi aqua à fundo receſſerit: manifeſtum eſt manere dominum fundi, qui antè dominus fuerat. Et hæc dicuntur vſque ad illum §.cũ ex aliena &c. Fran.

(quod[a] raró accidit) occupãtis ſit. nullius enim eſſe creditur[b]. ¶ At inſula in flumine[c] nata, (quod frequẽter accidit) ſi quidem mediam partem[d] fluminis tenet, cõmunis eſt eorum, qui ab vtraque parte fluminis, prope ripã prædia poſsidẽt: ſcilicet pro modo latitudinis[e] cuiusq; fundi, quæ latitudo prope ripã ſit. ¶ Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorùm eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſsident. ¶ Quòd ſi in aliqua parte[f] diuiſum ſit flumen, deinde infra[g] vnitum[h] agrum alicuius in formam inſulæ redegerit: eiuſdem permanet is ager cuius & fuerat.

¶ Alueus nouus efficitur publicus, ſicut ipſum flumẽ eſt: vetus vero dominis fundorum propinquorum cõceditur. Idem de nouo alueo, ſi flumen in antiquum redeat. Item inundatio fluminis non mutat dominium fundi.

¶ Quòd ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliã† partem fluere cœperit: prior quidẽ alueus[i] eorũ eſt, qui prope ripã eius prædia poſsident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiusq; agri, quæ latitudo prope ripam ſit. ¶ Nouus autẽ alueus eius iuris eſſe incipit[k], cuius & ipſum flumẽ eſt, id eſt publicus. ¶ Quòd ſi poſt aliquod tẽpus ad priorẽ alueũ reuerſum fuerit flumen: rurſus nouus alueus eorũ eſſe incipit, qui prope ripã eius prædia poſsident. ¶ Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit neque enim inundatio fundi ſpeciem[l] cõmutat: & ob id, ſi receſſerit aqua, palàm eſt eum fundũ eius manere[m], cuius & fuit.

†Aliâs, alia defluere cœperit.

¶ INSVLA.] dicitur locus vndique circũdatus aqua: vt hîc, &.ff.e.de acqui.re.do.l.adeò.§.inſula.&.l.inſula[a]. aliâs quãdoq; pro domo in mari poſita, quæ in ſalo, id eſt in ſalſo poſita eſt, ſecundum Iſid. Item quandoque pro qualibet domo: vt.ff.de eo quod cer. lo. da.l.iij.§.ſi quis inſulam. Item nota diligenter iſta ſex reſponſa vſque ad.§.alia ſanè.

a ¶ QVOD RARO ACCIDIT.] Sed op. nam ad ea quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur: vt.ff.de leg.& ſenatuſcon.l.nam ad ea. Reſpõ. quòd illud verbum, potius ſolutionem inducit. nam bene infertur potius: ergo ad alia. Acc.

b ¶ CREDITVR.] ſcilicet antea.

c ¶ IN FLVMINE.] id eſt in medio fluminis.

d ¶ MEDIAM PARTEM.] quod ſcilicet poterit ſciri accepta chorda, & pũcto poſito in medio, inter vtrumque agrum: & tunc ſi punctum eſt ex vna parte tantùm, alij cedat: aliâs ſecundum quòd punctum extenditur: vt colligitur.ff.eo.de acqui.re.do.l.inter eos.&.l.ſeq. Ex his patet, quòd pro diuiſo poſsident inſulam, & habent dominium circundantes flumen: vt.ff.eo. de acqui.re.do.l.pro regione.

e ¶ LATITVDINIS.] exiſtẽtis ab vna parte, cũ plures ſint ex vna parte, & vnius fundus latior eſt, quàm fundus alterius. & in hoc tantùm frontem agri conſydero: vt.ff.eo.de acqui.re.do.l.inſula.in prin.

f ¶ PARTE.] ſcilicet ſuperiori.

g ¶ INFRA.] ſcilicet in inferiori parte.

h ¶ VNITVM.] ſcilicet flumen, id eſt coadunatum. & hîc ſit pũctum. Vel dic vnitum agrum &c. & tunc puncta ibi, infra.

i ¶ ALVEVS.] à quo nunc vltimo receſsit flumen.

k ¶ INCIPIT.] quantum ad ſtrictam rationem. nam de æquitate vix obtinet, id eſt non obtinet: vt.ff.e.l.adeò.§.inſula.in fi. Et no. hîc quòd flumina vicem iudicium tenent: & dant & auferunt dominia: vt hîc, &.ff.eo.de acqui.re.do.l.ergo.§.alluuio. Acc.

l ¶ SPECIEM.] id eſt faciem fundi. Sed contrà.ff.de flu.& ne quid in flu. pu.l.j.§.ſi foſſa.in fi.§.Sol. ibi totum occupauit: hîc partem. Vel hîc eodem impetu receſsit quo venit: ibi non, ſed diu coopertum tenuit.

m ¶ MANERE.] Fuit ergo dominus etiam tunc temporis, qñ aqua inundabat. Sed contrà.ff.qui.mo.vſuſfr.amit.l.ſi ager. Sol. ibi impropriè dicit amitti, ſcilicet quantum ad commodum fruendi†. Vel hîc inundauit propter impetum aquarum: ibi vt faceret alueũ: vt probatur prædicto ti.l.quid tñ.§. agri. Et hæc vera ſunt, quantum ad proprietatem: ſed poſſeſsio indubitàter tempore inundationis amitteretur: vt.ff.de acqui. poſ.l.iij.§. labeo. &.l. qui vniuerſas.§.ij.&.l.pomponius.j.reſpon.[b] tamen aqua recedente, etiam poſſeſsio reſtituenda eſt: vt.ff.de itine.actuque priua.l.j.§.ſed & ſi quis.

Inſula tria ſignificat.

a Dic ꝙ inſularũ alia eſt naturalis vt Corſica & ſardinia: alia caſualis vel accidentalis quæ in flumine ſæpe naſcitur: in mari prarò. Naturales ĩſulæ ſũt principis: nõ in dominio prĩmoniali: ſed in dominio iuriſdictionali: vt.l.inſulæ. ff. de iudi.&.l. illicitas. §. qui vniuerſas.ff.de of. præ. ſed de hac materia plenius videas hîc per Ang.. Punctat literam. Flumina & iudices æquiparãtur.

†Vel fortè ibi capitur ꝓprietas ꝑ poſſeſsione, hîc propriè. E.Per.

b Et eſt rõ ſecundum Chriſtho. quia poſſeſsio eſt facti & ex ſolo animo depẽdet: ſed dominium eſt iuris: & in re cõſiſtit. Et iõ poſsidentes ꝑdia penes flumina q̃ ſæpe ſolẽt inũdari: item prope cõfinia belli, vel epidimiæ rarò ꝑſcribunt.

¶ Specificans aliquam ſpeciem ex materia aliena, efficitur dominus eius, ſi ipſa ſpecies ad priſtinam materiam non poſſit reduci.

¶ Cùm ex aliena materia ſpecies aliqua facta[n] ſit ab[o] aliquo, quæri ſolet, quis eorum naturali[p] ratione dominus ſit: vtrum is qui fecerit[q], an potius ille qui materiæ dominus fuerit. vt ecce, ſi quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut ſpicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino, & melle mulſum[r] miſcuerit, vel ex medicamentis alienis emplaſtrum, aut collyrium[s] cõpoſuerit: vel ex aliena lana veſtimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel ſubſellia fabricauerit. ¶ Et poſt multam Sabinianorum[t] & Proculianorum ambiguitatẽ, placuit[v] media[x] ſententia exiſtimantium ſi ea ſpecies ad priorem, & rudem materiam reduci poſsit, eum videri dominũ eſſe, qui materiæ dominus fuerit, ſi non poſsit reduci, eum potius intelligi dominũ, qui fecerit[y]. vt ecce, vas conflatũ poteſt ad rudem materiã æris, vel argenti, vel auri reduci: vinum autẽ, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas[z]

¶ CVM EX ALIENA. ¶ Diuiditur in quinque partes. Primò ponit thema. Secundò, quæſtionem. Tertiò, per exẽpla thema declarat. Quartò, ponit reſpõſionẽ. Quintò, per exẽpla reſponſionẽ declarat. Secunda ibi, Quæri ſolet. Tertia ibi, Vt ecce. Quarta ibi: Et poſt multã. Quinta ibi, Vt ecce vas. ¶ CASVS. Domine, iam vidi plures modos acquirendi dominium de iure gentiũ. Nũquid pluribus modis de iure gentium acquiri poterit? Reſpondet ꝙ ſic. Per ſpecificationem de iure gentiũ acquiritur nobis dñiũ. Cùm enim quis ex aliena materia &c. Caſus planus eſt, vſque ad illũ.§. ſi tamen alienam. Fran.

n ¶ FACTA.] Facta autẽ intelligitur etiam cœpta, licet non perfecta: vt ff.de aur.et arg.leg.l.et ſi nõ ſunt.§.quid ergo. Ratio huius eſt: quia quæ in opere ſunt, ineſſe videntur.ff.ſi cer. peta.l. lecta.§.dicebã.&.c.officij.extra de elect. ADDITIO. Sed ibi ſpecies quantũ ad materiã erat perfecta: licet quædã ad bene eſſe deficerent. Et ideo, reprehẽdit hæc gl. propter verbum, fecerit. qđ ꝑfectionẽ ſignificat: vt.l.j.ff.quod q̃ſq; iuris.

o ¶ AB ALIQVO.] ſcilicet, bona fide: vt.ff. ad exhi.l.de eo.§. ſi quis. & ſuo nomine: vt. ff. de acqui.re.do.l.adeò.§.cum quis.in prin.&.l.quicquid.§.ij. Item & tertiũ ſcilicet quòd non poſsit redire ad priorem materiam ſecundum Io. vt in fi. huius.§. Quid ſi duo ſpecificauerunt: vnus bona fide: alius mala fide? Reſpon. communis eſt domini, & ſpecificanti bona fide: non autẽ mala fide[c]: vt.ff. qui ad li.proclama. non licet.l.ſi duo. Azo. Eodem modo quæro. & ſoluo ea quæ ſequuntur: Quid ſi ex diuerſorum materijs ſpeciem fecit: & in vna habuit bonam fidẽ, & in alia malam fidẽ? Itẽ quid ſi in materia vnius partim bonam, partim malam fidẽ habuerit? Item quid ſi partim ſuo ſpecificantis nomine, partim nomine domini? ADDITIO. Intellige ſecundum præcedẽtia, ꝙ habeat bonã fidem: itẽ ꝙ omnia ſint paria: aliâs minus pretioſum cedet pretioſiori: ſecũdũ oẽs doc. hîc, ꝑ.l.qcqd.§.fi.ff.e.de acqui.re. do.

p ¶ NATVRALI RATIONE.] id eſt, iure gentium.

q ¶ FECERIT.] id eſt detexerit. quo ad ſpicas: vt.ff.e.de acqui.re.do.l. adeò.§.cùm quis.in fi, ſic.ſ.de liberti.§.j.

r ¶ MVLSVM.] id eſt nectar ſiue ſtalladiam.

s ¶ COLLYRIVM.] id eſt vnguentum ad oculos:

t ¶ SABINIANORVM.] id eſt Sabini & ſuorum fautorum, qui dixerunt, ſpeciem cedere domino materiæ. Sed Proculus cum ſuis ſequacibus, econtrà ſcilicet, vt ſpecificanti tantum cedat. vt.ff.eo.l.adeò.§.cùm quis.

v ¶ PLACVIT.] ſcilicet nobis. Accur.

x ¶ MEDIA† SENTENTIA.] quæ nec vni in totum, nec alteri concordat, vel diſcordat: ſed diſtinguit: vt ſequitur. Et nota medium ſeruandum. ſic.ſ.qui.ex cau.ma.l.non licet.§.pe. Argu.† contrà.ff.de neg. geſt.l. neſennius.in fin.

y ¶ FECERIT.] ſi & alia duo interuenerunt, quæ in principio huius.§. diximus.

z ¶ VEL SPICAS.] & ita apparet, ꝙ frumentũ cedit ſpecificãti. Sed cõtrà.ff.de acqui.re.do.l.adeò.§.cùm quis.in fi.§.Sol. hæc poſuit gratia exempli, pro pueris: ſecundum Pla. quædã enim gratia docendi† dicuntur, quæ aliâs non dicerentur: vt.ff.de act.& obli.l.obligationum ſubſtantia.§.fin. Vel dic ſecũdo ſecundum Azo. illã per iſtã corrigi. Itẽ ad hæc omnia exẽpla, in quibus dicitur ſpeciem ſpecificanti cedere. eſt contraria regula quæ dicit: Quod ex re mea eſt vel naſcit, meũ eſt: vt.ff.ad exhib.l.de eo.§. ſi quis. in fi. &.ff.de rei vẽ.l.ſolũ.§.meũ. Sol. Illa regula locũ habet, in quinque caſibus:

c Imò nomine ꝓprio & bona fide: ſecundũ Chriſt.

† Medium tenuere beati. hinc Luce. 22. cap. ego in medio veſtiũ ſum. E.Per. Solutio vna multas quæſtiones terminat.

† Dic ꝙ in dubio, ſcilicet quolibet extremorũ æquialiter ſe habente, media via eſt eligenda ſed vbi clarum eſt pro altera parte nõ: vt in cõtrario. E.p. Pueri aliter, aliter proue cti docendi ſunt.

† Nihil prohibet falſam legẽ exempli cã ponere, quò facilius res intelligatur. Tul. de inuẽ. titu. 8.

Meum eſt qđ ex meo naſcitur.

ſcilicet vbi dominus ſpecificauit:itẽ vbi alius eius mãdato:itẽ vbi ſine mãdato,ſed ratũ habet[a]:itẽ vbi alius mala fide,& ſuo nomine: itẽ vbi bona fide, ſed res poteſt ad priorẽ materiam reduci:quorũ nullus eſt hîc. Item ſi hæc vera ſunt,ꝙ ſpecificãti cedãt:cõtraria eſt regula, quæ dicit neminẽ cũ alterius iactura fieri locupletiorẽ:vt.ff.de condi.inde.l.nã hoc natura. Rñ. licet fiat ſua ſpecies quo ad dominium:tñ actione in factũ tenetur ad æſtimationẽ:vt.ff.de rei vẽ.l.in rẽ. j.§.itẽ quæcũq;.&.ff. de dona.inter vir.& vxo.l. ſi mulier.j.§.j.&.l.ſeq.

a Intelligas glo. quãdo nomine domini ſpecificauit. aliâs ſi non fuiſſet ſpecificata nomine domini: nõ poſſet hẽre ratum cum ſit factũ ſui fauore:vt.l. ſi pupilli.§. ſi ego.ff.de nego. geſt.

a ¶ Ex aliena,] ſcilicet materia.

b ¶ Et aliena,] ſcilicet lana.

c ¶ Dominum.] ſed ſi nõ poſsit reduci ad priorẽ materiã: fit cõmunis habita ratione materiarum,vt non cedat ſpecificanti:vt.ff.e. de acqui.re. do.l.quicqd.§.ſi.in ſi.Idẽ fortè erit,& quando mala fide fecit, licet reduci non poſsit:vt.ff.ad exhi. l.de eo.§.ſiquis.Acc.

reuerti nõ poteſt:ac ne mulſum quidem ad vinum, & mel reſolui poteſt.

¶ Siquis ex materia, partim ſua, & partim aliena ſpeciem fecerit aliquã:efficitur in totum dominus eius. Areti.

¶ Quòd ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena[a] ſpeciem aliquam fecerit quis, veluti ex ſuo vino, & alieno melle mulſum miſcuerit: aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum,aut collyrium:aut ex ſua lana, & aliena[b] veſtimentum fecerit:dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum[c],qui fecerit, cùm non ſolùm operam ſuam dederit,ſed et partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

¶ Aliena purpura intexta veſtimento,cedit veſtimento:ille autem qui dominus fuit,habet actionẽ cõtra furem.h. d. Are.

¶ Si tamen alienã[d] purpuram[e] veſtimento ſuo quis intexuerit:licet pretioſior[f] ſit purpura, tamen acceſsionis iure * cedit veſtimẽto:& qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eũ qui ſurripuit[g], habet furti actionem, & condictionem[h],ſiue[i] ipſe ſit, qui veſtimentũ fecit,ſiue alius. Nam extinctæ[k] res, licet vendicari non poſsint, condici tamẽ à furibus, & quibuſque alijs poſſeſſoribus[l] poſſunt.

* Aliâs acceſsionis vice.

¶ Si materiæ eiuſdẽ generis, vel diuerſi & ſi diuerſæ.Are.

¶ SI TAMEN ALIENAM ¶ CASVS. Titius manicã vel gyronẽ de purpura aliena intexuit veſtimẽto ſuo.modò quæritur vtrũ purpura cedat veſtimento : vel veſtimẽtũ tanquã vilius, & minus pretioſum accedat purpuræ? Rñdet, ꝙ purpura licet prætioſior ſit,iure tñ acceſsionis cedit veſtimẽto:& per cõſequens Titio dño veſtimẽti acquiritur. Verũtamẽ, ille q dñs fuerat purpuræ licet iã dñium purpuræ per acceſsionẽ amiſerit:cõtra eũ tñ,qui ſurripuit, furti habet actionem,& condictionem furtiuam,quæ ſemel ei cõtra furem competit:quam licet poſteà ſine culpa ſua â dominio cadat,non amittit. Nam huiuſmodi res quæ iure acceſsionis,alteri rei cedunt:licet à priori domino vẽdicari non poſsint,à furibus tamen,& à quibuſdam alijs malæ fidei poſſeſſoribus,per condictionem furtiuam vel ſine cauſa cõtradici poterunt.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſi duorum.

d ¶ Si tamen alienam.] hîc incipit dicere de acceſsione, quæ fit humana natura operante.

† Hoc verũ quãdo apponitur piætioſius gr͂a ornatus aliâs ſecus, quia ipſum vilius ſequitur nobil.*. Eg. Perri. Purpura veſtimento tripliciter apponitur.

e ¶ Purpuram,] vt manicam vel gyronem.ſi autem ipſa fila, puta in tela:tunc alia ratione eſt dominus factus purpuræ,ſcilicet iure ſpecificationis: vt.s̃.proxi.§.& præcedenti.hîc autem.§.aliquid vult adiicere ſupradictis,ſcilicet de acquiſitione iure acceſsionis.ne ergo nihil operetur, adiungit hoc, quod nunc dixi:vt.ff.de leg.j.l.ſi quando.in prin.

f ¶ Praetiosior.] Nota pretioſius accedere viliori ſic.ff. de cõtrahend.empt.l.ſi in emptione.Sed contrà.ff.de ædili.edic.l. iuſtiſsime. Sed ibi ſpeciale in homine.Sed contrà.j̃. de fideiuſ.§. fideiuſſores. Sol. vt ibi. Item loquitur hic.§. quando dicta purpura, gratia ornandi veſtimenti, fuit appoſita. Si autem econtrà,vt veſtimentum ſeruiret purpuræ, vt fortè eam ſeruaret:tunc cedet veſtimentum purpuræ : vt in duabus legibus contrarijs : vt.ff.de vſuſca.l.rerum miſtura.§.quid ergo.&.ff.de auro.& arg. leg.l. & ſi non ſunt.§.perueniamus. Si autem neutrum cauſa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit:& vtrumque poſsidetur:vt.ff.de vſuſca.l.rerum miſtura.§.quid ergo. ADDITIO. Dic ſecundum doct. quòd neutrum poſsidetur communiter:ſed quodlibet de per ſe ſic : vt no. in.d. §.quid ergo.Ange.Are.

g ¶ Svrripvit.] ſi ſurripuit:aliâs iſtis actionibus famoſis non tenetur.

h ¶ Et condictionem,] ſcilicet furtiuam, vel ſine cauſa vt.ff.de condi ſine cau.per totum.

i ¶ Sive ipse,] ſcilicet fur.nam fortè erat ſartor.

k ¶ Extinctae.] quantum ad dominium quod perdidit dominus eius. & ideò dicitur,quantum ad eum extinctum,quia quandiu eſt intexta purpura,extincta eſt,nec poteſt vendicari,ſed agi poteſt ad exhibendum,vt exhibeatur, & pòſt vendicetur : vt.ff.ad exhib.l.gemma. &.ff. de rei ven.l.in rem actio.

l ¶ Posessoribvs,] veluti à prædonibus & malæ fidei poſſeſſoribus, vt iſte fuit : vt hîc, &.j̃.de actioni.§.ſic itaque.&. ff. vſufru. quemadmodum.l. fina.in fine.

Diuiſio.

¶ SI DVORVM. ¶ Diuiditur principaliter in duas partes. Primò quando voluntate dominorum,ſecundò,quando caſu ſunt confuſæ.Secunda ibi, Quòd ſi fortuito.Item prima ſubdiuiditur.Primò,quando eiuſdem generis materiæ confunduntur.Secundò, quando diuerſi generis. Secunda ibi, Sed & ſi diuerſæ.Are. ¶ CASVS. Sed dñe Imperator,nũquid dñiũ de iure gentium adhuc pluribus modis acquiri poterit? Reſpondet ꝙ ſic. Nam per confuſionem materiarum acquiritur dominiũ de iure gentiũ.Si enim materiæ duorũ dominorũ,de voluntate,& conſenſu eorum cõfuſæ ſunt : totũ corpus quod ex cõfuſione materiarũ reſultat,vtriq; dominorũ cõmune fit: veluti ſi aliqui vina ſua confuderunt:aut maſſas argenti,aut auri in aliquodvas conflauerũt.Et iſta ſunt vera, qñ eædẽ materiæ confunduntur. Sed pone quòd materiæ ſunt diuerſę:nũquid idẽ iuris eſt? Reſpon.ꝙ ſic.Si enim diuerſæ materiæ confuſæ fuerint, & ex illis materijs confuſis, aliqua ſpecies facta ſit:veluti ex vino Petri,& melle Martini mulſum:aut ex auro Petri, & argento Martini electrũ : in hoc caſu nulla dubitatio eſt, huiuſmodi ſpeciẽ, ex diuerſarum materiarum confuſione, de volũtate dominorum factã communem eſſe.Sed pone ꝙ diuerſæ materiæ,vel materiæ eiuſdem generis fortuito caſu, & non interueniente volũtate dominorum,ſunt confuſæ: nunquid idẽ iuris erit? Reſpon.ꝙ ſic.Hoc tamẽ intelligo,niſi materiæ ſeparari poſsint.Si enim ſeparari poſſent:ſecus tũc eſſet.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. Quòd ſi frumentum. Fran. de Aretio.

cõfundantur ex volũtate dominorũ, efficiuntur communes:& idẽ,ſi caſu fuiſſent confuſæ:aliâs ſecus.hoc dicit.Aretinus.

¶ Si duorũ[m] materiæ volũtate dominorũ[n] confuſæ[o] ſint : totũ id corpus, quod ex cõfuſione fit,vtriuſque commune eſt:veluti, ſiqui vina ſua confuderint,aut maſſas argenti, vel auri conflauerint. ¶ Sed & ſi diuerſæ materię ſint,* & ob id propria ſpecies facta ſit, fortè ex vino, & melle mulſum,aut ex auro,& argẽto electrũ[p], idem iuris[q] eſt.nam & hoc caſu.communem eſſe ſpeciem non dubitatur.

* Et ex his.

¶ Quod ſi fortuito,& non voluntate dominorum confuſæ fuerint, vel diuerſæ materiæ,vel quæ eiuſdem generis ſunt,idem iuris eſſe placuit[r].

¶ Si ſpecies duorũ dñorũ, eorũ voluntate cõmiſceãtur:efficiuntur communes:ſecus,ſi ſine eorum voluntate. Aretinus.

¶ Quòd ſi[s] frumẽtũ Titij frumẽto tuo miſtũ fuerit:ſi quidem voluntate veſtra cõe eſt : quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerũt, cõſenſu veſtro cõmunicata ſunt[t]. ¶ Quòd ſi caſu id miſtũ fuerit,vel Titius id miſcuerit ſine tua volũtate,non videtur commune eſſe,quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia[v] durant. ¶ Nec magis iſtis

m ¶ Si dvorvm.] acquiritur dominium nõ ſolùm ſpecificatione : vt s̃.e.§.cum ex aliena.&.§. quòd ſi.& acceſsione:vt.s̃.eo.§.ſi tamen.ſed etiam cõfuſione:vt hîc.itẽ immiſtione:vt.j̃.proxi.§.quod ſi frumentum.

Dominium varijs modis quęrit.

n ¶ Dominorvm.] bene dicit dominorum voluntate.nam ſi vnus dominus fecit inde ſpeciem,id eſt mulſum, vel vas ex argento meo & ſuo : ſua eſt iure ſpecificationis,non communis:vt.s̃.eo.§.quod ſi partim.&.ff.de rei ven.l.idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.§.j. ADDITIO. Hoc intellige bona fide,& ſuo nomine:vt vidiſtis in.§.cùm ex aliena.s̃. cod. per glo.vt hîc.Ange.

o ¶ Confvsae.] id eſt ſimul fuſæ.

p ¶ Electrvm †.] genus eſt vaſis,vel ſpecies metalli.& ad hoc eſt.ff. de auro & argen.lega.l.pediculis. §.neratius.

Electrum quid eſt.

† Aurum in quo quinta argenti portío eſt, electrũ vocat. Pliñ.li.33.c.4.& lib.37. ca.2. vbi dicit Succinũ eſſe, de quo in Apoc. Et erat ſpẽs ſicut ſpecies electri. E.p

q ¶ Idem ivris.] vt ſit commune,vt ſubijcit.

r ¶ Placvit.] ſcilicet vt ſit commune,niſi ſeparari poſsit:veluti ſi ex ęre meo, & plumbo, vel argento tuo ſpecies facta ſit : quibus caſibus ſeparari poteſt : & quilibet vendicat ſuum : vt.ff.de rei ven. l. idem pomponius ſcribit ſi frumentum.§. ſed ſi plumbum. &. ff. de acquiren. re. do. l. lacus.§.ſi.

¶ QVOD SI FRVMENTVM. ¶ CASVS. In hoc.§.dicit Iuſti.quòd ſi frumentum Titij,frumento tuo miſtum fuerit,voluntate veſtra: totum illud frumentum tibi & Titio commune erit.nam licet ſingula corpora,id eſt ſingula grana,ante miſtionem in ſua ſubſtantia durant : tamen ex conſenſu veſtro, per miſtionem communicata ſunt. & hoc verum eſt, quando fuit facta miſtio de voluntate veſtra.ſi tamen caſu frumentum miſtum fuerit,vel ſi Titius non voluntate tua id miſcuit:non videtur huiuſmodi frumentum,per miſtionem commune eſſe. Singula enim grana in ſua ſubſtantia remanent:& durant in dominio eius,cuius fuerant ante miſtionem.Nam in caſibus iſtis quando ſit miſtio ſine dominorum voluntate:non magis intelligitur frumentum commune eſſe,quàm grex ouium cõmunis eſſe intelligitur,ſi pecora Titij,tuis pecoribus permiſta fuiſſent. vnde ſi totum huiuſmodi frumentum retineatur à Titio,actio in rem aduerſus Titium competit:& iudex qui in huiuſmodi actione cognoſcet,æſtimabit quantum,& quale tuum frumentum fuerit:& tantumdem frumenti,& eiuſdẽ qualitatis,vel eiuſdem æſtimationis tibi faciet reſtitui.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.cùm in ſuo ſolo.Fran.Are.

s ¶ Qvod si frvmentvm.] diximus quando confunduntur, ita vt ſeparari non poſsint:nunc videndum eſt, quando ſingula corpora, in ſua ſubſtantia durant:quo caſu dicuntur immiſceri.

t ¶ Commvnicata svnt.] & ideo locũ habet communi diuidundo actio:vt.ff.de rei ven.l.idem pomponius ſcribit ſi frumentum.ij.reſpon.

v ¶ In sva ſubſtãtia durãt[b].] ſed nũquid idẽ,ſi noſtra volũtate fuiſſent immiſta? Videtur ꝙ ſic.noſtra enim cõtẽplatio,vel volũtas, nõ põt mutare ſubſtantiam,

b Iſtã glo. nõ credo eſſe Accurſij: qa nõ reperitur in antiquis originalibus:nec de ea docto aliquam faciunt mentionem.

Tẽpus quid eſt, Tẽpo ris diuiſiõ.

ſubſtãtiam granorũ,quin ſemper diſcreta,& diuiſa ſint à ſe inuicem, quod videt̃ eſſe cõtrà.§.præcedẽtẽ.Sed rñ.nõ eſt mirũ.aliâs enim ſimile reperimus.nõne tẽpus cõtinuũ eſt ſui natura?cũ tps ſit mẽſura motus primi mobilis:qui motus eſt vniformis,& cõtinuus:vt dicit Ariſt.in.viij.phyſi. & tamen partes in ipſa cõtẽplatione diſtinguimus,& aſsignamus:dicẽtes,quoddam præſens: quoddam præteritũ:quoddã futurum.ſic in granis frumẽti dicimus,ꝙ licet eorum corpora ſint diſcreta in ſuis terminis : cõia tñ ea poſſumus facere, ita ꝙ aliqua nõ ſit particula in tuo grano,quã tu nõ cõmunices mihi : nulla in meo,quam ego tibi non cõicẽ:quod nõ eſſet deficiẽte noſtra volũtate:ſicut nec in tẽpore diſtincto generarentur hæ diuerſitates noſtra ſignificatione, vel reſpectu deficiente.

caſibus commune ſit frumẽtũ,quàm grex intelligitur eſſe communis,ſi pecora Titij,tuis pecoribus miſta [a] fuerint. ¶ Sed ſi ab alterutro veſtrũ, totum id frumentum [b] retineatur,in rẽ quidem actio, pro modo [c] frumenti cuiusque competit [d]: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipſe æſtimet quale cuiusque frumentum fuerit.

¶ Aedificium cedit ſolo : ſed materia ex qua ædificium fit,remanet antiqui domini:eam tamen repetere nõ poteſt, quamdiu ædificium durat:quo diruto datur ei vendicatio.Areti.

¶ Cùm in ſuo [e] ſolo, aliquis domum ex aliena materia ædificauerit [f], ipſe intelligitur dominus ædificij : quia omne quod ſolo inædificatur [g], ſolo cedit.Nec tamen ideo,is qui materiæ dominus fuerat †, deſinit [h] dñs eius eſſe:ſed tantiſper [i], neque vendicare eam poteſt, neque ad exhibendum [k] de ea re agere,propter legem duodecim tabularum [l], qua cauetur, ne quis tignum alienũ ædibus ſuis iunctum eximere cogatur. ſed duplum pro eo præſtet,per actionem quæ vocatur de tigno [m] iuncto . Appellatione [n] autem tigni,omnis materia [o] ſignificatur,ex qua ędificia fiũt.Quod ideo prouiſum eſt,ne ędificia reſcindi neceſſe ſit. ¶ Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium:poterit materiæ dominus,ſi non fuerit duplum iam cõſecutus [p],tunc eã vendicare [q], & ad exhibendum ea de re agere.

¶ Qui in alterius ſolo, de ſuis cæmentis ſcienter ædificat,perdit dominium:& dominus ædificij efficitur ille, qui eſt dominus ſoli.Areti.

¶ Ex diuerſo ſiquis in alieno ſolo , ex ſua materia domum ædificauerit : illius fit domus , cuius & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit : quia voluntate eius intelligitur [r] eſſe alienata : vtique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare . & ideo licet diruta ſit domus , materiam tamen vendicare non poteſt [s].

a ¶ Mista.] quod fit ꝑ errorẽ:quo caſu dñiũ nõ trãſit:vt.ff.e.de aequi.re.do.l.ſi procurator.vel vt melius paſcãtur.et facit.j.ad.l.aquil.in princ. vbi dicit,ꝙ gregatim paſcũtur.Sed cõtra.ff. de ſolu. l. ſi alieni. Sol.ibi ſpeciale eſt in pecunia numerata,vt ibi dicitur:vt.ff.ſi cer.peta.l.ſingularia.

† Hîc limitatur regula,verba ꝑteriti tẽporis ſunt ab negatiua ꝑfẽtis. nã hęc ſequẽtia,rõne cõtradictionis vitandæ, ampliãt etiã ad pręſens : ſecũdũ Porc. Eg. Perri. Diſtinguit duos.§§.

b ¶ Frvmentvm.] nondum bona fide conſumptum:tunc enim in factum actio daretur: vt. ff.ad.l.aquil.l.qui occidit.§.ſiquis alienum vinum.

c ¶ Pro modo.] ideſt,menſura.

d ¶ Competit.] ideſt quòd cuilibet tantum frumentum reſtituatur,quãtum fuit ſuum,quando non apparet,quod fuerit ſuum : & hoc propter impoſsibilem diſcretionem:vt.ff.de vſufr.l.vſufructuarium.§.ſi in viuarijs. ſi autem apparet,quòd cuiuſque fuerit,hoc iudex æſtimet : vt ſubijcit, ſecundum Azo.& ſecundum hoc dic quale,ideſt quod.& ſic cuilibet ſua grana reſtituantur.Vel dic proxi.reſpon.arbitrio &c.eſſe de eo,de quo eſt illud:ſcilicet quando nõ apparet quod fuerit ſuum.& hoc innuit hoc verbum quale.non enim dicit,quod.ſed,quale.vt in qualitate officium vertatur,& quãtitate,non autẽ in corpore:cùm illud ſit impoſsibile diſcernere.& ſic probabit qui dicit ſuum fuiſſe melius.Et nota triplicẽ eſſe differẽtiã inter hũc.§.& ſuperiorem.Species enim dicuntur miſceri,vt hîc:materia confundi:vt ſ.ſed P.econtrà. Item hîc remanet eadem ſubſtantia : ibi non. Item confuſa fiunt communia,etiam ſine dominorum voluntate:vt.ſ.proxi.§.hîc nõ.

¶ Cvm in svo. ¶ Casvs. Domine,Titius in ſolo ſuo ædificauit ex materia aliena.modò quæro quis ſit dominus illius ædificij:vtrum Titius qui ædificauit:an ille qui erat dominus materiæ?Ad hoc reſpond. ꝙ Titius ædificator dominus eſt ædificij.Cùm enim in ſolo ſuo ex aliena materia quis ædificauerit,dominus ædificij intelligitur : & hoc propter rationem iuris gen. qua dicitur : Omne quod in ſolo ædificatur, ſolo cedit. Et quamuis Titio directum dominium ædificij acquiratur:ille tamen qui dominus fuit materiæ,dominus eius non deſinit eſſe:ſed vtile dominium retinet:ſed tamen quamdiu materia ſua iuncta eſt ædificio,neque eam vendicare,neque ad exhibendum de ea agere poteſt:& hoc propter.l.xij.tab.qua cauetur ne quis tignum alienum ædibus ſuis iniunctnm eximere cogatur. Veruntamen domino materiæ eadem.l.xij.tabu.conſulitur.Nam competit ei actio,de tigno iniuncto:cuius beneficio ab eo qui iniunxit, vel iniunctum habet,duplum conſequi poterit.Sed pone quòd aliquis alienos lapides,vel trabes,vel cementa in ædibus ſuis ponat:quid iuris erit tunc in caſu iſto?Ad hoc reſpon.quòd idem iuris eſt quod ſi alienum tignum ædibus ſuis iniunxiſſet.Appellatione enim tigni,omnis materia,ex qua ædificia fieri poſſunt,intelligitur.Sed domine,quare ita ſtatutũ fuit in.l.xij.tab.ne quis cogatur eximere alienam materiam ædibus ſuis iniunctam ? Ad hoc reſpõ. Amice,hoc ideo ſtatutum fuit in.l.xij.tab.ne ſit neceſſarium ædificia ex aliena materia conſtructa reſcindi,& vrbem ruinis deformari.Sed licet durante ędificio,materia vendicari non poſsit:ſi tamen aliquo caſu dirutum fuerit ædificium,poterit dominus materiæ materiam ſuam vendicare ; & de ea ad exhibendum agere:& hoc eſt verum, niſi per actionem de tigno iniuncto,duplum fuerit pro materia ſua conſecutus. Et hæc dicuntur vſque ad §.Ex diuerſo.Fran.Are.

e ¶ Cvm in svo solo.] ſuum eſt etiam ſi alius habeat ibi vſumfructum : vt.j.de hære.inſti.§.j.vbi proprius ſeruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet teſtator.

a Et quãuis nõ poſsideat malę fidei exũs: ꝑ

f ¶ Aedificaverit.] ſcilicet bona fide:aliâs non:imò tignum ſuũ vendicaret:vt.ff.de rei ven.l.in rem.§.tignũ [a].argu.à contrario ſenſu. vel ex ea exceptione,quæ ibi ponitur:& iurabitur in litem:vt ibi not.Accur.

g ¶ Inaedificatvr.] i.in ipſa terra cõfigitur.Quid ergo de domo nõ affixa ſolo?Reſpõ.nõ cedit ſolo:vt.ff.de acqui.re.do.l.Titius.& facit ad hãc regulã.C.de ędi.pri.l.j.Idẽ in ſatis,& plãtatis,quod hîc in ædificatis dicitur: vt.j.eo.§.ſi titius.&.§.qua ratione.vnde verſus:Quicquid plantatur,ſeritur, vel inędificatur:Omne ſolo cedit,radices ſi tamẽ egit.Sed cõtra hãc regulã eſt.ff.de re.di.l.intantum.in prin.Sol.illud ſpeciale eſt. Additio. Erat enim ibi ædificatũ in cõmuni omniũ ſolo quo ad vſum, & nullius quo ad ꝓprietatẽ : quod ideo cedit ędificio, quia primò occupanti conceditur.Chriſtopho.

l.eũ q ædes ff. de vſuſc. cõuenit tñ: qa dolo deſijt poſſidere.l. is qui dolo.ff. de rei ven. Et vẽdicabitur non quidẽ vt æſtimet: ſed vt in litem iuretur : ſecũdum Chriſt. hîc.

h ¶ Desinit.] ſcilicet ex cauſa ædificationis: ſed ex alia cauſa poteſt deſinere:vt.ff.de vſuſca. l.rerũ miſtura. §. labeo. quæ huic regulæ ſignatur contraria.

i ¶ Tantisper.] id eſt interim.

k ¶ Ad exhibendvm.] ſcilicet vt eximatur niſi mala fide fecerit:vt.ff.de rei vẽ.l.in rẽ. §.tignum. &.ff.de tigno iniũcto.l.ſi.ſed tunc non eximitur,ſed in litẽ iuratur: vt.ff. de ſol.l.qui res. §.ſi.quia arbitrarię ſunt iſtæ actiones : vt.ff.de in lit.iur.l.in actionibus. & j.de act.§.præterea.

l ¶ Dvodecim tabvlarvm.] lex quædam fuit:de qua dic vt ſ.de iure nat.§. & nõ ineleganter.Accur.

Actio de tigno iniuncto.

m ¶ De tigno ivncto.] qua actione tenetur & qui iniunctũ habet,licet non iniunxerit:& qui iniunxit,licet non poſsideat:ſed altero ſoluente,alter liberatur:vt.ff.de iis qui deiec.vel effu.l.ſi verò.§.ſi id quod.& de flu.l.j.in ſi. & quod vi aut clam.l.cõpetit.§.ſi.Sed quid ſi velit magis rem reddere, & eximere, quàm duplum præſtare?Reſpõ.non auditur:quia propter publicam vtilitatẽ hoc fuit ſtatutũ:vt.j.e,quod ideo &c.&.ff.de ope.no.nun.l.prætor. &.ff.de leg. j.l.cætera.§.ſi duobus.Item nũquid hæc actio cõpetit etiam cõtra eum qui bona fide iniunxit?Reſpon.ſic:vt hîc,licet cõtradixerint quidam [b].Sed contrà mala fide iniungentem alia præter hæc auxilia competunt:vt rei vendicatio,item ad exhibendum, item furti, item furtiua condictio,item hæc actio de tigno iniuncto:vt.j.de act.§.ſic itaque.&.ff.de tigno iniuncto.l.j. in fine.&.l.fina.Accur.

b Nec obſtat.l.de eo. in ſi . ff. de do.inter vi. & vxo.quia ibi iure tñ: hîc verò & iure & volũtate domini refragante, ædificatum fuit.

n ¶ Appellatione.] facit ad hoc.ff.de verb.ſig.l.tigni.&.ff.ad exhib.l. gemma.&.l.tigni.&.ff.de acqui.re.do.l.adeò §.cùm in ſuo.Itẽ quod in domibus dicitur,idem dic in caupona ſiue domuncula: vt ſubiicit,quod ideo &c.ad hoc.ff.de verbo.ſigni.l.vrbana prædia.Quidam tamen contrà. Item idem in vinea:vt.ff.de tigno iniuncto.l.j.

o ¶ Materia.] vt cementa,& lapides.

p ¶ Consecvtvs.] hîc eſt contrà.ff.de tigno iniun.l.ſi.Sed ibi non cum effectu fuit conſecutus duplum:quia licet exegit,non tamẽ percepit adhuc duplum:vt arg.ff.de iis qui deie.vel effu.l.perceptione.

q ¶ Vendicare.] nulla tẽporis præſcriptione obſtãte,in rei vendicatione:vt.ff.de rei ven.l.in rem.§.ſi.quia nec prius agere potuit: vt.C.de an.excep.l.j.§.ſi.Aliud ergo ſi mala fide iniunxit : quia tunc agere potuit. vnde xxx.an.repellitur à rei vendicatione † : vt.C.de præſcript.xxx.ann. ſicut. Additio. Quã cõmoditatẽ nõ ex ſua mala fide,ſed ex negligẽtia non petẽtis cõſequitur:aliâs eſſet abſurdum,ſecũdum omnes doc.hîc.

† Sic dolo ſi cõditio melior eſt quã non doloſi, quia doloſus vtiť beneficio præſcriptionis, nõ doloſus vero nequaquã: ſecundum Por. Eg.Per.

¶ Ex diverso ¶ Casvs. Dicit Iuſti.ꝙ ex diuerſo ſiquis in alieno ſolo ex ſua materia domũ ædificauerit,dominium illius fit cuius eſt ſolũ. Sed certè in hoc caſu ſecus eſt,quàm in prædicto.nam dominus materiæ proprietatem eius amittit:nam voluntate eius materia alienata intelligitur.& hoc eſt verũ ſi non ignorat ſe in alieno ſolo ædificare. & ideo licet poſteà domus diruta ſit,materiam tamen ſua voluntate alienatã vendicare non poterit. Sed pone, quòd ille qui in alieno ſolo, bona fide ex ſua materia ædificauit ſit in poſſeſsione illius ædificij : & dominus ſoli ab eo vendicet ædificium : quid iuris eſt in caſu iſto ? Ad hoc reſpon. Amice, certè illud conſtat , quòd ſi ædificatore conſtituto in poſſeſsione, dominus ſoli petat domum ſuam eſſe, & non ſoluat pretium materiæ , & mercedes fabrorum:poterit per exceptionem doli mali repelli. & hoc verum ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor.Nam aliâs ſi ipſe contra dominum vendicantem excipiat : dominus contra eius exceptionem, ope replicationis iuuabitur.Scienti enim alienum fundum eſſe,propria culpa obiici poteſt: videlicet quòd temere ædificauit in eo ſolo,quod intellexit alienum eſſe: & ideo beneficium retentionis non habebit.Et hæc dicuntur vſq; ad illum §.ſi Titius.Franciſ.de Are.

r ¶ Intelligitvr.] ſic.C.de edi.priua.l.ſi is contra quem.Accur.

s ¶ Non potest.] quæ alienata eſt,nõ poteſt vẽdicari. Sed contrà C.de rei ven.l.ij.in ſi.Sed ibi ex aliena materia,& in alieno ædificauit:hîc de ſua

Ædificari pôt quadruplicíter.

in alieno. Quare dic, aut de mea materia, & in meo ædificio: & tũc planum eſt. aut de aliena in meo: vt.ſ̃.proxi.§. aut de mea in alieno: vt hîc. aut de aliena in alieno: vt in dicta.l.contraria continetur.

a ¶ FABRORVM.] id eſt magiſtrorum de lignamine, vel murorum. ſic.ff. de eo quod cer.lo.l.iij.§.item Iulianus.

b ¶ PER EXCEPTIONEM.] quæ locũ habet vbicunq; æquũ ſit exceptionē locũ habere, ſiue alia cõpetat, ſiue nõ: vt ff.de except. do.l.ij.§.& gñaliter.& arg.j̃.e.§.l.ſ æ.

c ¶ BONAE FIDEI.] ſ. ab initio, & ex poſtfacto cùm ædificauit. Nam ſi antequã ædificet, ſit bonæ fidei: & cũ ædificat, malæ fidei ſit: eligitur quædã media via: ita vt neq; vt malæ fidei puniat: neq; vt bonæ fidei expẽſas cõſeruet: q̃a permittitur abraſio, vt.ff.de rei vẽ.l.Iulianus. lib.viij. fforũ.ſcribit, ſi in aliena. quæ eſt huic cõtraria. & facit ad hoc.ff.de mino. l.intra vtile.§.vẽdẽtibus.

d ¶ AEDIFICAVERIT.] cùm de nouo ædificat. Et vt hæc plenè ſciãtur, dic: dũ impẽdi in rem alienã: aut ſuo, aut meo nomine. Primo caſu loquitur ille tit. de neg.geſt. &.ff. &.C.eo. tit. Si meo: tunc aut fructuũ gratia: & tũc ex fructib⁹ deducitur: aliàs null⁹ fructus ĩtelligitur: vt.ff.ſo. ma.l.fructus.&.ff.fa.her. l.fundus qui[a]. Aut cauſa rei ſeruãdæ: & tunc aut de nouo faciẽdo, aut nõ. Primo caſu, ſi bona fide: habeo exceptionē, non actionē: ſecundũ Io.vt.ſ̃. proxi.§.&.ff. de cõdi.indebi.l.ſi in area. &.ff. de do.ma.exce.l.paul⁹. ſed M.etiã actionē dabat. & eſt pro eo.ff.de peti.hære.l.hæreditas.§.j.&.ff.ſi pars hære.pet.l.fi.&.C.de rei vẽ.l.ij.&.l.domũ. Sed ibi ipſo geſtu negotium fuit hæreditariũ: quod neceſſe habuit facere: vnde actionē dabat. Sed Io.contra, vt dictũ eſt. & facit etiã pro eo.ff.de rei ven.l.ſumptus.&.ff.de act. emp. idemq;.&.ff.de peti.hære.l.planè[b]. Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agẽdo cõſeruo: vt hîc: nam neminē mihi volui obligare: vt.ff.cõmuni di.in hoc iudiciũ. ſecundum Io. ſed M.etiã dabat negotiorũ geſt.actionē: vt ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.ſed & ſiquis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Itē & pro eo facit.C.de rei ven.l.ij. Sed ibi loquitur, quãdo ex aliena materia, & in alieno impẽditur: vt ibi plenè notatur. Si verò in reficiendo: aut bona fide: & tunc neceſſarias, & vtiles per doli exceptionē: voluptarias, per abraſionem ſeruamus: niſi dominus vellet tantum dare, quãtum poſſet habere, his ablatis, & corraſis: vt.ff.de rei ven.l.in fundo. Si verò mala fide: neceſſarias per officium iudicis, cùm tamen poſſideo: vtiles per abraſionē conſeruo: voluptarias nullo modo: vt.C.de rei ven.l.domum. Hinc eſt quod dixit Bul.hîc, quòd expenſas repetam quandoq; per a, id eſt per actionem: vt.ff. de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.ſed & ſiquis. Item & per e, id eſt per exceptionem, vt hîc. Item, & per o.i.per officium iudicis: vt per.l.C. de rei ven.l.domũ. vt modò diximus. Et hæc in rei vẽdicatione locum habent. In petitione verò hæreditatis bonæ fidei poſſeſſor ſeruat omnes: at malæ fidei poſſeſſor neceſſarias & vtiles per officium iudicis, aliâs per exceptionem doli, re exiſtente meliori in qua factæ ſunt: voluptarias verò abradit: vt.ff.de pet.hære.l.planè in cæteris.

¶ SI TITIVS. ¶ CASVS. Domine, Titius eradicauit plantã Meuij: & illam in ſolo ſuo plãtauit. modò quæro à vobis, quis cenſetur dñs illius plantæ? Ad hoc reſpon. Si Titius plantam Meuij in ſolo ſuo plãtauerit, ipſius Titij planta efficitur. Et ſimiliter in caſu conuerſo, ſi Titius ſuã plantam in ſolo vicini plãtauerit, dominium plantæ vicino acquiſitũ intelligitur. & hoc eſt verũ in vtroq; caſu, ſi planta radices egerit. Nam ante emiſſionē radicum, eius permanet, cuius ante fuerat. Intantum autē ex eo tẽpore ex quo plãta radices emiſit, proprietas ipſius plantæ transfertur: vt ſi arbor Meuij in terram Titij radices egerit, arbor per emiſsionem radicũ intelligatur eſſe Titij. Ratio enim naturalis non permittit, vt arbor alterius eſſe dicatur, quàm eius in cuius fundum radices egerit, vnde arbor prope confinium tuorũ fundorũ poſita, ſi in vicini fundum radices emiſerit, per emiſsionē radicũ cõmunis erit. Et hæc dicũtur vſq; ad illum.§.qua ratiõe.

e ¶ COMMVTATVR.] ſed videtur non cõmutari: cùm primo domino rei vẽdicatio detur: vt.ff.de rei ven.l.ſi frumẽtum[c].§.de arbore. quæ eſt cõtra. Sol. licet ibi dicãt Varus & Nerua, damus: non tamē ſequitur: ergo nos damus. vel damus de æſtimatione: ſed non de planta: vt diximus.ſ̃.e.§.planè ſi longiori tẽpore. ADDITIO. Et hæc vltima cõmuniter approbatur per.l.in rem.§.itē quæcunque.ff.eo.de rei vendi. Chriſtopho.

¶ Poſſidens fundum alienum in quo bona fide ædificauit, poteſt expenſas ædificij ope exceptionis retinere. Aretinus.

¶ Certè illud conſtat, ſi in poſſeſsione conſtituto ædificatore, ſoli dñs petat domũ ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum[a]: poſſe eum per exceptionē[b] doli mali repelli: vtique ſi bonæ fidei[c] poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti alienum ſolũ eſſe, poteſt obijci culpa, ꝙ ędificauerit[d] temere in eo ſolo, quod intelligebat alienum eſſe.

¶ Inſertũ, vel plantatũ eſt illius cuius eſt ſolum vbi inſeritur, ſi ibi radices egerit. Idem ſi in duobus ſolis: quia eſt commune. Areti.

¶ Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo, ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij plãta erit, ſi modò vtroque caſu radices egerit, Antequam enim radices egerit, eius permanet cuius fuerat. ¶ Adeò autē ex eo tempore, quo radices egerit plãta, proprietas eius commutatur[e]: vt ſi vicini arbor ita terram Titij preſſerit, vt in eius fundum radices[f] egerit, Titij effici arborem dicamuus[g]. Ratio[h] enim non permittit, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor poſita, ſi etiã in vicini fundum radices[i] egerit, cõis fit.

¶ Quicquid in alieno fundo ſeminatur, ſolo cedit. ſeminãs autem bona fide poteſt ſe exceptione tueri, vt reddantur ei impenſæ. Aretinus.

† Triplex eſt intereſſe: Cõuentum, vt pretium quod conuenit. commune, vt quanti res communiter valet. Singulare, quod vtrũque aliorũ excedit: ſecũdũ gl. in l. i. ff. de act. emp. Eg. Perri.

a Niſi de ipſa ẽt nude eſſet ꝓmiſſum: vt. l. ij. C. de euic. ſecundũ Ang. & Iaſo. Item debet intelligi quòd præceſſerit cõuẽtio ſaltem ordine intellectus: cũ aliâs ex ſola traditione non trãſferatur dominium: ſecundum Chriſt. hîc.

Inſinuatio quid eſt.

b Puta qualiſcũque iudicis etiam extranei: nec habet neceſſe decretum interponere. Et poſſunt hæc omnia fieri etiã ex ĩteruallo: q̃ ſi non interuenerĩt: nõ annullãt totam donationem: ſed ꝓ parte tãtum in qua excedit. Ange. Et an inſinuationi poſsit renũciari & ſine ea donatio validari: & an in ſimplici remiſsione ipſa inſinuatio: itẽ in ceſſione debitoris citatio requiratur: vide Ange. & Iaſo. hîc.

† Scilicet propter ingratitudinẽ: vt hîc dicit, & xvj. q. vij. c. inuentum. & l. vj diſ. c. ſatis peruerſum. & extrà de dona. c. vlti.

appellabatur,quòd [a] ante matrimonium efficiebatur:& nunquam poſt nuptias celebratas talis donatio ꝓcedebat. ¶ Sed primus quidẽ diuus Iuſtinus pater [b] noſter,cũ [c] augeri dotes,& poſt nuptias fuerat [d] permiſſum,ſi quid tale [e] eueniret, & ante nuptias augeri donationem,& cõſtãte matrimonio,ſua cõſtitutione permiſit [f]. ¶ Sed tamen nomen inconueniens remanebat cũ ante nuptias quidem vocabatur poſt nuptias autẽ tale accipiebat incremẽtũ.Sed nos pleniſsimo fini tradere ſanctiones cupiẽtes,& conſequentia [g] nomina rebus eſſe ſtudentes †:conſtituimus [h], vt tales donationes non augeantur tantũ ſed etiã cõſtãte matrimonio initiũ accipiãt:& nõ ante nuptias ſed ꝓpter nuptias vocẽt:& dotibꝰ in hoc exęquentur [i],vt quẽadmodũ dotes conſtante matrimonio non ſolùm augentur,ſed etiam fiunt: ita & iſtæ donationes quæ propter nuptias introductæ ſunt non ſolùm antecedãt matrimonium,ſed eo etiam contracto [k] augeantur,& conſtituantur.

❡ Hodie ſi vnus ex dominis manumiſit ſeruum cõmunem,ſeruus efficitur liber: & ſocius conſeruatur indemnis dato ſibi pretio partis ſuæ.h.d.Aretinus.

❡ Erat olim & alius modus ciuilis acquiſitionis per ius accreſcẽdi: quod eſt tale. ¶ Si communẽ ſeruum habens aliquis cum Titio,ſolus libertatem ei impoſuerit,vel vindicta,vel teſtamento: eo caſu pars eius admittebatur,& ſocio accreſcebat. ¶ Sed cũ peſsimum fuerat exemplo [l],& libertate ſeruum defraudari,& ex ea humanioribus quidẽ dominis, damnũ inferri,ſeuerioribꝰ † autem dominis lucrum accreſcere:hoc quaſi inuidiæ plenũ,pio remedio per noſtram conſtitutionem [m],mederi neceſſariũ duximus: ¶ Et inuenimus viã per quã, & manumiſſor,& ſocius eius, & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur:libertate cum effectu procedente (cuius [n] fauore antiquos legũlatores,multa etiam contra communes [o] regulas ſtatuiſſe manifeſtũ eſt) & eo qui eam libertatẽ impoſuit,ſuæ liberalitatis ſtabilitate † gaudente:& ſocio indẽni conſeruato,pretiũque ſerui ſecũdũ partẽ dominij,quod nos definimus [p],accipiente [q].

TITVLVS VIII.

Quibus alienare licet, vel non.

❡ Maritus non poteſt alienare,vel obligare prædium dotale etiam conſentiente muliere:non ſolùm in Italia,ſed etiam in prouincia.Aretinus.

Accidit aliquando vt qui dominus rei ſit alienare non poſsit: & contrà,qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. ¶ Nam dotale prædium [r] maritus inuita [s] muliere, per legem Iuliam prohibetur [t] alienare [v],

a ❡ QVOD.] id eſt quia.
b ❡ PATER NOSTER.] ſic.j.qui.nõ eſt permiſ.facere teſtamẽ.§. cæcus.
c ❡ CVM AVGERI.] id eſt cũ hoc non eſſet[a]. Accurſius.
d ❡ FVERAT.] etiam ante ſe.
e ❡ TALE.] puta quia augeatur dos.
f ❡ PERMISIT.] ſ.diuus Iuſtinus:vt.C.de dona.ante nup.l.penul.
g ❡ ET CONSEQVENTIA.] aliâs cõuenientia.ſic.C.de epiſ.& cle. l. decernimus.in ſi.gl.ſin. & in ſummario.& de offic.præfec.vrb.l.j.in ſin. & de defen.ciui.l.j.defenſores.ar.cõtra.C.de conſtit.pecu.l.ij.§.penul.&. ff.de adimẽ.leg.l.iii.§.cõditio.
h ❡ CONSTITVIMVS.] C.de do. ante nupt.l.ſi.
i ❡ EXAEQVENTVR.] ſi de nouo fiat donatio vel dos poſt matrimonium:vel vetꝰ augeatur eſt æqualitas: vt C.de doñ.ante nupt.l.ſi. §.ſi igit dote ante matrimoniũ poterat eſſe inęqualitas:vt.C.de pac. cõ.l.ex morte.in princ. Sed hodie æqualitas eſt ante,& poſt,in cõſtituẽdo,& in pactis lucrorũ: vt quantum dat vxor in dotem tantùm det in donationẽ ꝓpter nuptias maritus. & ſicut hîc ſit dñs dotis,ſic illa donatiõis ꝓpter nuptias vſum fructũ tñ habeat maritꝰ: ne accidat matrimonij oneribus dotẽ nõ ſeruire. Nã ęq̃tas ſuggerit,ꝙ dos debeat eſſe ibi vbi ſunt onera matrimonij: vt.ff.de iure do.l.dotis fructus.&.l.plerũque.§. ſi ſerui.cũ tãtũdẽ redditur vxori.ex qua donatione cõſulitur mulieri ſoluto matrimonio ſi res dotales nõ exiſtant: & quia non potuit alienare maritus, etiam ea conſentiente[b]: vt.j.titu.proximo.in principio.licet aliâs iuri hypothecæ poſsit renunciare:vt.C.ad velleia.l.ẽt.&.l.iubemus.& in aut.ſiue à me.eo.ti.C.Et ſicut dos vxori,ſic & talis donatio iure reddit viro ſoluto matrimonio,cũ ſit æqualitas:vt in aut. de ęqua.do.§.j.col.vij.Eſt & ſpõſalitia largitas qñ ſpõſus ſpõſæ ꝑ verba de futuro,vel ecõtra donat purè nõ reſpectu dotis:q̃ ſimiliter cõditionẽ matrimonii,habet:vt.C.de do.ante nup.l.cũ veterũ.&.l. ſi à ſpõſo. Acc. ADDITIO. Tu dic ꝙ aliqñ fit ex mera liberalitate,hoc expſſo ꝙ nullo caſu repeti poſsit,& habet locũ.l.ſi mater.C.de do.añ nup. aliqñ fit ſimpliciter nullo expſſo:& tũc olĩ ꝓſumebat ex mera liberalitate:& erat irreuocabilis.l.ij.l.ſi filiæ.&.l.ſi tibi.C.eo.hodie verò ob cauſam futuri matrimonii.l.cum veterum.eo.tit.
k ❡ SED eo etiã cõtracto.] Hodie hoc corrigit in aut.de ęquali.do.col.vii.

❡ ERAT OLIM. ¶ CASVS. Dñe vide plures modos acq̃rẽdi de iure ciui.nũq̃d adhuc repiũt plures modi ciuilis acq̃ſitiõis?Rñ.ꝙ ſic.Erat enim olĩ aliꝰ modꝰ ciuilis acq̃ſitiõis ꝑ ius accreſcẽdi:q̃d qdẽ ius accreſcendi. erat tale:Si duo hẽbãt ſeruũ cõem,Petrꝰ & Mar.ſi Petrꝰ ſolꝰ ĩter viuos vel ĩ vlt ia volũtate cõem ſeruũ manumitteret,libertas nõ valebat:ſed ĩ eo caſu, ꝑs Petri penitꝰ amittebat:& Mar.nolẽti manumittere accreſcebat:& ita ſeruus q priꝰ cõis erat,totꝰ Martio ꝑ ius accreſcẽdi acq̃rebat.ſed cũ hoc peſsimũ fuerat exẽplũ,ſeruũ qdẽ manumiſſũ libertate defraudari: & ĩpoſitiõe libertatis hũaniorib⁹ dñis dãnũ ĩferri,& ſeuerioribꝰ lucrũ acquiri: iõ hoc quaſi ĩuidia plenũ pio remedio ꝑ noſtrã cõſtõnẽ duximꝰ corrigẽdũ:& inuenimꝰ viã ꝑ quã tã manumiſſor quã ſociꝰ eiꝰ manumittere nolẽs quã ẽt ſeruꝰ q libertatẽ accepit, noſtræ ꝑmiſsiõis bñficio cõiter ꝑfruãt.Statuimus enim vt libertas ſeruo cõi ĩpoſita debitũ effectũ ſortiat.Manifeſtũ enĩ ẽ antiquos legiſlatores ĩ fauorẽ libertatis multa cõtra regulas cões iuris ſtatuiſſe & ſtatuimꝰ,ꝙ dñs q libertatẽ ĩpoſuit,ſuæ liberalitatis ſtabilitate gaudeat: & ſociꝰ ĩdẽnis cõſeruet & ptiũ ſerui manumiſſi a dño manumittẽte ſeruũ ſecũdũ partẽ dñi,cõſtitutione definiti accipiat.Et hæc vſq; in h.tit.Fran.
l ❡ EXEMPLO.] ſic C.de proba.l.exemplo.
m ❡ NOSTRAM cõſtitutionẽ.] C.de cõ.ſer.ma.l.j.§.ne ãt.&.§.ſinaũt ſociꝰ.

n ❡ CVIVS.] ſ.libertatis.
o ❡ COMMVNES.] ſ.vt libertates ꝑ le.fal.nõ minuant,Itẽ vbi nõ valet teſtamẽtũ,libertates nõ reuocãtur.ff.de inoff.teſt.l.papinia.§.ſed an & libertates.&.§.ſina.Itẽ.&.ff.de fidei.li.l.generaliter.§.ſi qs ſeruo.
p ❡ DEFINIVIMVS.] C.de cõi.ſer.ma.l.j.§.ne aũt.&.§.ſinautem ſocius.
q ❡ ACCIPIENTE.] vel eo depoſito:vt.C. de cõ.ſer.ma.l.j.§.ne aũt.& §.ſinaũt ſociꝰ.& no.ꝙ cõpellit qs vendere:qd eſt ſpãle cõtra regu.vt.C.de cõtra.ẽp.l.iuitũ.&.C.de iu.deli.l. nec emere. qd plenè no.in authẽ.de fideiuſ.§.penulti.col.j.

❡ QVIBVS &c. ¶ Dictũ eſt.s. de acquiſitiõe facta per vſuſcapionẽ, vel per donationẽ:nũc dicit,per quos alienatio poſsit fieri,& per quos nõ Areti.Vel ſic cõtinua s.dictũ eſt quõ qs efficit dominus iure gẽtiũ vel ciuili.hic tractare intẽdit de quadã ſpecialitate q̃ contingit circa eos qui dominia rerũ acquirũt. generale enim eſt vt qui dominus eſt poſsit alienare:& qui dominꝰ nõ eſt alienare non poſsit. hic & in ſpecialibus caſibus contingit cõtrariũ.

ACcidit.] ¶ totꝰ iſte titulꝰ diuidit ĩ tres ꝑtes.Primò qñ dñs nõ pt alienare res ſuas.Secũdò ecõtrà qñ nõ dñs alienat Tertiò redit ad primũ caſum.Secũda ibi, Contrà ãt.Tertia.ibi,Nũc aũt ad monẽdi.Vel diuide ſubtilius:Primò,qñ prohibẽt alienatio ꝓpter rem q̃ eſt inalienabilis.Secũdò,qñ ꝑmittit ex pactione,vel ꝓpter publicã vtilitatẽ.Tertiò, qñ ꝓhibet rõne ꝑſonę alienãtis vel rõne ꝑſonę ĩ quã fit alienatio quia pupillus eſt.

¶ CASVS. In prima ꝑtę dicit Iuſti.ꝓmittẽdo ea de quibꝰ intẽdit hîc tractare, aliqñ accidit,ꝙ ille q dñs eſt rei dñiũ tñ eiuſdẽ rei ĩ aliũ trãſferre nõ poſsit.& in caſu iſto cõuerſo,ſimiliter qñq; accidit,vt ille q dñs nõ eſt,poteſtatẽ tñ dñiũ trãſferẽdi in aliũ habeat & hæc dicuntur vſque ad ver.Nã dotalę in quo talis figurat caſus.Dñe vos dixiſtis mihi.s.ꝙ dñs rei aliqñ rẽ ſuã alienare nõ põt. ponatis mihi exẽplũ de hoc.Ad hoc rñ.Amice,ecce maritꝰ licet ſit dñs ꝑdij dotalis:tñ ĩuita muliere ꝑdiũ ſibi in dotẽ datũ,ꝑ l.iul.de fun.do.alienare ꝓhibẽt:vt hypothecas earũ rerũ,q̃ volẽte ẽt muliere fiebãt.quã.l.iul.ꝑ cõſtitutionẽ noſtrã correximꝰ,& in meliorẽ ſtatũ deduximꝰ.Cũ enim ꝓhibitio.l.iul.tãtũmõ in rebꝰ ĩmobilibꝰ Italicis locũ hẽbat:& alienationes rerũ dotaliũ ẽt in oĩ re,q̃ ĩuita muliere fiebãt,ĩhibebat:vtriq; remediũ adhibuimꝰ: & ſtatuimꝰ vt nõ ſolũ in Italia interdicta ſit alienatio vel obli.rerũ dota.ſed ẽt in oĩ ꝓuincia,q̃ Romano ſubiecta eſt ĩperio.& nõ ſolũmõ ĩuita muliere locũ habeat hmõi ꝓhibitio,ſed ẽt neq; alienatio vel oblig.licet de conſenſu mulieris facta fuerit,robur obtineat.& hoc iõ ſtatuimꝰ,ne fragilitas ſexꝰ muliebris,q̃ de facili ad cõſentiẽdũ alienatiõi ꝑ blãditias mariti poſſet ĩduci ĩ ꝑnicẽ ſubſtãtię mulierũ videat cõuerti.& hæc vſq; ad illũ.§.cõtra aũt. Frã.
r ❡ DOTALE PRAEDIVM.] ſ.inęſtimatũ:vt.C.de rei vxo.acti.l.j.§. & cũ lex.ver.in fundo aũt[c].aliàs ſi ęſtimatũ eſſet poſſet alienari,niſi ęſtimatio fiat vt ſciat quãtũ valet:vt.C. de iu.do.l.quoties &.l. ſi ĩter virũ.& defun. do. l.j Et dic dotale,vel quaſi:vt.ff.de ſun.dot.l.iij.&.iiij.Quid ſi res mobilis eſt Rñ põt alienari ſi maritus eſt ſoluẽdo.C.de ſer.pig.da.ma.l.j.facit.l.ſi ex lapidicinis.ff.de iure.do.Accur. ADDITIO. Sed iure canonico indiſtinctè valet alienatio vxore cõſentiẽte & iurãte.c.licet mulier.de iure iu.li.vj.niſi prius iuraſſet ſe nũquã tali alienationi faciẽdæ velle cõſentire.
s ❡ INVITA MVLIERE.] ergo ea volente poterat,vt innuit:quod corrigitur ſtatim.
t ❡ PROHIBETVR.] niſi ꝓuocet ad diuiſionẽ fundi dotalis vt.C.de fund. do.l.ſi.Itẽ niſi ex neceſsitate[d]:vt.C.de li.cã.l.j.Itẽ,niſi cũ vniuerſitate:vt.ff. de fuc.do.l.j.Itẽ niſi vtat ad vtilitatẽ mulieris:vt.ff.de iu.do.l.ſi.
v ❡ ALIENARE.] hoc largè accipias:ſiue dominium mutet:ſiue ius alijs conſtituatur:

a Aliâs,cũ hoc eſſet.

† Hic eſt caſus ĩ quo filius corrigit patrem, nec obſtat authen. de nup. §. ſi. verò expectet.E. Perrinus. Dos,& donatio propter nuptias debẽt eſſe in ęqualitate. Dos datur vt inde matrimonij onera ſupportentur.

ſ. ſed quod ſancitũ eſt.

b Niſi poſt bienniũ iterum cõſentiat: & ex alijs bonis quæ ſuperſunt,ſibi ſit conſultum: nec tũc ſibi preiudicat: niſi quatenus probetur verſum in rem ſuã. Angelus. Hodie tamen de cõſuetudine talis donatio nõ conſtituitur vt vult glo. in in authentica equalitas. C. de pac. cõ. & Bal. in authen. dos data. C. e. Iaſ.

Libertatis fauor in quibus conſiſtit.

Vendere quis cõpellitur aliquãdo.

† Aliã ſeuioribꝰ. Continuatio.

Alia continuatio.

† Idem eſt etiã ſi fiſcꝰ ſit ſocius, quia eo inuito poterit ſeruus manumitti ſecundum Nic. per. l. j. C. de vecti. cõmiſ. Eg. Perri.

c Et in his caſibus vbi non poteſt alienari: an fideiuſſor datus à viro obliget: vide Iaſo. hîc.

d Ad quã ſi prodeſt mulieri: ẽt maritus ꝓuocare poteſt. Ange.

quãuis ipſius[a] ſit, dotis cauſa ei datũ. quod nos legẽ Iuliam corrigentes[b], in meliorem ſtatum deduximus[c].

¶ Cùm enim lex[d] in ſoli tantũmodo rebus locũ habebat, quæ Italicæ[e] fuerãt, & alienationes inhibebãt, quæ inuita[f] muliere fiebant: hypothecas autem earum rerum, etiã volente[g] ea: vtriq;[h] remedium impoſuimus, vt etiam in eas res, quę in prouinciali ſolo poſitę ſunt, interdicta[i] ſit alienatio, vel obligatio: vt neutrum eorum, neque cõſentientibus[k] mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem[l] † ſubſtantiæ earum conuertatur[m].

¶ Creditor licet non ſit dominus: poteſt tamen pignus alienare ex pacto, vel ſine pacto ſeruata forma legis. Areti.

¶ Contrà[n] autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non ſit, alienare[o] poteſt †. ¶ Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus eſt vt liceret creditori pignus vẽdere, ſi pecunia non ſolueretur[p]. ¶ Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur[q], neque debitores temere[r] ſuarum rerũ dominiũ amittere viderentur: noſtra conſtitutione[s] conſultũ eſt, & certus[t] modus impoſitus eſt, per quẽ pignorũ diſtractio poſsit procedere: cuius[v] tenore vtrique parti creditorum, & debitorum, ſatis abundeque prouiſum eſt.

¶ Pupillus ſuam pecuniam ſine tutoris authoritate mutuando, non facit accipiẽtis: & ideo nummi extantes poſſunt vendicari conſumpti cõdici, vel peti exhiberi. h.d. Aretinus.

¶ Nunc admonendi ſumus, neque pupillum, neque pupillam vllam[x] rẽ ſine tutoris authoritate alienare[y] poſſe. ¶ Ideoq; ſi mutuã pecuniam, ſine tutoris authoritate alicui

---

conſtituatur: vt. C. de rebus alie. non alie. l. fi. & in aut. de non alie. §. alienationis. col. ij. &. ff. de fun. do. l. Iulianus. Accurſius.

a ¶ IPSIVS SIT.] ſ. de iure gentiũ, vt per traditionẽ: & ciuili. ſ. approbatione, ſecũdum Io. Alij dicũt de iure ciuili. ſ. fictione, non iure gẽtium: vt. C. de iure do. l. in rebus. Sed quid ibi dicitur de iure naturali vxorem dominam eſſe: verum eſt primæuo iure, quo dicitur: Quicquid calcauerit pes tuus, &c. non naturali. i. iure gentiũ, ſed rerũ domina dicit, quo ad ſpẽ, & quãtum ad hoc, vt ex eis ſuſtentetur: ſicut filij dicuntur domini rerũ paternarum: vt. j. de hære. quali. & diff. §. ſui. verſi. ſed ſui quidem. &. C. de fur. l. quamuis. &. C. rerũ amot. l. j. vel domina eſt inſpecto exitu: ſicut filius dicitur dominus: vt ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. Accur. ADDITIO. Circa hoc dicas, ꝙ verum, & effectuale dominium habet maritus: ſed fictũ, & interpretatum habet vxor, ex quo cum viro viuit continuò. & præſumitur eadem perſona.

Dotis dominium an ſit mariti, vel vxoris.

† Id eſt, ne fragilitate naturæ in repẽtinãde ducatur in. opiã. l. j. §. & cum lex. C. de rei vxo. act. Eg. Perrinus.

b ¶ CORRIGENTES.] in duobus capitulis: & in alijs non. Accurſius.

† Et ſic plus iuris tranſfert in aliũ quàm ipſe habeat, de quo vide glo. fi. in. c. paſtoralis. extrà de iure pa.

c ¶ DEDVXIMVS.] vt C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. & cum lex.

d ¶ LEX.] ſcilicet Iulia.

e ¶ ITALICAE.] id eſt in Italicis prohibebat alienationẽ: & hoc erat primum eius vitium. Accurſius.

f ¶ INVITA MVLIERE.] ſed ea volente concedebat, & hoc erat ſecundum vitium.

g ¶ VOLENTE EA.] ſimiliter prohibebat.

h ¶ VTRIQVE.] ſcilicet vitio.

i ¶ INTERDICTA.] quid ſi fiat? Reſpon. vendicat maritus conſtante matrimonio contra factum ſuum veniens, cùm fuerit contra legem: vt. C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. circa fi. lib. xj. & de rei ven. l. doce. ſed diſſoluto eo mulier repetit: vt. C. de iur. dot. l. in rebus. Idem in prælato eccleſiæ alienante rem eccleſiæ: quia poteſt eam repetere, prælatura durante: vt extrà de reb. eccle. non alie. c. ſi quis presbyterorum.

Alienans quãdoque repetit qđ alienauit.

k ¶ NEQVE CONSENTIENTIBVS.] ſpeciale vt ſuo fauori nõ poſsit renũciare: qa etiã reipublicæ intereſt: vt. ff. ſol. ma. l. j. ſic. ff. de pac. do. l. de die.

l ¶ IN PERNICIEM.] id eſt deſtructionem.

m ¶ CONVERTATVR.] ſimilia ſunt vbi etiã dñs non alienat: vt. C. ad leg. iul. maie. l. fi. &. C. de hæret. & ma. l. manichæos. §. pe. &. C. de prædi. decuri. l. fi. lib. x. &. j. e. §. nũc admonẽdi. ADDITIO. Vnde verſus: Coniunx, eccleſia, furioſus, mẽteq; captus: Prodigus, atq; minor, exiſtens ſub patre natus: Aduerſans fidei: maieſtatis reus: illi Res alienare proprias de iure vetantur. Prætacto debet ſub iure decurio ſcribi. Aret.

Domini multi ſunt qui ſuas res alienare nõ poſſunt. Verſus.

¶ CONTRA AVTEM. ¶ CASVS. Domine iã vidi caſum, in quo dñs alienare nõ poſsit. Pro deo ponatis mihi exẽplum, qñ non dñs dominiũ rei in aliũ transferre poteſt. Ad hoc reſpõ. Amice, licet creditor nõ ſit dominus rei obligatæ: tamẽ ſi ipſe pignus ex pacto, vel lege alienauerit: dominiũ eius in aliũ transfert. ſed forſan in primo caſu, videlicet quãdo ex pacto ſibi facto à debitore pignus alienat: videtur hoc fieri, quia voluntate debitoris intelligitur pignus alienare, quia debitor ab initio contractus pactum fecit, vt liceret creditori pignus vẽdere, ſi intra tempus ſtatutum non ſolueretur: & ita in caſu iſto potius ex pacto, & voluntate debitoris videtur dominium tranſlatum, quàm ex facto ſiue traditione ipſius creditoris. Sed certè non ſolùm in eo caſu, quãdo pactum de diſtrahendo pignore à debitore interpoſitum eſt, licet creditori vendenti dominium pignoris ad alium transferre: ſed etiam quãdo authoritate legis pignus diſtrahitur. Ne ergo creditores ius ſuũ perſequi diutius impedirẽtur, & etiam ne debitores nimis citò rerum ſuarũ dominium amittant: noſtra cõſtitutione vtrique parti proſpectum eſt, & per eandem cõſtitutionem certus modus eſt inuentus, per quem quidem modũ pignorum diſtractio poſsit procedere: cuius cõſtitutionis tenore vtriuſque partis indemnitati, in eo caſu quando pactum de diſtrahendo non interceſſerit, ſufficienter, & abunde prouiſum eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. nunc autem. Franc.

n ¶ CONTRA.] id eſt econtrario.

o ¶ ALIENARE POTEST.] idẽ in iudice: vt. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. l. ij. & j. de off. iud. in fi. Idẽ in flumine: vt. ff. de aequi. re. do. l. ergo. §. alluuio. Idem in Imperatore & Auguſta: vt. ſ. de vſuſca. §. vlti. Idem in prælatis eccleſiarum: vt in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. Idem in tutoribus qui dominorum locum obtinent: vt. ff. de furt. l. interdum. §. qui tutelam. Idem in procuratore qui habet liberam adminiſtrationem[a]: vt ſuprà de rerum diuiſio. §. nihil autem. Idem in ſeruis habentibus liberam peculij adminiſtrationem: vt. ff. de pig. act. l. ſi cõuenerit. §. fi. & l. ſeq. Vnde verſus. Princeps, Auguſta, iudex, ac officialis, tutor, curator, procurator, fluuiuſq; Creditor, exactor: prælatus, ſeruus, habentur Hi numero bis ſex alienantes aliena. Accurſius.

a In qua non venit dolus: nec quòd poſſit donare niſi exprimatur: & tunc intelligitur de dona. inter viuos nõ cauſa mortis. Et qualiter libera adminiſtratio concedatur vide Ange. hîc.

p ¶ NON SOLVERETVR.] ſ. tempore conſtituto.

q ¶ IMPEDIRENTVR.] vbi nõ eſſet pactio de pignore vẽdẽdo. Accurſius.

r ¶ TEMERE.] i. nimis citò. vt. ſ. de dona. §. aliæ autem. in prin.

s ¶ CONSTITVTIONE.] de iure do. impe. l. fin. §. j. &. ii. Accur.

t ¶ CERTVS modus.] vt ſi actũ ſit de vendendo, iuxta cõuentionem vẽdere poſsit[b]. Sed ſi nihil fuit dictũ de hoc nũciabit ſemel, & tunc elapſo biẽnio vẽdet: vt C. de iure do. impe. l. fin. §. j. & ii. Si autem dictũ fuit, vt nõ vendatur, ter nunciabit, & tũc vẽdet: vt. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. ADDITIO. Et inter denunciandum quæ interualla ſint neceſſaria: item quid ſi emptor non reperiatur: vel pignus plus vel minꝰ valeat quã creditum: item quid in pignore iudiciali vel ꝑtorio: & an huic beneficio de vendendo pignore poſsit renunciari: vide Angelum hîc.

b Et per actũ nudum nec eſt neceſſaria aliqua denominatio de pignore luendo: quod no. pro limitatione. l. ſi conuenerit. ff. de pigno. Ange.

v ¶ CVIVS.] ſ. conſtitutionis.

¶ NVNC ADMONENDI. ¶ CASVS. Dñe, iam vidi caſum in quo dominus alienare non poteſt. nunquid ſunt plures caſus, in quibus dominꝰ rei ſuæ alienandæ poteſtatem non habet? Et rñ. ꝙ ſic: quia neque pupilli, neque pupillæ ſine tutoris authoritate vllam rem alienare poſſunt: licet domini rerum ſuarum cenſeantur. vnde ſi pupillus alicui mutuã pecuniam tutoris authoritate non interueniente dederit, obligationem mutui nõ contrahit: & hoc ideo quia pecuniã quam mutuo dat accipientis non facit. vnde ſi nummi à pupillo ſine tutoris authoritate mutuo dati exiſtant, vendicari poterũt. ſi tñ ipſe qui nũmos à pupillo mutuo acceperit, eoſdem bona fi. conſumpſerit: ad exhibendum cum eo agi poterit. Et licet dixerim tibi, quòd neque pupillus neque pupilla rei ſuę dominium ſine tutore in alium trãsferre poſsint e conuerſo tamen omnes res videlicet tam mobiles: quàm immobiles, ſine tuto pupillo vel pupillæ dari poſſunt: ita videlicet quòd dominium in eos transferatur. & ideo ſi debitor pupillo, vel pupillæ debitum ſoluerit, neceſſaria eſt ei tutoris authoritas. Si enim ſine tutoris authoritate pupillo vel pupillæ ſoluerit: beneficium liberationis non conſequetur. ſed hoc euidentiſsima ratione in noſtra conſtitutione, quam ad Cæſarienſes aduocatos promulgauimus, ſtatutum eſt: in qua quidem conſtitutione diſpoſitum eſt, ita demum licere tutori, vel curatori debitorem pupillarem ſoluere, ſi primum ſine iudicio, & ſine omni damno ſportularum, & ſine qualibet mercede tabulario præſtanda hoc permittat. Nam ſi iudex ſoluendum pupillo pronunciauerit, & debitor poſt ſententiam iudicis interpoſitam ſoluerit: huiuſmodi ſolutio pleniſsimam ſecuritatem obtinebit: quoniam in nullo euentu poterit debitor poſt humõi ſolutionem iterum inquietari: Si verò aliter quã in noſtra cõſtitutione diſpoſitum eſt debitor pupillo ſoluerit & pupillus humõi pecuniam ſibi ſolutã aut ſaluã habeat, aut aliâs locupletior factus ſit: licet debitor per humõi ſolutionẽ ipſo iure liberatꝰ non ſit: ſi tñ pupillus adhuc eãdẽ pecuniã petat poterit debitor ꝑ exceptionẽ doli mali pupillũ iterũ petẽtẽ, tãquã de ꝑda ſolicitũ repellere. & hæc ſunt vera qñ pupillus habet pecuniã ſaluã, vel ex ea locupletior factus ſit. Si verò pupillus humõi pecuniam ſine tuto. authoritate ſibi ſolutã, aut malè conſumpſerit, aut furto, aut alio caſu amiſerit: ſi iterum eandem pecuniam petat, inutilis erit debitori doli mali exceptio: quia nihilominus ad ſolutionem iterum faciendam condemnabitur. & ſibi imputet, quia debitum ſine tuto. authoritate & non ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem pupillo ſoluerit. ſimiliter in caſu conuerſo pupil. vel pupi. ſine tuto. autho. ſoluere nõ poſſunt quia id quod ſine tutoris. authoritate ſoluitur: non fit accipientis. Nullius enim rei alienatio ſine tuto. autho. eis conceſſa eſt. Et hæc vſque in fi. tit. dicuntur.

x ¶ VLLAM REM.] neque rõne proprietatis: neque ratione poſſeſsionis quæ animo retinetur: licet corporalem ſine tutore perdere † poſsit: vt. ff. de acqui. re. do. l. pupillus & de acquir. poſ. l. poſſeſsionem, Quid in adulto? Reſponde. ſi non habet curatorem poteſt alienare, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: ſi habet curatorem, ſimilis eſt prodigo: vt. C. de in integ. reſt. mi. l. ſi curatorem.

† Non tñ alienare, aliud eſt enim amittere, aliud alienare: ſecũdum gl. in. l. poſſeſsionem. ff. de acqui. poſ. E. Per. Adultus an poſſit alienare.

y ¶ ALIENARE POSSE.] ſic. ſ. de autho. tu. in princ. ff. de ſo. l. ꝙ ſi fortè in fi. & l. pupillo, &. ff. ſi cer. peta. l. non omnis. §. fi.

dederit [a] ,non contrahit obligationem [b] ,quia [c] pecuniam non facit [d] accipientis:ideoque vendicari nummi poſſunt, ſicubi extant. ¶ Sed ſi nummi,quos mutuo minor dederit ab eo qui accepit,bona fide [e] conſumpti [f] ſunt,condici [g] poſſunt:ſi mala fide,ad exhibẽdum [h] de his agi poteſt.

¶ Si debitor ſoluat pupillo cum tutoris & iudicis authoritate:habet pleniſsimam liberationem.Si verò ſoluat ſine iudice,& ſine tutore:liberatur ope exceptionis : ſi pecunia eſt ſalua,vel pupillus factus ſit locupletior,aliter verò ſoluens non liberatur vllo modo.hoc dicit.Aretinus.

¶ At ex contrario,omnes res pupillo,& pupillæ ſine tutoris authoritate rectè [i] dari poſſunt. ¶ Ideoque ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutoris authoritas : alioqui non liberabitur [k] . ¶ Sed hoc etiam euidentiſsima ratiõe ſtatutum eſt in conſtitutione [l] , quam ad Cæſarienſes aduocatos,ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſsimi,quæſtoris ſacri noſtri palatii promulgauim⁹:qua diſpoſitum eſt,ita licere tutori vel curatori debitorem [m] pupillarem ſoluere,vt prius iudicialis ſententia [n] , ſine [o] omni damno celebrata , hoc permittat [p] .quo ſubſecuto, ſi & iudex pronunciauerit & debitor ſoluerit : ſequatur huiuſmodi ſolutionem pleniſsima ſecuritas [q] . ¶ Sinautem aliter quàm diſpoſuimus,ſolutio [r] facta fuerit, pecuniam autem ſaluam habeat pupill⁹ aut ex ea locupletior [s] ſit,& adhuc eandem pecuniæ ſummam petat [t] :per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri. ¶ Quòd ſi malè conſumpſerit,aut furto, aut vi amiſerit,nihil [v] proderit debitori doli mali exceptio,ſed nihilominus condemnabitur [x] :quia temerè ſine tutoris authoritate, & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſoluerit [y] .

¶ Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt debitum creditori ſoluere. Aretinus.

¶ Sed ex diuerſo pupilli vel pupillæ ſoluere ſine tutoris authoritate non poſſunt [z] :quia id quod ſoluunt, nõ fit accipientis,cùm ſcilicet nullius rei alienatio eis ſine tutoris authoritate conceſſa ſit.

TITVLVS IX.

Per quas perſonas nobis † acquiritur.

¶ Acquiritur nobis non ſolùm per noſmetipſos,ſed etiam per perſonas hîc deſcriptas.Aretinus.

Acquiritur vobis, nõ ſolũ p voſmetipſos ſed etiam per eos quos in poteſtate habetis [a] : † ¶ Item per ſeruos in quibus vſumfructum [b]

---

a ¶ DEDERIT.] i.† tradiderit:cũ dare ſit accipiẽtis facere:vt.j.de act.§.ſic itaq;.ſi poneres ꝓpriè nõ haberet locũ qđ ſequit̃,iõq; vendicari &c.

b ¶ OBLIGATIONEM.] ſ.perſonalem ex mutuo.

c ¶ QVIA PECVNIAM.] bona eſt ratio:vt.j.qui.modis re cõ.ob.in prin.&.ff.ſi cer.pet.l.ij.§.appellata.

d ¶ NON FACIT.] qđ eſt neceſſe : quia dicitur mutuũ,ꝙ de meo fiat tuũ:vt.ff.ſi cer.peta.l .ij.

e ¶ BONA FIDE.] credẽs eũ maiorẽ:vt. ff. pro emp.l.ij.§.ſi à pupillo,vel etiam errans in iure:licet ſit argumẽtũ cõtra:vt.ff.pro em.l.ii.§. ſi à pupillo.

f ¶ CONSVMPTI.] quod fit expendendo: vel cum alijs immiſcendo:vt.ſ.de vſufru.§ .cõſtituitur.&.ff.de ſol.l. ſi alieni.

g ¶ CONDICI POSSVNT.] ſ. cõdictione certi ex mutuo recõciliato per cõſumptionẽ: vt.ff.ſi cer.pet.l.ſi à furioſo.&.l.ſeq.Itẽ ſtipulatione reconciliat̃: vt .C. ſi cert.pe.l.quãuis. Itẽ vſuſcapione:vt.ff.de iu.do. proculus.& nota. j. qui.mo.recon.obligatio in prin.in verbo , tuum fiat.& melius in.§. item is.in verbo, mutuum.

h ¶ AD EXHIBENDVM.] quia tenetur q dolo fecit,quomin⁹ poſſit exhibere:vt.C.ad exhibẽdũ.l.ad exhibẽdũ & ſic iurat̃,in litẽ ex eo, ꝙ intereſt pupilli citius pecuniam redditam eſſe:vt de in li.iur .l. in actionibus.&. l .nummis.

i ¶ RECTE.] vt res fiat accipientis:non vt debitor liberetur.& hoc ſeqtur.

k ¶ NON LIBERABITVR.] ſ.debitor pupilli.Sed cõtra.ff.de ſolu .l.ſi ſtipulatus fuero. Rñ.ibi pupillus erat adiectus: nec quicquã ſibi debebatur:cũ ad ſolutionẽ tantũ ponatur:vt in eo.tit . de ſol.ꝙ ſtipulatus.&.l.qui res.§.at vbi.

l ¶ CONSTITVTIONE.] vt.C.de admi.tu.l.ſancimus.&.l.conſtitutionẽ.

m ¶ DEBITOREM.] ex mutuo vel ſimili cauſa,non expenſione,vel reditu:vt.C.de admi.tu.l.ſancimus.&.l.cõſtitutionẽ. ADDITIO. Tũc enim ſine iudice pleniſsimam ſecuritatem cõſequitur,dũmodo pẽſio, nec duos annos,nec centũ florenorum ſummam excedat,ſecundũ Ang.

n ¶ SENTENTIA.] ſ.interlocutoria,quã præceptũ vulgariter appellam⁹: vt ſi dicat:Decerno,vel præcipio tibi ſoluere,vel deponere:vt.ff.de mi.l.ait prætor.§.quid tamen.

o ¶ SINE OMNI DAMNO.] vel ſportularũ,vel pretiorũ tabellionum. Sed nunquid debitor pro ſua parte ſoluet? Rñ.nõ,vt.C.de fruc.& lit.ex.l.fi.& facit ſic.C.de epiſ.au.l.tã demẽtis.§.fi.& in aut.de ſan.epi.§.ſportularum col.ix.Accur. ADDITIO. Priuilegiũ enim litis ordinationem, ſiue proceſſum reſpiciens vni conceſſum,tranſit ad aduerſarium.ſecus ſi deciſionẽ,niſi verba reſcripti hoc ſonent.

p ¶ PERMITTAT.] nota quòd tutor & iudex neceſſarii ſunt ſecũdũ P.Sed ſecundum nos ſolus iudex ſufficit:vt.ff.de mino.ait prætor .§ .quid tamen.&.l.quòd ſi minor.in fi.Accur. ADDITIO. Et hoc eſt verum in caſu noſtro,& in alienatione rerum mobilium.aliâs in alienatione immobilium opus eſt vtroque. Ang.Are.

q ¶ SECVRITAS.] vt nec reſtitutio detur:ſecus in prædio alienato cum decreto:quia emptio ex voluntate,ſolutio de neceſsitate fit:vt. ff. de mi. l. ait prætor.§.quid tamen.&.l.quòd ſi minor.in fin.&.C.de præ.mi.l.ſi quidem.Accur.

r ¶ SOLVTIO.] vt ſoli pupillo,vel adulto curatorẽ habenti,ſine eo: vnde ipſo iure non liberatur:vt.j.ibi,nihil proderit &c.

s ¶ LOCVPLETIOR.] quod eſt,& ſi non eſt factus pauperior:vt.ff.de ſol.l.in pupillo.ibi ,nam hoc ipſo ꝙ.Accurſius.

t ¶ PETAT.] & ſic eſt de præda ſolicitus: vnde non audiet̃:vt.C.pro emp.l.eum qui.Accurſius.

v ¶ NIHIL PRODERIT.] apparet ergo ꝙ ipſo iure non eſt liberat⁹. ſi aute cũ authoritate tutoris,ipſo iu.liberaret̃:ſed tunc reſtitueretur minor perdita pecunia:vt.C.ſi aduer.ſolu. l.j.

x ¶ CONDEMNABITVR.] ſ.ipſo minore petente,vel alio ſuo nomine [a] , non extraneo:vt. ff.de ſolu.l. filius.

y ¶ SOLVERIT.] circa hãc diffuſam materiã diſtingue:cũ debitor pupillo ſoluit:aut cõſequit̃ plenã,aut pleniorẽ aut pleniſsimã ſecuritatẽ.Si ſoluat pupillo ſine tutoris authoritate,& pupillus habeat ſaluam pecuniam .vel ex ea locupletior eſt: liberatur,nõ ipſo iure,ſed exceptione: niſi eſſet adult⁹ ſiñ curatore:vt hîc &.ff.de ſol.l.in pupillo Si autem ſoluat tutore authore,ipſo iure liberatur:põt tñ ĩ integrũ reſtitui,ſi non habeat rẽ ſaluã:vt C.ſi aduer.ſol.l. j. niſi in quatuor caſibus vt.C.de admi.tu.l.ſancimus.&.l.cõſtitutionem. quod enim legitimè factum eſt, ex euentu retractari non debet:vt.C. ad ſena.conſul.Trebel.l. ſancimus.Pleniſsima eſt ſi iudex interueniat cũ tutore vel ſine eo:vt. ff. de mino.l.ait prætor .§. quid tñ.Et de hac materia ibi plenè notatur.

z ¶ NON POSSVNT.] diſtingue : aut id quod erat ſoluendum,non poterat alienari ſine decreto : quo caſu decretum interponendum eſt in ſoluendo,vt.ff.de rebus eo.qui ſub tu.l.magis.§. ſi pupillus.aliâs non tenet:& poteſt vendicari quod ſolutum eſt niſi cõſumpſerit creditor :vt hîc,&.ff.ſi cert.pet.l. nõ omnis.§.fi.Aut poterat quo caſu ſolus ſufficit tutor,vel curator,vel adultus non habens curatorẽ nec reſtituuntur , cùm non ſint decepti.Si ſine tutore ſoluerit,non liberatur : nec dominium tranſit niſi per conſumptionem:vt hîc,&. ff. ſi cer.peta.l. non omnis.§.fi.Et hoc quando debitum erat ciuile & naturale.Si autẽ naturale tantùm per reſtitutionem poterit repetere,ſi legitimè ſoluit:aliâs ſuo iure cõdicet vt.ff.de cõd.inde.l.interdũ. ADDITIO. Et tũc qa minor ætas facit mediũ cõcludẽdi:ſatis eſt dicere,ſe minorẽ indebitè ſoluiſſe,& ſi nõ exprimat per ignorãtiã:quod aliâs in maiore requiritur ne donaſſe videatur: quod no.ſecundum Ang.

¶ PER QVAS PERSONAS. ¶ *Eſt modus in rebus,ſunt certi denique fines: Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.Nam licet multis modis res nobis acquirãtur:vt à.§.illo,ſingulorũ.de rerũ di. vſque nunc traditũ eſt:tamẽ certi ſunt homines,per quos nobis acquirit̃: & ſunt ſex,ſcilicet per nos:per filios noſtros per ſeruos noſtros:per alienos , in quibus vſumfructũ habemus:per alienos quos bona fide poſsidemus: per liberũ hominẽ,quem bona fide poßidemus.Eſt ſeptimus,ſcilicet ille in quo nudum † vſum habemus.Eſt octauus quandoq;,vt liber homo,id eſt procurator:de quibus hic tit.dicit.Differt autem à quodã alio.j.per quas perſo.no.obliga.acqui.quia ibi de oblig.acquirenda: hîc de rebus tractatur.* Accurſius.

ADDITIO. Adde,quòd etiam ſunt alii qui acquirunt alijs:vt religioſi ſuõ monaſterio:vt extrà de ſta.mona.l.cum ad monaſterium.§.j.ibi vnde ſi quicquam.& beneficiati ſuis beneficiis.C.de epi.& cle.authen.licẽtiam.Are.

¶ CONTINVA AVTEM ISTAM RVBRI. ¶ ſic:Dictũ eſt.ſ.de multis modis acquirendi dominia,nunc ſequitur videre de perſonis,per quas dominia acquiruntur ſecũdũ Por.

ACQVIRITVR.] ¶ Totus iſte titulus diuit̃ in tres partes principales. Primò ponit per quos nobis acquiratur. Secũdò illud exequitur ſingulatim,& in ſpecie. Tertiò facit præambulum trãſitus ad alios titulos,& materias.Secunda ibi Igitur liberi veſtri. Tertia ibi,Hactenus. ¶ Iſte titul⁹ in caſus poſitione eſt facilis,ideo vide per teipſum.

a ¶ IN POTESTATE HABETIS.] vt.j.eo.§.j.&.§.item vobis.

b ¶ VSVMFRVCTVM.] vt.j.eo.§.de his.Quid ſi nudum vſum? Rñ.ex re noſtra acqrit̃ b,nõ ãt ex opera:vt.ff.de vſu & ha.l.p ſeruũ.&.j. p quas pſo.no.ob.acq.§. p eũ quoq;.ĩ gl. ADDITIO. vbi videt̃ ꝓbari cõtrariũ & ideo

---

† ſic verba ĩpropriãt̃, vt cõueniant materię:oportet enim rebus cognatos eſſe ſermones. c. intelligentia. extrà de verbo.ſigni E. Perrinus.

Mutuũ tripliciter recõciliatur.

Sententia interlocutoria & pręceptum iudicis idem.

Solutio fit de neceſsitate.

a Vel ab eo cauſam habẽte qa beneficium reſtitutionis cedi poteſt: & tranſit ad hæredem extraneum:vt. l. quòd ſi minor . ff. de minori. Ange.

Pupilli an poſsint ſoluere.

* Aliâs cuique.

† Veluti per ſeruos. & concor. in proœ. decret . in. glo. j. circa prin.ibi,vel ſeruus dicitur.

Horatius in primo ſermonũ.

† Hoc verũ ſi acquiſitio emanat ex re noſtra , vel operis ſerui: ſecundũ Por. Egi. Perrinus.

Continuatio.

b Dũmodo ſtipulet̃ mihi : aliâs acquiritur ſtipulãti:& quãuis iſte neatur mihi reſtituere per cõditionem ſine cauſa:vt l . pe. ff . de ſtipu . ſer. Ange.

habetis: ¶ Item per homines liberos & per ſeruos alienos quos bona [a] fide poſſidetis, de quibus ſingulis diligẽtius diſpiciamus.

¶ Olim quicquid acquirebant filiisfamilias, acquirebant patri pleno iure exceptis caſtrenſibus vel quaſi, hodie verò profectitia quo ad plenum ius aduẽtitia quo ad vſumfructum nudum. Areti.

¶ Igitur [b] liberi veſtri vtriuſque ſexus [c] quos in poteſtate habetis, olim quidẽ quicquid ad eos peruenerat (exceptis videlicet caſtrenſibus [d] peculiis) hoc parentibus ſuis acquirebãt ſine vlla diſtinctione [e], & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licentia, quod per vnum vel vnam eorum acquiſitum eſſet, alii [f] filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare. ¶ Quod nobis inhumanum viſum eſt: & generali conſtitutione [g] emiſſa & liberis pepercimus, & parentibus honorem † debitum reſeruauimus. ¶ Sancitum etenim à nobis eſt vt ſi quid ex re [h] patris ei [i] obueniat hoc ſecundũ antiquam obſeruationẽ totum parẽti acquiratur. Quæ enim inuidia [k] eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti [l]? ¶ Quod autem ex alia cauſa ſibi filiusfamilias acquiſiuit, huius vſumfructum [m] patri quidem acquirat, dominium autem apud eum remaneat: nec quod ei ſuis laboribus, vel proſpera [n] fortuna acceſſerit, hoc in alium perueniẽs luctuoſum ei procedat [o].

¶ Olim emancipans filium, lucrabatur tertiam partem bonorum aduentitiorũ filij: hodie vero ſolam medietatem vſusfructus pro præmio habet Aretinus.

¶ Hoc quoque [p] à [r] nobis [s] diſpoſitũ [q] eſt & in ea ſpecie, vbi parẽs emãcipando liberos ſuos, ex rebus quæ acquiſitionem [t] effugiebant, ſibi tertiã partem retinere (ſi voluerat) licentiam, ex anterioribus conſtitutionibus [v] habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis. ¶ Et inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum ſuarum, ex hac emancipatiõe dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum eſt, quòd ſcilicet ſui iuris effectus eſt, hoc per rerum diminutionẽ decreſceret [x]. ¶ Ideoque ſtatuim⁹, vt parẽs pro tertia parte dominii quam retinere poterat, dimidiam [y] nõ dominii rerũ, ſed vſusfruct⁹ retineat. ¶ Ita etenim res intactæ apud filium remanebũt: & pater

& ideo dic, ꝙ ex locatione operarũ ſerui vſuario non acquiritur, vt hĩc: ſed ex ipſis præſtitis in re vſuarij vel conducta ſic: vt ibi, & .l. plenum. §. fi. ff. de vſu. & ha. Ang.

a ¶ Bona fide.] vt. ĩ. eo. §. idẽ placet. quæ bona fides in poſſidente, nõ in poſſeſſo requiritur: vt. ff. de acq. poſ. l. cũ hæredes. §. fi. & . ff. de ſti. ſeruo. l. ſi ſeruus ex teſtamento. & de acqui. re. do. l. homo liber. in prin. & exigitur bona fides in principio poſſeſsionis, & cõtinua in libero hoĩe quo ad aliquid acquirẽdũ ꝑ eũ nõ in vſuſcapione qa non vſucapitur: vt. ff. de acq. re. do. l. q bona fide. §. j. & . C. de log. tẽp. præſcrip. quæ pro liber. l. ſola. Sed in ſeruo ſufficit, & quo ad vſuſcapionẽ & quo ad fructus, in initio bonã fidẽ habere: vt ff. de vſur. qui ſcit. §. vlti. & . C. de vſuſca. trãsfor. l. vnica. §. cũ autẽ. verſi. hoc tantũ modo. Accur. ADDITIO. Sed de iure canonico requiritur bona fides cõtinuata vſq; ad ꝑfectionẽ pſcriptiõis. c. fi. cũ ibi notatis extra de præ. Et facit iſte textus, ꝙ monachus trãſiẽs de vno monaſterio ad aliud, acquirat † ſecundo bona fide poſſidenti.

¶ Igitvr. ¶ Diuiditur in tres partes. Nam primò: ponit de acquiſitione facta ꝑ liberos & per quos, & quid acquiratur. Secundò qñ per ſeruos noſtros, & ꝑ quos & quid acquiratur. Tertiò de acquiſitione per liberam perſonam, an poſſit acquiri, & quid. Secũda ibi, Item vobis Tertia ibi, Ex his. Item prima ſubdiuiditur in tres partes. Nam primò ponit ius antiquum. Secundò: rationem correctionis. Tertiò, ponit ſuum ſtatutum. Secunda ibi, quod nobis. Tertia ibi, Sancitum. Areti.

b ¶ Igitvr.] quia de ſingulis dicere vult: de filijs vt de dignoribus primò dicit. ADDITIO. Facit extra glo. ff. de edendo, in. l. argentarius. in. §. edi.

c ¶ Olim.] antiquitatem primò recitat, & hoc ideo, vt nihil antiquitatis penitus ignoraretur, vt infra ti. proxi. in princi. nam id quod tollitur, vel reformatur, non debet eſſe incognitum: vt. C. de caducis. tollendis. l. vnica. in fine.

d ¶ Castrensibvs pecvliis.] idẽ in quaſi caſtrenſibus, etiam iure veteri: vt, ff. de col. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. non ſolùm iure nouo: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. § exceptis. & . §. eadem obſeruando. Eſt autem caſtrenſe, quod filiusfamilias à quolibet in caſtris acquirit, non acquiſiturus aliàs: vt. ff. de caſtren. pecu. l. ſi fortè. & . l. caſtrenſe. Quaſi caſtrenſe eſt quod magiſtri liberalium artium, medici, clerici, & aduocati, de publico acquirunt [a]: vt. C. de inoffi. teſt. l. fi. ad princi. & . C. de epi. & cle. l. ſac. ſan. & . l. cum lege.

e ¶ Sine vlla distinctione.] aduentitij, vel profectitij, proprietatis, vel vſusfructus.

f ¶ Alii.] ſ. fratri: quod grauius eſſe videtur: vt. C. de bonis quæ lib. l. cũ oportet. §. j.

g ¶ Constitvtione.] vt. C. de bonis quæ lib. l. cum oportet. Accurſius.

h ¶ Ex re.] largè pone. i. propter rem, vt fructus ex rebus patris, vel occaſione patris, quocunque modo quæſita [b]: vt. ff. de incend. rui. n au. l. j. §. ij. & . ff. de vſuris. l. in fideicommiſsi. §. cum pollidius. & de vul. ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & de caſtren. pec. l. ſi fortè. & . l. ſi caſtrenſe. niſi aliũ de filius ſit habiturus per ſe: vt. ff. de iur. do. l. v. §. ſi pater. Et ſic ponitur ex re, id eſt propter rem. ff. de acqui. hære. l. aditio. in fin. Arg. contrà. ff. de pecu. l. eo tẽpore. in fine. Argu. ſimliter contrà. ff. de actionib. emp. l. iulianus. §. ſi quid ſeruo. Accurſius. ADDITIO. Sol. dictio ex propriè & ſtrictè ſumpta, denotat immediatum, vt ibi. ſecus ſi large: vt hĩc. Baldus.

i ¶ Ei.] ſcilicet filio.

k ¶ Invidia est.] ſcilicet filio quia aquiſiuit.

l ¶ Reverti.] quaſi dicat, nulla.

m ¶ Vsvmfrvctvm.] quẽ habet in aduẽtitijs, niſi remiſerit: † vt. C. de bo. q̃ li. l. cũ oportet. §. finaũt res. Vel niſi ab aliquo ſibi det, vel relinquat hoc pacto, vt ad patrẽ nõ ꝑtineat vſusfructus: vt in aut. vt li. ma. & aui. ĩ prĩ. colla. viij. Vel niſi ſuccedat filius vnà cũ patre in hæreditate fratris vel ſororis: vt in aut. de hæ. ab inteſta. veni. §. ſi vero. col. ix. Vel niſi ſeruus donet filiofamilias, eo pacto vt manumittatur ſtatim: vt. C. de bo. q̃ li. l. vlti. ad fi. Vel niſi qñ pater noluit conſentire filio adeũti hæreditatẽ aliquã: vt. C. de bo. q̃ lib. l. fi. in fi. §. j. & . ij. Vel niſi parẽte minus legitimè diuertẽte bona filiis applicẽtur: vt in aut. vt nulli iu. §. quia verò q̃dã. co. ix. Itẽ qñ pater cõtraxit inceſtas nuptias: vt in aut. de inceſtis nu. §. j. col. ij. ADDITIO. Et alios caſus vide per Ang. hĩc. in quibus omnibus licet non habeat pater ius vſusfru. debet tamen habere cõmoditatem ipſius iuris niſi de ipſa. in pacto, vel remiſsione fiat expreſſa mentio: vt hĩc: per eũ.

n ¶ Prospera fortvna.] Quid dicem⁹ in dubio vnde prouenerit? Rñ. quidam: ex bonis patris pręſumitur habuiſſe: ſicut ſi vxor habet, pręſumitur ex bonis † mariti: vt. C. de do. inter vi. & vxo. l. etiam. & ff. de do. ĩter vir. & vxo. l. quintus. Nos cõtra. & diſtingue, an filius ſit diligens, vel diues, & pater inops: vel econtra: vt ex bonis diligentis (aliàs diuitis) quæſitum ſingamus: vt. C. ar. tu. l. ſi defunctus & . ff. de hære. vẽdi. l. venditor ex hæreditate. §. ſed vbi hæreditatem. ibi, pretium enim hominis &c. & . ff. ad. l. Falci. l. ſi hæres inſtitut⁹ in princip. ADDITIO. Et hæc eſt cõis ſecundum Ange. licet Ioan. fab. hĩc ſentiat contrarium, & malè: quia in dubio non præſumitur delictum: vt. l. merito. ff. pro ſocio. Ang.

o ¶ Procedat.] collige peculiũ aliud caſtrenſe: aliud quaſi caſtrenſe: aliud ruſticanũ, ſiue paganũ: quod diuiditur in profectitium, & aduẽtitium vt. C. de inoffi. teſta. l. ſi in principio. in quibus omnibus dicitur in hoc ti. qd iuris ſit. & . C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet.

p ¶ Hoc qvoqve.] ſcilicet parentibus honorem ſeruemus, & filiis parcamus.

q ¶ Dispositvm est.] C. de bonis quæ liberis. l. cùm oportet. §. cùm autem.

r ¶ Specie.] id eſt caſu. Accurſius.

s ¶ Vbi.] id eſt in quo,

t ¶ Qvae acqvisitionem effvgivnt.] i. patri nõ acqrunt, quãtũ ad proprietatẽ. Sed ſecundũ quæ tẽpora locũ habebat, quod hĩc dicitur? Secundũ antiqua nõ: quia ſola caſtrẽſia & quaſi non acquirebant: de quib⁹ nihil detinebat pater: vt. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. §. j. ſecũdũ moderna verò nõ: quia non erat adhuc ſtatutũ in aduẽtitijs, vt nõ acquirantur patri, tẽpore huius legis antiquæ, quæ recitatur hĩc. Rñdeo, quatuor iura hĩc ſucceſsiuè cõſiderari. Antiquiſſimum: quo ſola caſtrẽſia, vel quaſi nõ acquirebant: vd. ſ. §. j. Antiquum: vt tẽpore Coſtãtini, quo res maternæ, & ex materna linea delatæ, vt non acquiratur patri ſtatutũ eſt: vt. C. de bo. mater. l. j. & ij. & . iij. Tertiũ quod hĩc recitat: vt pater emãcipãdo filiũ de his maternis tertiã teneat pro præmio. Quartũ, quo cauetur, vt oĩa aduentitia acquirant filijs quantũ ad proprietatẽ: patri quantũ ad vſumfructum. ex quo corrigit illud quod iure antiquo cautum erat: vt hĩc. & . ſ. §. j. & . C. de bo. quæ. libe. l. cùm oportet.

v ¶ Constitvtionibvs.] ſ. Conſtãtini ante Iuſtinianũ: vt recitatur C. de bo. quæ libe. l. cũ oportet. §. penulti.

x ¶ Decresceret.] ar. cõtra. ſ. de le. pat. tu. per totũ. & . C. de cadu. to. l. vnica. §. pro ſcũdo. Accur. ADDITIO. Tu dic, ꝙ onus cũ emolumẽto pecuniario põt cauſare honorẽ: ſed honor ſine emolumẽto nõ ꝑt eſſe cauſa oneris: quãuis qñque contingat honorẽ eſſe ſumptuoſum.

y ¶ Dimidiam.] quã ſemper retinet, niſi expreſſè remittat. vt. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. Accur. ADDITIO. Dic ꝙ in peculio profectitio eſt neceſſe, ꝙ pater expreſsè retineat: aliàs donare videtur. l. donatiões. ii. §. pater. ff. de dona. Et eſt ratio diuerſitatis: quia profectitium pater poteſt adimere: & totum ex eius voluntate dependet: ideo ei non prouidit ſicut in aduentitio: quod pater non poteſt adimere: cùm proprietas ſit ipſius filij: ſecundum Ioan. Fab.

† Ratio, qa monachus & ſeruus ęquiparãt. c. cũ olim. de priuile. Eg. Perri.

† Facit ad hoc, ꝙ in vnaquaque diſpoſitione ſeruãdus eſt honor patri: ſecundũ Ang. E. Perr.

a Quod ẽ verũ ſi dentur neceſſaria ad bellũ: aiâs diſtingue an detur à notis prope caſtra: an aliâs: vt in. d. l. ſi forte. in gl. alleg. & ita põt intelligi. l. j. C. de caſtrẽ. pec. li xij. vbi latius ponit hęc diſtinctio: ſecundum Ang. Peculiũ caſtrenſe.

Peculinm quaſi caſtrenſe.

b Scilicet licitè: & tũc id quod tribueretur ꝑ ſonę ꝑpter laborem, & induſtriam cenſetur aduentitiũ: & ipſius filij proprium: aliâs ex delicto: puta vſuris: nec patri q̃ æritur: nec fructibus confertur: ſicut nec cætera aduentitia: vt. l. fi. C. de colla. Ang.

† Hoc eſt bonũ cõſilium ꝑ fi

Iijs quorũ patres ſunt debitores, vt faciant eos renunciare vſuifructui aduẽtitiorum niſi hoc fiat in fraudem creditorũ. Eg Per. ſecũdũ Por.

† Vt tollat coniectura turpis q̃ eſt adulterij. Eg. Perri.

Peculium eſt multiplex.

Pater ſecũdum diuerſa tempora diuerſa iura habuit ĩ bonis filij.

ampliore ſumma fruetur, pro tertia [a] dimidia potiturus.

¶ Seruus acquirit domino etiam ignoranti. Hæreditas verò ſine iuſſu domini ab eo adiri non poteſt. Et tam proprietas, quã poſſeſsio per eum domino acquiritur. Aretinus.

¶ Item vobis † acquiritur, quod ſerui veſtri ex * traditione nanciſcũtur, ſiue quid ſtipulentur [b], vel ex donatione, vel ex legato, ſiue ex qualibet [c] alia cauſa acquirant. Hoc enim vobis, & ignorantibus, & inuitis [d] obuenit. ipſe enim ſeruus qui in poteſtate alterius eſt, nihil [e] ſuum habere poteſt. ¶ Sed ſi [f] hęres inſtitutus ſit: non aliàs, niſi veſtro iuſſu, hæreditatẽ adire poteſt. Et ſi vobis iubentibus adierit [g], vobis hæreditas acquiritur, perinde [h] ac ſi vosipſi hæredes inſtituti eſſetis. ¶ Et conuenienter, ſcilicet vobis legatum per eos acquiritur [i]. ¶ Non ſolùm autem proprietas per eos, quos in poteſtate habetis, vobis acquiritur, ſed etiam poſſeſsio. Cuiuſcunque enim rei poſſeſsionem adepti [k] fuerint id vos poſſidere videmini. [l] Vnde etiam per eos vſuſcapio [m], vel longi temporis poſſeſsio [n] vobis accidit.

¶ Seruus in quo habemus vſumfructũ, acquirit nobis ex duabus cauſis: videlicet ex re noſtra, & operis ſuis. Ex alijs verò cauſis acquirit domino proprietatis. Are.

¶ De ijs autem ſeruis, in quibus tantummodo [o] vſumfructum [p] habetis, ita placuit: vt quicquid ex re [q] veſtra, vel ex operis ſuis acquirunt, id vobis adijciatur: quod verò extra eas cauſas conſecuti ſunt, id ad dominũ ꝓprietatis [r] pertineat. Itaque ſi is ſeruus hæres inſtitutꝰ ſit, legatúmve quid [s] ei, aut donatum fuerit: non vſufructuario, ſed domino proprietatis acquiritur.

¶ Liber homo, & ſeruus alienus bona fide poſſeſſus, acquirunt poſſeſſori ex re ipſius, & operis ſuis. Ex alijs verò cauſis, liber homo acquirit ſibi, & ſeruus domino ſuo. Et non tantùm per prædictos acquiritur nobis dominium: ſed etiã poſſeſsio. Aretinus.

¶ Idem placet [t] & de eo qui à vobis bona fide poſsidetur, ſiue is [v] liber ſit, ſiue alienus ſeruus. ¶ Quod enim placuit de vſufructuario, idem placet, & de bonæfidei poſſeſſore. Itaque quod extra iſtas duas cauſas [x] acquiritur, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber [y] eſt: vel ad dominũ, ſi ſeruus eſt. ¶ Sed bonæfidei poſſeſſor cùm vſuceperit ſeruum (quia eo modo dominus [z] fit) ex omnibus cauſis per eũ ſibi acquirere poteſt. ¶ Fructuarius verò vſucapere non poteſt primum, quia non [a] poſsidet, ſed habet [b] ius vtẽdi fruẽdi: deinde, quia [c] ſcit ſeruum alienum eſſe. ¶ Non ſolùm autem proprietas, per eos ſeruos in quibus vſumfructum habetis, vel quos bona fide poſsidetis, aut per liberam perſonam, quæ bona fide vobis ſeruit, vobis acquiritur: ſed etiam poſſeſsio. Loquimur autem in vtriuſq; [d] perſona ſecundum diſtinctionem, quam proximè [e] expoſuimus: id eſt ſi quam poſſeſsionẽ ex re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

¶ Per extraneã perſonam nihil poteſt nobis acquiri per procuratorem vero acquiritur nobis poſſeſsio, & dominium & vſucapio. Areti.

¶ Ex his itaque apparet [f] per liberos homines, quos neque veſtro iu-

a ¶ Pro tertia.] i. loco tertiæ quã habebat olim ĩ bonis maternis rõne proprietatis, habet hodie dimidiam vſusfructus, in omnibus aduentitijs: vt C. de bo. quæ lib. cũ oportet. §. penul. Accur.

b ¶ Stipulentur.] Et ita obligationẽ dño quęrit: vt. j. per quas perſo. nobis obliga. acqui. circa princi.

c ¶ Ex qualibet.] vt per occupationẽ: vel ſpecificationẽ, vel inuentionẽ vt. ſ. de re. diui. § ferè. &. §. cũ qs. & §. theſauros.

d ¶ Invitis obvenit.] ſic. ff. de acq. re. do. etiã ĩuitis. ſic &. ff. de verb. obl. ſeruus vetãte. Arg. cõtrà. ff. de do. hoc iure. §. non poteſt. Acc.

Additio. Sol. dic quòd inuitis acqritur ipſo iure: ſed non incõmutabiliter: vt ibi arg. l. inuito. ff. de reg. iu.

e ¶ Nihil suum.] ſ. ad ſuã vtilitatẽ: ſed ad domini vtilitatẽ põt: vt. j. de ſtipu. ſeruo. §. ſed cũ factũ. q̃ eſt cõtra. imò ét ad ſuã vtilitatem quandoq;: vt ſi dñs ſeruo legatum relinquat: vt. C. de neceſ. ſer. qdã. §. illo. Rñ. illud de ęquitate nõ rõne dicitur: quia in alimenta erat relictum: vt C. de le. l. ſeruis. &. ff. de alimen. & cib. le. l. ſeruos. aliâs autem nõ tenetur hæres niſi velit. Acc.

Additio. Quod facere debet de vrbanitate, ſi ſuam grauare nolit opinionem: vt ibi not. glo.

f ¶ Sed si haeres.] nota in hæreditate adeũda, à ſeruo tria eſſe neceſſaria. q̃ ſunt: iuſſus, vt hîc & ꝗ ꝓcedat: vt. ff. de acq. ren. hæredita. ſi quis mi. §. hi. iuſſum. & ſerui voluntas: vt. C. de hęred. inſti. cũ ꝓponas. §. fi. in gl. peñ. In Trebellianica reſtitutione ſeruo faciẽda ſolius dñi ſufficit voluntas. At in bonorum poſſtone, ſeruo delata ſeruũ conſentire, & dominum velle ſiue ante, ſiue poſt oportet: vt. ff. ad Trebellianum, ſeruo inuito. & rem ratam habe. l. penul. In legato non eſt opus iuſsione, cùm emolumentum tantùm contineat: vt. ff. manda. l. ſi hæreditatem.

g ¶ Adierit.] ſcilicet ſeruus.

h ¶ Perinde.] qñq; non perinde: vt ſi filio meo ſubſtituã eos quos hæredes mihi fecerim. Nam vocantur ex ſubſtitutione qui per ſe, non qui per ſeruos, hæredes ſunt: vt. ff. de vulg. & pu. ſubſtit. q liberis. §. hæc verba. Itẽ alibi: vt. ff. de leg. j. cũ filio. §. denique. ver. ipſi verò. & ver. & ideo. Accurſius.

Additio. Quod facit vt cõpromiſſum factum in abbatẽ ſancti Proculi, eo mortuo nõ trãſeat in ſucceſſorem: quia prædefuncti induſtria videatur electa: vt per Bar. ibi.

i ¶ Acqviritvr.] ſiue ſeruus tantùm velit, ſiue dominus tantùm: vt ff. de donatio. cauſa. mortis. l. finali. & de adimen. lega. l. ſi ſeruo cum libertate.

k ¶ Adepti fuerint.] ſ. iuſtè [a], ſecũdũ quoſdã. Vel aliter. quod dic vt diximus. ſ. de iis qui ſunt ſui, vel alieni iuris. §. j.

l ¶ Videmini.] etiam ignorantes: vt. ff. de acquirenda. poſſeſsio. l. iij. §. ſaltus.

m ¶ Vsvscapio.] in rebus peculiaribus ſtatim: in dominicis poſtquàm dominus ſcit: vt. ff. pro ſol. l. ij. de vſuſca. l. labeo.

n ¶ Possessio.] id eſt præſcriptio, quæ eſt effectus longæ poſſeſsionis vt. ff. de vſuſc. l. iij.

o ¶ Tantvmmodo.] vt. ff. de dona. cauſa. mort. l. vlt. & de adimen. le. l. ſi ſeruo.

p ¶ Vsvmfrvctvm.] de eo in quo vſum tantummodo habemus: dic ꝙ ex operis tantũ non acquirit: quia operæ ſerui in fructu ſunt: vt. ff. de vſu & habi per ſeruum. Accurſius.

q ¶ Ex re.] expone vt. ſ. §. j.

r ¶ Ad dominvm proprietatis.] niſi cõtẽplatiõe vſufructuarij ſit inſtitutꝰ, vel aliud ſibi datũ fuerit: quo caſu ex re eius. ſ. vſufructuarij, ſic ibi quæſitũ eſſe videt. vt. ff. de vſufr. le. ſed & ſi qd. nõ tñ vſufructuarij iuſſus ſufficit ad adeũdã hæreditatẽ: vt. ff. de acq. hære. l. aditio. §. ꝓterea. Accu.

Additio. Sed adibit iuſſu dñi, qui fructuario reſtituet: & ſi nolit iubere, cogetur: vt not. eo. tit. de acqui. hære. l. ſi quis. mihi. in prĩ. & in gl. ii. &. ff. de vſusfr. lega. ſi ſerui. Io. fab.

s ¶ Qvid.] id eſt aliquid.

t ¶ Idem placet.] ſcilicet quo ad acquiſitionem: vt ſtatim ſequit. nã in alio differt: vt. j. eo. §. ſed bonæfidei.

v ¶ Is liber.] hîc dic quod diximus. ſ. e. in prin.

x ¶ Extra istas dvas cavsas.] veluti ſi fuerit hæres inſtitutus, vel legatũ fuerit ei aliquid, vel donatum.

y ¶ Si liber est.] ꝓter poſſeſsionem, quę ſibi. ſ. libero poſſeſſo q̃ri nõ põt, cũ ipe ab alio poſsideatur: vt. ff. ad. l. Iuliã de adulte. ſic eueniet. Itẽ ꝓter vſuſcapionẽ, q̃ ſibi nõ quæritur ſine poſſeſsione: vt. ff. de acqui. re. do. hõ liber. §. quicqd &. ff. de vſuſc. l. ſine poſſeſsione. Sed in hęreditate per liberum hoĩem mihi q̃renda, ſex ſunt neceſſaria: quorum ſi quid defuerit, non quæritur ſcilicet vt mei cõtẽplatione inſtituatur. Itẽ vt ſciat cõditionẽ ſuã inſtitutꝰ. Itẽ, ꝙ iuſſu meo adeat. Item ꝙ volens adeat. Itẽ ꝙ velit mihi q̃rere. Itẽ ꝙ bona fide poſsideam. bñ dico oportet vt ſciat conditionem vt ſuam. Nam ignarus ſuæ conditionis nulli acquirit. ſibi enim nõ vt. ff. de acqui. hære qui putat. §. qui bona fide. &. l. vj. §. primo. quia ſe obligare non voluit. Item poſſeſſori nõ ſi non interuenit iuſſus. vt. ff. de acquirenda. hæreditate ſi quis mihi bona. §. iuſſum. Idem & ſi interuenit: vt. ff. de acquirenda. hære. l. vj. §. celſus. &. §. primo. nam ſeruili neceſsitate creditur hoc feciſſe: vt. ff. de negotiis geſtis. at qui. §. ſi libero. quare non poteſt acquirere vt. ff. de acquiren. rerum. domi. l. homo liber. Si ſciat conditionem ſuam volens quærere mihi, quærit ſibi, ſed reſtituitur mihi poſſeſſori per conditionem ſine cauſa, cuius intuitu fuit inſtitutus: ſicut volens quærere poſſeſſori cuius intuitu fuit inſtitutus, iuſſu eius adeundo quærit, ſed ſi non eius contemplatione: nihil: vt ff. de acquirendo rerum domini. l. liber homo. & lege homo liber in principio. [b] Item poteſt dici, quòd ignarus quærit ſibi: vt. ff. de acquirenda hæreditate. l. qui putat. §. de eo. cum non contemplatione poſſeſſoris inſtituatur: vt. ff. de acquirenda hæreditate. lege qui in aliena. in fine.

z ¶ Dominvs fit.] ſic. C. de pac. l. traditionibus. Accur.

a ¶ Non possidet.] ſ. ciuiliter, ſed naturaliter: vt. ff. de acqui. poſſeſ. l. naturaliter [c]. vnde vtile interdictum vnde vi ſibi datur: vt. ff. de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi.

b ¶ Sed habet.] ſic. ff. de acquiren. poſ. l. j. §. per eum. ſic. ff. qui ſatisd. cog. l. ſciendum. §. ij. Accur.

c ¶ Qvia scit.] vnde non vſucapit, cũ malã fidem habeat: vt. ſ. de vſuſcap. in princi.

d ¶ In vtrivsqve.] Nota de tribus vtriusq; dici. Vel meliꝰ dic vtriuſque fructuarii. & rõnæ fidei poſſeſſoris.

e ¶ Proxime.] vt. ſ. eo. §. de his. &. §. idem placet.

f ¶ Apparet.] ſ. arg. à contrario ſenſu ſumpto. nam ſi tantùm per dictos homines acquiritur, ergo nõ per alios: vt. ff. de offi. eius cui mã. eſt iur. l. j. in prin. &. ſ. de tute. in princi.

Acquiri.

* Aut ex ꝓmiſſione.

Beneficium cõfertur in inuitum.

Seruus an poſsit habere aliquid ſuum.

† Aliâs incipit iſte. §. item vobis. aliâs itẽ qđ ſerui. & ita cõmuniter allegat. ſed tũc ſubaudi vobis acquiritur.

Hæreditas per ſeruum adiri nõ poteſt, niſi tria cõcurrant.

a Et hoc tenet Ang. in. l. quod ſeruꝰ. ff. de acqui. poſ. quod facit vt lucrum ex vſuris nõ quærat patri: nec ſi fratribꝰ cõferendũ niſi vtantur cautela, de qua per eũ hîc.

Poſſeſsionẽ poſſeſſus nõ quærit.

Hæreditas non quæritur per hominẽ liberum bona fide poſſeſſum niſi ſex cõcurrant.

b Dic ſecũdũ Io Fab. ꝙ hoc põt eſſe verum in quo iuſſus non interuenit: qa tunc non videtur ſibi velle acquirere in dubio: vt. ff. de acqui. hære. l. qui in aliena. §. j. Sed de hac materia plenius vide hîc p Ange.

c Hæc eſt communis opi. licet Ra. ibi contra: cuius ẽt opinioni inhæret Ang. hîc quẽ videas.

Argumẽtũ à contrario ſenſu eſt in iure validũ.

ri ſubiectos habetis, neque bona fide poſsidetis: ¶ Item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructum habetis neque poſſeſsionem iuſtam: nulla ex cauſa vobis acquiri [a] poſſe, Et hoc eſt quod dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, excepto eo quòd per liberam perſonam, veluti per procuratorem, placet non ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantib⁹, vobis acquiri poſſeſsionem, [b] ſecundum diui Seueri conſtitutionem [c]: & per [d] hanc poſſeſsionem, etiam dominium, ſi dominus fuerit qui tradidit: vel vſuſcapionem, aut longi tēporis preſcriptionem [e], ſi dominus non ſit.

¶ Epilogando tranſit ad alias materias, cum quodam præambulo. Aretinus.

¶ Hactenus tātiſper admonuiſſe [f] ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res vobis acquirantur [g]. ¶ Nam legatorum [h] ius, quo & ipſo ſingulæ res vobis acquiruntur: item fideicommiſſorum, vbi ſingulæ res vobis relinquuntur: oportunius inferiori loco referemus [i]. ¶ Videamus itaque nunc, quibus modis per vniuerſitatem res vobis acquirantur. ¶ Si cui ergo hæredes [k] facti ſitis, ſiue ciuis bonorum [l] poſſeſsionem petieritis, vel ſi quem arrogaueritis [m], vel ſi cuius bona libertatum conſeruandarum cauſa vobis addicta fuerint [n]: eius res omnes ad vos tranſeunt. ¶ Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus: quarum duplex conditio eſt: nam vel ex teſtamento [o], vel ab inteſtato ad vos pertinent. Et prius eſt, vt de ijs diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obueniunt: qua in re neceſſarium eſt initium de ordinādis teſtamentis exponere.

TITVLVS X.

De teſtamentis ordinandis.

¶ Teſtamentum dicitur teſtatio mētis & antiquitus erant plura genera teſtamētorum: vnum quod in pace: aliud quod in bello: aliud quod per æs & libram: aliud de iure prætorio: quæ receſſerunt ab vſu. Aretinus.

TEſtamentū † ex eo appellatur, quòd teſtatio mētis ſit * ¶ Sed vt [p] nihil antiquitatis penitus ignoretur: ſciēdū eſt, olim quidē duo genera

a ¶ ACQVIRI] fallit in tutore, & curatore, & ſimilibus perſonis: vt dicemus. j. de inuti. ſtip. §. ſi quis alij. ADDITIO Videbitis ibi gloſ. plenam qui poteſt pro alio ſtipulari, de quo latè per Bar. & doctores in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. &. §. ſi qs inſulā. ff. de verb. ob. Ang. Are.

b ¶ POSSESSIONEM.] C. de acquir. poſ. l. j. &. ff. de acquirē. poſ. poſſeſsio quoq;. §. & ſi poſſeſsio

c ¶ CONSTITVTIONEM.] quæ eſt. C. per quas perſo. no. acqui. l. j.

d ¶ PER HANC.] ita q & p procuratorē nāque ſola poſſeſsio (cū res inanimata ſit) mihi non quęrit. nā & per traditionem res mihi quærit & poſſeſsio, ſed illa eadē & per me acquiritur vt. ſ. de re. diui. §. per traditionē. &. ſ. eo in princi. Alij dicūt, vt Azo, p ſolā poſſeſsionem acquiri dominiū: vt hîc, &. C. e. l. j. Sed ibi non dicit ſimpliciter excepta poſſeſſione: ſed dicit excepta cā poſſeſsionis, id eſt dominio quod ex cā poſſeſſionis ſecunda poſt vſuſcapionē vt. ff. de vſuſcapio. l. iij.

e ¶ PRAESCRIPTIONEM.] vobis ſcientib⁹ vt. C. de acq. poſſeſ. l. j.

f ¶ ADMONVISSE.] ſ. de re. diui. §. ſingulorū.

g ¶ ACQVIRANTVR.] per vos & alios vt in titu. ſ.to.

h ¶ NAM LEGATORVM IVS.] Reſpō. tacitæ obiectioni, quæ fieri poſſet de ſingularibus acquiſitionibus legatorum.

i ¶ REFEREMVS.] vt. j. de leg. per totum. & j. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict. per totum Accurſius.

k ¶ HAEREDES.] ſ. de iure ciuili: vt. j. de hæred. inſtit. vſque ad tit. de bonorum poſſeſsionibus.

l ¶ BONORVM POSSESSIONEM.] ſ. de iure ptorio vt. j. de bo. po. p totū. t.

m ¶ ARROGAVERIS.] j. de acquir. per arro. per totum.

n ¶ ADDICTA FVERINT.] j. de eo cui liber. cā bona adi. per totum.

o ¶ EX TESTAMENTO.] de quibus vſque ad tertium librum dicetur.

¶ DE TESTAMENTIS ORDINANDIS. ¶ *Iſta rubrica, & ſequentes continuantur per Imperatorem: vt. ſ. tit. j. §. fin. dic ut ibi. Vel dicas ſic & familiarius. Dictum eſt ſuprà in. §. fi. ti. præcedētis quòd per uniuerſitatem res nobis acquirūtur: ut per hæreditatē & alios modos ibidē poſitos. Verum quia hæreditates quandoque deferuntur ex teſtamēto, & quandoque ab inteſtato, ideo primò ſequitur uidere de teſtamentis.*

TESTAMENTVM. ¶ Totus iſte titulus diuidiī principaliter in tres partes. Nā primò, ponit ſiue deriuationē, ſiue etymologiam teſtamenti. Secūdò, de teſtamentis in ſcriptis tā de iure veteri, quā de iure nou. Tertiò, de teſtamento nūcupatiuo. Secūda ibi, Sed vt nihil. Tertia ibi, Sed illa qdē. Itē ſecūda ps principalis ſubdiuidiī. Nā primò, recitat ius ātiquū & multiplicē ordinationē teſtamētorū: & eorū noīa cū eorū correctione. Secundò, de ſigillatione faciēda p teſtes. Tertiò, qui teſtes poſſunt adhiberi, & qui repellātur inteſtō. Quartò q nō refert in qua materia teſtamētū ſcribaī. Quintò ponit vnum caſum, q de vno teſtamento poſſunt fieri plures ſcripturæ. Secūda ibi, poſſunt aūt. Tertia ibi, teſtes aūt. Quarta ibi, Nihil aūt. Quinta ibi, Sed & vnum. Itē hæc principaliter ſubdiuidiī in ix. parteis. Primò ponit etymologiā vocabuli. Secundò, recitat duo genera teſtamentorū, quæ olim ſeruabantur. Tertiò, recitat tertiū gen⁹ teſtamētorū, qđ etiā iure ciuili fuit introductū. quartò, ponit duo genera teſtamētorū in deſuetudinem abijſſe. Quintò ponit qualiter tertiū genus partim deſijt per deſuetudinē. Sextò, qualiter poſteà fiebāt teſtamenta de iure ptorio. Septimò, qualiter in cōfectione teſtamētorū ius ciuile, & ptoriū cōiunctū eſt, & etiā cōſtitutiōes imperiales. Octauo magis declarat qđ eſt de iure ciuili, & qđ de ptorio: & qđ de iure cōſtitutionū ī formatiōe teſtī. Nono, qualiter p cōſtitutiōes Impiales additū eſt, q teſtator ſcribat nomē hęredis. Secunda ibi, ſed vt. Tertia ibi acceſsit. Quarta ibi Sed illa. Quinta ibi, qđ verò. vj. ibi poſteà. Septima ibi, Sed cū paulatim. Octaua ibi, Vt hoc. Nona ibi. Sed his oībus. ¶ CASVS. Dñe, iam video, q vos vultis tractare de teſtamentis. dicatis ergo mihi, vñ appellaī teſtamentū Ad hoc rñ. Amice, teſtamētū ex eo appellaī, q teſtatio mētis eſt. ſed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur à iuuenibus, ſcire debes duo genera teſtamentorum de iure ciuili antiquiſsimo, in vſu fuiſſe: quorum altero genere vtebantur antiqui in pace & otio: & hoc genus teſtamenti in pace, & otio facti appellabāt antiqui calatis comitijs. & altero genere teſtamentorum vtebantur, cùm eſſent in expeditione armorum exituri: & hoc ſecundū genus appellabāt procinctum. Poſteà verò procedente tpe, acceſsit tertium genus teſtamentorum: & hoc tertium genus appellabant per æs, & librā: & hoc tertium genus ita appellabatur, quia per quādā imaginariā venditonē fiebat corā quinque teſtibus ciuibus Romanis puberib⁹ libripende præſente. & eo qui familiæ emptor dicebatur: & ita quodāmodo ſex teſtes de iure ciuili antiquo ī factione teſtamēti requirebātur. Sed certè prima duo genera teſtamentorum videlicet calatis comitiis & pcinctū ex veteribus tēporibus, in deſuetudinē abierūt. Tertium verò genus quod p ęs, & libram appellatur, licet diutius permanſerit. tñ partim in vſu eſſe deſijt. & hæc tria genera teſtamentorum, videlicet calatis comitijs, & procinctum, & per æs & librā ad ius ciuile referuntur. Poſteà verò de iure prætorio quædam alia forma faciendorum teſtamentorum inuenta eſt. Nam de iure nulla emācipatio, vel imaginaria venditio requirebatur: ſed ſigilla ſeptem teſtiū teſtamentis faciendis ſufficiebant: quāuis iure ciuili antiquo, ſigilla teſtiū nō eſſent neceſſaria. Sed cùm poſteà paulatim, & ſucceſsiuè tam ex vſu hominum, quàm ex emendationibus conſtitutionū cœperit ius ciuile, & ius prætorium in vnam conſonantiam & vniformē obſeruationē circa factionē teſtamentorū cōfluere, ſtatutū fuit vt vno & eodē tēpore ſigna ſeptem teſtiū in teſtamētis adhibeātur quod ius ciuile antiquū quodāmodo exigebat: & huiuſmodi ſeptē teſtes adhibiti in teſtamento ſubſcribebant: qđ ex conſtitutionibus inuentū eſt: & ex edicto prætoris, ſignacula teſtium teſtamentis apponerentur: vt hodie hmōi ius teſtamentorum faciendorum, ex triplici fonte videatur eſſe deriuatum. Nā teſtes, & eorum ſigna vno contextu teſtamenti celebrādi gratia, à iure ciuili antiquo videntur deſcendere. Subſcriptiones autē teſtatoris, & teſtiū ex cōſtitutionū obſeruatione adhibentur: & ſigilla, & numerus teſtium ex edicto prætoris. Sed pone. Domine iam video. quid obtinebat de iure antiquo circa facienda teſtamenta, & qualiter antiquitas corigitur per cōſtitutiones principū, nunquid addidiſtis per cōſtitutiōes veſtras? Rñ. q ſic. Nam oībus prædictis propter ſynceritatē teſtamenti, vt omnis fraus excludatur, ex noſtra conſtitutione hoc aditum eſt, vt nomen hæredis per manū teſtatoris: vel ſi ipſe neſciat vel non poſsit ſcribere, per manū publicā exprimatur, & omnia ſecundū noſtrę conſtitutionis tenorē pcedāt. Sed pone Dñe, iam video, quot teſtes debent ſignare teſtamentum: nunquid neceſſe eſt q quilibet eorum proprio ſigillo vtatur? Rñ. q nō poſſunt enim omnes teſtes vno ſigillo vel vno annulo ſignatorio ſignare teſtamentum. Quid enim ſi ſeptē annuli vna ſculptura fuerint, & eoſdem habentes characteres: nonne ſufficiunt? Ergo eadē ratione ſufficit & ſi omnes eodem annulo vtantur: & ita Papi. viſum eſt. Et non ſolùm proprio, ſed etiam alieno ſignare pñt. Et hæc dicuntur vſque ad illū. §. teſtes autem. Fran. de Are.

¶ TESTAMENTVM EXO EAPPELLATVR ¶. Ponit etymologiam: vt dicitur lapis quaſi lædeus pedem: & argumentum quaſi argutè inuentum: & ſic mutuum: quod ex meo tuum ſit: vt. pr. ſ. eſtis ſi cer. pe. l. ii. §. appellata. & ſecūdū hoc codicillus pōt dici teſtamētū [a]. Definiī aūt ſic: Teſtamētū eſt volūtatis noſtræ iuſta ſnīa de eo qđ qs poſt mortē ſuā fieri voluit, vt. ff. e. l. j. & ē addēdū, cū īſtitutiōe hæred. s: vt. j. de le. §. ante hęredis. qa ſine hæredis inſtitutiōe nullū diciī teſtamentū: vt. ff. de iur. co. l. fi. &. j. de fideicō. hære. in prin. ADDITIO. Sed hāc gl. cōmuniter reprehendūt do. quia ponit defectū in iuriſconſulto, vt. d. l. j. & exponunt iuſta, id eſt perfecta: vt probatur in. l. cū filio. §. fi. ff. de leg. iij. quæ perfectio eſt quadruplex. ſ. in materia in forma, in ſolennitate, & quo ad cōfirmationē dupliciter: vt hîc. Ang.

p ¶ SED VT.] C. de ca. tol. l. vnica. §. & cū triplici. arg. contrà in eodem.

Poſſeſsio non querit.

Continuatio.

Additia.

Diuiſio.

† Hāc definitionē teſtamēti recitat gl. j. in c. ij. extrà de teſta. & ibi vide cōcor.

* Etimologiā hanc ridet Aul. Gel. lib. noct. attica. vj. ca. xij. & Laurē. Vallē. li. elegā. vj. c. xxxvj. tu illos videto. A. c. 203. Vide etiam Alciatum qui defendit lib. iij de Verb. sign. et lib. ix Parerg. c. xxi.

Lapis vñ dicitur.

Argumentū vnde dicitur.

a tamē nō eſt teſtamētum: vt. l. fi. C. de codicil.

tit.de cadu.tol.§.in ꝑ nõ ſcriptis.Accu. *ADDITIO* Sed dic ꝙ licitũ eſt ſcire & allegare ius correctũ,ad declarationẽ iuris noui nõ ad deciſionẽ.l.j.in prin.C.de lati.lib.tol.

a ¶ CALATIS COMITIIS.] bonis initiis,vel bonis cõuẽtib⁹.Calos enim bonũ interpretatur:comitia ſunt cõuent⁹.Vel à calo quod eſt voco qa vocatio ꝑſonarũ fiebat.vñ calẽdæ dictæ ſunt. Accur. *ADDITIO.* Dic ꝙ comitiũ ꝓpriè eſt in quo coit ad lituũ, & ſuffragiorũ cauſas.

b ¶ EXITVRI eſſent.] de domibus.

c ¶ PROCINCTVM.] eo fortè,ꝙ ſuccinctè fiebat [a].Et in his duob⁹ teſtamentis hæres erat : vt j.eo.§.ſed neq;.

d ¶ ACCESSIT.] ſimiliter de iure ciuili.

e ¶ PER æs & librã.] ꝓpriũ nomẽ teſtamẽti.

f ¶ VENDITIONEM.] ſic.ſ.qbus mod.ius pat. pote.ſolui.§. ꝑterea.

g ¶ LIBRIPENDAE.] i.æſtimatore q libripendebat,vel æſtimabat familiã vno nummo: deinde emptor manumittebat totam familiã cum omnibus bonis.

h ¶ CIVIBVS ROMANIS.] i.liberis hominibus:vt.ſ.de liber.§.fina.

i ¶ PVBERIBVS.] .ſ. quib.mo.tu.fi. in prin.

k ¶ FAMILIAE.] id eſt hæreditatis:vt.ff.de ver. ſig.pronũciatio.§.familiæ.Accur.

l ¶ EMPTOR.] qui erat loco hæredis:vt.j.§. ſed neque.Accur.

m ¶ LIBRAM.] ſ. adæquatã id eſt æſtimatam rem.& dicitur libra hæreditas: quia ſicut libra diuiditur:in.xij . vncias: ita & hæreditas:vt. j.de hæredibus.inſti.§. hæreditas.vnde dicitur adęquata libra,id eſt hæreditas æſtimata.

n ¶ PARTIM.] quia numerus teſtiũ remanſit.

o ¶ ET PRAEDICTA.] aliâs ꝑfact.& ita allegatũ qñq; inuenit.

p ¶ AD IVS CIVILE.] ſcilicet quia ius ciuile inuenit.

q ¶ POSTEA.] ſcilicet. de media iuris pruden^tia.

testamentorum in vſu fuiſſe:quorum altero in pace,& otio vtebãtur,quod calatis comitiis [a] ✱ appellabant:altero,cùm in prælium exituri [b] eſſent, quod procinctũ [c] dicebatur. ¶ Acceſsit [d] deinde tertium genus teſtamentorum quod dicebatur per æs [e] & libram:ſcilicet quòd per emancipationem ✱,id eſt imaginariam quandam venditionem [f] agebatur, quinque teſtibus,& libripendæ [g] ,ciuibus Romanis [h] puberibus [i] præſentib , & eo qui familię [k] emptor [l] dicebatur † ¶ Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum,ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierũt. ¶ Quod vero per æs & librã [m] fiebat, licet diutius permanſerit, attamen partim [n] & hoc in vſu eſſe deſijt. ¶ Et prædicta [o] quidem nomina teſtamentorum ad ius [p] ciuile referebantur. ¶ Poſteà [q] verò ex edicto prætoris,forma alia faciendorum teſtamentorum introducta eſt. ¶ Iure etenim honorario, [r] nulla emancipatio deſyderabatur:ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant:cùm iure ciuili ſigna teſtium non eſſent neceſſaria.

¶ Septem teſtes ſe ſubſcribentes,totidemque ſignacula in teſtamentorum confectione requiruntur:in quibus nomen hæredis à teſtatore aut à teſtibus ſcribẽdum eſt.Aretinus.

¶ Sed cùm paulatim,tam ex vſu hominum , quàm ex conſtitutionum emendationibus cœpit in vnam conſonantiam ius ciuile , & prætorium iungi:conſtitutum eſt vt vno eodemque tempore (quod ius ciuile quodãmodo [s] exigebat) ſeptem teſtibus † adhibitis,& ſubſcriptione [t] teſtium (quod ex conſtitutionibus [v] inuentum eſt & ex edicto prætoris) ſignacula teſtamentis imponerẽtur: ¶ Ita vt hoc ius tripertitum eſſe videatur: & teſtes quidem,& eorum præſentia vno contextu [x] teſtamenti celebrandi gratia , à iure ciuili deſcendant. ¶ Subſcriptiones autem teſtatoris [y] & teſtium [z] ,ex ſacrarum conſtitutionum obſeruatione adhibeantur: ¶ Signacula autem,& teſtium numerus,ex edicto prætoris. ¶ Sed his omnibus à noſtra conſtitutione(propter teſtamentorum ſynceritatem, vt nulla fraus adhibeatur) hoc additum eſt, vt per manus teſtatoris, vel teſtium nomen hæredis exprimatur & omnia ſecundum illius conſtitutionis tenorem [a] procedant.

¶ Omnes teſtes poſſunt vno annulo proprio vel alieno ſigillare.h.d.Areti.

¶ Poſſunt † autem omnes teſtes, & vno annullo [b] ſignare teſtamentum [c] . ¶ Quid enim ſi ſeptẽ annulli vna ſculptura fuerint?ſecundũ quod (vt Papiniano viſum [d] eſt) & alieno quoq; ãnullo,licet ſignare teſtamẽtũ.

¶ In teſtamento poteſt eſſe teſtis quilibet qui poteſt hęres inſtitui:exceptis hic enumeratis.

¶ Teſtes autem adhiberi poſſunt ij, quibus cum teſtamenti factio [e] eſt. Sed neque mulier [f] ,neque impubes [g] ,neque ſeru⁹,neque furioſus [h] neque mutus [i] ,neque ſurdus, neq; is cui bonis interdictum [k] eſt,neq; ij,quos leges iubent improbos inteſtabileſque [l] eſſe poſſunt in numerum teſtium adhiberi.

¶ Seruus communi opinione reputatus liber , poteſt in teſtamento eſſe teſtis.

¶ Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tẽpore liber exiſtimaretur , poſteà autem ſeruus apparuiſſet: tam diuus Hadrianus

ff.eo.l.ad teſtium.§.fin.

d ¶ VISVM EST.] hac rõne,& cũ trib⁹,vel paucioribus,vel pluribus põt ſignari teſtamẽtum.arg.j. man. §.is qui exequitur.Alij dicũt tantũ cũ ſeptem,vel vno debere ſignari.

¶ TESTES AVTEM. ¶ CASVS. Dñe,iam video quot teſtes debeãt adhiberi in teſtamento.Dicatis modo mihi,qui pñt eſſe teſtes in teſtamẽto?Ad hoc rñd. Amice,teſtes iure adhiberi ſolẽt hi, qui ex teſtamẽto capere poſſunt. Hoc tamẽ nõ eſt generaliter verũ: qa neque mulieres, neque impubes neque mut⁹ neque furioſus,neque ille cui adminiſtratio bon.interdicta eſt, neque famoſo crimine dãnatus,vel muliebria in corpore ſuo paſſus(quẽ lex iubet improbũ inteſtabilẽque eſſe) in numero teſtium in teſtamentis cõdẽdis adhiberi pñt.Et hæc dicũtur vſque ad illum.§.ſed cũ aliquis.Fran.

e ¶ TESTAMENTI FACTIO.] paſsiuè accipe [c] hîc,vt bona ſit acceptio:ſed neque mulier &c.aliâs etiam accipitur actiuè:vt.j.de hære. qua.& diffe.§.teſtamẽti.

f ¶ NEQVE MVLIER.] in alijs aũt caſib⁹ omnibus recipitur, ꝑter quã in teſtamentis:vt.ff.e.l.qui teſtõ.§. mulier. Ratio eſt vt.C.de fideicõ.l.fi.& eſt timor falſitatis.Quid de hermaphrodito?Rñ.ſi præualet ĩ maſculino ſexu,recipit[d] vt.ff.de ſtatu homi. l.quæritur.& de teſti.l. repetundarum.§.j.

g ¶ NEQVE IMPVBES.] quid de eo qđ vidit in pupillari ætate? Rñ.aliâs(id eſt præterquam in teſtamento) poſſet teſtificari [e] ,ſicut & ſeruus:vt.ff.de verb. ſigni.l.notionẽ.§.inſtrumentorum.&.C.de hære.& maniche.l.quoniã. in fi.ſed hîc non:quia faciunt ad ſubſtantiã teſtamenti:vt hîc dicitur.

h ¶ NEQVE FVRIOSVS.] niſi habeat dilucida interualla.ff.eo.l.qui teſtamento.§.nec furioſus.

i ¶ NEQVE MVTVS.] qui nihil loqui vel audire põt:vt.j.qui teſta . face. poſ.§.itẽ ſurdus. *ADDITIO.* Etiã ſi talẽ morbũ habeat à caſu, & ſit literatus,quãuis tunc poſsit teſtari,ſecundũ Io.Fab h^{c}.

k ¶ INTERDICTVM EST.] vel à lege:vt qa cõmiſit in legẽ Iuliã maieſtatis:vt.C.ad.Iuliam maie.l.fi.Vel à iudice:vt.ff.eo.l.is cui.in fi.j . reſpon.

l ¶ INTESTABILESQVE.] vt de crimine famoſo dãnatus,vel muliebria paſſus:vt.ff.eod.l.is cui.§.fina.&.l.cum lege.&.ff.de teſtib.l.ob carmẽ. in principio.

¶ SED CVM ALIQVIS. ¶ CASVS. Dñe,qdã cõdidit teſtamentum : & in teſtõ ſeptẽ adhibuit teſtes ſpecialiter cõuocatos:& coram eis voluntatem ſuam vltimam declarauit:& nomen hæredis expreſsit : & teſtes ſubſcripſerunt,& teſtamẽtum ſigillauit.quo facto deceſsit teſtator mortuo teſtatore,quidam ex teſtibus apparuit ſeruus qui tamen tẽpore faciendi teſtamenti liber ab omnibus putabatur.modo quæro vtrum iſtud teſtamẽtũ debeat infirmari,quaſi iuris ſolẽnitate nõ ſeruata?Et rñdet ꝙ nõ imò teſtamẽtũ tãquã ritè factũ firmitatẽ obtinebit.Cũ enim aliquis ex teſtibus tꝑe teſtamẽti faciẽdi liber ab oĩb⁹ exiſtimatũ:quãuis poſteà ſeru⁹ apparuerit,tã diuus Hadrianus quã diui Seuerus & Antoninus Catoni ſuper tali dubitatione quærẽti reſcripſerũt ſubueniẽdũ eſſe teſtõ ex hmõi libertate putatiua,vt ſic ratum,& firmum habeat,ac ſi vt oportet oĩa facta fuiſſent,& hoc tali rõne moti dixerũt: quia eo tꝑe quo teſtamentũ à teſtibus ſignabatur,iſte teſtis cõi cõſenſu oĩm loco liberi hoĩs habebatur,nec erat aliqs q eo tꝑe ſtatus quæſtionem ei moueret.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. pater . Franſcicus.

Libertate.

r ¶ HONORARIO.] id eſt prætorio:vt.ſ.de iur.na.§.prætorium.

s ¶ QVODAMMODO.] quia cõputato libripende & emptore † , ſeptem erant.Accur.

t ¶ ET SVBSCRIPTIONE.] vt ſubſcribãt ſe teſtõ affuiſſe, & cuius ſic vt ff.eo.l.penulti.& antepenulti.

v ¶ CONSTITVTIONIBVS.] vt.C.de teſta.l.hac cõſultiſsima.

x ¶ VNO CONTEXTV.] i.nullo actu interpoſito † :niſi neceſſariò naturæ:vt.ff.eo.l.hæredes.in fi.&.C.eo.l.cũ antiquitas.Accurſius. *ADDITIO.* Propter quẽ ſi aliqui recedãt antequã loco ipſorum alij ſubrogentur:poteſt aliquid fieri ſi imminet periculum vitæ teſtatoris:aliâs non.

y ¶ TESTATORIS.] ſi põt:vt.C.eo.l.iubemus.

z ¶ TESTIVM.] ſi non poteſt teſtator ſcribere.Sed hodie indiſtinctè per alium ſcribere poteſt nomẽ hæredis [b] :vt in aut.vt ſponſalib.larg.§.quia vero. collatio .ix.

a ¶ TENOREM.] eſt aũt tenor:ſi põt ſcribere,faciat:aliâs dicet coram teſtibus:& ſcribetur per aliquem,vel per aliquos de eis:aliâs non valet:imò falſi pœna tabellio tenetur:vt.C.eo.l.iubemus.in fi.Accurſius. *ADDITIO.* Quod eſt verum quando ſolẽnitas non fuit obſeruata nec ſcripta in teſtamento.ſecus ſi fuit obſeruata:licet non ſcripta:vt.l.ſi librarius.ff. de reg.iu.Ang.

b ¶ ANNVLO.] ſ.hñte characteres:q ſignatori⁹ dicit:& ſic eſt in eo ſigillũ.non aũt alio ſigno:vt.ff.e.l.ad teſtiũ.§.ſignũ.& de ver. ſig.l.ſignatorius.

c ¶ TESTAMENTVM.] vel ẽt linteũ.ſ.quo inuolutũ eſt teſtamentum: vt

Calos. Calendæ. Comitia.

✱ Calata comitia q̃ dicãtur,pulchrè Gel.li. noctiũ atticarũ xv.c. xxvij. & ibidem multa in hãc rẽ de teſtamẽtis.

Libripens quis dicit.

a Imò verò eo quòd tunc fieret, cũ viri ad ꝑlium faciendũ in aciẽ vocabãtur: teſte Aulu. Gel lib.xv. cap. xxvij.

✱ Vide in hunc locũ Budeum in adnotati. ad pandectas,ad.l.ij. de origi.iu. quo loco quid ſit fiduciaria vẽditio, & qd mancipatio explicat.

† De emãcipatione ꝑ ęs & librã vide Sue.in Nerone. Plaut . in caſ ibi, vna libella liber effici poſſum.

Horat. in hoc carmine.Si propriũ quod uis libra mercat⁹ & ære. Oui. cũ ait, meque ſuum libra norit & ære magis. & Valeri. maxi.lib.ij. de iure triumphandi . §. Catulus luctati⁹ E. Perr.

† Idẽ dicit in c. cũ eſſes . extrà. e.ti.

† Emptor familię.i.hęreditatis:ſecundũ Io. Pla.E.Per.

† Vño contextu eſt nullũ teſtõ immiſcere actum.Eg. Per.

b Imò ſufficit ꝙ interroganti an velit talem eſſe heredẽ vel ita diſ ponere,vt co rã eo & teſtibus legit notari⁹: reſpondeat ꝙ ſic ſecũdũ Ange.

c Iſtud nõ placet Io. fa . & Ang.

Mulier vbique teſtificari poteſt præterquã in teſtamẽtis.

† Concor. cũ hoc . §. c. poſt ceſſionem . in glo. j poſt princ.ibi,& alieno annullo. extra de proba.

d Idẽ Angel. qui dicit iſtã glo. eſſe notabi.

e Quod eſt verũ de eo quod vidit proximus pubertati:ſecus ſi ꝓximus infantia . Io. Fab . & Ange.

Catoni *, quam poſteà diui Seuerus & antoninus reſcripſerũt ſubuenire ſe ex ſua libertate [a], * teſtamento, vt ſic haberetur firmũ, ac ſi vt oportebat factum eſſet: cum eo tempore quo teſtamentum ſignaretur [b], omnium conſenſu [c], is teſtis liberi loco fuiſſet, nec quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

¶ Poteſt in vno & eodem teſtamento eſſe teſtis pater, cum filijs & fratribus, dũ modo ſit alienum: ſecus autẽ ſi propriũ, vel domeſticũ. Areti.

¶ Pater necnon is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, vtique teſtes in vno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno [d] negotio adhiberi. ¶ In teſtibus autem non debet eſſe is, qui ĩ poteſtate teſtatoris eſt. ¶ Sed ſi filiuſfamilias de caſtrenſi peculio poſt miſsionem [e] faciat teſtamentum: nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdem patris eſt. Reprobatũ eſt enim, ea in re [f] † domeſticum teſtimonium. †.

¶ In teſtamento non põt eſſe teſtis hæres ſcript⁹ in eo: nec pater nec filius in poteſtate: nec frater in eiuſdem patris poteſtate. Areti.

¶ Sed neque hæres ſcriptus, neque is [g] qui in poteſtate eius eſt, neque pater eius, qui eum habet in poteſtate †, neque fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi [h] poſſunt: quia hoc totum negotium quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter teſtatorem, & hæredem agi [i]. ¶ Licet enim totum ius tale conturbatum [k] fuerat, & veteres quidem familiæ [l] emptorem, & eos qui per poteſtatẽ ei coniuncti fuerant, à teſtamentarijs teſtimonijs repellebãt: hæredi [m] autem & iis qui per poteſtatem ei coinuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamẽtis præſtare: licet ii qui id permittebant, hoc iure minime abuti [n] eos debere ſuadebant: nos tamen eam obſeruationem corrigẽtes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſsitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, merito nec hæredi, qui imaginem vetuſtiſsimi familiæ emptoris obtinet, neque alijs perſonis quæ ei (vt dictum eſt) coniunctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodammodo teſtimonia præſtare: ideoq; nec eiuſmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſsimus.

¶ Legatarius & fideicõmiſſarius ſingularis poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto in quo eſt ei legatum. Aretinus.

¶ Legatarijs [o] autem & fideicõmiſſarijs, quia nõ iuris [p] ſucceſſores ſunt & alijs perſonis eis coniunctis teſtimoniũ nõ denegamus †: imò in quadã noſtra conſtitutione [q], & hoc ſpecialiter eis conceſsimus. ¶ Et multò magis ijs, qui in eorũ poteſtate ſunt, vel qui eos habẽt in poteſtate [r] huiuſmodi licentiam damus [s].

a ¶ Libertate.] ſcilicet putatiua. & ſic plus valet, quod eſt in opinione, quã quod eſt in veritate. ſic. ff. de ſup. leg. l. iij. in fi. Ar. contrà. j. de le. §. ſi qs rem ſuam.

b ¶ Signaretur.] Quidã hoc intelligũt generaliter verũ: vt ſiue oſtẽdat teſtamẽtũ in ſcriptis cõditũ, ſiue nũcupatiuum: debeat ei credi: ſiue deſierĩt teſtes eſſe, ſiue nõ & ſic ſe habet cõſuetudo vt ar. C. de edicto di. hadri. tol. l. fi. & C. de do. l. in donationibus. & ſ. arbitri. tu. l. fi. Nos cõtra: ſ. in nuncupatiuo de iure. & qđ hîc dicit, in teſtõ condito in ſcriptis loquitur. in nũcupatiuo enim ſi proferat, non debet ei credi ſine teſtibus: cũ in eis cõſiſtat tantũ ſubſtãtia teſtamenti: ipſum tñ valet licet ꝓbatio deficiat [a]: vt. ff. de teſta. tu. l. duo. Quid ſi ſeru⁹ factus eſt, vel infamis, & velit recognoſcere ſigillũ ſuũ Rñ. nõ admittitur: vt. ff. de carbo. ædi. l. carbonianum. §. duæ autem ſunt cauſæ.

c ¶ Omnium conſensu.] nota errorẽ prodeſſe: vt. ff. de ſup. le. l. iij. in fin. & C. de lat. li. tol. §. ſed & ſi quis. & ff. de offi. preto. l. barbari⁹. Et error cõis facit ius: vt patet his verſibus: Error cõis ius efficit: vt manifeſtat. Teſtificãs ſeru⁹ qui liber creditur eſſe.

¶ Pater. Casus. Quidã fecit teſtamentũ ſuum, & in teſtamento ſuo, adhibuit vij. teſtes: inter quos fuit Petrus, & martinus fili⁹ Petri: quem Martinum Petrus habuit in ſua poteſtate. mõ quæro vtrũ pater, & filius exiſtẽs in poteſtate ei⁹. ſ. Petri: pñt eſſe teſtes in eodẽ teſtõ? Rñ. ꝙ ſic. nam pater & ille qui eiuſdem patris poteſtate eſt, in eodẽ teſtamẽto teſtes adhiberi poſſunt. Nihil enim nocet, ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi poſſe. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. in teſtibus. in quo pone caſum ſic: Quidam condidit teſtamentum: & in teſta. ſuo filium quem habuit in poteſtate, teſtem adhibuit. modo quæro, vtrum de iure hoc potuit facere? Rñ. ꝙ non. Nam teſtis non debet eſſe ille, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Et non ſolũ repellitur ille à teſtimonio, qui eſt in poteſtate teſtatoris: ſed etiã qui habet in poteſtate teſtatorem. vnde ſi filiusfa. miles poſt reuerſionem de caſtrenſi peculio teſtetur, pater eius in ſuo teſtamento teſtis adhiberi nõ põt: nec etiã aliquis, qui eſt in poteſtate eiuſdem patris: non ſolùm enim in alijs cauſis, ſed etiam in teſtamentis domeſticũ teſtimoniũ reprobatũ eſt. Et non ſolummodo ſupradictę perſonæ repelluntur à teſtamentarijs teſtimonijs: ſed etiam hæres ſcriptus, & pater eius, qui eum in poteſtatẽ habet, & etiam parẽtes hæredis ſcripti: & fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt: & etiam qui in poteſtate teſtatoris ſunt, penitus à teſtamentarijs teſtimoniis repelluntur: & hoc ea ratione quia totũ negotium quod agitur iure faciendi teſtamenti, creditur hodie inter hæredem, & teſtatorem agi licet olim totum ius teſtamenti faciendi, circa teſtes adhibendos conturbatum fuerit. nam quidam veteres in illo teſtõ quod dicebatur per æs & librã, familiæ emptorem qui loco hæredis erat, & coniunctos ei per ptãtem, à teſtimonijs teſtamentariis repellebant. In primis aũt duabus conditionibus teſtamẽtorũ hæredi coniunctis per poteſtatẽ concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare: licet illi ijdem qui id permittebãt, hoc iure minimè abuti debere eos perſuadebant. vnde nos eandẽ obſeruationem antiquorũ corrigentes, & quod ab ipſis antiquis perſuaſum eſt, videlicet, ꝙ hæres, vel coniuncti ei ꝑ poteſtatẽ inter teſtes admittantur, licet hoc eis permiſſum fuerat, tamen in legis neceſsitatem transferẽtes: ad imitationem familiæ emptoris qui in tertio genere teſtamentorum (vt dictum eſt) à teſtimonio repellebatur: merito hæredẽ, & cõiunctos ei per poteſtatem, ab huiuſmodi teſtimonio repellimus: nec eis licentiam damus ſibi quodammodo teſtimonia præſtare. vnde huiuſmodi veterem conſtitutionem, in qua hoc permiſſum fuerat, noſtro Codici inſeri non permiſsimus. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. legatariis.

d ¶ Alieno.] aliud ſi in ſuo: vt. j. ꝓxi. §. & ff. de teſt. teſtis. Accur.

e ¶ Post missionem.] ĩ remiſsionẽ. aliud ſi ante: vt. ff. eo. l. q, teſtõ. §. ꝑ cõtrarium. in gl. poſſe. Additio. Et eſt ratio ſecundũ gl. ibi, in verbo poſſe. quia tunc teſtes neque rogati, neq; ad ſolẽnizãdum actum exigũtur: quãuis duo requirantur ad probandum veritatem. Ang.

f ¶ In ea re.] idẽ & ĩ alijs. vt. C. de teſtib. l. ij. b Sed quis eſt domeſticus Rñ. colon⁹ & adſcriptiti⁹ vel ſimiles: vt. C. de his q ad eccle. cõfu. l. fi. §. ſanè enim ſi ſeruus[c]. & C. de qſti. l. pridẽ. Itẽ vxor marito, & econtrà: vt. ſ. de vſu & habi. §. itẽ is. Itẽ ſeruiẽtes ſiue dapiferi: vt. ff. de pœnis, l. reſpiciẽdum. §. furta. Additio. Intellige iſtud verum ſi ſint ſeruitores cõmẽſales: vt qa viuãt expenſis dñi aliâs contrà, niſi habuiſſent licentiam ſine ſpe reuertẽdi. tẽpus enim productionis & depoſitiõis inſpicitur, ſecundum Ioã. Fab. hîc.

g ¶ Neque is.] No. ꝙ his tribus modis dicit quis contingere me per poteſtatem.

h ¶ Adhiberi.] qa eorum negotium eſt: cùm & lucrum, & damnum ad eos pertineat. ff. quando ap. ſit. l. j. §. in ꝓpria[d]. † & verè eorum: quia &c.

i ¶ Agi.] cautè ponit agi, cũ ſit generaliſsimum: vt. ff. de ver. ſigni. l. labeo. ij. in prĩ. & l. verba. habet enim ſe ad eius teſtandi & contractus. Accur.

k ¶ Conturbatum.] nã olim hæres in duobus primis generibus teſtamentorũ poterat eſſe teſtis: in tertio verò ille, q erat loco hæredis, non poterat eſſe teſtis: & ſi erat turbatio iurium: & ad eius ſimilitudinem verus hæres hodie teſtis non erit: vt ſequitur.

l ¶ Familiae emptorem.] dicit ille q conſtituebatur hæres per æs & libram.

m ¶ Haeredi.] q erat ex primis duob⁹ generib⁹ teſtamẽtorum.

n ¶ Abuti.] ſic. C. de ca. tol. l. vnica. §. j. & ff. ſi fa. fur. fe. di. l. fi. & ſ. quib. ex cau. ma. non licet. §. j. Accurſius.

¶ Legatariis. ¶ Casus. Quidã fecit teſtamẽtũ, & in teſtõ legauit Petro decẽ: veruntamẽ Petrũ legatariũ in teſtõ teſtẽ adhibuit. mõ qro vtrum ille Petrus legatarius poſsit eſſe teſtis in illo teſtõ, in quo ſibi legatum relictum eſt? Et rñ. ꝙ ſic. Licet enim hæredes qui ſunt iuris ſucceſſores, à teſtõ repellantur: legatariis tñ & fideicommiſſariis, qui non iuris ſed rei ſingularis ſucceſſores ſunt, & alijs perſonis eis cõiunctis teſtimoniũ præſtare in teſtamentis non denegamus: imò etiam quadam conſtitutione noſtra, eis ſpecialiter conceſsimus: & certè multò fortius his qui in poteſtate legatariorum, vel fideicommiſſariorum ſunt, vel qui eos in poteſtate habent, huiuſmodi licentiam donauimus. Et hæc dicuntur vſque ad illũ. §. nihil autem intereſt. Fran. de Are.

o ¶ Legatariis.] diſcrepãt hi iure veteri à fideicõmiſſarijs: vt. j. de fideicõ. hære. §. præterà. Sed hodie non: vt. j. de leg. §. ſed non vſque. quidã. §. hunc intelligunt quando legatum fuit repetitum à ſuccedentibus ab inteſtato, vt tunc non videatur ferre teſtimonium, in teſtõ iure, quia iuris ſucceſſor eſt qui in quota parte hæres inſtitutus eſt. Accur.

p ¶ Non iuris.] ſed rei, & ſine onere: vt. ff. man. l. ſi hæreditatẽ. Additio. Et per hoc patet ſec⁹ eſſe in fideicõmiſsario vniuerſali: quia habetur loco hæredis. §. reſtituta. j. de fideicom. hære. Io. Fab.

q ¶ Constitutione.] Græca. Vel dic de illa q̃ eſt. ff. eo. l. q teſtamento. in prin. q̃ eſt Iuſtiniani per approbationem: vt. C. de vete. iur. enu. l. j. §. ſed ſi. in fi. ver. oĩa enim meritò. prima verior.

r ¶ In potestate.] item tabellioni: vt. ff. eodem. l. Dominus. Ac.

s ¶ Damus.] C. de teſti. l. oĩbus. cõtra. Sol. hîc agit de iuribus teſtamenti, inter hæredẽ & alium agentẽ cõtra teſtamẽtũ: aliâs cõiũctus cõiũcto nõ ſe-

Opinio præfertur veritati

* Catonio vero.

* Liberalitate.

a Niſi de eo ſit facta publica ſcriptura: vel pars cõfiteatur teſtiñ ſic fuiſſe factum: aut teſtes deponant antequã ipſorũ defectus appareat: quia tunc ſcriptura probabit abſque eo quòd teſtes producant. Angel.

† Ridiculũ eſt, ſi quis in lite domeſticis teſtimonijs pugnet. Tullius lib. iiij. rheto. ti. j. Egi. Per.

† Verbũ in poteſtate ñ ſolũ refert ad liberos q ſunt in poteſtate, ſed etiã ad eos, quos redemiſti ab hoſtibus. l. qui teſtamento. in princ. ff. eo. Eg. Per.

b Tu dic ꝙ fili⁹ quãdo nihil ſibi q̃rit: pt ꝓ patre teſtificari ſecũdum Ioã. fab. idẽ ecõtra in eo negotio ex quo nec patri nec filio reſulutat cõmodũ, vel ĩtereſſe. & qd de matre & fratribus vide per Ange. hîc.

c Intellige verũ in his quos dominus antingit ratione domus ſuæ: & in quib⁹ habet aliquod ius: & ſic in cõditionatis in perſona, non in ſimplici colono, item hoc verũ in familiarib⁹ vilibus: & quãdo dominus eos ꝓducit: nec eſt qõ inter eos. aliâs ſecus ſecũdũ Angelum.

d Eſt & alia rõ. ſ. affectio quã habẽt adinuicem ex qua procedit iſte textus etiã hodie in caſibus in q bus patri nihil querit. Monachi tñ in monaſterio pñt eſſe teſtes. c. inſuper extrà de teſti. Idẽ in hominibus vniuerſitatis pro ipſa vniuerſitate, vel caſtro in negotijs ex q bus non reſultat commodum in particulari ſ. d cõmuni tñ Ange.

† Propria cã eſt, cuius emolumẽtũ vel dãnũ ad aliquẽ ſuo nomine pertinet. Eg. p.

† Sic etiam clericus põt ferre teſtimonium in cã ſuæ eccleſiæ: vt in. c. cũ nuncius. extrà de teſtibus, vbi vide gloſſã vnicã de illa materia,

ret teſtimonium.i.vnus legatarius alij. Et ſecundũ hoc falſo hîc ſumitur.ar. ꝙ ſocius in cã ſocii admittitur in teſtimonium. Vel dic hoc ſpeciale,[a] vt cõ iunctus pro coniuncto admittatur, quaſi in re ſua fauore teſtamenti, & vlti mæ voluntatis, quæ debet dominari ſi legitima eſt: vt. C. de leg. l. cùm quæ ſtio. in fi. & erit bonum ar. ſ. dictũ. Sed argumen. contrà eſt. C. de teſti. l. quo niam. in fi. Sed rñdeo[b]: finis illius legis nõ refer tur ad totũ quod erat di ctũ. Diſtingue tñ an lu crũ redeat ad eũ ſociũ, vt tũc nõ admittat: aliàs ſic: vt. ff. qñ ap. ſit. l. j. §. in propria.

a Iſtam ap probat Barto. in. l. qui teſtõ. ff. eo. & idem hîc Ang. & pla. hîc.

b Idẽ Fab. hîc.

ꝗ NIHIL AVTEM. ¶ CASVS. Dñe, iã nobis dixiſtis plures ſolẽnitates, quæ in teſtõ cõdendo debent obſeruari: ſed ꝓ deo dicatis, in quo teſtamẽtum debet ſcribi. Rñ. amice, non re fert vtrũ teſtamẽtũ fiat in tabulis, vel in chartis mẽbraniſue: vel in alia materia: & ẽt vnũ teſtamentum põt in plurib⁹ codicibus ſcribi: & valet cã neceſsitatis: veluti, ſi quis extra patriã ſecum ferre velit, & domi relĩquere ſuorũ iudiciorum cõteſtationem. i. teſtamẽtũ: vel ꝑpter alias innumerabiles cauſas, quę nobis imminẽt. Et hæc dicuntur vſque ad illũ. §. ſed hæc quidẽ. Fran.

a ꝗ IN CHARTIS.] ſic. ſ. de rerũ diui. §. litere. Accur. ADDITIO. Et dic in chartis ẽt raſis: ſec⁹ tñ in alijs inſtrumentis. Ang.

b ꝗ ET VNVM.] ſic ff. eo. l. vnũ.

c ꝗ QVOD.] ſ. vt plu ribus codicibus fiat.

ꝗ Teſtamentum poteſt in qualibet materia ſcribi. Are.

ꝗ Nihil autem intereſt teſtamentũ in tabulis, an in chartis[a], menbranis vè, vel in alia materia fiat.

ꝗ Poteſt idem teſtamẽtũ in pluribus codicibus ſcribi: ꝙ qñq; neceſſariũ eſt: Ang.

ꝗ Sed & vnum[b] teſtamentum, pluribus codicibus conficere quis poteſt ſecundum obtinentem tamen obſeruationem omnibus factis. quod[c] interdum etiam neceſſarium eſt: veluti ſi quis nauigaturus & ſecũ ferre & domi relinquere iudiciorũ ſuorũ cõteſtationem velit: vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſsitatibus imminent[d].

ꝗ Teſtamentum fit etiam ſine ſcriptis, declarata voluntate teſtantis coram ſeptem teſtibus rogatis. Are.

ꝗ Sed hæc quidem de teſtamentis quæ in ſcriptis conficiũtur, ſufficiũt ¶ Si quis autem ſine ſcriptis, voluerit ordinare iure ciuili teſtamentum: ſeptem teſtibus[e] adhibitis[f], & ſua volũtate coram[g] eis nuncupata[h], ſciat hoc perfectiſsimũ teſtamẽtum iure ciuili firmũq; conſtitutum.

TITVLVS XI.

De militari teſtamento.

ꝗ Miles in expeditione poteſt facere teſtamentum iure militari quomodo vult. Aretinus.

d ꝗ IMMINENT.] ſic in aut. de conſan. & vter. fra. §. quia igitur. verſi. ſi igitur. ibi, multæ nãque ſunt hoĩ. collatio. vj. Sed nunquid ex his exẽplis probabitur? Rñ. nõ ſine authentico: vt in aut. vt ſpõ. lar. §. & hoc in ſuper. coll. ix. & ff. de fide inſtru. l. quicunque. & ff. de bo. poſ. ſecũdũ tabu. l. ij. §. ſed & ſi vnum. ſed hîc ambo ſunt principalia. Accur.

ꝗ SED HAEC QVIDEM. ¶ CASVS. Dñe, iã video, q̃ ſit obſeruãda ſolẽnitas in teſtamento in ſcriptis cõdito: nũquid tota prædi. ſolẽ. in teſtamẽto nũcupatiuo obſeruari debet? Et rñ. ꝙ nõ nã hæc q̃ ſupradicta ſunt, de teſtamẽtis in ſcriptis cõficiendis ſufficiũt. Si quis enim voluerit facere teſtamentũ de iure ciuili ſine ſcriptis: hoc ei facere licebit ſi. vij. teſtes ad hoc conuocauerit, & voluntatẽ ſuã eis expreſſerit. & hoc teſtamẽtũ de iure ciuili factũ cõſtituim⁹ fortiſsimũ & firmũ. & hęc dicunt vſq; in fi. ti. Frã. de Ar.

e ꝗ SEPTEM TESTIBVS.] qñq; nullus vocat: vt ſi miles moriat in bello: vt no. C. de teſt. mili. l. milites. qñq; vnus: vt imperator: vt. C. eo. l. oĩm quãdoq; duo[c], vt inter filios: vt. C. e. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. Vel ſi intentorio faciat teſtamentũ miles: vt. ff. de mi. teſta. Lucius. qñq; tres vel quatuor, vel pauciores: vt. C. eod. l. ſi nõ ſpeciali. qñq; quinq;: vt in teſtõ ruſtici: vt. C. eo. l. fi. §. ſinaũt. qñq; ſeptẽ generaliter: vt hîc, &. C. eo. l. hac cunſultiſsima. circa prin. qñq; octo: vt. C. qui teſta. facere poſ. l. hac conſultiſsima. §. quæ in eundẽ. in. gl. Accur.

Teſtium numerus, qui in teſtamentis eſt adhibendus.

c Etiamſi ſint mulieres: & qui aliâs non eſſent idonei: vt ibi no. ꝑ Ang.

f ꝗ ADHIBITIS.] id eſt rogatis, vt interſint, & ſint attenti: vt. ff. eo. l. hęredes. §. pe. & in au t. de teſt. §. & licet. in fi. §. colla. vij. Accur.

g ꝗ CORAM.] ſ. palã nominãdo hæredes: vt. ff. eo. l. hæredes. in princ.

h ꝗ NVNCVPATA.] inde dicitur nuncupatiuũ teſtamentum.

Teſtes debẽt rogari.

ꝗ DE MILITARI TESTAMENTO. ¶ *Eſt autẽ miles, q iurauit à ſignis nõ recedere: ut. ff. ex quibus cauſis maio. l. pe. & ſcriptus eſt in matricula ubi & alij, milites ſcripti ſunt: ut. ff. eo. l. pe. & per totum ti. Sunt & alia neceſſaria vt aliquis ſit miles ut diximus. ff. ex qui. cau. maio. l. penul. & in authẽ. de mã. pr ĩc. §. fi. col. iij. Itẽ miles dicitur à malo quod ſuſtinet pro alijs, uel à mille, quia ex numero mille hoĩm eligitur: vt. ff. eo. l. j. §. miles. Accur.*

Miles vnde dicitur.

Continuatio.

Miles cognoſitur ꝑ ſex ſigna.

o ADDITIO Continua iſtã rubri. ad ꝑce. ſecũdũ Chriſto. Por. ſic. Viſum eſt. ſ. de teſtamẽtis in gñe: nũc ſeqtur videre de teſtamẽtis in ſpecie. Vel aliter: Viſum eſt. ſ. de teſtamẽtis quæ fiũt ſecũdũ cõis iuris diſpoſitionẽ, nũc ſequit videre, de illis quę fiũt iure priuilegiato: vt eſt teſtamẽtũ militare. iõ &c. Aduertẽdũ eſt, ꝙ in milite, ſex ſunt neceſſaria, ad hoc ꝙ habeat priuilegia militib⁹ cõceſſa. Primò, ꝙ enſe cingat. ff. de mili. teſ. l. pe. Secũdò ꝙ in numero aliorũ ponat, & in matricula ſcribat. ff. de mili. teſt. l. ex eo tpe. Tertiò ꝙ pſtet ſacramẽtũ, ꝙ mortẽ nõ euitabit ꝑ republica, neq; à ſignis recedet. ff. ex qui. cau. maio. l. penul. & de ijs qui notã. infa. l. ij. §. miles. Quartò, ꝙ ſtigma. i. nota publica brachijs ſuis inſcribatur. C. de fabri. l. iij. li. xj. Quintò, ꝙ examinet. C. q mili. nõ poſ. l. j. li. xij. Sexto, ꝙ nõ ſit negotiator: C. nego. ne mili. l. j. lib. xij. vñ verſus: Enſis, matricula, necnõ iuratio, ſtigma, Ac examẽ, erũt iſthæc in milite ſigna. Vilia nec debet tractare negotia miles.

Verſus.

Vpradicta diligẽs obſeruatio[i] in ordinãdis teſtamentis, militibus propter nimiam imperitiam[k] eorum conſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. ¶ Nam quamuis ij, neq; legitimum numerum teſtiũ adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem[l] obſeruauerint: ritè nihilominus teſtantur: videlicet cũ in expeditionibus occupati ſunt. quod meritò noſtra conſtitutio introduxit[m]. ¶ Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta ſiue non ſcripta, valet teſtamentum ex voluntate eius,

ꝗ Miles teſtando extra expeditionẽ debet teſtari ſecũdũ ius cõe. & licet filiusfamilias ſit teſtari tamẽ poteſt. Aretinus.

ꝗ Illis autem[n] tẽporibus, per quæ citra expeditionũ neceſsitatẽ, in alijs locis, vel in ſuis ædibus degunt: minimè ad vendicandum tale priuilegiũ adiuuantur[o]. ¶ Sed teſtari quidẽ, etſi[p] filij familias ſint, propter militiam conceduntur: iure[q] tamẽ cõi eadẽ obſeruatione, & in eorum teſta

SVPRADICTA. ¶ Tot⁹ iſte titu. diuidit principaliter in duas partes. Primò ponit de militibus teſtãtib⁹, in tẽtorio eorũ vel in peculio caſtranſi. Secũdò, de teſtamento in quaſi caſtrenſi. Secunda ibi, Sciẽdũ. Itẽ prima ſubdiuit. Nã primò ponit continuationẽ, per modũ remotionis ſiue exceptionis, cũ poſitiõe noui ſtatuti. Secundò, qualiter priuilegium conceſſum militibus, ꝙ pñt teſtari quomodo volunt, intelligatur. Tertiò, quòd etiã miles mutus, & generaliter defectiuus poteſt teſtari. Quartò, qualiter poſt miſsionem teſtatur. Quintò, ꝙ mutatio ſtatus ipſius militis dũmõ interueniat noua volũtas, ñ vitiat teſtamẽtũ factũ. Secũda ibi, Planè. Tertia ibi, quinimo. Quarta ibi, ſed hactenus Quinta ibi, ſed & ſi quis.

Diuiſio.

¶ CASVS. acceſſi ad Iuſtinianum & ita propoſui coram eo Domine iã video ꝙ vultis tractare de mili. teſta. ꝓ deo dicatis mihi, q̃ ratio mouet vos ad tractãdum ſeparatim de militari teſtamento. nũquid illa quæ ſunt â vobis tradita, in omni teſtamẽto poſſunt ſufficere? Ad hoc rñ. Amice: quoniam ſupradicta diligens obſeruatio, quam de ordinandis priuatorum teſtamentis ſuprà expoſuimus, authoritate principalium cõſtitutionum militibus propter eorum imperitiam remiſſa eſt: ideo hîc ſpecialiter de priuilegiatis militum teſtamentis tractare intendimus. Quãuis enim milites, neque legitimum numerum teſtium, in ſuis teſtamentis adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolẽnitatem obſeruauerint: nihilominus rectè teſtantur. & hoc verum eſt, qñ in expeditione militari occupati ſunt. nã vt ita demũ gaudeant priuilegio militari, cum in expeditione armorum fuerint occupati, non immeritò noſtra introducta eſt conſtitutio. Quocunq; enim modo voluntas ſuprema militis in expeditione occupati ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis inueniatur: valet eius teſtamẽtũ ex volũtate eius. Secus tñ eſt, qñ nõ eſt in neceſsitate militaris expeditionis. In illis enim tẽporibus, quibus milites in alienis vel ſuis ædibus degunt: ad vendicãdũ ſibi tale priuilegiũ, nequaquã poterũt adiuuari. Et hęc dñr vſq; ad illũ. §. Sed teſtari. Sed pone, dicit Iuſ. ꝙ quãquã priuilegiũ militib⁹ cõceſſum circa ſolẽnitatẽ teſtĩ, poſt miſsionẽ, ab expeditione militari finiat, aliud tñ priuilegiũ cõcedit eis, circa ſubſtantiã teſtamenti duntaxat: nã teſtari pñt milites, extra caſtra militaris expeditionis exiſtentes, quãuis filijfa. ſint iure tñ cõi in hoc caſu qñ morantur extra caſtra, eadẽ obſeruatio in eorum teſtamẽtis adhibenda eſt: quã. ſ. in teſtõ paganorum expoſuimus. Et hęc dicũtur vſque ad illũ. §. planè. Frã.

i ꝗ OBSERVATIO.] quæ cõſiſtit in quatuor, vbi eſt in ſcriptis teſtamẽtũ cõditũ: vel in ſola nũcupatiõe hæredis, corã ſeptẽ teſtib⁹: vt. ſ. tit. j. §. ſed cũ paulatim. & §. fi. & ff. de hære. inſti. l. j. §. qui neq;.

k ꝗ IMPERITIAM.] C. de iu. deli. l. fi. §. j. & C. de iu, & fa. ign. l. j.

l ꝗ SOLENNITATEM.] ſ. circa ſigilla & ſubſcriptiones.

m ꝗ INTRODVXIT.] ſed tunc demũ cũ in militia ſunt, habẽt priuilegiũ vt. C. eo. l. penul. & hîc ſubiicit.

n ꝗ AVTEM.] pro ſed.

o ꝗ ADIVVANTVR.] Et no. ꝙ ceſſante cã ceſſat & effectus. & põt hic ſumi ar. ꝙ ceſſante clerico ab eccleſia[d], ceſſat ꝑbenda. ſic. C. de epi. & cle. l. generaliter. ij. in glo. fi. Sed ar. cõtra. ff. de poſtu. l. j. §. ſecũdo loco. ver. ſexũ. qa Calphurnia dedit cãm edicto. vñ ceſſante cã ceſſare debet edictũ. quod nõ eſt verũ. Sed hoc vltimũ gñale de cã impulſiua dicit primum de finali, ſine qua res eſſe nõ põt †. ADDITIO. In dubiũ autẽ præſumitur eẽ impulſiua: vt per gl. ſing. in. l. ii. §. fi. ff. de dona. Ang.

d Scilicet contumaciter: vt quia citatus à ſuperiore minimè intra tẽpus cõuenies veniat: ſecũdũ doc. hîc.

† Dic quòd ceſſante cã fi. nõ impulſiua, ceſſat effectus: ſecundũ por. Eg. Per.

p ꝗ ET SI FILIIFAMI.] licet hi aliâs prohibeãtur, vt. ĩ. ti. j. in prin. & ff. de dona. cauſa mortis. l. tã is. §. j.

q ꝗ IVRE Tñ cõi.] ſ. quãtũ ad ſolẽnitatẽ, nõ quo ad hoc vt det querela

cõtra

contra eius teſtamentum:ſicut in alio veterano qui ſui iuris eſt:vt.C.de inoffi.teſta.l.fi.§.in his.&.ff.de inoffic.teſta.l.Papinianus. §.ſi quis in militia. Item hoc eſt verum,quando eſt domum reuerſus:ſicut.ſ̃.proxi. dixit. aliâs ſicut milites alius vtitur ſpeciali iure,ſic iſte.ar.ff.eo.l.ex militari.§.j.&.l.teſtamenta eorum.§.fi. *ADDITIO.* Hodie tamen ſecundũ cõmunẽ opi.in filiofami.milite ꝑ præteritionẽ factã ſine cauſa annullatur eius teſtamẽtum, quãtũ ad inſtitutionẽ.authẽ.ex cauſa.C.de libe.præ. Si verò cum cauſa, habetur pro exhæredato, & ſubiacet querelę:vt per Ang.hîc.

mentis adhibẽda,quam in teſtamentis paganorũ[a] proximè expoſuimus.

¶ Licet remittatur ſolennitas in re agenda:nõ tamẽ remittitur congrua probatio rei geſtæ. Et licet lex priuilegiet aliquod factũ:intelligitur tamen inquantũm de facto legitimè appareat & conſtet. Are.

¶ Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Statilio † Seuero ita reſcripſit[b]. ¶ Id priuilegium quod militantibus datum eſt, vt quoquo modo facta ab his teſtamenta, rata ſint: ſic intelligi debet, vt vtique prius conſtare debeat teſtamentum factum eſſe:quod & ſine ſcriptura à non militantibus quoque fieri poteſt. ¶ Is ergo miles,de cuius bonis apud te quæritur, ſi conuocatis ad hoc hominibus[c], vt volũtatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet quem vellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribueret: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus:& voluntas eius rata habenda eſt. ¶ Cæterùm, ſi (vt plerunque ſermonibus[d] fieri ſolet) dixit alicui, Ego te hæredem facio, vel Bona mea tibi relinquo:non oportet hoc pro teſtamento ſeruari. ¶ Nec[e] vllorũ magis intereſt, quàm ipſorum quibus id priuilegium datum eſt, huiuſmodi exemplum non admitti: alioqui non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent qui affirmarent ſe audiſſe † dicentem aliquem ſe relinquere bona ſua,cui viſum ſit: & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

Dic paganorũ.i.togatorũ, à quibus differũt milites. Plinius.

Milites à plebe annulli diſtinxere ſicut tunica ab annullis ſenatũ. Egi.Perri. Catilio.

a ¶ PAGANORVM †] â pago,quod eſt villa, dicitur.quaſi dicat nõ militum.

¶ PLANE. ¶ *CASVS.* Domine, iam video ꝙ teſtamentũ de militibus mirabiliter eſt priuilegiatũ. licet enim iuris ſolennitatem non ſeruauerit miles: tamen teſtamẽtũ eius in caſtris cõditum valet. Pone igitur quòd aliquis dicat aliquem militem in expeditione militari occupatũ,ipſum in ſuo teſtamẽto hæredem inſtituiſſe: hoc tamẽ neque per miniſtrum, neq; per teſtes ad hoc conuocatos probare poterat. nũquid credetur eius aſſertioni: ita vt ad hæreditatẽ militis valeat admitti? Et reſpondet quòd nõ. De militaribus enim teſtamẽtis diuus Traianus Statilio Seuero in conſimili caſu quærẽti reſcripſit ſic: O Statili Seuere, illud priuilegiũ quod militaribus teſtamentis datũ eſt, vt videlicet ea teſtamenta quocunque modo facta, rata ſint: ſic debet intelligi, vt omnino prius cõſtet eos teſtamentum feciſſe: quod etiam ſine ſcriptura non ſolùm à militantibus,ſed etiam à non militantibus fieri poteſt. Vnde ſi is miles, de cuius bonis quæſtio apud te ventilatur, ad hoc conuocauit ſaltem duos homines, vt cauſa teſtandi coram eis voluntatem ſuam exprimeret: & ita coram eis locutus eſt, vt declararet in præſentia eorum, quem vellet ſibi hæredem eſſe, & cui vellet libertatem tribuere: poteſt videri etiam ſine ſcripto hoc modo rectè feciſſe teſtamentum: & voluntas eius ſuprema omnibus modis rata habenda eſt. Cæterùm ſi cauſa ludendi, vel demonſtrandi alicui iocosè dixerit, Ego te hæredem facio: vel Bona mea tibi relinquo:ſicuti plerumque ſermonibus iocoſis fieri ſolet:non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vllorum magis intereſt,quàm ipſorum militum, quibus huiuſmodi priuilegium datum eſt huiuſmodi exemplum pro teſtamentis non admitti:alioqui ſi tale teſtamentum admitteretur, non difficulter poſt mortem alicuius militis exiſterent teſtes qui dicerent ſe audiuiſſe militem relinquere bona ſua alicui: prout eis videretur expedire: & ita vera militum iudicia frequenter ſubuerterentur. Et hæc vſque ad illum.§.quinimò. in quo reuertitur ad ſecundum caſum, determinando plenius de priui.mili.quod circa ſubſtantiam teſtamenti conceditur militibus:videlicet vt quamuis ſint filijfamilias teſtari poſsint. ſic & hîc vt miles ſurdus & mutus teſtamentum facere poſsit. Et hæc vſque ad illum.§.ſed hactenus.Fran.

† Hîc tex. eſt ſing. ad hoc quòd teſtes qui ſũt pñtes in teſtamẽto debent audire vocẽ teſtãtis: & quod plus eſt:etiã videre eius faciem: nec ſufficit cortina in medio:licet gl. in.l.ij.§.idẽ labeo. ff.de aqua plu.ar. teneat cõtrariũ: ſed reꝓbatur per. l. ſi vnus. C. de teſtam̃. Egi.Per.

b ¶ RESCRIPSIT.] vt.ff.eo.l.diuus.& iſte.§.eſt ibi lex ſub eadem verborum forma,& incipit, Diuus Traianus.

c ¶ HOMINIBVS.] ſaltem duobus: vt.ff.eod.l.lucius.&.ff.de teſti.l.vbi. & hoc eſt quando in tentorio. ſi autem[a] in conflictu belli,nullo etiam teſte vocato:vt.C.eo.l.milites[b]. ſi autem eſt domi,iure communi:vt.ſ̃.eo.§.illis.

d ¶ SERMONIBVS.] fortè cauſa demonſtrandi: vt magiſter diſcipulo.vel ludi cauſa:vt.ff.de act.& obli.l.obligationum ſubſtantia.§.fi. vel affectionis:vt.ff.de iu.cod.l.literæ. *ADDITIO.* Tu dic quòd nulla verba operantur teſtamentum, niſi appareat quòd voluerit teſtari, & ad hoc ſe diſpoſuerit:ſecus in contractibus,vbi in dubio verba præſumuntur obligatoria:niſi aliud ex coniecturis appareat. An verbum,relinquo,importet inſtitutionem legatum,vel fideicommiſſum: vide Io.fab.hîc.

e ¶ NEC VLLORVM] ſic.j.ad le.falci.circa prin.ibi, idque ipſorum.ſic.C. de reſcin.vendi.l.ratas.

a Idem pla. Fa. & Ang.

b Debet tamen aliquo mõ de volũtate cõſtare vel ꝑ duos teſtes: vel ꝑ cõparatione literarũ:

¶ Miles licet ſit mutus,vel ſurdus, tamen teſtatur.

¶ Quinimò[f] & mutus[g], & ſurdus miles teſtamentum facere poteſt.

¶ Miles poſt miſsionem, vel extra caſtra exiſtens,debet iure cõmuni facere teſtamentum. Sed ſi fecerit teſtamentum in caſtris iure militari:durat etiam poſt miſsionem,ſi moritur intra annũ:licet pòſt extiterit conditio inſtitutionis. Aretinus.

¶ Sed hactenus[h] hoc illis[i] à principalibus cõſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. ¶ Poſt miſsionẽ[k] verò veterani, vel extra caſtra, alij ſi faciant adhuc militantes teſtamentum: communi omnium ciuiũ Romanorum iure id facere debent. ¶ Et quod in caſtris fecerint teſtamẽtum,nõ communi iure,ſed quomodo voluerint:poſt miſſionem intra annum tãtùm valebit. ¶ Quid ergo ſi intra annũ quis deceſſerit: conditio autem hæredi adſcripta, poſt annũ extiterit? an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet valere quaſi[l] militis.

¶ Teſtamentũ factũ ante militiã ſine ſolẽnitate,valet:ſi poſt militiam apparet de militis volũtate. Et idẽ ſi miles poſt teſtamẽtum fuerit capite minutus. Aretinus.

¶ Sed & ſi quis ante militiam non iure fecit teſtamentum,& miles factus,

f ¶ QVINIMO.] habet priuilegium circa ſolennitatem: quinimò & circa ſubſtantiam teſtamenti: vt qui aliâs teſtari non poſſet,hîc tamen poſsit: vt ff.eo.l.iiij.

g ¶ MVTVS.] ſiue natura,ſiue caſu:vt ſit priuilegium aliquod: vt.C. qui teſt.face.poſ.l.diſcretis.& hoc iure militari:vt.ff.eo.l.iure militari. Accur. *ADDITIO.* Dũ modo appareat ipſum ſic voluiſſe teſtari per ſigna ſua, quæ per notos poterunt interpretari.

vel aliàs. & facit vt remiſſa penitus omni ſolẽnitate nõ de naturali, ſed ciuili tãtũ intelligatur. Ang.

c Idẽ Fab.

¶ SED HACTENVS. ¶ *CASVS.* Domine, dicatis ergo mi quamdiu durat priuilegium militare circa ſolen.teſta? Ad hoc reſpõ. Amice, hoc priuilegium circa ſolen. teſta. tandiu ex principalibus conſtitutionibus militib9 indulgetur, quamdiu militant, & in caſtris degũt. Poſt miſsionem verò à caſtris,ſiue veterani, ſiue adhuc militantes extra caſtra fecerint teſta. id communi iure omnium ciui. Rom. facere debent. Veruntamen illud teſt. quod in caſtris factum eſt:intra annum tantũ valet. Pone igitur. quòd aliquis miles in caſtris fecerit teſt.iure militari: & hæredẽ ſub cõditione inſtituit:& poſteà iſte miles iam deceſſit: ſi conditio ſub qua erat hæres inſtitutus,diu poſt annum, vel fortè poſt biennium extiterit: nunquid valebit illud teſtamentum militis? Et reſpon. ꝙ ſic. Nã ſi placet hoc teſtamentum quaſi militis valere. conditio enim retrotrahitur: & perinde habetur ac ſi hęres purè inſtitut9 ſtatim poſt mortẽ militis adiiſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſed & ſiquis ante militiam.Fran.

h ¶ SED HACTENVS.] Quidam dicunt hic nõ eſſe.§.& aſſerunt ꝙ omne priuilegiũ quod habet miles,perdit cùm redit de militia. Sed nos dicimus.§.hîc eſſe:& diſtinguimus[d] inter priuilegium quod habet vt teſtetur, qui aliâs teſtari non poteſt,vt filiuſfamilias,& mutus vt illud duret poſt reuerſionem:vt.ſ̃.proxi.§.&.§.ſed teſtari.&.ff.e.l.titius.in prin. Alia verò priuilegia quæ habet in teſtando,finiantur[e]:vt hîc,&.ſ̃.e.§.illis autem.

i ¶ ILLIS.] ſcilicet militibus: vt reliqua priuilegia,ſcilicet de numero teſtium,habeant in teſtando.& ſic non refertur ad proximum.§. Accur.

k ¶ POST MISSIONEM.] honeſtam ſcilicet, finito tempore militiæ, vel cauſariam ſi ante tempus ex neceſsitate receſsit[f]. ſi autem ignominioſa eſt miſsio:deſinit ſtatim valere:vt.ff.e.l.teſtamenta eorum.&.C. eo.l. ex teſtamento †. Sed ſi miles de capitali crimine damnatus fuerit: ſi quidem de communi,vt homicidio,& ſimili non poterit ammodo teſtari. ff. de vet. ſuc.l.j.in fi. Si autem militari, vt quia alienauit arma, vel ſimilia quæ numerantur.ff.de re mili.l.ij.&.iij.(& idem etiam de fide rupta) non poteſt teſtari:vt.ff.e.l.ex militari. aliâs poterit in caſtrenſibus tantùm, ſi ei hoc in ſententia permiſſum fuerit: aliàs non:vt.ff.de iniuſt.rup.teſt.l. ſi quis filio.§.irritum fit.ver.ſed & ſiquis capite. & de leg.iij.in.l.ſi quis.in prin.§.miles. *ADDITIO.* Ergo â contrario ſenſu in pagano erit ſecus: imò teſtamentum antea factum ab eo,poſteà ex capitali ſententia moriente non valet,niſi pendente appellatione,vel ſupplicatione pro gratia conſequenda moreretur. de hoc vide Ange.hîc.

l ¶ VALERE.] quia conditio retrotrahitur:vt.ff.de peri.& commo.rei vẽ. l.neceſſario.§.quod ſi pendente.& qui potiores in pig.ha.l.vlti.& facit. ff.e. l.quod dicitur.&.l.quod conſtitutum. Accur.

¶ SED ET SI QVIS ¶ *CASVS.* Acceſsi ad Iuſtinia.& ita propoſui coram eo: Domine, quidam ante militiam fecit teſta.iuris ſolen.non adhibita: quia fortè non adhibuit niſi tres teſtes. ita teſta. non valuit propter defectum ſolennitatis. poſteà idem miles factus,& in expeditione militari occupatus illud teſta.reſignauit, ideſt aperuit:& quædam adiecit ſiue detraxit: vel alio modo manifeſtauit ſe velle valere hoc teſt. iure militari. modò quæro vtrum hoc teſtamen.quod ab initio non valuit: ex voluntate militis conualeſcere poſsit? Reſpon.quòd ſic. nam in hoc caſu teſt. valere dicendum eſt,quaſi ex noua militis voluntate. Sed pone. Quidam miles fecit teſtamentum,& poſteà dedit ſe in arrogationem: & ita poſt teſt. paſ-

d Idẽ Pla. hîc.

e Iſta eſt vera etiã ſi ſit ſurdus & mutu9 à natura: vt poſſit teſtari:intelligẽdo tamẽ vt ꝑ An. ſ̃.§.proxi. quãuis Io. fa.teneat cõtrarium.

f Et dicit Angelus ꝙ ſcholaris abſẽs à ſtudio per quĩquẽnium perdit priuilegiũ.

† Idem in ſcholari,qui ſi eſt in patria poſt gradũ doctorat9, vel miſſus ob morbũ gaudet intra annũ priuilegio ſcholaſtico. ſecus ſi eſt bennitus:ſecundũ Por. Eg p.

f

ſus eſt capi.dimi.vel quidam filiusſamil.in caſtren. pecu.condidit teſta. & poſteà â patre emancipatus eſt:& ita capite di.eſt:nūquid in his caſibus per capi.di.irritatur teſta? Reſpō.quòd non:imò in vtroque caſu valet teſt.quaſi ex noua militis voluntate:& non videtur capi.di.irritum fieri:quia ſicut de nouo ca.di.iure ciuili etiam primum teſta.facere poteſt:ita vetus teſt.cauſa. dimi.non euaneſcit.Hęc dicuntur vſq; ad illum. §.ſciendū eſt tamē. Frā.

¶Iſte titulus eſt facilis in caſus poſitione:ideo vide per teipſum.

l ¶Non tamen.]videbatur quemlibet ſeruantem ſupradicta poſſe teſtari:ſed contrariū eſt in tredecim caſibus,qui in titulo iſto pro parte dicūtur[b]. Et hoc eſt quod dicit,non tamen &c.& nota.j.eo.§.fina.Accurſius.

m ¶Statim.]ideſt in primis.vel ſtatim,ideſt eo ipſo.

& in expeditione degens reſignauit[a] illud,& quædā adiecit[b],ſiue detraxit, vel aliâs manifeſta eſt militis volūtas hoc valere volentis: dicēdū eſt valere hoc teſtamentum, quaſi ex noua[c] militis voluntate. ¶Denique & ſi in arrogationem datus fuerit miles,vel filiusfamilias emancipatus eſt:teſtamētum eius,quaſi militis ex noua voluntate valet: nec videtur[d] capitis diminutione irritum fieri.

¶Filiusfamilias in quaſi caſtrēſi poteſt facere teſtamentum ſecundū ius cōe. Areti.

¶Sciendum tamē eſt quòd ad exemplum caſtrenſis peculij, tam anteriores leges[e],quàm principales conſtitutiones[f] quibuſdam[g], quaſi caſtrenſia dederunt peculia: & horum quibuſdam permiſſum erat, etiam in poteſtate degentibus,teſtari. ¶Quod noſtra conſtitutio[h] latius extēdens,permiſit omnibus,in his[i] tantummodo peculijs,teſtari quidem,ſed iure cōi[k]. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto,licētia eſt nihil eorū quæ ad præfatum ius pertinent,ignorare.

TITVLVS XII.

Quibus nō eſt permiſſum facere teſtamentum.

¶Qui alieno iuri ſubiectus eſt,nō poteſt facere teſtamentum, etiam patre conſentiente, niſi de caſtrenſi peculio vel quaſi: de quo teſtari poteſt, ſiue ſit miles, ſiue veteranus,etiam patre inuito. Aretinus.

Non[l] tamē omnibus licet facere teſtamentum. Statim[m] enim ij,qui alieno iuri ſubiectiſunt[†],tamē ti faciendi ius non habēt:adeò quidē, vt quamuis parētes eis permiſerint[n], nihilo magis[o] iure teſtari poſsint. ¶Exceptis ijs[p] quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus qui in poteſtate parentum ſunt, quibus de eo quod in caſtris acquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus[q] principum teſtamentum facere. ¶Quod quidem ius[r] ab initio tātùm militantibus datum eſt tam ex authoritate diui Auguſti[s], quàm Neruæ, necnon optimi Imperatoris Traiani: poſteà verò ſubſcriptione[t] diui Hadriani, etiam dimiſsis à militia,id eſt veteranis[v] conceſſum eſt. ¶Itaque ſi quidē fecerint de caſtrenſi peculio teſtamētum, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem reliquerint. ¶Si verò inteſtati deceſſerint nullis[x] liberis,vel fratribus ſuperſtitibus, ad parentes eorū iure[y] communi pertinebit. ¶Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris acquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt,neque ipſum patrem adimere poſſe,neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune[z] eſſe:ſed ſcilicet proprium eius eſſe qui id in caſtris acquiſierit: quamquàm iure[a] ciuili,omnium qui in poteſtate parentum ſunt peculia,[b] perinde in bonis parentum computentur, ac ſi ſeruorum peculia in bonis dominorum numerentur:exceptis videlicet ijs quæ ex ſacris conſtitutionibus,& præcipuè noſtris[c],propter diuerſas cauſas nō acquirūtur[d]. ¶Præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe habent: ſi quis alius filiusfamilias teſtamentum fecerit,inutile[e] eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit[f].

¶Impubes non poteſt facere teſtamentum,nec etiam furioſus:nec factū conualeſcit,licet efficiatur pubes,vel ſanæ mentis.Aretinus.

¶Præterea † teſtamentum facere non poſſunt impuberes[g]: quia

a ¶Resignavit.]id eſt ſigilla aperuit & remouit:contrarium ſcilicet ſuo ſimplici.

b ¶Adiecit.]vt.ff. de iure co.l.conficiuntur.§. ſi miles.

c ¶Ex nova.]No. qđ ab initio nō valuit:ex poſtfacto tñ conualeſcit.

d ¶Nec videtvr.] quod reſignauit poſteà. Vel dic,ſicut nunc de nouo facere poteſt : ſic vetus non reſcinditur. & ſecundum hoc dic noua voluntate:ſcilicet tacita. Aliud in pagano:vt.j.qb. mo.teſt.infir.§.alio.

¶Sciendvm tamen est ¶ Casvs. Domine,iā video qualiter milites priuilegiati ſunt circa factionem teſta.& qualiter intelligendum ſit priuilegium datū militibus,& inquantū durat:vnde videtur mihi,quòd decætero poſſetis quieſcere. Ad hoc reſpond. Amice, adhuc nō eſt locus quieti: imò certè in hoc loco ſciendū eſt,quòd ad exēplum caſtrenſis peculij, tā anteriores leges,quàm principales conſtitutiones quibuſdam perſonis, in dignitate cōſtitutis in quaſi caſtrenſi peculio ſpecialiter conceſſerunt teſtari:quod quidē noſtra cōſtitutio latius extēdēs, generaliter omnibus, quaſi caſtrenſe pecu.habētibus in hoc permiſit teſtari : iure tamen communi obſeruato. cuius tenore perſpecto,licitum eſt nihil eorum quę ad præfatum ius pertinēt ignorare. Et hæc dicuntur vſque ad finē tituli. Fran.

e ¶Leges.] ſcilicet digeſtorū:vt.ff.de colla.bon. l.j.§.nec caſtrenſe.

f ¶Constitvtiones.] vt.C.de aſſeſ.l.velut.&.C.de aduoca. diuer.iudi. l.fori.& aliæ plures. Accur.

g ¶Qvibvsdam.] vt conſulibus,& præfectis legionū, & præſidibus prouinciarium,qui ſunt filiifamil.vt.C.de inoffi.teſta.l.fina.

h ¶Constitvtio.] C.de inoffi.teſta.l.fina.Accur.

i ¶In his.] ſ.caſtrēſi & quaſi.nam in aduētitio non poteſt,licet habeat proprietatem:vt.C.de bonis quæ lib.l.fi.§.filijs autem familias.in glo.j.Accur.

k ¶Ivre commvni.] niſi ſit miles in caſtris:vt.ſ.e.ī prin.Itē tale teſtamētū nō expugnatur ꝑ querelā inofficioſi teſtamēti[a] : vt.C.de inoffi. teſt.l.fi.

¶Qvibvs non est permissvm facere testamentvm. ¶ *Dictū eſt ſuprà,qualiter teſtamenta fiant: ſequitur uidere de perſonis quæ teſtari poſſunt,& quæ non:quāuis fuerit ordo præpoſterus: qa ſi quæramus an ualeat teſtamētū,prius uidēdū eſt, an pſona teſtantis potuerit teſtari.l.ſi quæramus.ff.de teſta.Angelus Aretinus.*

Non tamen.]¶ Iſte titulus diuiditur in ſeptem partes:quia enumerantur ſeptē gradus perſonarum.Et primò ponit de filiofamilis.Secundo,de impubere.Tertio,de furioſo.Quartò de prodigo.Quintò ponit de ſurdo,& muto.Sextò, de cæco.Septimò,de capto ab hoſtibus.Secūda ibi,Præterea.Tertia ibi,Item furioſi.Quarta ibi,Item prodigus.Quinta ibi,Item ſurdus & mutus.Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi,Eius qui.

n ¶Permiserint.] ſed cauſa mortis filius donare poteſt patre conſentiente:vt.ff.de dona.cauſa mor.l.tā is.in fi. Et ratio diuerſitatis eſt : quia teſtamētū ex libero,non alieno arbitrio debet ꝓcedere:vt.ff.de hære. inſti.l.illa inſtitutio.Accur. Additio. Quamuis enim donatio cauſa mortis ſit vltima voluntas : tamen magis accedit cōtractui:vt no. ſ.de dona.in prin.

o ¶Nihilo magis.] ideſt non ideo magis. habet enim in ſe negatiuā: ſicut nihilominus affirmatiuam. Acc. Additio Aduerte:licet textus dicat filios nō poſſe teſtari: hoc tñ fallit, qñ teſtantur ad pias cauſas:quia tūc poſſunt. c.licet.de ſepul.lib.vj.

p ¶Iis.] ſcilicet caſtrēſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habentibus : vt.ſ.ti. proxi.§.fi.

q ¶Constitvtionibvs.] extrauagātibus.

r ¶Qvod qvidem ivs.] ſcilicet poſſe teſtari in caſtrenſibus.

s ¶Avgvsti qvam Nervae &c.] quorū dicta non habemus. Accurſius.

t ¶Svbscriptione.] cuius verba nō habemus.

v ¶Veteranis.] ſcilicet filijsfamilias: de quibus hîc loquitur.

x ¶Nvllis liberis.] vel fratribus ſuperſtitibus:nā liberi defuncti militis,et fratres patrē excludebant: vt.C.com. de ſuc.l.fi. Hodie ſoli liberi militis : vt in aut. de hære.ab inteſtato veniētibus. circa prin. ibi,ſi qs igitur. coll. ix. Additio. Quibus nō extantibus ſuccedit pater vnâ cū fratribus : vt not. eo.titu.§.ſi igitur defunctus deſcendentes. verſi. ſi verò cùm.dummodo deferatur tanquam hæreditas:vt.j.proxi.

y ¶Ivre commvni.] non hæreditario : ſed tanquam occupanti peculium profectitium,vel aduentitium : vt.ff.de caſtren. pec.l.ij. hodie videtur etiam iure hæreditario:vt in aut.de hære.ab inteſt.ve.§.ſi igitur defunctus decedentes.col.ix.Ac.

z ¶Commvne.] ſic.ſ.per quas perſo.no.acquir.§.j.

a ¶Ivre civili.] ſcilicet antiquo.ſic.ſ.per quas perſo.no.acquir.§.j.

b ¶Pecvlia.] ſcilicet aduentitia & profectitia. nam caſtrenſia, vel quaſi etiam iure veteri non acquirebantur patri : vt.ff.de col.bo.l.j.§.nec caſtrēſe.

c ¶Nostris.] & alienæ & noſtræ ſunt:vt.C.de bo.mater.&.C.de bo. quæ libe.per totum.

d ¶Non acqvirvntvr.] ſcilicet nobis patribus.

e ¶Invtile est.] quia quod ab initio non valet, ex tractu temporis nō conualeſcit : ar.j.tit.j.circa prin.ibi, alioqui[c]. Argu.contra.C.de nupt.l. & ſi contrà.Sol.ibi non valuit matrimonium ex primo,ſed ex nouo poſt matrimonium conſenſu.

f ¶Decesserit.] non idem de ſeruo teſtante,ſi fideicommiſſum ſit relictum:quia valet ſi durat voluntas:vt.ff.de leg.iij.l.j.§.j.

g ¶Impvberes.] ſed ex quo tetigerunt de vltimo die.xiiij.vel.xij. anni:ſatis eſt fauore teſtamenti:vt.ff.e.de teſt.& qui teſ.fa poſ.l. qua ætate. Idem in vſucapione:vt.ff.de vſuſc.l.in vſuſcapionibus.Secus in præſcriptionib⁹ odioſis:vt.ff.de act.& oblig.l.in omnibus tēporalibus.Itē ſecus vbi eſt fauor eius

qui vult

b Iſta glo. eſt approata ꝑ An.hîc.

Filiuſfamilias licet teſtari nō poſſit, & bene tamē poteſt donare cauſa mortis.

Nihilomagis,& nihilo minus differunt.

† Tamē veſtales olim vt primū erant captæ, ius faciendi teſtamentū adipiſcebāt, licet prius eſſent in ptāte parentū: ſecundū Feneſtel. de veſtalibus. E. Perri.

a Iſtud hodie eſt falſū ſecūdū An.

Continuatio.

Diuiſio.

† Facit ad iſtum.§ qđ dicitur in.c. ſicut tenor. iuncta glo. ſuper ver. mētē. extrà de regula.

Tēporis tractus non cōualidat inualidum.

c Et hoc verū indiſtinctè ſi defectus ſit in pſona hæredis. idē ſi in perſona teſtātis: vt qa ſit inteſtabilis: ſecus ſi

nullum eorum animi iudicium [a] eſt. ¶ Item furioſi [b]: quia mente carent. ¶ Nec ad rem pertinet, ſi impubes, poſteà pubes:aut furioſus, poſteà cõpos mẽtis factus fuerit, & deceſſerit. ¶ Furioſi [c] aũt ſi per id tẽpus fecerint teſtamentum, quo furor eorũ intermiſſus eſt:iure teſtati [d] eſſe videntur: certè eo,quod ante furorem fecerint, teſtamento valente. Nam neque teſtamẽtum ritè factum, neque vllum aliud negotium [e] rectè geſtũ poſteà furor interueniens perimit.

¶ Non valet teſtamentum prodigi factũ poſt interdictum : ſed prius factum ſic. Aretinus.

¶ Item prodigus [f] cui bonorum ſuorum adminiſtratio [g] interdicta eſt, teſtamẽtum facere nõ poteſt. ¶ Sed id quod antè fecerit, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat,ratum [h] eſt.

¶ Mutus & ſurdus poſſunt certis caſibus condere teſtamentum : ſed non ſemper.h.d. primò. Et vitium ſuperueniens poſt teſtamentum perfectum nõ nocet. Aretinus.

¶ Itẽ ſurdus, & mutus nõ ſemper [i] teſtamentum facere poſſunt. ¶ Vtique autem de eo [k] ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit : nõ qui tardè exaudit. ¶ Nam & mutus is intelligitur qui eloqui nihil poteſt : nõ qui tardè loquitur. ¶ Sepè enim etiam literati,& eruditi [l] homines varijs caſibus,& audiendi, & loquendi facultatem amittunt [m]. ¶ Vnde noſtra cõſtitutio [n] etiam his ſubuenit,vt certis [o] caſibus, & modis ſecundum normam eius poſsint teſtari, aliaq; facere, quæ eis permiſſa ſunt. ¶ Sed ſiquis [p] poſt teſtamentũ factum aduerſa valetudine,aut alio quolibet caſu mutus, aut ſurdus eſſe cœperit:ratum nihilominus manet eius teſtamentum.

¶ Cæcus cum ſolennitate communi non poteſt facere teſtamentum : ſed ſeruando quandam ſolennitatem ſpecialiter ad hoc aſsignatam. Aretinus.

¶ Cæcus [q] autem non poteſt facere teſtamãtum,niſi per obſeruationẽ [r], quam lex diui Iuſtini patris [s] noſtri introduxit.

¶ Captus apud hoſtes,teſtamentum facere non poteſt:ſed prius factum, ſi ibi moriatur ex lege Cornelia valet:ſi redeat,ex poſtliminio. Aretinus.

¶ Eius qui apud hoſtes [t] eſt,teſtamentum quod ibi fecit,nõ [v] valet, quamuis redierit. ¶ Sed quod dum in ciuitate fuerat [x], fecit ſiue redierit, valet iure poſtliminij [y]:ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia [z].

TITVLVS XIII.
De exhæredatione liberorum.

q vult progare:vt in cõtractibus à minore factis:vt.ff.de mi.l.iij. §. minorẽ.

a ¶ IVDICIVM EST.] ideſt diſcretio:vt.ff.de iudi.l.cum prætor.§.non autem.verſi.lege.Quandoq; ponitur pro ſentẽtia,vt rei iudicatæ ſtandum eſt: vt.C.de re iudi.l.j.Quandoq; pro inſtantia cauſæ triẽnij:vt.C.de iudi.l.properandum.per totum.Quandoque pro actione:vt iudicium familiæ herciſcundæ:vel cõmuni diuidundo:vt.j.de offic. iud. §.ſi familiæ herciſcũdæ. &.§.fi. Quandoque pro lite, ſiue cõtrouerſia:vt iudicium pendet ſuper hæreditate : vt.ff.ad trebell.l.j.ij. reſpon. Quandoq; pro authoritate : vt negotia eccleſiaſtica nõ ſunt diſponenda laicorũ iudicio, ideſt authoritate.extrà de iudi.c.decernimus. Quandoque pro foro:vt cauſa iuriſpatronatus definiri debet eccleſiaſtico iudicio, ideſt foro.c.quãto.extrà de iudi.Quandoque pro arbitrio.ff.qui ſatiſ.cog.l. arbitro.Si enim arbiter eſt iudex : ergo arbitriũ eſt iudiciũ.Quandoque pro vltima volũtate †: vt iudiciũ teſtatoris caſſum eſſe non debet.C. de ſacroſan.ec.l.j. Quãdoque pro quæſtione : vt ciuilis cauſa in iudiciũ, ideſt in quæſtionem deducta cũ criminali,poſt criminalẽ eſt diſtinguẽda.C.de ordi.iudi.l.fi.Quãdoq; pro diſcuſsione,ſiue iuris diſquiſitione:vt in rubrica.de iudi.ff.&.C. Quandoque pro poteſtate iudicandi:vt.ff.de iudi.l.iudicium.ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat. Quandoque pro pernicie, ſiue damnatione:vt ibi,Qui manducat,& bibit indignè corp⁹, & ſanguinẽ domini, iudiciũ ſibi manducat,& bibit. Quandoque pro pœna : vt ibi,Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam:qui verò mala,in reſurrectionẽ iudicij, & pœnæ æternæ. Qnandoque pro proceſſu iudiciali:vt.c.j.de iudicijs,lib.vj. Et iſta. xv. ſignificata iudicij poſſunt his verſibus cõprehendi. Actio,lis,author, forus,arbiter,vltima velle:Quæſtio,diſcret.ſent.inſtant.diſcuſsio,poſſe:Pernicies,pœna,proceſſus iudicialis. ADDITIO. Facit ca. in iudicijs. de de reg.iu.li.vj.

b ¶ ITEM FVRIOSI.] repete,non poſſunt teſtamentum facere.

c ¶ FVRIOSI.] hac ratione,idem in mente capto dicam:vt argu.ff. de verborum oblig.l.à titio.in fine.

d ¶ TESTATI.] vt.C.eo.qui teſt.fa.poſ.l.furioſum.in princip. ADDITIO. Idem in dubio ſi tempus teſtamenti erat remotum, à tempore furoris.ſed ſi vicinum,tunc ex qualitate ipſius actus præſumitur fuiſſe ſanæ mentis,vel non.Et qualiter probetur furor:vide Ange.hîc.

e ¶ NEGOTIVM.] vt vſuſcapionem inchoatam : vt.ff.de vſuſcap.l. iuſto.§. eum.vel poſſeſsionem quæſitam:vt.ff.de acqui.poſ.l.ſi is qui animo. ſic.ff. de pecul.l.quam tuberonis.in princi.

f ¶ PRODIGVS.] prodigus eſt qui neque finem,neque modũ habet in expenſis : vt.ff.de cura.fur.l.j.Nam prodigus dat danda, & non danda : auarus tenet tenenda,& non tenenda : largus medium tenet inter vtrumque. ADDITIO. Vnde verſus.Prodigus eſt animi vitio retinenda profundens. Qui retinet danda cupidè, cenſetur auarus.Largus qui ſumptum facit, ex ratione libenter. vide notata in.c.ex parte. extrà de conſue.in gl.ij.

g ¶ ADMINISTRATIO INTERDICTA EST.] ſi dicas à iudice,planum eſt.ſi dicas à lege,vt quia crimen.l.Iuliæ maie. commiſit : multò minus teſtatur : ſed & tunc prius factum rumpitur : vt.C.ad le. iul. ma.l. fin. ADDITIO. Et ſufficit quòd fiat præconium publicè cum cauſæ cognitione, quòd nemo contrahat cum eo : vel quòd iudex declaret eum eſſe prodigum : vel det ei curatorem, tanquam prodigo : ſeu aliter notoriè prodigus exiſtat.

h ¶ RATVM EST.] Quid ſi fiat interdictio, cùm tamen non ſit prodigus? Reſpond.fortè non valet interdictio:ar.ff.de tuto.& cur. da. ab his.l. ſeię [a]. Sed contrarium verum eſt, cùm ſit facta contra ius litigatoris tantùm : non contra ius legis.ff.quæ ſen.ſine ap.re.l.j.in principio. &.§.j.&.C. quando prouo.non eſt neceſ.l.ij. ADDITIO. Vide ca. cùm inter. extrâ de re iudi.

i ¶ NON SEMPER.] ſed quãdoq; poſſunt,ſecundũ diſtinctionẽ ſequentẽ.

k ¶ DE EO SVRDO.] ſic.j.de inuti.ſtipu.§.mutum.

l ¶ ET ERVDITI.] ſcilicet in moribus.

m ¶ AMITTVNT.] &maximè impij aduocati : vt in eo puniantur, in quo deliquerũt.c.literas.de tempo.or.c.paſtoralis.de iure pa.&.c.fi.de immu. eccle.cum ſi.quia per quæ quis peccat,per hæc& torquetur.

n ¶ CONSTITVTIO.] vt.C.qui teſta.fa.poſ.l. diſcretis.

o ¶ CERTIS.] vt mutus, & ſurdus caſu, vel mutus tantùm, ſiue natura, ſiue caſu, ſi ſcribere nouit, ſua manu ſcribat teſtamẽtum.Si autem per alium ſcribere velit, impetret hoc à principe:vt ff.eo.de teſta.& qui teſt. fa.poſ.l.ſi mutus.Item,ſi ſurdus tantùm caſu eſt vel etiam natura:teſtetur ſiuult,ſi poteſt loqui articulatè : vt.C.qui teſt. fa.poſſ.l.diſcretis. ſi autẽ natura eſt ſurdus, & mutus,nõ poteſt,niſi ſit miles:vt.s̃.ti.j.§.quinimò. ADDITIO. Quidam dicunt debere intelligi de muto,& ſurdo à caſu : & tunc miles teſtabitur de licẽtia principis,in ijs caſibus in quibus paganus non poſſet.

p ¶ SED SIQVIS.] ſic. s̃.eod.§.prætereà.&.§. ſi furioſi.

q ¶ CAECVS.] naturaliter vel caſu : & orbatus vtroque lumine:ſecus ſi vno tantùm : vt. C. de excu.tu.l.frater.

r ¶ PER OBSERVATIONEM.] ſcilicet vt coram.vij.teſtibus, & tabellione, vel alio loco eius ſi non inueniatur tabellio, dilucidius voluntatẽ ſuam declaret,& in hęreditatibus, & in legatis:& omnia in ſcriptis referãtur:vt.C.eo.l.hac conſultiſsima.

s ¶ PATRIS NOSTRI.] aliâs mei.ſic.s̃.de dona.§.eſt & aliud.

t ¶ APVD HOSTES.] ſcilicet vt captus, vel obſes : vt.ff. eodem. de teſta.l. obſides.

v ¶ NON VALET.] quia ſerui ſunt, vel quaſi : vt.s̃.de iur.perſo.§.ſerui. & ff.de libe.ho.exhi.l.ij.

x ¶ FVERAT.] ante captiuitatem.

y ¶ POSTLIMINII.] quod fingit eum ſemper in ciuitate fuiſſe:vt.s̃. quibus mo.ius pa.pote.ſol.§.ſi ab hoſtibus.non autem le.Cor.ita fingitur. & quod dicitur.C.de capt.l.j.&.l.captum.impropriè ponitur lex Cornelia pro iure poſtliminij.

z ¶ EX LEGE CORNELIA.] quæ fingit eum prima hora captiuitatis mortuum, & ſic liberum : vt. ff. eod. de teſta. l. lege cornelia. Aliud eſſet ſi nulla eſſet fictio : vt in ſeruo pœnæ facto : vt.j.qui. mo. teſta.infir. §. non tamen. Vltimò nota quòd. xiij. ſunt perſonæ & plures, quæ teſtari non poſſunt. Filiusfamilias. Item ſeruus:vt.s̃.eo.in prin.&.ff.eo.de teſta.l.ſi filius.Item impubes.Item furioſus. Item mente captus. Item prodigus.Item mutus.Item cæcus.Item ſurdus:vt.s̃.eo.§.præterea. &.§. item furioſi.&.§.item prodigus.&.§.item ſurdus.&.§. cæcus. Item damnatus ad mortem naturalem,vel ciuilem,vt.ff.eo.de teſta.l.eius qui.§.j.vſque ad fi. Item obſes : vt.ff.eo.l.obſides [b].Item de crimine famoſo damnatus : vt.ff. eod.l.is cui.§.fi.&.l.cum lege.Item de ſtatu ſuo dubitantes: vt. ff.eod. de teſta.l.de ſtatu.&.l.qui teſtamento domini. Item monachus : vt in aut. de mona.§.illud quoque.col.j.ſed hodie ſecundum quoſdam corrigitur : vt in aut.de ſan.epiſ.§.ſiqua mulier.col.iiij. Item is cui interdicitur bonis à lege : vt.C.de hære.& mani.l.manicheos.& ad leg.iul. maieſta.l. vltima. Vnde verſus:

Teſtari nequeunt impubes,religioſus,
Morti damnatus,& ſub patre filius,obſes,
Prodigus,& ſtultus,dubius,ſeruus,furioſus.
Crimine damnatus,cum muto,ſurdus,& illum
Qui maieſtatem læſit,cæcum quoque iungas.

¶ DE EXHAERE DATIONE LIB. ¶ *Iſta rubrica continuatur per glo.j.infrà.in nigro.Ange.Vel ſic: Dictum eſt ſuprà de teſtamẽtis, & eorum ordinatione:uerùm quia in teſtamentis quandoque liberi exhæredantur:ideo ſequitur rub.de exhæ.libe.*

oneratⁿ creditorib⁹ ſeruos inſtituere nequeat:vt.l. ei q ſoluẽdo.ff. de hære. in ſti . defect⁹ quoq; ſolẽnitatis,vt in numero ſeptẽ teſtium rogatorũ ex poſtfacto cõfirmari non poteſt : niſi in caſu.l . j. C.de fidei. &.l . teſtõ. C.de fideicõ. li. ſecus ſi reſpiciat fauorẽ priuatum. l. ſi filio preterito.ff.de iniuſto teſta. Ange.

† Hinc iudicare quã doque.i. in vltima voluntate aliquid relinquere.c. licet . de ſepultu . lib . vj. Eg.Per.

j. Cor.xj.

Ioan.v.

Verus.

Prodigus quis eſt

Verſus.

a Et hoc verum quã

do datus eſt ſimpliciter curator impuberitã quã puberi: vt.l . ſi tutor petitus. ff.de tutori . & curada.ab his.ſecus ſi tãquã prodigo cũ non ſit, vt hîc:in fi . & eſt rõ: quia pupillũ declarat natura: ſed prodigum ipſe iudex : vel quia curatoris datio facilius:id ẽ ſolo tractu tẽporis perdit vires , q̃ prodigalitas vbi exigitur certitudo redirus ad ſanã mẽtẽ.Ang.

Teſtamẽti per cæcum faciendi ſolennitas.

Legis corneliæ fictio Teſtamentum facere multis prohibetur à iure.

b Intellige ſi ſint dati pro pace tenenda & à populo romano:in q̃bus habet locũ etiam lex cornelia : ſecũdũ Io.Fa.aliâs ſi dati ab alia ciuitate, vel domino : non ſiunt ſerui:vt p Aug.hîc.

¶ Filius debet hæres inſtitui, vel nominatim exhæredari: aliâs autem præteritus dicit teſtamentum ipſo iure nullum. Filiæ verò familias, vel alij vlterioris grad⁹ maſculi per virilem ſexum deſcẽdentes, prę teriti non rumpebant teſtamentum: ſed habebant ius accreſcendi, & poterant inter cæteros exhæredari. Aret.

NOn tamẽ, vt omnino valeat teſtamentum ſufficit hæc obſeruatio, quã ſuprà [a] expoſuimus: ¶ Sed qui filium [b] in poteſtate [c] habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat vel exhæredem nominatim faciat. ¶ Alioqui ſi eum ſilentio præterierit [d], inutiliter teſtabitur: adeò [e] quidem, vt ſi viuo patre filius mortuus ſit, nemo [f] hæres ex eo teſtamento exiſtere poſsit, quia ſcilicet ab initio non conſtiterit [g] teſtamentũ. ¶ Sed non ita [h] de filiabus, & alijs per virilem ſexum deſcendentibus liberis vtriuſque ſexus antiquitati fuerat obſeruatum Sed ſi non fuerant ſcripti hęredes, ſcriptæue, vel exhæredati exhæredatæue: teſtamentũ quidem nõ infirmabatur [i]: ¶ Sed ius accreſcendi eis ad certam portionem [k] præſtabatur. ¶ Sed nec [l] nominatim eas perſonas exhęredare parentibus neceſſe erat: ſed licebat inter cæteros [m] hoc facere.

¶ Exhæredatio nominatim, fit dupliciter. Aretinus.

¶ Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſiue ita exhæredetur, Titius filius meus exhæres eſto. ſiue ita, Filius meus exhæres eſto. non adiecto proprio nomine: ſcilicet ſi alius filius non extet [n].

¶ Etiam poſthumi debent inſtitui, vel exhæredari, aliàs nato poſthumo, rumpitur teſtamentum: ſed valet prius. Et fœmina poſthuma, olim inter cæteros poterat exhæredari cum legato: maſculis verò poſthumus nominatim. Aretinus.

¶ Poſthumi quoque liberi, vel hæredes inſtitui [o] debent, vel exhæredari. ¶ Et in eo [p] par omnium [q] conditio eſt, quòd & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini [r], præterito valet quidem teſtamentum, ſed poſteà agnatione [s] poſthumi, ſiue poſthumæ rumpitur [t], & ea ra-

Diuiſio.

NON TAMEN.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponit quid iuris erat de iure antiquo circa exhæredationem liberorum, & qua forma exhæredabantur. Secundo, qualiter hodie exhæredari debeant. Tertiò aliqua dubia circa prædicta ſubinfert. Secunda ibi, Sed hæc quidẽ. Tertia ibi, Sed ſi in expeditioue. Item prima ſubdiuiditur. Nã primò ponit quandam continuationem ad præcedentia. Secundo ponit, qualiter exhæredationem fieri de iure antiquo ſufficiebat de liberis natis, & in poteſtate, & primũ locum ſiue gradum obtinentibus. Tertiò, de liberis naſciturís, vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quartò, de emancipatis. quintò, de liberis ciuilibus tantũ & de eorũ exhęredatiõe. Secũda ibi, Sed qui filiũ. Tertia ibi, poſthumi. Quarta ibi, Emancipatos. Quinta ibi, Adopti. ¶ CASVS. Dñe, iã video de hac obſeruatione ſolẽni obſeruãda in teſtamento: nunquid ſufficit hmõi obſeru. ad hoc ꝗ teſtamẽtũ in expugnabiliter valeat? Rñdet ꝗ nõ. Nõ enim vt omnino valeat teſtamentum, ſufficit prædicta obſeruatio quam. ſuprà de teſt. ordi. expoſuimus: ſed teſtator qui filium in poteſtate habet: eum vel hæredem in teſtamento inſtituere, vel nominatĩ exhęredare neceſſe habet. Si enim eum ſub ſilentio præterierit, inutile erit teſtamentum: & in tantum erit inutile: vt licet iſte filius præteritus viuente teſtatore mortuus fuerit: nemo tamen ex eo teſtamento hæres exiſtere poſsit. & hoc ea ratione, quia præterito filio in poteſtate tempore facti teſtamenti exiſtente, teſtamentum ipſo iure nullum fuit. & hoc verum fuit in filijs maſculis primi gradus: ſed ſecus erat in filiabus. Nã non ita de filiab⁹, vel alijs liberis vtriuſque ſexus in remotiori gradu conſtitutis apud veteres obſeruabatur. Neque enim exhæredabantur, & tamen teſtamentum propter hæredis præteritionem non infirmabatur: ſed ius accreſcendi vſque ad certam portionem. ideſt dimidiam illins portionis quã habituri eſſent ab inteſtato eis prę ſtabat. Nec ſolùm fuit huiuſmodi differentia inter filios maſcu. & huiuſmodi perſonas, ſed etiam alia: quia licet filij maſculi nominatim debeant exhæredari, non tamen ſupradictas perſonas nominatim exhędare parẽtibus erat neceſſe, ſed licebat eis illas perſo. inter cæteros exhæredare. Sed domine, dicatis mihi quid eſt exhæredare nominatim? Ad hoc reſpondet. Amice: exhæredare nominatim videtur qui proprio nomine expreſſo exhæredat: velut ſi teſtator dicat Titius filius meus exhæres eſto. vel nõ addito proprio nomine, ſed appellatiuo tantùm: vt puta, ſi teſtator vnum ſolum filium habuit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. poſthumi quoque. Fran. de Areti.

Exheredatio liberorũ quo debeat fieri tractat' per Auth. ut cũ de appellat. §. Siue igitur omnes. ubi dr quod ... probari in testamento cã ... exhered' filius, alias est nulla.

¶ NON TAMEN.] ¶ licet dicta obſeruatio. ſuprà de teſta. or. ſolennis ſit: non tamen &c. Vel ſic. s̃. de ea obſeruatione, quæ eſt circa fidem, & probationem, ſatis dictum eſt: nunc de ea, quæ eſt circa pietatẽ, dicẽdum eſt: & licet ea obſeruatio, quæ circa fidem eſt, ſatis diligens ſit: non tamen &c.

a ¶ SVPRA.] ſ. in titulo de teſta. ordinan.

b ¶ FILIVM.] etiam militem: vt. ff. de liberis. & poſthumis. l. filiuſfamilias.

c ¶ IN POTESTATE.] ſecus in emencipato iure ciuili: ſed idem iure prætorio: vt. j. eo. l. emancipatos. Accurſius. ADDITIO. Imò hodie præteritus dicit nullum etiam de iure ciuili, ſicut in poteſtate conſtitutus: vt per gloſſ. in. §. exhæredatos. in gloſſ. noluit. in authentica. de hære. & fal. Angelus.

d ¶ PRAETERIERIT.] ſ. nec inſtituendo nec exhæredãdo: vt. j. de hær. quæ ab inteſtato. §. eadem. nec ipſo iure valet: vt. C. de lib. præter. l. maximum.

e ¶ ADEO.] ſ. inutiliter teſtabitur.

f ¶ NEMO.] ff. de iniuſt. rup. teſt. l. filio. §. ſi. contrà. Sol. ibi filius viuit: hic non. Vel hic iure ſtricto: ibi æquo. Accur.

g ¶ NON CONSTITERIT.] aliud ſi conſtitit: licet poſteà rumpatur, puta agnatione poſthumi qui poſteà moritur, quia tunc reconualeſcit teſtamẽtum: vt. ff. de iniuſt. rup. teſta. l. poſthumus. in principio. [a] & j. eo. §. poſthumi ibi, quod & filio &c. Nec eſt mirum: quia ſi ab initio rumpitur agnatione poſthumi, eo mortuo conualeſcit: arg. ff. de reg. iu. l. qđ ab initio.

a Et ibi eſt cuius ĩ quo

h ¶ SED NON ITA.] nota ex vna parte ponit filios tantùm, ex alia filias, & omnes ex maſculis, vel fœminis deſcendentes.

i ¶ NON INFIRMABATVR.] contrà. j. e. §. ſed fœminini. Sol. vt ibi.

k ¶ AD CERTAM PORTIONEM.] ſcilicet dimidiam eius, quod ab inteſtato habituri eſſent: vt C. de lib. pręt. l. maximũ. circa med. ibi, cùm enim per contra tabulas &c.

l ¶ SED NEC.] hęc eſt ſecũda differentia inter prædictas perſonas.

m ¶ INTER CAETEROS.] ſ. hoc modo: vnũ de filiis meis exhæredo. vel vno inſtituto. ſic dico, reliquos exhæredo. nam niſi diceret, cæteros exhęredo: licet dicat, filium meũ exhęredo, cùm plures habeat: nemo exhæredatus videtur: vt. ff. de libe. & poſthu. l. ij. ſed ſecus erit in iſtis, nam bene valet: vt hîc dicitur.

eriã hodie neceſſaria eſt bonorũ poſſeſſio & alios viginti vide per Ang. quod eſt maguæ vtilitatis: quia eam liberi intra annum: cognati verò, intra cẽtũ dies tm̃: & nõ ſolo animo: ſed corã prætore agnoſcent. Exhæredatio inter cęteros qualiter fit.

n ¶ NON EXTET.] itẽ aliis modis: vt omnes liberi mei ſint exhæredati: etſi ſit vnus tantùm: vt. ff. de libe. & poſthu. l. Titius. in prin. Item ſi dixerit alia verba quęcũq; dummodo certa: vt. ff. ſi cer. pe. l. certum. & ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumi. §. nominatim. & ff. de lib. & poſthu. l. j. & ij. ſed ſecus ſi dicat: filium meum inſtituo: cæteros liberos exhæredo. vel, Seium extraneũ inſtituo: liberos autẽ exhæredo. & hîc nõ dicit oẽs, vt non contradicat pri. gl. [b] Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia miſtio fit cum cęteris in remotioribus gradibus conſtitutis: vnde non valet, cùm debeant exhęredari nominatim: vt hîc dicitur.

b Iſtã glo. reprehendit Io. Fab. hîc.

¶ POSTHVMI QVOQVE ¶ CASVS. Domine iam video, quid iuris eſt circa exhęredationem liberorũ iã natorũ: ſed quid domine, ſi teſtator reliquerit vxorẽ prægnãtem: nũquid neceſſe habet exhæredare, vel inſtituere vterũ? Reſpon. ꝗ ſic. Nam non ſolũ nati liberi, ſed etiam poſthumi exhęredari debẽt, vel hęredes inſtitui: & in eo par omniũ poſthumorũ cõditio eſt, ꝗ quocũq; poſthumo, ſiue maſculini ſexus, ſiue fœminini pręterito, nõ valet teſtamentũ: quia ſi naſcatur poſthumus, vel poſthuma, natiuitate eius rũpitur teſtamẽtum. vnde ſi mulier prægnans, de qua ſperabatur poſthumus naſciturus, ediderit abortiuũ: nihil erit impedimento hæredibus inſtitutis, ad hæreditatẽ ex teſtamẽto adeũdam. Nã iſte abortiuus qui mortuus natus eſt, vel contra formã humani generis editus: pro non nato habetur. Sed licet in hac particula ſit cõditio omniũ poſthumorum parificata: in alio tamẽ differũt. nam fœminini ſexus poſthumæ, vel nominatim, vel inter cæteros ſolebãt exhęredari, prout placuerat teſtatori: ita tamẽ, vt ſi teſtator huiuſmodi perſonas inter cæteros exhæredaret, aliquid eis legaret, ne viderẽtur huiuſmodi poſthumæ per obliuionẽ à teſtatore præteritæ eſſe, ſed ſecus erat in maſculis poſthumis. Poſthumos enim maſculos, puta filium, & deinceps, ſtatutum eſt, non poſſe aliter rectè exhęredari, niſi nominatim exhæredentur. Sed domine, pro deo qualiter poteſt poſthumus nominatim exhæredari, ſi teſtator de ſexu faciat mentionem? Reſpon. quòd hoc modo. Quicunq; mihi filius maſculus genitus fuerit: exhæres eſto. Et hęc dicuntur de veris poſthumis, vſq; ad illũ. §. poſthumorum. Franciſ. de Aret.

o ¶ INSTITVI.] iſta inſtitutione ex præſenti matrimonio naſcituri, & ex futuro inſtitui videntur: vt. ff. de libe. & poſthu. l. placet. & l. ideoq; [c]. Quid in exhæredatione poſthumorum: an omnes, ſiue ij, qui ſunt in vtero tantùm, an alij, qui ſunt naſcituri ex præſenti matrimonio, vel futuro, intelliguntur exhæredati? Reſpon. non: cùm maſculi debeant nominatim exhæredari: vt. j. eo. §. maſculos. Accur. ADDITIO. Et hæc vera: licet gl. teneat contrarium in d. l. placet. quam ſaluat Ioan. Fab. vbi eſſent appoſita verba multiplicatiua, vel vniuerſalia, quiſquis, quicunque, & ſimilia: ſecus ſi indefinita tantùm, vt hîc.

c Et etiam filijs poſteà adoptati: q dñr poſthumi ciuiles. l. ſi qs poſthu. ff. e. An autẽ naturales tm̃: & quid ſi inſtituat ventrẽ vxoris ſuæ: vide p Angelum hîc. Poſthumi hodie exhęredari non poſſunt.

p ¶ IN EO.] ſcilicet quod ſequitur: quòd & filio &c.

q ¶ OMNIVM.] ſcilicet poſthumorum ex ſe naſciturorum & ex filiis ſuis: licet in iam natis non ſit par conditio: vt. s̃. e. §. ſed non ita.

r ¶ MASCVLINI.] ſiue ex maſculo, ſiue ex fœmina.

s ¶ AGNATIONE.] id eſt natiuitate. ſic infrà quibus modis teſta. infir. §. primo.

t ¶ RVMPITVR.] ſi verò exhęredabatur, de inofficioſo agebatur: vt. j. de inofficio. teſta. §. poſthumi. Hodie verò exhæredari non poſſunt: vt. C. de inoffi. teſta.

tione totum infirmatur[a]. ¶ Ideoque ſi mulier ex qua poſthumus, aut poſthuma ſperabatur, abortum [b] fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam.

¶ Sed fœminini quidem ſexus perſonæ [c] vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen ſi inter [d] cæteros exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne videretur præteritæ eſſe per obliuionem. ¶ Maſculos verò poſthumos, id eſt filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur: hoc ſcilicet modo, Quicũque mihi filius genit9 fuerit, exhæres eſto.

¶ Nepos ex filio, moriente patre viuo auo, ſuccedit in locũ eius: ideo vel inſtitui, vel exhæredari debet: ne aliter præteritus rumpat aui teſtamentum. qui modus eſt introductus à lege Velleia. Aretinus.

¶ Poſthumorum [e] autẽ loco [f] ſunt, & ij qui in ſui hæredis [g] locum ſuccedendo, quaſi agnaſcendo [h] fiunt parẽtibus [i] ſui hæredes. vt ecce, ſiquis filiũ, & ex eo nepotem neptemve in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet, quãuis nepos quoq; & neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint. ¶ Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius: incipit nepos neptisve, in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi agnatione nanciſcitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum: ſicut ipſum filiũ vel hæredem inſtituere, vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptemve ex filio neceſſe [k] eſt ei vel hæredem inſtituere, vel exhæredare: ne fortè eo viuo, [l] filio mortuo ſuccedẽdo in locũ eius nepos, neptisve, quaſi agnatione rumpat teſtamentum.

¶ Idq; lege Iulia, Velleia [m] prouiſum eſt: in qua ſimilis [n] exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

¶ De iure prætorio filij emancipati debent hæredes inſtitui, vel exhæredari, maſculi nominatim, fœminæ verò qualitercunque: alias datur eis bonorum poſſeſſio contra tabulas. Aretinus.

¶ Emancipatos liberos iure [o] ciuili, neque hæredes inſtituere, neque exhęredare neceſſe [p] eſt: quia nõ ſunt ſui hęredes [q]. Sed prętor omnes tã fœminini [r] ſexus, quàm maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari iubet: virilis ſexus, nominatim: fœminini verò inter cæteros. Quod ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neq; ita (vt diximus) exhæredati [s]: permittit eis prætor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

¶ Filius adoptiuus adoptione durante, habetur pro extraneo quo ad patrem naturalem: & habet idem ius, quod haberet filius legitimus, & naturalis quo ad patrem adoptiuum. ſed emancipatus à patre adoptiuo, eſt extraneus quo ad eum, & habetur pro emancipato quo ad patrem naturalem. Aretinus.

¶ Adoptiui liberi quamdiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habentur [t], cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti. Itaque hæredes inſtituendi [v], vel exhæredandi ſunt, ſecundum ea quæ de naturalibus expoſuimus. ¶ Emnacipati verò à patre adoptiuo: neque iure ciuili [x], neque eo iure, quod ad edictum prætoris attinet [y], inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum [z] numero habeantur: vt eos neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit. cùm verò emãcipati fuerint ab ado-

inofficio.teſta.l.ſiquis.§.legis.

a ¶ Infirmatvr.] Hîc adde quod eſt.ff.de mili.teſt. l. ſi filiusfamilias.j.

b ¶ Abortvm.] qui eſt pro nõ nato: vt.ff.de ver.ſig.l.qui mortui.&. C. de poſthu.hære.l.j.Accur. *Additio*. Idẽ in ſeminato mortuo antequàm perfectè extrahatur. Secus tamẽ in nato execto vẽtre, qui nõ declinat ad monſtrum, dummodo habeat pulſum: etiam ſi vocem non emiſerit. Vide Ange.hîc.

c ¶ Personae.] ſcilicet poſthumæ. nam iam natis fœminis nõ erat neceſſe legari: vt.C.de libe. præte.l.maximum. in fi. &.ſ.eo.§.ſed non ita.

d ¶ Inter caeteros.] Hodie per conſtitutionem omnes nominatim: vt.j.eo.§.ſed hæc. verſi.noſtra. Sed nouiſſimo iure non, cùm non ſint ingrati: vt in aut. vt cùm de ap. cog. §. aliud. col. viij. Accur. *Additio*. Quæ cauſa debet exprimi, & per hæredem probari: vt in aut.ex cauſa.C.de li.prę te.Ang.

¶ *Posthumorum*. ¶ *Casus*. Domine, iã video, & patet mihi, qualiter exhæredantur liberi nati, & etiam poſthumi. nũquid ſunt plures modi exhæredãdi, vel inſtituẽdi? Et reſpondet ꝙ ſic. Nam ſicuti dictũ eſt, veros poſthumos debere exhæredari, vel inſtitui: ita & ij qui loco poſthu. ſunt. Sed domine dicatis mihi, qui ſunt ij, qui loco poſthu. ſunt: Ad hoc reſpondet. Amice, loco poſthu. ſunt ij, qui tempore teſtamenti non erant immediatè adiuncti teſtatori: poſteà tamen adhuc viuẽte teſtatore, in locum ſui hæredis ſuccedunt: & ita quaſi agnaſcendo immediate adiunguntur teſtatori, & ſui hæredes efficiunt: vt patet in tali exẽplo: Titius habet filiũ in poteſtate ſua: & ex eodẽ filio nepotem. hoc caſu quia filius vno gradu præcedit nepotem, ſolus filius iura ſui hæredis habet: licet nepos, & neptis ex eo in ei9 poteſtate ſint. vnde ſi Titij filius, viuẽte adhuc Titio mortuus fuerit, aut de poteſtate eius exierit: incipit nepos ex filio natus in locum patris ſui mortui ſuccedere: & eo modo, quaſi agnatione ſuus hæres efficitur: cùm nullus in poteſtate exiſtens eum præcedat: & ideo ſicut teſtator ipſum filium, vel hæredem inſtituere, vel nominatim exhæredare debet: ita nepotem, vel neptem ex illo neceſſe habet exhæredare, vel hæredem inſtituere: ne fortè viuo adhuc teſtatore, filio eius qui immediatè erat ei adiunctus, mortuo vel emancipato, vel alio modo patria poteſtate liberato, nepos ex filio in locum patris ſui ſuccedens, quaſi agnatione eius rumpat teſtamentum. Et iſta prouiſio ad ſecuritatem teſtatorum, per legem Velleiam introducta eſt: in qua quidem lege ſimilis modus exhæredationis ad exẽplum verorum poſthumorum demonſtratur. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.emancipatos. & caſus eius eſt planiſsimns vſque ad.§. ſed hæc quidem. Fran.

e ¶ Posthvmorvm.] ſic.ff.de iniuſt.rup. teſtamen. l. poſthumorum. vbi omnino habetur iſte.§.

f ¶ Loco.] non tamen veri poſthumi ſunt: vt.j.eo.§.hoc in fine.

g ¶ In svi haeredis.] j.de hæred.quali.& differen.§.ſui.

h ¶ Agnascendo.] ideſt.ſubtus vel poſteà naſcẽdo ſicut poſthumus verus. nõ enim naſcitur, cùm natus ſit. vt ſ.de adop.§.j. Vel dic agnaſcendo, id eſt incipiendo eſſe agnati, quo ad effectum ſuccedendi.

i ¶ Parentibvs.] ſcilicet maſculis. nam tẽſtamentũ fœminæ non rumpitur per legem Velleiam: vt.ff.de lib.& poſth.l.gallus. §. nunc de lege. ibi, nam & ſi ita verba ſunt[a]. ſed per querelam irritatur: vt.C.de inoff. teſta.l. iij.& infra.e.§.mater.

k ¶ Necesse est.] cauſatiuè, ſcilicet ne rumpatur teſtamentum: vt ſequitur: non præciſè: vt.C.de adop.l.penul.§.quæ in filio.

l ¶ Eo vivo.] ſecus ſi pòſt: vt.ff.de iniuſto rup. teſt. l. ſi quis filio. & in hoc differt à verò poſthumo[b]. Item differt ab aſcẽdentibus: vt.ff.de inoffi.teſt.l.pater filium.

m ¶ Velleia.] nomẽ eſt cuiuſdam nouę legis: ſed ius Galli Aquilij antiquius eſt: & loquitur in vero poſthumo, vt ſtatim dicam: vt.ff.de lib.& poſthu.l.gallus.§. ſi eius qui filium.

n ¶ Similis.] In veris poſthumis talis erat modus: ſi me mortuo naſcetur mihi filius intra decẽ mẽſes: vt.ff.de li.& poſthu.l.gallus.j. reſpõ. &.§. j.ij.iij. &.iiij. ſic ergo & hîc per legem Velleiam, ſi ſuus hæres ſuus eſſe deſierit viuo teſtatore: vt.ff.de libe. & poſthu.l. gallus. §. videndum eſt nun. et in hoc habet locũ lex Velleia[c]. ſic etiam eſt paritas ab inteſtato: vt.j. de hære. quæ ab inteſta. §.cum autem.

o ¶ Ivre civili.] ſic j.de hære. quæ ab inteſ. §.emancipati.

p ¶ Negesse est.] nam nihilominus tenet teſtamẽtum aliud in eo qui eſt in poteſtate: vt.ſ. eo.in prin. *Additio*. Dic tam de iure ciuili: quia nõ erat cognitus: quàm etiã de iure prætorio: quia prætor habet illas prò tabulis, ſi ſeptem ſignis teſtium ſignatæ ſint & dat bono. poſ.ſecũdum tab.vt.l.cũ tabulæ.ff.de bo. poſ. ſecundum tab. nec de vitio præteritionis curauit, ſecundum Ang.

q ¶ Svi haeredes.] ſupple: & quia deſierunt eſſe hæredes ſui. aliâs nõ eſſet bona ratio: cùm filij neceſſe habeant patres inſtituere: licet non ſint patres ſui hæredes ad filios. Filius autẽ emãcipatus per capitis diminutionem deſinit agnatus eſſe. & remanet cognatus: qui non cognoſcitur à iure ciuili: vt.j.de hære.quæ ab inteſt.de.§.emancipati.&.ſ.de leg.agna.tutel.§.fina.&.ff.de bonorum poſſeſ.l.ſed cum patrono.§.j.Accurſius.

r ¶ Foeminini.] licet in ſuis eſſet differentia inter maſculos, & fœminas iure ciuili: vt.ſ.eo.§.j.

s ¶ Exhaeredati.] ſcilicet ritè † aliâs autem exheredato datur contra tabulas: vt.ff.de bo.poſ.contrà tab.l.non putauit.§.non quæuis. Item etiam inſtitutis datur contra tabulas ſi alius committat eis edictum[d]: vt.ff.de contra tab.l.iij.§.ſi pater.ver.planè †.&.ff.de leg.præ.petita bono. poſſeſ. contra tabu.l.ſi duo.

t ¶ Habentvr.] quo ad adoptiuum patrem.

v ¶ Institvendi.] ab adoptiuo patre. Accurſius.

x ¶ Ivre civili.] quod ſcilicet ius ciuile (ſcilicet adoptionis) quo vocantur ſui adoptiui ad hæreditatem: alio iure ciuili, ſcilicet per emancipationem ſublatum eſt: quod eſſe poteſt: vt.ſ.de legitima agnatorum tutela.§.fina.

y ¶ Attinet.] quod vocat emancipatos: vt.ſ. proxi. §. & eſt ratio: quia deſinunt eſſe filij. Sed naturales non poſſunt deſinere eſſe filij per emancipationem: vt. j. de hære. quæ ab inteſt. §. minus ergo. ibi, nec quia. Accur.

z ¶ Extraneorvm.] ff.de contra tabulas.l.j.§.& ſui iuris.

a Nota pręteritionem matris factã de liberis nõ ãnullare teſtamentũ quod ideo procedit ꝗ ꝑteritio matris habetur pro exhæredatione: vt videbitis in §.mr̃.j.eo. Chriſtoph.

b Scilicet teſtatoris: ſecus in nepote poſt mortẽ vtriuſq; nato: vt hîc per doct.

c Cuius legis difficultates euitabis opponẽdo talẽ clauſulã: omnes natos, & naſcituros qui mihi agnaſci poterunt in tali re inſtituo. Quo autẽ ad exhæredationem quaſi poſthumorũ qui ſunt iã nati: & ꝙ debet fieri nominatim ſic dices. talem nepotẽ, vel ꝓnepotẽ, ſi qñ me9 erit, ex tali cauſa exhæredo, ꝓpriè enĩ poſthumi exhæredari hodie nõ pñt: vt p Io. Fab. & Ange.hîc.

† verbũ ritè notat ſolennitatẽ iuris, rectè verò iuſtitiã. ſic.ſ. de mili. teſta. in prin.gl.in.l. hoc colore. ff.de inoffi. teſt. Tul. li. j.rhetor. de rõcinatione teſtamẽtum inquit ſcribunt: teſtes ritè affuerũt. E. Per.

d Quã pòt intentare ẽt omittẽre inuito: vt.l. nõnunquã. ff.de leg.ꝑſtan. Ange.

† Et ibi gl. declarat qd ſit cõmittere edictũ, & ſtipulationẽ cõmitti. Eg. Per.

ptiuo patre [a],tunc incipiat in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi ab ipſo naturali patre emancipati fuiſſent.

¶ Circa inſtitutionem,& exhæredationẽ liberorum,non eſt hodie differentia in effectu inter maſculos & fœminas, & cæteros deſcendentes,poſthumos,vel iam natos ſuos,vel emancipatos.Aretinus.

¶Sed hæc [b]quidem vetuſtas [c]introducebat. ¶ Noſtra verò cõſtitutio [d] inter maſculos, & fœminas in hoc [e] iure nihil intereſſe [f] exiſtimãs:quia [g] vtraque perſona in hominũ procreatione ſimili naturæ officio [h]fungitur, & lege antiqua [i]duodecim tabularũ, omnes ſimiliter ad ſucceſsionem, ab inteſtato vocabantur(quod & prætores poſteà ſecuti eſſe videntur [k])ideo ſimplex [l], ac ſimile ius, & in filijs, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum [m]perſonis, non ſolùm iam natis, ſed etiam poſthumis introduxit:vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint,vel hæredes inſtituantur,vel nominatim exhæredentur, & eundem [n] habeant effectum, circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda,& hæreditatem auferendam,quem filij ſui,vel emancipati habent,ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti, poſteà [o]nati ſint.

¶ Circa adoptiuos autem filios, certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione[p],quã ſuper adoptiuis tulimus,continetur.

¶ Præteritio militis in expeditione teſtãtis,ſi ſcit ſe habere liberos,pro exhæredatione habetur.Are.

¶Sed ſi in expeditione occupatus [q], miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exhæredauerit, ſed ſilẽtio præterierit,non ignorans [r]an habeat liberos:ſilentium eius pro exhæredatione [s]nominatim facta valere, cõſtitutionibus principum cautum eſt.

¶ Præteritio materna,vel per maternam lineam aſcendentium,habetur pro exhæredatione.

¶Mater [t]vel auus maternus,neceſſe non habent liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſunt eos ſilentio omittere. Nam ſilentium matris,aut aui materni,& cæterorũ per matrem aſcendentiũ, tantũ facit,quantũ exhæredatio patris. Neque enim matri filiũ filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia,ſi eum eámve hæredem non inſtituat,exhæredare neceſſe eſt:ſiue de iure [v] ciuili quęramus,ſiue de edicto [x] prætoris, quo prætor præteritis liberis cõtra tabulas bonorum poſſeſsionem permittit:ſed aliud eis [y] adminiculum ſeruatur,quod paulopoſt [z]vobis manifeſtum fiet.

TITVLVS XIIII.

De hæredibus inſtituendis [a].

¶ Liber homo, vel ſeruus proprius, vel alienus poteſt hæres inſtitui ſine mentione libertatis. Et etiã intelligitur proprius, in quo quis habet nudam proprietatẽ. Aretinus.

HAEredes inſtitue-

---

a ¶PATRE.]ff.de bo.poſ.contra tabulas.l.ſi emancipatus.§.penul.in fi.

¶ SED HAEC QVIDEM ¶ CASVS. Dicit Iuſti.quòd huiuſmodi differentias ſexus,& modi exhæ.de quibus dictum eſt huc vſque vetuſtas,ideſt media iuris prudentia introducebat:ſed noſtra conſtitutio differentias amouet,& nihil inter maſcu.& fœmi.quantum ad modum exhæredandi, vel inſtituẽdi intereſſe exiſtimauit: & hoc triplici ratione. Prima, quia vtræque perſonæ in procreatione hominũ ſimili naturæ officio funguntur. Secunda ratio:qa lex antiqua. xij. tab. omnes tã maſculos, quàm fœminas pariter ad ſucceſsiones parẽtum ab inteſtato vocabat. Tertia ratio eſt:quia prætores ſecuti ſunt. l. xij. tab. dãdo ſcilicet filiabus ſicuti & filijs pręteritis bonorum poſſeſsio. contra tab.in totum. vnde nos his rationib⁹ moti ſimile ac ſimplex ius antiquũ, differentijs exploſis, in filiabus,& filijs,& omnibus alijs per virilẽ ſexũ deſcendentibus non ſolùm iam natis, ſed etiã poſthumis introduximus,& ſtatuimus in conſtitutione noſtra:vt oẽs, ſiue ſint ſui, ſiue emãcipati aut inſtituãtur hæredes,aut nominatim exheredẽtur:& omnes ſiue ſint iam nati,ſiue adhuc in vtero cõſtituti,& poſt eà nati ſunt:eundẽ habeant effectum circa parentum ſuorũ teſtamentum infirmandũ,& hæreditatem à ſcriptis hæredibus auferẽdam:quẽ quidem effectũ filij ſui, vel emancipati præteriti,vel exhęredati habere poterunt.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.circa adoptiuos. & caſus planus eſt vſque ad fi.ti. Fran.de are.

b ¶ SED HAEC.] ſcilicet ſupradicta à principio ti.vſque ad.§. emancipatos.Et dic hæc: ſcilicet differentiam ſexus,& gradus,& modi exhæredationis:vt.ſ.eod.§.j.&.§. poſthumi.&.§.ſed fœminini.non autem dicit de ijs,quæ poſteà vſque modò dicta ſunt à.§.illo emancipatos.

c ¶ VETVSTAS.] ideſt media iuris prudentia:vt ſtatim ſequitur.

d ¶ CONSTITVTIO.] C.de libe.præte.vel exhære.l.maximum.

e ¶ IN HOC.] aliàs enim multæ differẽtiæ ſunt:vt.ff.de ſta.homi.l.in multis.

f ¶ NIHIL INTERESSE.] in aut.qui.mo.natu.effi.ſui.§.non autẽ.col.vij.

g ¶ QVIA.] prima ratio.

h ¶ OFFICIO.] ideſt ſimili officio.vna enim indiget, altera ad procreationem ſobolis:vt.C.de le.hære.l.lege.xij.tab.& hæc eſt prima ratio legis.

i ¶ LEGE ANTIQVA [a].] argumentatur ex iure antiquo.ſic.ſ.qui ma.non poſ.§.finali.& hæc eſt ſecunda ratio.

a Nota ꝙ etiam ex lege xij.tabu. ita admittebatur ab inteſtato fœmina ſicut maſculus:ſecũdũ Ang. Hæres ſuus præterit⁹ habet duo remedia: emancipatus vnicum. Querela datur emancipatis.

k ¶ VIDENTVR.] ſcilicet dando filiæ bono.poſ.contra tab.in totum:licet non poſsit dicere nullum vt ſuus:vt.C.de libe.præte.l.maximum. ibi,& ſi præteritus &c.& hæc eſt tertia ratio.Accurſius.

l ¶ SIMPLEX.] ad differentiam antiquæ diſtinctionis:vt.ſ.eo.§.j.

m ¶ PER VIRILEM SEXVM.] Quid de deſcendentibus per fœmininum? Reſpon. admittuntur:ſed cum diminutione tertiæ partis:vt.j.de hæredi.quæ ab inte.§.item vetuſtas.ver.diui.&.C.de colla.bo.l.illam.Accur.

n ¶ EVNDEM HABEANT EFFECTVM.] quo ad commodum, diuerſo tamen iure.nam ſuus præteritus & dicit nullum, & contra tabul. habet ſi non vult dicere nullum quando præteritus eſt.Sed emancipatus tantùm habet contra tabulas:vt.C.de libe.præte. l. maximum. §. ſancimus itaque &c.&.ff.de leg.præſt.l.is qui.Si autem exhæredentur, habent querelam omnes:vt.ff.de contra tabulas.l.non putauit.§.non quæuis.& de inoffi.teſta. l.papinianus.

o ¶ POSTEA NATI SVNT.] qui exhæredari non poſſunt:vt diximus.ſ. eo.§.poſthumi.

p ¶ CONSTITVTIONE.] C.de adop.l.cum in adoptiuis. & recitatur. ſ. de adop.§.ſed hodie.

q ¶ OCCVPATVS.] quid ſi non eſt in expeditione? Reſpon.ius commune obtinet:vt.ſ.de mili.teſta.§.illis.

r ¶ NON IGNORANS.] ſi enim ignorat,non valet teſtamentum: vt.C.de teſt.mili.l.ſicut certi iuris [b].niſi fuerit eius animi vt ſi filium haberet, eſſet exhæres:vt.ff.de mili.teſta.l.qui iure militari.

b Et ſi verba eſſent generalia apta cõprehẽdere omnẽ naſciturũ: ſecũdũ Bal. licet Ang. dubitet hîc: ſecus tũ in pagano: vt hîc per eũ.

s ¶ PRO EXHAEREDATIONE.] ideoq; querela inofficioſi teſtamenti agitur:ſed hoc cũ miles eſt paterfamilias.nã tũc nõ poteſt habere locum caſtrẽſe peculiũ. ſi enim eſſet filiusfamilias,nõ haberet locum querela: vt C.de inoffi.teſta.l.fi.§.fi.

ADDITIO. Iſta gl.hodie eſt falſa: vt no.ſ.de mili. teſta.§. illis autem.in glo.ſuper verbo, iure tamẽ cõmuni.

t ¶ MATER.] idẽ intelligo in ſilentio liberorũ, ad maternam lineam:vt C.de inoff.teſt.l.cùm filium. Acc. ADDITIO. Et hęc vera quãdo fuit incerta cauſa: & tunc hoc quo ad matrẽ, vel eius lineam habetur pro exhæredatione: & habet locum querela:vt hîc.Quo autem ad patrẽ & eius lineam ſi ſit facta præteritio à filio in poteſtate:competit ius dicendi nullum:ſi ab emãcipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expreſſa cauſa teſtamentũ eſt nullũ:vt.§.j in aut.vt cùm de appel.cog.

Præteritio an habeat pro exhæredatione.

v ¶ DE IVRE CIVILI.] quia non habet eos in poteſtate: vt.j.de hære.quali.et diffe.§.cęteri.

x ¶ EDICTO.] quo emãcipati vocantur:vt.ſ.e.§. emãcipatos.quia eos nõ poteſt emancipare:vnde cõtra tabulas locum nõ habet vt hîc,&.ff.de contra tabulas.l. illud. §. ad teſtamenta.

y ¶ EIS.] ſcilicet.deſcendẽtibus per lineam fœmininam.datur tamẽ & alijs,ſed his maximè: vt C.de inofficio.teſtamen.l.filiam.

z ¶ PAVLOPOST.] vt.j.de inofficio.teſtamen.per totum.

¶ DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS. ¶ *Cõtinuat hoc modo: Vidimus de ordinatione teſtamẽtorũ.in ti.de teſt.ordinã. Verũ quia cauſa efficiẽs fuit neceſſaria:ideo poſteà poſuit de perſonis teſtãtiũ: ut in tit.de mili.teſt.& qui teſtari nõ poſſunt.in titulo,quibus licet facere teſtamẽta,uel nõ aliàs eſt tit.qb⁹ nõ eſt permiſ.fa.teſt. Verũ qa in teſtamẽtis hæredes inſtituunt:uidẽdũ eſt ergo de hoc ti.Aretinus. Vel ſic: Viſum eſt ſuprà de filijs,tã natis quã naſcituris hæredibus inſtituẽdis,uel exhæredandis. Nunc ſequitur uidere generaliter de extraneis hæredibus inſtituendis.*

Continuatio.

a ¶ INSTITVENDIS.] ideſt qui poſſunt inſtitui †:vt.j.e.vſq; ad.§.ſi plures. & .§.fi.Item & qualiter debeant inſtitui:vt.j.eo.§.ſi plures.vſque ad.§.fin.

† Hoc dicit ratione contrarij, quia gerũdiũ importat neceſſitatẽ. gl. in rubr. ff. de eden. videret ergo ꝙ hîc tractaretur de his qui neceſſariò ſunt hrẽdes inſtituẽdi. quod eſt falſum:ſecũdum Iaſ. E. Perri.

HAEREDES.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in ſeptem partes. Primò,ponit regulam generalem,ꝙ non ſolũ liberi, ſed etiam ſerui,& non tantũ proprij,ſed etiam alieni poſſunt hæredes inſtitui.Secundò, declarat qualiter proprius ſeruus poteſt inſtitui:& quis dicat proprius ſeruus. Tertiò,quis dicat alienus,& quomodo poteſt inſtitui. Quartò, quòd nõ tantùm vnus,ſed etiã plures poſſunt hæredes inſtitui.Quintò,ponit diuiſionẽ portionũ hæreditatis,& de effectu ipſius. Sextò,de inſtitutione ſub conditione.Septimò,quòd etiam ignotus teſtatori poteſt hæres inſtitui.Secunda ibi,Proprios autẽ. Tertia ibi, Alienus ſeruus. Quarta ibi, Et vnum hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerunque. Sexta ibi, Hæres & purè. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hîc gloſſ.rubri. ¶ CASVS. Domine, vos vultis tracta. de hære.inſti.dicatis igitur mihi, qui poſſunt hæredes inſtitui? Ad hoc reſpond.Amice, hæredes inſtitui poſſunt, tam liberi homines, quàm ſerui: & tam proprij ſerui, quàm alieni: ſed olim ſecundum ſententias plurium non licebat proprios aliter inſtituere hæredes, quàm cum libertate expreſsè data: ſed hodie ſecus eſt. nam authoritate noſtræ conſtitutionis licet dominis

nulla

nulla mentione facta de libertate, proprios ſeruos in teſtamento ſuo hæredes inſtituere: hoc tamẽ de nouo nõ induximus. nam antiquitus Attilicinus iuriſconſultus hoc induxerat: Paulus etiam in libris ſuis, quos tam ad Maſurium Sabinum quàm ad Plautium ſcripſit, refert hoc idem Attilicino antiquo iuriſconſulto placuiſſe. vnde quod antiquitus Attilicino, & Paulo placuit, noſtra cõſtitutio in legis neceſsitatem introduxit: & hæc dicuntur vſque ad illum. §. proprius aũt ſeruus. in quo pone ſic caſum: Domine, vos dixiſtis mihi, ꝙ proprius ſeruꝰ poteſt hæres inſtitui. modò dicatis mihi, quis dicatur proprius ſeruus? Ad hoc reſpõ. Amice, proprius ſeruus, quo ad hoc vt poſsit inſtitui, intelligitur etiã ille, in quo teſtator nudam habet proprietatẽ: licet alius in eo vſumfru. habeat. nã nihilominus proprius ſeruus intelligitur. Et hæc dicũtur vſq; ad illum. §. eſt autẽ. Frãciſcus de aretio.

re[a] permiſſum[b] eſt, tam liberos homines, quàm ſeruos: & tã proprios[c], quã alienos[d]. ¶ Proprios autẽ, olim quidem ſecundum plurium ſententias non aliter quàm cũ libertate, rectè inſtituere licebat: hodie verò etiã ſine libertate, ex noſtra conſtitutione[e] hæredes eos[f] inſtituere permiſſum eſt. ¶ Quod non per innouationem[g] induximus, ſed quoniam & æquius erat, & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, tam quos ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. ¶ Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur in quo nudã proprietatem[h] teſtator habet, alio vſumfructum habente.

¶ Seruus accuſatus de crimine adulterij commiſsi cum domina ſua, non poteſt ante ſententiam manumitti, nec ab ea hæres inſtitui. hoc dicit. Aretinus.

¶ Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate vtiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur: vt conſtitutione[i] di-

a ¶ HAEREDES INSTITVERE.] quaſi dicat dominos intus in bonis ſuis facere. nam hæres, ideſt dominus† : vt j. de hære. quali. & dif. §. fi. ibi, pro hærede. Item ideo dixi intus, quia ita ſubintrat hæres in dominium rerũ defuncti, acſi eadem perſona eſſet: vt in aut. de iureiu. à mori. §. j. ibi, cùm vtique. col. v. & ff. qui. ex cau. ma. l. cùm miles. in fi. j. reſpon. Accur. ADDITIO. Non tamen eſt idem dominium, quod erat penes defunctum: ſed fingitur eſſe idem. Secus autem in poſſeſsione, quam volens perdere, & in alium transferre, ſtatim perdit, & noua renaſcitur ſtatim, quòd eſt apprehenſa: & intelligitur ſemper fuiſſe continuata, ſi iterum à nemine fuit occupata. Ange.

† Aptitudine nõ actu, nam hæres non eſt dominus bonorum teſtatoris aũ aditam hæreditatẽ: ſecundũ Por. Egi. Perri. Poſſeſſio hæredis an ſit eadẽ cũ poſſeſsione defuncti.

b ¶ PERMISSVM EST.] ſcilicet à iure.

c ¶ PROPRIOS.] ſcilicet ſeruos.

d ¶ ALIENOS.] ſic. ff. eo. l. non minus.

e ¶ CONSTITVTIONE.] vt. C. de ne. ſer. hære. inſti. l. cùm quidam.

f ¶ EOS.] ſcilicet proprios ſeruos.

g ¶ NON PER INNOVATIONEM.] q. d. non induximus hoc de nouo: ſed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus: vt ſubijcit. Sed contrà. ſ. quibus ex cau. ma. non licet. §. idemq́ue iuris. ibi. noua humanitatis &c. Sol. iſte Iuſtinianus non inuenit, ſed rationem reddit: cùm non ſit veriſimile &c, vt ibi. vel aliter: Attilicino placuit, & Paulo, ſed in legis neceſsitatem non deduxerunt. ſic & ſ. de teſta. §. ſed neque hæres. Iuſtinianus verò in legis neceſsitatem induxit: vt ex ipſa inſtitutione liber eſſe videatur[a]. Item nunquid corrigitur quod aliâs dicitur, ſcilicet quòd purè inſtitutus, & ſub conditione liber: quia expectatur conditionis euentus: vt. ff. eo. l. ſeruus. §. j. & l. quoties. §. fi. & l. qui filio. §. j. Reſpon. non: quia iſtud locum habet quod hîc dicitur, quando libertas nec eſt data expreſſe, nec fuit retardata: at ibi expreſſe fuit retardata. ADDITIO. Si autem eſſet expreſſe inhibita, non valeret inſtitutio: vt. d. §. idemq́ue iuris. Ange.

a Tu dic ſecundũ doc. quòd primò fuit ius legis neceſſitate: poſt eà abrogatum, tertiò per Iuſtinianũ iterum ad legem redactum.

h ¶ NVDAM PROPRIETATEM.] vt iſte liber, & hæres neceſſarius ſit: vt ſ. eo. j. reſpon. ſed tamẽ vſufructuarius perinde vtetur, ac ſi eſſet ſeruus adhuc: vt. C. communia de ma. l. j. §. ſi autem proprietarius.

¶ EST TAMEN. ¶ CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſuprà quòd dominus poteſt ſeruum ſuum in teſtamento hæredẽ inſtituere: nunquid eſt hoc generaliter verum, quòd licet cuilibet dominę ſeruum ſuum hæredem inſtituere? Et reſpon. quòd non. Eſt enim caſus in quo non licet dominę ſeruum ſuum hæredem inſtituere, quamuis libertatem eidem ſeruo, ſe dediſſe in teſtamento ſuo expreſſerit. & ita cauetur conſtitutione diuorum Seueri, & Anto. cuius conſtitutionis verba ſunt hæc: rationis eſt ſeruum maculatum, ideſt accuſatum de adulterio cum domina ſua commiſſo, non videri iure manumiſſum ante ſententiam, ab eadẽ domina ſua quæ fuerat rea poſtulata eiuſdem criminis. vnde ſequitur quòd ex quo manumiſsio in teſtamento ſuo non valet: nec cum inſtitutione valere poſsit. Manifeſtum eſt igitur, quòd inſtitutio hæredis in eundẽ à domina collata, nullius momẽti habeatur. & hęc vſque ad illum. §. alienus ſeruus. Fran. de Are.

i ¶ CONSTITVTIONE.] ſcilicet græca: quam non habemus. Accur.

k ¶ CVIVS.] ſcilicet conſtitutionis.

l ¶ VERBA HAEC SVNT.] quæ ſequuntur.

m ¶ MACVLATVM.] ideſt. accuſatum. Nam aliâs eſt in litera, accuſatum. vt. ff. eo. l. his verbis. §. interdum. vbi de verbo ad verbum ſunt iſta, quæ hîc dicuntur, excepto, quòd ibi non ſcribitur maculatum vt hîc, ſed accuſatũ. ſimilis expoſitio dicitur in lib. Sapientiæ de Ioſeph. Maculauerũt me impij. Et alibi in diuina ſcriptura: Mendaces oſtendit, qui maculauerunt eum. id eſt accuſauerunt eum.

Sapiẽtiæ. x.

n ¶ MANVMISSVM.] ſcilicet videri: vt poſteà ſubijcit. & dic manumiſſum ſimpliciter, non inſtitutum: & ex hoc infert quod ſequitur, quòd nec cum inſtitutione fieri poteſt liber, vt ſubiicit: quare ſequitur &c. Aretinus.

o ¶ POSTVLATA.] ideſt accuſata de eodem adulterio cum ſeruo proprio commiſſo: pro quo grauiter punitur vterq;: vt C. de mulie. quæ ſer. pro. ſe iunxe. l. j. in princi.[b] Quid ſi cum extraneo commiſit adulteriũ? Reſpon. nec tunc manumittit vſq; ad. lx. dies: vt. C. de adul. l. iij. & ff. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. Item, quid ſi adulterium tale commiſit: non tamen accuſatur adhuc? Reſpon. bene poteſt manumittere[c]. ſed in crimine læſæ maieſtatis eſt ſpeciale, vt poſt commiſſum crimen tale nõ poſſit manumittere, vel teſtari: vt. C. ad le. iuliã maieſta. l. fi. & ff. de donat. l. poſt contractũ. & l. donationes. §. fina. Accur.

uorum Seueri & Antonini cauetur, cuius[k] verba hæc ſunt[l]. Seruum adulterio maculatum[m], non iure teſtamento manumiſſum[n], ante ſententiã ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata[o], rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata hæredis * inſtitutio, nullius momenti habeatur[p].

¶ Seruus in quo quis habet vſumfructũ, dicitur alienus: & ideo inſtitutus cum libertate ab vſufructuario, non cõſequitur libertatem ipſam. Aretinus.

¶ Alienus ſeruus etiam is intelligitur, in quo vſumfructum teſtator[q] habet.

¶ Seruus à domino inſtitutus fit liber, & hæres neceſſarius, niſi invita teſtatoris fuerit manumiſſus, aut ab eo alienatus. Areti.

¶ Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus, ſi quidem in eadem cauſa[r] manſerit, fit ex teſtamento liber[s], hæresq́ue ei neceſſarius: ſi ve-

* Aliâs hæreditatis. aliâs neutrũ habet, nec hęredis, nec hæreditatis.

b Puniuntur autẽ & domina & ſeruus: quia verberati traduntur igni. & idẽ non eſſet in dño qui cognouiſſet ſeruam: vt not. gl. in. l. j. & probat in. l. fi. C. e. de ma. propterea quia maior honeſtas requiritur in muliere quã in maſculo: vt ſ. dixi. Vñ turpius eſſet hoc noſtro tẽpore quòd famulus cognoſceret dominã quam ſi dominus cognoſceret famulã propter honeſtatẽ que maximè requiritur in ipſa muliere. Chriſt.

c Hoc eſt falſũ: quia manumiſſio ĩtra. lx. dies prohibetur: qui cõputãtur à die diuortij, & nõ accuſationis: vt per Ioã. Fa. & Ang. ge. hîc.

d Et. ff. ad ſylla. l. j. §. domini. de quo vide gloſſ. in l. rectè dicimus. ff. de ver. ſig. Ange.

p ¶ NVLLIVS MOMENTI HABEATVR.] quia ſi valeret inſtitutio, valeret libertas: vt. ſ. eo. j. reſpon. & ſ. quibus ex cauſis manu. non li. §. j. & ita nota argu. ꝙ vbi aliquid prohibetur fieri directò: ſimiliter & per obliquum prohibetur. ſic. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub. ibi, ſed eſt verius. Item argumen. quòd caſſato principali caſſatur quicquid ſequitur ex eo, vel ex his: vt. C. de legi. & conſtitutio. l. non dubium. Accurſius.

¶ ALIENVS SERVVS. ¶ CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi. ſ. quis intelligitur proprius ſeruus: dicatis mihi, quis intelligitur ſeruus alienus? Ad hoc reſpon. Amice, alienus ſeruus non ſolùm dicitur ille, in quo teſtator nihil iuris habet: ſed etiã ille, in quo teſtator habet vſumfruc. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus autem à domino. Fran. de Are.

q ¶ TESTATOR.] & ideo non poteſt eum cum libertate inſtituere: vt. ff. e. l. ſi alienum. in prin.[d] Sed contradicit ad hunc. §. ff. de bo. au. iu. poſ. l. in venditione. Sed certè quo ad alia eſt loco domini: non quo ad hoc vt poſsit fieri liber. Sed cùm aliâs manumiſſus eſſet à fructuario ſimpliciter ſine inſtitutione, erit tanquam liber, quamdiu duraturus erat vſusfructus: vt. C. communia de ma. l. j. §. ſi autem fructuarius. Nunquid & hîc ſeruus alienus hæres inſtitutus erit tanquam liber, licet verè liber non ſit? Reſpon. non: quia ex morte teſtatoris protinus erat futurus quaſi liber, ſi valeret hoc quod ageretur: vt arg. j. de hære. qua. & dif. in prin. Item & tunc erat vſusfructus perdendus: vt. ſ. de vſufr. §. finitur. vnde etiam ſic eſſet quaſi liber, donec duraret vſusfructus: quia niſi duraret poſt mortem teſtantis, nihil valet talis inſtitutio, vt ſit liber: ſed domino ſuo hæreditatem quærit: vt. j. e. §. alienus. Sed quid ſi erat vſusfructus repetitus in perſona primi hæredis, vel etiam vlterius, quòd poteſt: vt. ff. qui. mo. vſusfru. amit. l. repeti. in prin. Reſpõ. tũc erit quaſi liber toto illo tempore: vt in dicta. l. communia de ma. l. j. §. ſi autem fructuarius.

¶ SERVVS AVTEM. ¶ CASVS. Domine, iam video, quòd proprius ſeruus à domino in teſtamento hæres inſtitui poteſt: pro deo dicatis modò mihi, quis eſt effectus illius inſtitutionis? Ad hoc reſpon. Amice, inſtitutio proprij ſerui, â domino facta, glorioſum habet effectum. Proprius enim ſeruus à domino ſuo hæres inſtitutus: ſi in eiuſdem domini dominio vſque ad mortem eius perſeuerauerit, mortuo teſtatore, fit ex teſtamento liber, & hæres. ſcilicet neceſſarius. ſed ſi teſtator viuus manumiſerit: tunc poſt mortem teſtatoris adire hæreditatem ſuo arbitrio poterit. nam in hoc caſu quando à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, non cogitur hæres neceſſarius eſſe: quia non conſequitur hæreditatem, & libertatem ex teſtamento domini. Ad hoc enim vt hæres neceſſarius ſit, neceſſe eſt eum tam libertatem, quâm hæreditatem ex domini teſtamento habuiſſe. & hæc obtinent, quando dominus viuus ſeruum inſtitutum manumiſit. Sed pone, quòd dominus ſeruum proprium inſtituit. & poſt inſtitutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in alium tranſtulerit. certè in caſu iſto mortuo teſtatore iuſſu noui domini debet iſte ſeruus adire hæreditatem, & eã nouo domino acquirere: & ea ratione per eius aditionem iuſſu noui domini factam nouus dominus hæres efficitur. Nam ipſe ſeruus poſt inſtitutionem alienatus nec liber nec hæres eſſe poteſt: licet etiam cũ libertate in teſtamento expreſſa hæres fuerit inſtitutus. Dominus enim poſt inſtitutionẽ eum alienando, à libertatis datione videtur deſtitiſſe. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. alienus quoque. Fran.

r ¶ IN EADEM CAVSA.] ideſt ſeruus eiuſdem domini Io. vt. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. j. §. j.

s ¶ LIBER.] ni ſi aliqua lex impediat libertatẽ: vt. ff. e. l. ſi non lex. ad fi. tit.

vel conditio:vt.ff.e.l.quoties.§.fi.vel quia ex lege peruenit ad libertatē: vt ff.e.l.teſtamento.ad fi.ti.ſecundum Io.[a] Item fit liber à ſemetipſo, niſi inſtitutus fuerit ita,cùm quis mihi hæres erit,Stichus liber & hæres eſto.nã tunc à cohærede accipit libertatem:vt.ff.de acquir.hære.l.ex parte.Item & ignorans fit hæres & liber:vt.ff.ſi cer.peta.l.eius qui.

a Ex hac gl.q̃ ſing. ē &.l. in ea allegata colligite ſecundũ Bal. q̊ vox publica prȩfertur priuatȩ. vñ dicit, quòd per ſtatutũ poſſet derogari vltimȩ voluntati: ꝓpterea q̊ vox ſtatuẽtiũ voci teſtatorũ eſt præferẽda: vt.d.l.teſtamento. ff. eo. Chriſt. Vide Tul. li.j. Rheto. de iuriſdiciali cõſtitutione. E. Perrinus.

a ¶ VTRVMQVE.] id eſt, hæreditatē & libertatem.nã vt liber ſit & hȩres neceſſarius, hæc duo conſequi debet ex teſtamento domini: vt. j̃. de hære.quali.& diffe.§.j.

b ¶ NEQVE LIBER.] Directa enim libertas in ſeruo alieno non poteſt habere locũ:ſed inſtitutio poteſt habere effectum,vt hîc.ſed aliud in legatis, quæ adimuntur hoc ipſo,quòd alienantur ſerui:vt.ff.de adi.leg. l.ſeruo cũ libertate.& eſt ratio:quia in legato ſpectatur dies quo cedit, an ſit manumiſſus: vt.ff.qñ di. leg. ced.l. ſi poſt.§. ſi cũ. *ADDITIO.* Hæc ratio non eſt bona: qa ſiue inſpiciamus diē cedentis legati,ſiue diē aditæ hæreditatis: vtroque caſu reperitur alienus. vnde quemadmodum etiam hæreditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatum. & propterea noua redditur ratio:quia facilius legata reuocãtur,quàm hȩredum inſtitutio. l. ex parte.ff.de adimen.lega. cùm enim facilius legata inſtituantur, facilius deſtruuntur: vt in aut. ex cauſa.C.de li.præte.Chriſtopho.

rò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit,ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt,quia non fit hæres neceſſarius:cũ vtrunque[a] ex domini teſtamento nõ conſequatur.Quia ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini adire hæreditatē debet:& ea ratione per eũ dominus fit hæres:Nam ipſe alienatus,neque liber [b] ,neque hæres eſſe poteſt,etiam ſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit.Deſtitiſſe enim à libertatis datione videtur dñs,qui eum alienauit[c].

¶ Seruus alienus hæres inſtitutus quærit domino ſuo hæreditatem, ſi iuſſu ſuo hæreditatem adit. Si verò fuerit alteri alienatus,debet iuſſu noui domini adire. Si verò antequàm adeat, fuerit manumiſſus: poteſt ſuo arbitrio adire.Aretinus.

¶ Alienus [d] quoque ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit: iuſſu [e] eius domini adire hæreditatē debet.ſi verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo teſtatore, aut poſt mortē [f] eius antequàm adeat debet iuſſu noui domini [g] adire. at ſi manumiſſus eſt viuo teſtatore, vel mortuo antequã adeat ſuo arbitrio[h] adire poteſt hæreditatem.

¶ Seruus alienus poteſt inſtitui etiã poſt mortem domini ſui, & etiã ſeruus hæreditarius,vel eius qui eſt in vtero.Areti.

¶ Seruus etiam alienus poſt domini mortē[i] rectè hæres inſtituitur: quia & cum hæreditarijs ſeruis eſt teſtamenti factio[k] .Nondum[l] enim adita hȩreditas perſonȩ vicē ſuſtinet,nõ hȩredis futuri,ſed defuncti[m]. ¶ Quinetiam eius[n] qui in vtero eſt,ſeruus rectè hæres inſtituitur.

¶ Seruus pluriũ ab extraneo inſtitutus acquirit vnicuique pro parte dominica Aretinus.

¶ Seruus autem pluriũ cũ quibus[o] teſtamenti factio eſt, † ab extraneo[p] inſtitutus hæres, vnicuique dominorum,cuius iuſſu[q] adierit, pro portione dominij acquirit hæreditatem.

¶ Quis poteſt & vnum, & plures hæredes facere.Aretinus.

¶ Et vnum hominem,& plures vſq; in infinitum [r] quot quis hæredes velit[s] facere,licet.

¶ Hæreditas propriè diuiditur in duodecim vncias,ſiue partes :quarum quælibet ſuo proprio nomine nuncupatur. Poteſt tamen diuidi in pauciores, vel in plures, prout voluntas extiterit teſtatoris. hoc dicit.Aretinus.

† l. Capaci hȩreditatis. Egi. Perri.

c ¶ ALIENAVIT.] ſcilicet alicui habenti factionem teſtamenti †: vt.ff.eo. l.ſeruum meum.in fi.j.reſpon.& hoc niſi redimatur ab eodem teſtatore, qui eum inſtituit, & poſteà eum alienauit. tunc enim reuiuiſcit libertas: vt ff.de ma.teſta.l.verum.&.ff.eo.l.quoties. §.fina.& l.ſi non lex.& l.antepe.

¶ ALIENVS QVOQVE. ¶ *CASVS*. Domine,nõ video,quis ſit effectus inſtitutionis alieni ſerui. Ad hoc reſpond. Amice, alienus ſeruus hæres inſtitutus, ſi durauerit in eadem cauſa,debet iuſſu domini ſui adire hæreditatem,& eidem per aditionem hæreditatem acquirere.Si verò alienatus fuerit à domino ſuo viuente adhuc teſtatore: aut etiam poſt mortem teſtatoris, tamen antequàm hæreditatem adierit: in hoc caſu iuſſu noui domini debet adire hæreditatem. & hæc ſunt vera, quando iſte ſeruus in ſeruitute remanſerit. ſed ſi à primo domino vel à nouo viuente teſtatore, vel mortuo ante aditionem hæreditatis manumiſſus fuerit: tunc liber factus ſuo arbitrio hæreditatem adire, & ſibiipſi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vſque ad §.ſeruus autem alienus.Franciſcus.

d ¶ ALIENVS.] qui ſic inſtitui poteſt,cùm liber erit:prius non:vt.ff.de condi.inſti.l.ſeruus alienus.& l.quia.

b Quod facit:ſi ex ſtatuto vel lege requiratur iuſſus: authoritas: conſenſus: vel voluntas.& an p̄cedere debeant, vel ſequi: vide no. in. l.ſi. §.neceſsitatem. C. de bo.quæ libe.

e ¶ IVSSV.] præcedente aditione:vt.ff.de acquiren.hære.l.ſiquis mihi bona.§.iuſſum[b].& ita domino quæritur.aliâs ſi ſeruus nolit adire (quod poteſt eſſe etiam domino iubente) non quærit: vt.C.eod.l. cùm proponas. *ADDITIO.* Si tamen coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recuſante, item monaſterium monaſterio recuſante adire, vel ante aditionem mortuo teſtatore poſſunt adire ſuo iure: vt per Angelum Aretinum hîc.

f ¶ POST MORTEM EIVS.] etiam poſt iuſſum eius,antequam tamen adiret: vt.ff.de acquiren.hære.l.antiſtius.§.j.Accur.

g ¶ NOVI DOMINI.] hoc eſt enim in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis eſt dominus: vel ſibi, ſi liber eſt tunc. ſed in legato ſpectatur dies ceſsionis: vt ſi tempore mortis legantis ſit meus: licet alienem, tamen mihi debeatur legatum:vt.ff.quando di.leg. ced.l. ſi poſt.§.ij. & ibi glo.in verbo,ſtatim.

h ¶ SVO ARBITRIO.] ſic.s̃.eo.§.ſi verò.Accur.

Dies ceſsionis ſpectatur in legatis.

¶ SERVVS AVTEM ALIENVS. ¶ *CASVS*. Domine,iam video quòd ſeruus alienus viuente domino poſsit hæres inſtitui: nunquid poterit inſtitui poſt mortem domini? Et reſpõ.quòd ſic.Seruus enim alienus poſt mortem domini hæres poteſt inſtitui: & cum hæreditarijs ſeruis eſt teſtamenti factio.Nam hæreditarij ſerui acquiruntur hæreditati, & per conſequens hæredi futuro.Hæreditas enim nondum adita ſuſtinet vicem perſonæ defunctæ,non hæredis futuri.vnde ſicuti ſi defunctus viueret ex teſtamento capere poſſet: ita eo mortuo capere poſſet hæreditas: cùm hæreditas quantum ad hoc vicem perſonæ defunctæ repræſentet.Item non ſolum ſeruus alicuius iam nati inſtitui poteſt:ſed etiam ſeruus eius qui in vtero eſt,rectè hæres inſtitui poterit:quia quãtum ad hoc qui in vtero eſt, pro iam nato habetur: cùm in hoc caſu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vſque ad §.ſeruus autem plurium.Fran.

i ¶ POST DOMINI MORTEM.] verba legis ſunt omnia:& ſecundũ hoc planum eſt.vel teſtatoris:quia ſic dicat,inſtituo ſeruum hæredem poſt mortem domini.& probatur hæc lectio ſecunda.ff.eo. l.qui filio. j. reſpon. nec ob.quòd videatur in diē fieri hæc inſtitutio:vt.j̃. e.§.hæres. quia incertus eſt dies mortis: vt. ff. de cõdi.& demon.l.j.§. dies autem. vnde valet.&.ff. e.l.in tempus.in prin.

k ¶ TESTAMENTI FACTIO.] ſcilicet paſsiuè, non actiuè:vt.j̃.de hære. quali.& dif.§. teſtamēti. & iuſsio hæredum ſpectatur,ſi modò cum defuncto fuit,licet cũ hærede inſtituto non ſit teſtamenti factio: vt.ff.eodē. l.ſeruus hæreditarius.

† Paſsiua ſcilicet. i. q̊ ex alieno teſtamento capere poſſunt, non enim põt inſtitui ſeruus, niſi ei⁹ domin⁹ habeat paſsiuã teſtamēti factionē: vt. j̃.de hære. qualita. & dif. §. in extraneis. Egi. Perri.

l ¶ NONDVM.] bene dico, ſeruum hæreditariũ poſſe inſtitui: quia non eſt nullius,ſed alicuius.ſ. hæreditatis: quæ vicem defuncti obtinet.

Hæreditas iacẽs defunctum,& nõ hæredē repȩſentat.

m ¶ DEFVNCTI.] et eſt fortè ratio: quia defunctus eſt certus quis fuerit:ſed non ſic de hærede:quia & ſi certus ſit inſtitutus,poterit eſſe q̊ nõ adeat hæreditatem:quia poteſt deſiſtere multis de cauſis: vt.j̃.qui. mo. teſt.infir.§.poſteriore.& facit ad hunc.§.j̃.de ſtip. ſeruo.in prin.&.ff.de acquiren.re.do.l. in eodē. in fine.& l.ſequenti.

n ¶ EIVS QVI IN VTERO EST.] cùm pro nato ſit habendus,quo ad commodum:vt.ff.de ſta. ho.l.qui in vtero.&.ff.eo.l.eius.in prin.

¶ SERVVS AVTEM PLVRIVM. ¶ *CASVS* Domine,iam video,quis ſit effectus inſtitutionis,quando ſeruus vnius alij inſtituitur.Sed po.quòd aliquis inſtituat ſeruum plurium dominorum: dicatis mihi, quis ſit effectus huiuſmodi inſtitutionis? Ad hoc reſpon. Amice,ſeruus plurium dominorum cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo hæres inſtitutus, vnicuique dominorum cuius iuſſu adijt hæreditatem, acquirit pro portione dominij, quam in ſeruo habet, & efficitur hæres. Sed pone. Domine, iam video, quòd per inſtitutionem ſerui plurium dominorum plures hæredes inſtitui poſſunt. eſt ne hoc verum? Et reſpon.quòd ſic.nam & vnum hominem,& plures vſque in infinitum quot teſtator voluerit hæredes facere poteſt.Et hæc dicuntur vſque ad.§.hæreditas.Fran.de Are.

o ¶ CVM QVIBVS.] ſcilicet dominis.

p ¶ AB EXTRANEO.] ſi verò ab altero ex dominis ſit inſtitutus: acquiritur cæteris ſocijs hæreditas.quod dic vt.ff.pro ſocio.l.verum.§. ſi ſeruo communi.

q ¶ IVSSV.] dic quòd ſufficit vna iuſsio,licet ſint plures domini:vt.ff.de acquiren.hære.l.ſeruus duorum †.

† Hæc gl. non eſt Accurſij. Hȩredes inſtitui poſſunt ſimul omnes homines mundi.

r ¶ IN INFINITVM.] quid ergo ſi inſtituam omnes homines quicunque ſunt in mundo? Videtur nullum eſſe,cùm effectum habere non poſsit:puta tamen valere,vt hîc,ſed tamen non poterit cõfirmari aditione, propter nimiam difficultatem,vel impoſsibilitatem.

s ¶ VELIT.] cùm ſua voluntas ſit lex: vt in aut.de nup. §. diſponat. colum.iiij.

Volũtas teſtatoris eſt lex.

¶ HAEREDITAS. ¶ *CASVS*. Domine, iam video qui poſſunt hæredes inſtitui:& quis ſit effectus inſtitutionis. pro deo dicatis mihi,qualiter diuiditur hæreditas? Ad hoc reſpon. Amice, Hæreditas plerunque diuiditur in. xij. vncias, quæ aſsis appellatione continentur. Habent autem hæ partes hæc nomina ab vncia vſque ad aſſem: vtputa hæc: ſeſcunx &c. prout in litera continetur. Et hæc dicuntur vſque ad §.non autem. in quo pone ſic caſum. Domine, vos dixiſtis mihi, quòd hæreditas diuiditur in.xij.vncias:& propria nomina vnciarum mihi expreſsiſtis: nunquid generaliter oportet eſſe. xij. vncias in hæreditate? Et reſpon. quòd non ſemper duodecim vncias in hæreditate oportet eſſe. nam tot vnciæ aſſem conſtituunt, quot teſtator voluerit. Si enim teſtator vnum tantùm hæredem ex ſemiſſe inſtituerit: totus as in ſemiſſe continebitur. & hoc ideo:quia idem ex parte teſtatus,& ex parte inteſtatus decedere nõ poteſt.& hoc eſt verum,niſi ſit miles,qui in caſtrenſibus teſtari poteſt,& in paganicis inteſtatus decedere.Sola enim voluntas militis in teſtando ſpectatur.Cùm igitur aliquis in ſemiſſe vnum tantùm inſtituerit, & alium poſteà non inſtituerit: præſumitur in totum aſſem inſtituiſſe. & ſimiliter in

caſu

caſu conuerſo:quia ſicut ego tibi dixi, non ſemper eſſe neceſſe.xij. vncias contineri in aſſe:ità & in quantaſcunque voluerit, plurimas vncias poteſt quis hæreditatem diuidere. Et hæc dicuntur vſque ad.§.ſi plures inſtituantur. Franciſcus de Are.

¶ Hæreditas[†] plerunque[a] diuiditur in duodecim vncias, quæ[b] aſsis appellatione[c] continentur. ¶ Habent autem & hæ partes[d] propria nomina ab vncia vſque ad aſſem[*] hæc. ſeſcunx[e], ſextanx[f], quadrans[g], triẽs[h], quincunx[i], ſemis[k], ſeptunx[l], bes[m], dodrans[n], dextans[o], deunx[p], as[q]. ¶ Nõ autem vtique ſemper duodecim vncias eſſe oportet. Nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit. ¶ Et ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredem ſcripſerit: totus as[r] in ſemiſſe erit. ¶ Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus[s] decedere poteſt, niſi ſit miles[t]: cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. ¶ Et econtrario, poteſt quis in quotcũque[v] voluerit, plurimas vncias ſuam hæreditatem diuidere.

¶ Qui plures vult hæredes inſtituere diſpariter neceſsitatem habet per partes hæreditatem diſtribuere, ſi non vult æqualiter eſſe hæredes. Quibuſdam tamen inſtitutis in partibus: qui ſine partibus inſtitutus eſt, habebit reliquum hæreditatis: ſiue ſit vnus, ſiue plures. Si verò totus as fuerit per teſtatorem diſtributus: qui ſine parte eſt inſtitutus, habet ſemiſſem totius hæreditatis. Are.

a ¶ PLERVNQVE.] ideo dicit plerũq;, ꝗa quãdoq; in plures: vt.j.e.§.ſi plures. qñque in pauciores diuidit: vt.j.e.§.nõ autẽ.

b ¶ QVAE.] ſcilicet vnciæ ſimul collectæ.

† Cũ hoc §. concor. ca. Rainaldus. in glo. ſuper verb. expreſsit. extrà de teſt.

c ¶ APPELLATIONE.] i. ſignificatione.

d ¶ HAE PARTES.] infrà poſitæ, in quantitate differentes. vel dic melius, hæ partes, ſcilicet vnciẹ.xij. ad partes redactẹ. eſt enim ad ſuperiora facienda relatio.

* Vt puta.

e ¶ SESCVNX†.] id eſt vncia & dimidia: vt ff. de inoff. teſt. l. papinianus. §. quoniam autem quarta. in fin. Sed quare non poſuit nomẽ quod vnciam ſignaret? Reſpõ. quia plura ſunt negocia quàm vocabula: vt. ff. de præ. ver. l. natura. Et not. quòd primum, & ſecundum, & tertiũ, & quartum nomen interpretationẽ ſumit, ex eo quòd quotam deſignat hæreditatis portionẽ. Seſcunx enim dicitur quaſi ſemũcia & vncia. & eſt tertia eius litera, s non x. Sextans: quia ſextam partem partẽ ſignat, id eſt, duas vncias. Quadrãs: quia quartam: & ita tres vncias ſignat. Triẽs: quia tertiam partẽ: & ita quatuor vncias ſignat. Sequẽtia verò nomina etymologiam habent ex eo, ꝙ certum numerum vnciarũ ſignant. Dicitur enim quincunx, nõ quia quintam partem habet, ſed quia quinque denotat vncias. Semis: quia ſex: & ſic de ſingulis per ordinem. Item not. quòd non omnes vnciæ quæ ſignantur per iſta nomina continentur in aſſe: licet hoc innui videatur. ſic enim contineret as. lxxviij. vncias & dimidiam. Ideo autem ponit has partes, quia quælibet poteſt in aſſe contineri. hac ratione, & homo dicitur riſibilis: & actio legis Aquiliæ pœnalis dicitur: vt.j. ad le. aquil. §. his verbis. Item not. iſta tria nomina, as, pondus, libra, idem ſignare. Item quandoque as ponitur pro obolo: vnde illud, Nónne duo paſſeres aſſe veneunt? vnde verſus: As, obolus, pondus, as eſt poſſeſsio tota, ideſt hæreditas: vt hîc. ſed & pondus largè dicitur omne quod eſt in ſtatera poſitum. ſed hîc ſtrictè accipitur pro pondere.xij. vnciarum. vnde dupondium, quaſi duplex pondus, ſcilicet.xxiiij. vnciarum: vt.j. eo.§.& ſi plures. & facit ad hunc.§.ff. eo. l. ſeruum meum.§. fina.

† De aſſe, & partibus eius vide Blõdũ li.ij. de Ro. inſtaurata, Bartolom. fontium in Perſiũſaty. vlti. Sext. Ponpe. & Tullium libro.j. rheto. de legitima cõſtitutione. §. ex ambiguo. Eg.p. Aſſis partes declarãtur.

As tria ſignificat. Verſus.

f ¶ SEXTANX.] id eſt duæ vnciæ, quaſi ſexta pars aſsis.

g ¶ QVADRANS.] id eſt tres vnciæ, quaſi quarta pars aſsis.

h ¶ TRIENS.] id eſt quatuor vnciæ, quaſi tertia pars aſsis.

i ¶ QVINCVNX.] id eſt.v. vnciæ.

k ¶ SEMIS.] id eſt.vj. vnciæ: ſcilicet dimidium aſsis.

l ¶ SEPTVNX.] id eſt.vij. vnciæ.

m ¶ BES.] id eſt.viij. vt olim des, quaſi dempto triente.

n ¶ DODRANS.] id eſt.ix. quaſi dempto quadrante.

o ¶ DEXTANS.] id eſt.x. quaſi dempto ſextante.

p ¶ DEVNX.] id eſt.xj. quaſi dempta vncia.

q ¶ AS.] id eſt.xij.

r ¶ TOTVS AS.] nam in totum præſumitur inſtituiſſe defunctus, cùm aliũ non inſtituit: vt hîc. & ff. eo. l. interdum.§.j. Idem quoque præſumitur in milite: vt. C. de teſta. mili. l. iij.§. nam cum[a]. niſi quod hîc ſequitur, non ad ſuperius proxi. reſponſum, ſed ad hoc quod ſequitur, refertur, ſcilicet, neque enim &c. Sed ſi miles fecit teſtamentum in caſtrenſibus, poteſt decedere inteſtatus in paganicis: vt. C. de teſt. mi. l. ij. Accur.

a Et iſta ẽ communis opi. licet Ang. putet de iure verius ſic diſtinguere: vt ꝓcedat, quãdo verba poſſunt aptari ad ius cõmune, aliâs pręſumitur teſtatus de iure Speciali. l. ſi miles vnũ ex fundo. ff. de mili. teſta.

s ¶ INTESTATVS DECEDERE.] imò videtur quòd ſic: vt. ff. de inoff. teſta. l. nam & ſi parentibus.§. pe. & fi. quæ eſt contrà. Sed hoc eſt verũ ab initio: ſed ex poſt facto poteſt: vt. C. de inoff. teſta. l. cum duobus. Et not. hîc idem iuris non eſſe in parte, quo ad partem, quod eſt in toto, quo ad totum: vt. ff. famil. hercif. l. in hoc iudicio. Arg. contra. ff. de pac. l. iuriſgentiũ.§. adeò. &.§. ſequen. & facit ad hunc.§. ff. de regu. iur. l. in teſtamentis. Accurſius.

ADDITIO. Et melius. l. ius noſtrum. eo. tit. Et procedit iſte textus indiſtinctè, ſiue ſimpliciter ſit facta inſtitutio, in re certa, vel parte, de reliquo non facta mentione: ſiue dixerit teſtator, in reſiduo ſe velle inteſtatum decedere. Io. Fab. & Ang. Are.

t ¶ NISI SIT MILES.] nam miles bene poteſt pro parte teſtatus decedere: pro parte inteſtatus: vt. C. de teſta. mili. l. ij.

v ¶ QVOTCVNQVE.] & facit. ff. eo. l. interdum.§. paterfamilias. & l. ſeq. vſque ad. l. ex facto.

¶ SI PLVRES. ¶ *CASVS.* Dñe, po. ꝙ aliqs plures inſtituit hæredes: nunqd neceſſe eſt, ꝙ teſtator exprimat partes in quib⁹ eos inſtituit? Et reſpõ. ꝙ nõ: niſi voluerit eos ex diſparib⁹ partib⁹ hæredes eſſe. Si enim plures hæredes inſtituũtur: ita demũ neceſſaria eſt partiũ diſtributio, ſi voluerit teſtator hẹredes inſtituẽdos ex inẹqualibus portionib⁹ ſuccedere. Satis enim manifeſtũ eſt, ꝙ ſi eos ſimpliciter inſtituat partib⁹ hæreditatis in inſtitutione nõ expreſſis: oẽs inſtitutos ex ẹqualibus portionibus hæredes eſſe intelligendũ eſt. Sed po. ꝙ teſtator quoſdã inſtituit incertis portionib⁹: puta Titiũ in triẽte, & Mẹuiũ in ſextante: & poſteà Sẽproniũ inſtituit ſimpliciter, nulla portione in eius perſona expreſſa. dicatis mihi, qd iuris erit in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, ſi plures inſtituãtur, certis partib⁹ in quorũdã perſonis expreſsis: & aliqs poſteà ſine parte inſtitut⁹ fuerit: ille qui ſine parte inſtitutus eſt: ſi aliqua pars aſsi deeſt, ex ea parte inſtitui intelligitur. vñ in caſu prædicto, ille qui ſine parte inſtitutus eſt, in ſemiſſe erit hæres. & idẽ iuris eſt, ſi plures ſine parte inſtituti ſunt. nã omnes in eã partẽ quẹ aſsi deeſt, cõcurrũt. & hẹc ſunt vera, qñ aliqua pars deeſt aſsi. Sed po. ꝙ totus as completus ſit: quia inſtitui Publiũ in ſemiſſe: & Mẹuiũ in alio ſemiſſe: poſteà vnũ, vel plures ſine partẽ inſtitui. quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, ſi totus as ſit completus, oẽs inſtituti vocãtur in dimidiã partẽ hæreditatis: & ille ſolus qui ſine parte inſtitutus fuerit, vel etiã ſi plures ſine parte inſtituti fuerint, in alterã partem vocabũtur. Nec etiam intereſt in eo caſu quãdo aliqui ſunt inſtituti in certa portione, & poſteà alius ſine portione inſtitutus eſt, vtrũ primus, vel medius, an nouiſsimus ſine parte inſtitutus fuerit. nam ſemper illa pars quæ vacat, intelligitur data ei, qui ſine certa portione inſtitutus eſt. & hæc dicuntur vſque ad.§. videamus. Franc.

¶ Si plures inſtituantur hæredes, ita demum in hoc caſu partium diſtributio[x] neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis[y] partibus hæredes eſſe. ¶ Satis enim conſtat nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos hæredes eſſe. ¶ Partibus autem in quorundam perſonis expreſsis, ſiquis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidem aliqua pars aſsi deerit, ex ea parte hæres[z] fit. ¶ Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt. ¶ Si verò totus as completus ſit: ij qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam[a] partem vocantur[b]: & ille vel illi omnes[c] in alteram dimidiam. ¶ Nec intereſt[d], primus, an medius, an nouiſsimus ſine parte hæres ſcriptus ſit. ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

¶ Pars hæreditatis per teſtatorem non diſtributa, accreſcit hæredibus, pro portionibus hæreditariis. Idem econtrà, ſi teſtator plus diſtribuit, quàm ſit in hæreditate: tunc enim cuilibet hæredum decreſcit pro rata. Aretinus.

¶ Videamus[e] ſi pars aliqua vacet,

x ¶ DISTRIBVTIO.] id eſt aſsignatio partium: quam ſcilicet partem velit teſtator quemlibet habere.

y ¶ EX AEQVIS PARTIBVS.] facit. ff. eo. l. quoties.§. hæredes.

z ¶ HAERES FIT.] eadem eſt ratio in dupondio: vt. ff. e. l. itẽ quod Sabinus. &.j. eo.§. etſi plures. Item eſt hoc verum ſi teſtator non ignorat: vt. ff. e. l. quo loco.§.j. quæ eſt contra. Accur.

a ¶ IN DIMIDIAM PARTEM.] aliter enim ſi aſſe expleto ſcripſit, ex reliqua parte hæres eſto. tũc enim cùm nihil reliquũ ſit: ex nulla parte hæres inſtitutus eſt: vt. ff. e. l. itẽ quod Sabinus.§. vnde. verſi. ſed ſi aſſe. Accur.

b ¶ VOCANTVR] ſ. illi q erãt inſtituti in tota hẹreditate partib⁹ expreſsis.

c ¶ OMNES.] qui erant inſtituti ſine partibus. Accur.

d ¶ NEC INTEREST.] hoc refert nõ ad ꝓximũ caſum, ſed ad ſuperiorẽ ſ. qñ pars vacat. idẽ tamẽ in ſecũdo: ſed non haberet locũ ratio quæ redditur, Ea enim &c. vel dic, ꝙ ad proxi.§. & ſtatim cùm ſic ſit inſtitutio, intelligitur pars vacare. & facit ad hoc. ff. eo. l. quo loco.j. reſpon.

¶ VIDEAMVS. ¶ *CASVS.* Dñe, iam video, qd iuris eſt, qñ aliqua pars deeſt aſsi, & aliqs inſtituit ſine parte. Sed po. ꝙ aliqua pars præualet: & nemo ſit inſtitutus ſine parte: vt in tali exẽplo teſtator inſtituit Publiũ in quadrãte: & M. in alio quadrãte & Titiũ in quadrãte, & ita tres inſtituit ex quartis partib⁹. modò manifeſtè liquet, ꝙ quarta pars hæreditatis vacat. dicatis mihi, qd iur. eſt in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, ſi tres ex quartis partib⁹ hæredes inſtituti ſunt: in hoc caſu cõſtat vacãtẽ partẽ ſingulis tacita voluntate teſtatoris, ꝓ hæreditaria portiõe accedere: & ꝓinde erit, acſi ab initio ſinguli ex certis portionib⁹ fuiſſent inſtituti. Idẽ iuris erit in caſu cõuerſo. Nã ſi plures in portionibus inſtituti fuerint, ſingulis ꝓ hæreditariis portionib⁹ decreſcet: vtputa ſi iure in certis portiõib⁹ inſtituti ſunt. nã ſi teſtator P. inſtituit in triẽte: & Mẹuiũ in alio triẽte, & Titiũ in alio triẽte, & Caium in alio triente, in hoc caſu perinde erit ac ſi vnuſquiſque in quadrãte inſtitutus fuiſſet. Et hæc dicuntur vſq; ad illum.§.& ſi plures vnciæ. Fran.

e ¶ VIDEAMVS.] vt. ff. eo. l. interdum.§. paterfamilias. vſque in finem. l.

nec tñ quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus, quid iuris ſit: veluti ſi tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partẽ ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accedere, & perinde haberi, ac ſi ex tertijs partibus hæredes ſcripti eſſent.

¶ Et ex diuerſo, ſi plures hęredes ſcripti in portionibus ſint, tacitè ſingulis decreſcere. vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes ſcripti ſint, perinde habeãtur, ac ſi vnuſquiſque ex quarta parte ſcriptus hæres fuiſſet.

¶Si plures vnciæ quàm duodecim ſint diſtributę, et alius ſit inſtitutus ſine parte: tranſit ad dupondium. hoc dicit. Areti.

¶Et ſi plures vncię quàm duodecim diſtributæ ſint: is qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio[a] deeſt, habebit. ¶ Idemque erit[b], ſi dupõdius expletus ſit. quæ omnes partes ad aſſem poſteà reuocantur[c], quãuis ſint plurium vnciarum.

¶Hæres poteſt inſtitui purè, & ſub conditione, non autem ex certo tempore, vel ad certum tempus. Si tamẽ ſic inſtituatur, valet inſtitutio tanquam pura, vitiata tali adiectione.

¶Hæres & purè, & ſub conditione inſtitui poteſt ex [d] certo tempore † aut ad certum tempus † non poteſt: veluti, Poſt quinquẽnium quàm moriar, vel Ex calẽdis illis, vel Vſque ad calendas illas hæres eſto. Deniq; diẽ adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, ac ſi purè hæres inſtitutus eſſet.

¶Conditio impoſsibilis in vltimis voluntatibus non vitiat. Areti.

¶ Impoſsibilis[e] cõditio in inſtitutionibus & legatis, necnon in fideicommiſsis, & libertatibus pro non ſcripta [f] habetur.

¶Ad veritatẽ copulatiuæ requiritur implemõtum vtriuſq; partis. Ad veritatẽ verò alternatiuæ ſufficit verificatio alterius.

¶Si plures cõditiones in inſtitutiõibus adſcriptæ ſunt, ſi quidẽ coniunctim, vtputa, Si illud, & illud factum fuerit: omnibus parẽdum [g] eſt. ſi ſeparatim[h], veluti, Si illud, aut illud factum erit: cuilibet conditioni obtemperari ſatis eſt.

¶Etiã penitus ignotus, & quẽ teſtator nunquã vidit: poteſt hæres inſtitui. Aret.

¶ Ij quos nunquã teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt. veluti ſi fratris filios [i] peregrinantes [k], ignorãs qui eſſent, hæredes inſtituerit. Ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.

¶ET SI PLVRES VNCIAE. ¶ CASVS. Quidã inſtituit P. in ſemiſſem: & M. in beſſem: & ita plures vnciæ quàm duodecim ſunt diſtributæ. & poſteà inſtituit Titium ſine parte. modò quæro quid iuris ſit in hoc caſu? Ad hoc reſpon. amice, ſi plures vnciæ quàm duodecim à teſtatore: deſtributæ ſunt, & poſteà aliquis ſine parte inſtitutus fuerit: in hoc caſu ad dupondiũ tranſeundum erit: & qui inſtitutus eſt ſine parte, quod deeſt dupõdio habebit. & idem iuris eſt ſi dupondius fuerit cõpletus: nam tunc tranſeundum eſt ad tripõdium: & ſic deinceps: nec ꝑpter hoc augetur hæreditas, licet in plures vncias diſtribuatur: quia omnes partes diſtributæ poſteà ad aſſem reuocãtur: quãuis ſint pluriũ vnciarũ. Et hæc dicuntur vſque ad illũ. §. heres & purè. Frã.

a ¶ DVPONDIO.] dicitur autem dupondium põdus ſiue hæreditas in xxiiij. vncias diuiſa. ſic enim pondus dicitur ea quæ in. xij. diuiditur: & tripõdiũ quod in. xxxvj. & quadripõdiũ quod in xlviij. & ſic de ſingulis.

b ¶ IDEMQVE ERIT[a].] i. quod diximus ſiquis expleto aſſe fuit inſtitutus hæres, in dimidiam vocatur: vel nõ expleto aſſe, in vacantẽ partẽ vocatur: vt. ſ. eo. §. partibus autem. vel tranſcendẽte in vacantẽ vſq; ad dupondium: vt. ſ. proxi. rñ. Idem eſt etiã ſi dupondius ſit expletus. Sed cõtrà. ff. eo. l. itẽ quod Sabinus. in fi. l. vbi dicit, expleto dupondio, inſtitutum non habere partem vacantem vſque ad tripondium. Sed certè imò dicit quòd ſic, ſi rectè illa litera intelligitur: & ita concordat. Idem videtur contrà. ff. eo. l. ex vncijs. vj. Sed certè, & illa eſt concordantia, ſi rectè ibi fiat computatio vnciarum. Sed magis videtur contrà. C. de leg. l. cùm quæſtio. vbi dicit non fieri tranſitum ad dupondium, vel tripondium: ſed tantùm videtur adimi primò, quantum confertur ſecundò. Sed diſtingue: aut voluit teſtator excedere aſſem, vel dupondium: quod poteſt: vt. ſ. eo. §. non autem. & ita hîc intelligitur. Aut noluit: & tunc habeat locum lex contraria. Item & tunc quando dubium eſt, ſimiliter locum habeat. l. cum quæſtio. quæ eſt contrà. Alij dicunt hanc corrigi per illam. Accurſius.

ADDITIO. Aduerte diligenter, quòd ſi nominatim aſſem expleuit, videtur tranſire ad dupondium: aliâs non: vt. l. qui non militabat. §. filijs. ff. eo. Et de effectu, an fiat tranſitus ad dupondium vel non: vide Ioan. fab. hîc, qui infert, quòd ſi Papa ex certa ſcientia prouideat duobus de eadem præbenda: quòd vterque admittatur. extrà de reſcrip. c. duobus. in fi. lib. vj.

c ¶ REVOCANTVR.] Hæreditas enim non ideo augetur, quòd in plures diuiditur vncias: ſicut nec libra, licet per ſolidum, vel alium numerum diuidatur: & ideo quotam partem quis debet habere in dupondio, totam poteſt partem habere de aſſe: vt hîc, &. eo. l. ex vncijs.

¶HAERES. ¶ CASVS. Domine, quidam inſtituit hæredem ſub conditione: nunquid valet talis inſtitutio? Et reſpon. quòd ſic. Nam hæres purè, & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tamen tempore, vel vſque ad tempus non poteſt inſtitui: veluti ſiquis ita inſtituerit: Titium poſt quinquennium quàm moriar, hæredem inſtituo. In hoc enim caſu non valet inſtitutio, eo modo quo facta eſt. Dies enim in inſtitutione adiectus pro ſuperuacuo, ſiue pro non adiecto habebitur: & perinde erit, ac ſi Titius purè, & ſine diei adiectione inſtitutus fuiſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. impoſsibilis conditio. Franciſcus.

d ¶ EX CERTO TEMPORE.] ſed in diem incertum quis poteſt inſtitui hæres: puta cùm ipſe poterit capere ex teſtamento [b]: vel cùm ipſe morietur: vel cùm Titius morietur: vt. ff. eo. l. in tempus. & l. qui filio. j. reſpon. & ff. de libe. & poſthu. l. filius à patre. j. reſpon. &. C. eo. l. extraneum. Miles autem poteſt etiam extraneum ex certo tempore, vel in certum tempus inſtituere: vt. ff. de mili. teſta. l. miles. & facit ad hunc. §. ff. eo. l. hæreditas. argu. tamen eſt contrà. ff. de reg. iur. l. actus. ſed ibi non loquitur de hoc actu, ſcilicet factionis teſtamenti: vnde interpretandum eſt, vt magis valeat, quàm pereat: vt. ff. de re. du. l. quoties.

¶IMPOSSIBILIS. ¶ CASVS. Quidam Titium hæredẽ ſic inſtituit: Titium hæredem inſtituo, ſi cœlum digito tetigerit. quæro à vobis, vtrum valeat inſtitutio iſta? Et reſpond. quòd ſic. Nam in hoc caſu impoſsibilis conditio non vitiat, ſed vitiatur & inſtitutio pro pura habetur. impoſsibilis enim conditio in inſtitutionibus, & legatis, & fideicõmiſſariis libertatibus adiecta pro non ſcripta habetur, & perinde eſt ac ſi nulla conditio fuiſſet appoſita. Sed pone: quidam inſtituit hæredem ſub pluribus conditionibus: nunquid oportet omnes conditiones adimpleri antequam poſsit adire? Ad hoc reſpon. Amice, ſi plures inſtitutioni adſcriptę ſunt conditiones: diſtingue vtrum per coniunctionem copulatiuã, vel diſiunctiuam, illæ conditiones ſunt appoſitæ. nã ſi per coniunctionem copulatiuam: vtputa ſi illud, & illud factũ fuerit, Titium hæredem inſtituo: neceſſe habet hæres in hoc caſu omnes conditiones adimplere. Si verò ſub diſiunctiua cõiunctione plures conditiones appoſitæ ſunt: vt puta, ſi illud aut illud factum fuerit, Titiũ neceſſarium meum hęredem inſtituo: in hoc caſu tantùm alteri obtemperare ſatis eſt. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ij quos nunquam. Fran. de Are.

e ¶ IMPOSSIBILIS CONDITIO.] Trib9 modis poteſt dici cõditio impoſsibilis. Vel de natura: vt ſi cœlum digito tetigeris, hæres eſto: vt. j. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſsibilis[c]. Item de iure: vt ſi patrem ab hoſtibus nõ redemeris. vel ſimilis. nã hoc facere nos non poſſe præſumit ius: vt. ff. de cõdi. inſtit. l. conditiones. in gloſſ. j. &. l. filius. & in his duabus habet locum iſte §. impoſsibilis. Item de facto: vt ſi montem aureum dederis, hæres eſto. Et hoc caſu non valet inſtitutio, vel libertas: cùm nec animus dandi fuerit, iuris præſumptione: vt. ff. de ſtat. libe. l cùm hæres. §. j. Item eſt quædam quarta impoſsibilitas, propter perplexitatem, quæ vitiat: vt hæc, ſi Titius hæres erit, Seius hæres eſto: vt. ff. de conditio. inſtit. l. ſi Titius. quæ. l. eſt huic contra. Sed certè hîc de impoſsibilitate naturæ dicit: vt infrà de inutilit. ſtipulat. §. ſi impoſsibilis. Sed certè idem videtur in primis duabus, quòd vitietur inſtitutio: vt infrà de leg. §. fina. in gloſſ. impoſsibilia. quæ eſt contrà. Sed ſolue vt ibi. Item facit. ff. de legatis. j. l. ſi mihi. §. primo. &. ff. de condi. inſti. l. j. Accurſius.

f ¶ PRO NON SCRIPTA.] ſed cur ſecus in contractibus, vbi vitiat contractum impoſsibilitas: vt infrà de inutil. ſtipula. §. ſi impoſsibilis. &. ff. de actio. & obligatio. l. non ſolùm? Reſpon. hoc ſolum eſt fauore vltimæ voluntatis.

g ¶ PARENDVM EST.] ſi ſit poteſtatiua: vt hæc, ſi decem dederis, vel miſta: vt ſi ieris Romam: vt. ff. eo. l. ſuus quoque. §. puto generaliter. ſi autem caſualis, tunc ſufficit primam † exiſtere: vt. ff. de condi. inſti. l. ſi plures inſtitutiones. Accurſius.

h ¶ SI SEPARATIM.] ideſt ſub diſiunctiua coniunctione. Idem in legato ſeruatur, quod hîc in inſtitutione dicitur. Sed ſi in diuerſis partibus teſtamenti inſeratur, nouiſsimè debet obtemperari[d]. Sed in libertate directa cuilibet obtemperari ſufficit: vt. ff. de conditio. & demonſtratio. l. ſub diuerſis. in fideicommiſſaria nouiſsimè: vt. ff. de condi. & demonſtra. l. per fideicommiſſum. & l. quod traditum. ſecundum Ioan. Et facit ad hunc. §. ff. de verbo. obli. l. ſi ita quis ſtipuletur.

¶ II QVOS. ¶ CASVS. Domine, quidam inſtituit quoſdam ſibi ignotos hæredes. nunquid valet talis inſtitutio? Et reſpon. quòd ſic. Nam ij quos nunquam vidit teſtator, hæredes inſtitui poſſunt: veluti ſi aliquis fratris ſui filios peregrinantes, hæredes inſtituit: non ideo impeditur inſtitutio, ſi teſtator ignorauerit qui eſſent. ignorantia enim teſtatoris inutilem inſtitutionem non facit. Et hæc dicuntur vſque in finem tituli. Franciſ. de Aret.

i ¶ FRATRIS FILIOS.] vel etiam ſuos ſeruos, vel quemcunque alium: vt. C. eo. l. extraneum.

k ¶ PERGRINANTES, IGNORANS QVI ESSENT.] aliâs peregrinatos: puta quia viſitant limina ſancti Iacobi, vel ſancti Petri. aliud ſi eſſet peregrinus, id eſt deportatus: tunc enim inſtitui non poteſt: vt. C. eodem. l. prima. quæ eſt huic contrà. &. ff. eodem. l. ſed & ſi in conditione. §. ſolemus. Item ſunt & alij, qui non poſſunt inſtitui hæredes, vel habere commodum ex teſtamento: quos notaui j. de lega. §. legari.

Dupõdiũ. Pondus Tripõdiũ. Quadripõdium.

a Hæc gl. diuiditur in quatuor partes. In prima declarat text. In ſecunda format vnũ cõtrariũ ad iſtũ verſi. idẽque. & ſoluit. In tertia format aliud cõtrarium non ad iſtũ ver. ſed ad ver. ſed & ſi plures. ꝓximè prĕcedentem. In quarta format aliud cõtrarium, quod poteſt eſſe cõmune ad vtrũq; verſi.

† Ratio, qa quod nõ recipit diuiſionem in re, nec in tẽpore, ſed hę reditas non recipit diuiſionẽ in re, quia non poteſt quis decedere partim teſtat9 & partim inteſtatus, ergo nec in tẽpore: ſecundũ Porc. Egi. Perrinus.

† Ratio. qa impoſsibile eſt, vt qui fuit ſemel hęres, deſinat eſſe hæres ſecũdũ Nico. Egi. Perri.

b Quod ẽ verũ, quando incapacitas eſt reſpectu hæredis tãtùm ſecus ſi eſſet reſpectu teſtãtis vt in ſpurio de quo vide Angel. hîc.

c Et iſta impoſsibilitas, aliquando ponit̃ in diſpõne: & tũc ſi ſit circa ſubſtantialia: ſemp vitiat. ſi circa accidentalia: in vltimis voluntatibus vitiatur. Idẽ in contractibus bonæ fi. & in iudicijs ſi à prĩcipio inerat, ſaltem vbi iudex eam nõ expreſsit. Aliquando ponitur in cõditione: & tunc in contractibus vitiatur: vt hîc: ſed in iudicijs vel arbitrijs vitíat ſententiam.

Conditio eſt triplex.

† Hec gl. eſt diabolica, ſecũdũ Pe. Fa. Ange. & Porc. qa vbi ſunt plures conditiones in inſtitutione, debent omnes obſeruari. Eg. Perri.

d Quod ẽ verũ in legatis: ſed in inſtitutionibus videtur quòd priori quæ extiterit: vt dicta. l. ſi plures. & iſto caſu poteſt verificari gl. ꝓcedẽs.

Continuatio.
†Nam omnis hæres poſt primũ dicitur ſecũdus ſecundũ Bœti. in topi. Pli. li. vij. c. v. ex ſentẽtia Maſurij Iuriſcõ. ibi, ſecũdo hærede lege agẽte, gl. in rub. ff. eo. & C. de ſecund. nu. text. in. l. ſi filius qui. in prĩ. in verb. ex ſecũdis. ff. e. Sueto. tũ in Clau. §. de fauore eius vocat tertios hæredes ſecundo loco ſubſtitutos. Eg. Perri.

a Differũt tũ: quia ſubſtitutus in recetta per verbũ commune nunquam trahẽ ad totũ: vt l. cogi. §. qualiter. ff. ad treb. niſi eſſet ſubſtitut᷒, in quo ta alio non exiſtẽte hærede. ſecus autem eſt in inſtitutione vt. l. ſj. §. ſi ex fundo. ff. de hęred. inſtitu. Ange.

†De forma huius ſubſtitutionis vulgaris, habetur in gl. in ca. Rainuti᷒ ſuper ver. liberis. poſt princi. gl. extrà de teſta. & vlt. volũ.

† Hic text. non negat ſeruo ſubſtitui poſſe, licet dicat vltimo loco ĩſtitui: quia verbũ põt, nõ inducit neceſsitatẽ. l. j. C. quõ & quãdo. l. nõ quicquid ff. de iudi. Eg. Per.

b Nec exhæredatio. & ex iſtis in dubio teſtari: ſine ipſis autẽ codicillari voluiſſe præſumitur. l. illud §. tractari. ff. de iu. codi. & eſt gl. ſingularis ĩ l. verbis ciuilibus. ff. e.

¶DE VVLGARI SVBSTITVTIONE. ¶ *Suprà dictũ eſt de inſtitutionibus primis: ut. ſ. e. ti. §. j. Nunc de ſecundis: quæ ſubſtitutiones dicuntur, ſiue primo gradu fiant †, ſiue alio: ut. infra. eo. in prin.*[a] *& quia uulgaris eſt magis communis: quia & à quolibet & cuilibet fieri poteſt: ideo de ea vulgari præmittit. Accurſius.*

POTEST.] ¶Totus iſte titulus diuidit in quatuor partes. Primò ponit ꝙ cuilibet liberũ eſt facere pluralitatem graduum hæredũ. Secũdò quòd loco vnius inſtituti poſſunt plures ſubſtitui: & econtrà. Tertiò, quando partes ſunt in inſtitutione expreſsè, & non in ſubſtitutione. Quartò quando ſeruus alienus vt paterfamilias inſtituitur. Secunda ibi, Et plures. Tertia ibi. Et ſi ex diſparibus. Quarta ibi, Si ſeruum. Et nota, ꝙ iſtud princ. textus cum. §. primo. habetur ferè ſub eadem forma verborum in. l. poteſt. ff. de vulgari. & pupill. ſubſtitutio.

¶*CASVS.* Domine, vos vultis tractare de ſubſtitutione vulgari: dicatis ergo mihi, qualiter fit vulgaris ſubſtitutio? Ad hoc reſpond. Amice, teſtator in teſtamẽto poteſt facere plures gradus hæredum. vnde hoc modo habet fieri vulga. ſubſti. veluti ſi teſtator primò ita inſtituat. P. hæredẽ inſtituo: & ſi P. hæres non erit, M. ei ſubſtituo: & ſi M. non erit hæres, Titiũ ei ſubſtituto: & ſic deinceps inquantum teſtator voluerit, ſubſtituere poteſt, per negatiua verba gradus ſubſtitutionis multiplicando. & nouiſsimo loco, ſi habet hæreditatem ſuſpectam, ſeruum ſuum poteſt hæredem de neceſsitate ſubſtituere: vt ſi fortè omnes alij hæreditatem repudiauerint, ſaltem ſeruum in ſubſidium hæredem neceſſarium habeat. Et non ſolũ vnus in locum vnius ſubſtitui poteſt, ſed etiam plures in locum vnius ſubſtitui poſſunt: & etiam ipſi hæredes inſtituti inuicem ſubſtitui poſſunt, & vnus in locum plurium ſubſtitui poteſt veluti ſi teſtator ita dixerit: P. & M. hæredes inſtituo: & eos ſibi inuicẽ ſubſtituo: nam in hoc caſu tacitè vulgariter, alter alteri intelligitur ſubſtitutus. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. & ſi ex diſparibus. Fran. de Are.

TITVLVS XV.

De vulgari ſubſtitutione.

¶Poteſt quis plures gradus hæredum facere, & in ſubſidium ſubſtituere ſeruum neceſſarium hæredem.

POteſt † aũt quis in teſtamento [a] ſuo plures gradus [b] hæredũ facere: vtputa, Si ille hæres nõ erit, ille hæres eſto: & deinceps inquãtũ [c] velit teſtator ſubſtituere [d] poteſt: ¶Et nouiſsimo [e] loco in ſubſidium vel [f] ſeruum neceſſarium hæredem inſtituere †.

¶Poſſunt plures in locũ vnius, & vnus in locum plurium, & ſinguli ſingulis, vel omnes inuicem ſubſtitui. Aretinus.

¶Et plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui: vel vnus [g] in pluriũ, vel ſinguli in ſingulorũ, vel inuicem [h] ipſi [i] qui hæredes inſtituti ſunt.

¶Inſtituti inuicem ſubſtituti eaſdẽ partes videtur habere in ſubſtitutione, quas in inſtitutione, niſi teſtator aliter diſponat. Aretinus.

¶Etſi ex diſparibus [k] partibus hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit *: eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſsit [l]. & ita diuus Pius reſcripſit.

¶Si inſtitutus fuerit cohæredi ſubſtitutus, & demum tertius ſubſtituto: ſubſtitutus admittitur ad partes vtriuſq;, neutro inſtitutorum adeunte, Areti.

¶Sed ſi inſtituto hæredi [m], cohærede [n] ei ſubſtituto dato, alius [o] ſubſtitutus fuerit: diui Seuerus, & Antoninus ſine diſtinctione [p] reſcripſerunt, ad vtranque partem ſubſtitutum admitti.

¶Si ſubſtitutio vulgaris facta fuerit ſeruo alieno, quem teſtator liberum putabat, ſubſtitutus venit ad partem hæreditatis, quamuis ſeruus adierit hæreditatem iuſſu domini. Aretinus.

¶Si ſeruum alienum quis patrem-

* Aliâs fecerit.

a ¶IN TESTAMENTO.] in alia autem voluntate, quàm in teſtamento vt in codicillis, vel aliqua alia non fit, ſcilicet huiuſmodi ſubſtitutio, vt directò valeat, ſicut nec inſtitutio fieri poteſt: vt. j. de codicil. §. pe. & C. de codicil. l. hæreditatem [b]. fit tamen in codicillis ex certa ſcientia: vt per fideicommiſſum, ſaltem directò ſubſtitutus per hæc verba, ſubſtituo, admittatur: vt. ff. ad trebel. l. Scæuola reſpon. niſi teſtator putaret ſe facere teſtamentum, & facere codicillos non deſtinaſſet: licet poſſet. nam tunc ſubſtitutus in his, nec directò, nec per fideicommiſſum admitteretur licet poſſet: vt. C. de codi. l. fin. §. illud quoque. & facit. ff. eo. l. poteſt. Accurſius.

b ¶GRADVS.] ad ſimilitudinem enim graduum ſic dicuntur, qui faciunt ſcalas. ſic & dicitur gradus conſanguinitatis: vt. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. gradus.

c ¶IN QVANTVM.] id eſt in quot.

d ¶SVBSTITVERE.] ſcilicet poteſt.

e ¶NOVISSIMO.] ideſt vltimò. ſic. ſ. de ſuſpec. tuto. §. nouiſsimè. Sed nunquid in alio, niſi in vltimo fieri poteſt? Reſpond. non. cùm enim ipſe ſeruus omnino eſſe hæres compellatur: vt hîc ſubijcit, & j. de hære. quali. & dif. §. j. patet alium qui eſſet ei ſubſtitutus, non admitti: vt. C. eo. de impu. & ali. ſubſti. l. poſt aditam. Acur. *ADDITIO.* Et ſic licet datio ſubſtituti vulgaris tollat ſuitatem in filio, non tamen tollit neceſsitatem in ſeruo: & intelligitur tunc collata ſubſtitutio in caſu impotentiæ. Angelus.

f ¶VEL.] pro ſaltem.

g ¶VEL VNVS.] ſcilicet ſubſtitui poteſt in locum plurium.

h ¶INVICEM.] ſic. j. ti. j. §. ſubſtituitur. & per talia verba fit ſubſtitutio compendioſa.

i ¶IPSI.] ſcilicet poſſunt ſubſtitui.

¶ET SI EX DISPARIBVS. ¶*CASVS.* Quidã fecit teſtamentũ: & in teſtamento ſuo inſtituit tres hæredes, ex diſparibus partibus: Puta P. in ſex vncias: M. in. iiij. & Titium in duas. & poſteà adiecit: vos inuicem ſubſtituo. & nullas partes in ſubſtitutione expreſsit. mortuo teſtatore, P. in ſex vncias inſtitutus antequàm adiret deceſsit: vel fortè vnus portionem ſuam repudiauit. modò quæro in quas portiones ſubſtituti Petro debeant ſuccedere? Ad hoc reſpon. Amice, ſi ex diſparibus partibus hæredes inſtitutos teſtator inuicem ſubſtituerit, & nullam mẽtionem partium in ſubſtitutione fecerit: eaſdem partes videtur in ſubſtitutione dediſſe, quas in inſtitutione expreſsit. & ita diuus Pius reſcripſit. vnde dico tibi, ꝙ in caſu propoſito M. inſtitutus in. iiij. vncias. iiij. vncias ex ſubſtitutione habebit: & Titius inſtitutus in duas, ex ſubſtitutione ad duas ſimiliter vocabitur. Eodẽ enim modo, quo eos teſtator dilexit in inſtitutione, videtur eos in ſubſtitutione dilexiſſe. Et hæc dicũtur vſq; ad illum. §. ſed ſi inſtituto. Fran.

k ¶DISPARIBVS PARTIBVS.] puta vnum in ſex vncias: alium in. iiij. alium in. ij. inſtitutũ ponas. nam ſi non adeat inſtitutus in. vj. vncias. iiij. accreſcunt habenti. iiij. & duæ habẽti duas: vt hîc, & ff. e. l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. & C. eodem. l. prima.

l ¶EXPRESSIT.] contra. ff. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. ſed hîc loquitur, cùm non expreſsit propria nomina[c], nam pecuniã ex æquis partibus ſubſtitutos dare iuſsit.

c Scilicet ipſos ſubſtitutos, quia tunc admitterẽtur pro virili. idẽ ſi appellatiuo quando ſic fuiſſe apparet de volũtate teſtatoris: vt. l. verũ. §. ſi. ff. de rebus du. quid aũt ſi aliquos proprijs: aliquos appellatiuis: vel omnes ſimul vtriſq; nominibus appellauerit, & quid ſi aliqui fuerĩt in ſubſtitutione coniuncti, & vnus ſeparatus: vide hîc Ange.

¶SED SI INSTITVTO. ¶*CASVS* Quidam fecit teſtamentum: & in teſtamẽto ſuo Titium, & Seium hæredes inſtituit: & poſteà adiecit, ſi Titius hęres nõ erit, Seium cohæredem ſuum ſubſtituo: & ſi Seius hæres non erit, Mæuium ſubſtituo. Mortuo teſtatore Titius primò repudiauit: Seius ſecundo. modò Mæuius qui fuit ſubſtitutus Seij, vult admitti ex ſubſtitutione: modò vertitur in quæſtionem vtrum debeat admitti Mæuius ad totam hæreditatem, vel ad partem dimidiam. Et certè reſpõ. ꝙ ad vtranq; partem admittitur: & ita diui Seuerus & Anto. in hoc caſu requiſiti, ſine diſtinctione reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſi ſeruum alienum. Franciſ.

¶SED SI INSTITVTO. ¶*CASVS* eſt: Titius & Seius inſtituti ſunt hæredes, & Titio Seius ſubſtitutus: & Seio fuit ſubſtitutus Męuius. primò Titius, ſecundò Seius repudiauit. admittitur Męuius in partem vtriuſq; hæredis: vt hîc, & ff. e. l. ſi Titius. & l. cohæredi. in prin. Accur.

m ¶HAEREDI.] ſcilicet Seio.

n ¶COHAEREDI SVO.] ſcilicet Titio.

o ¶ALIVS.] ſcilicet Męuius.

p ¶SINE DISTINCTIONE.] ſcilicet ordinis pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutionis. quaſi dicat non diſtinguitur ſi fuerit pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutio: & quæ fuerit primò facta: vel inſtitutio, vel ſubſtitutio. & idem in vulgari. Sed hanc reprobant quidam: quia debet ibi eſſe ordo: vt primò principalis inſtitutio, & poſteà ſubſtitutio fiat: vt. ff. de vulgari & pupilla. ſubſtitu. l. ſecunda. §. prius. Sed certè ille. §. prius. corrigitur per ſequen. §. vſque in finem dictæ legis. Sed ego hoc reprobo: quia non eſt hæc huius literæ intentio, ſed hæc, quia ſic fuit de facto, quòd non diſtinxerunt cùm ab eis quæreretur. Eſt tamen diſtinguendum à nobis: ſicut & aliâs. ff. de iudi. non aliâs. in fine. & de poſtu. l. imperator. in fine. in gloſſ. ij. Item non dicitur hîc de pupillari, ſed de vulgari tantũ: vt patet ex ſerie titu.[d] per quod etiam reprobatur ſuperior ſententia, ſcilicet quia in princi. glo. fuit dictum, ſecundum quoſdam non diſtinguitur an fuerit pupillaris, an vulgaris ſubſtitutio. Diſtingue ergo vtrum inſtitutus adierit: vel cohæres: vel ambo: vel nullus. ſi enim vterque adiuit, ſubſtitutus repellitur. ſi cohæres tantùm, ſcilicet Seius, idem: quia Męuius repellitur. Item ſi neuter, habet locum quod hîc dicitur: ſcilicet quòd Męuius habeat totum. Si autẽ Titius tantùm, ſcilicet primus hæres adeat, & Seius non: in partem repellitur, ſcilicet Męuius. nam in partem repellitur quam adiit Titius: vt. C. e. l. poſt aditam. & ff. de vulga. ſubſtit. l. qui habebat filium. j. reſpon.

d Et in ea tãtũ procedit iſte text. item in caſu ſuo: vbi ſcilicet cohæredi ſubſtituto eſt facta ſubſtitutio: tunc enim, quãuis ꝑ ius accreſcendi haberet ſubſtitutus partẽ illius cui non fuit ſubſtiturus, tñ nulla tali in eis facta diſtinctione, hoc eſt diuiſione, eã habebit iure ſubſtitutionis. & hæc fuit fortè mẽs iſtius literę: ſec᷒ tñ eſſet in pupillari: vel aliâs vbi ius accreſcendi locũ hr̃e nõ poſſet: vt ꝑ doc. ęhc. c.

¶SI SERVVM ALIENVM. ¶*CASVS.* Quidam fecit teſtamẽtum: & in teſtamẽto ſuo ſeruum P. quem credebat liberũ hominem, hęredem inſtituit: & poſteà adiecit: & ſi inſtitutus hęres non erit, Męuium ei ſubſtituo. mortuo teſtatore apparuit, ꝙ ille quẽ teſtator errore deceptus credebat fuiſſe liberum, & tanquam liberum hæredẽ inſtituit, ſeruus erat P. & ita iuſſu P. domini adiuit hęreditatẽ: quia eã dicebat ſibi acquiſit. ex aduerſo Męuius ſubſtitutus viriliter ſe Petro opponebat, & allegabat in hunc modum: ego domine P. dico, quòd per aditionẽ ſerui tui, in caſu iſto non poteſt tibi acquiri hęreditas: quia teſtator errore deceptus credebat liberum ſeruum tuum, quẽ ſibi hęredem inſtituit: vnde cùm in rei veritate non tenuerit inſtitutio facta: ideo deficiente inſtitutione, dico me ex ſubſtitutione ad totam hæreditatem admittendum: & te omnino repellendum. Sed in cõtrarium P. videbatur ſibi poſſe defendere hęreditatẽ, in hunc modum allegando cõtradicens: Dñe Męui, ego dico, ꝙ veritas præferenda eſt

opinioni.vnde cũ in veritate ſeruus meus fuerit inſtitutus:& ſi hęres nõ eſſet, tu ei futurus eras ſubſtitutus:& ipſe ſeruus iuſſu meo adierit hanc hæreditatem:mihi per traditionẽ totã hæreditatẽ acquiſiuit, & vulgaris ſubſti. expirauit:& ſic ex virtute vulg.ſubſti.nihil iuris in hac hæreditate poteris vendicare,cùm per aditionem ſubſtitutio penitus ſit extincta. & ita magis creſcebat contentio inter P.dominũ ſerui inſtituti,et Mẹuium ſubſtitutũ: & ideò ſupplicaui Impe. dicens:Pro deo domine ſi placet,terminetis iſtã contentionem, & dicatis qd iuris eſt in caſu iſto propoſito ? Ad hoc reſpon. Amice, ſiquis alienum ſeruum patrẽfa. arbitratus hæredem inſtituerit : & ſi hæres non eſſet,Mẹuium ſubſtituerit:licet iſte ſeruus per errorem inſtitutus iuſſu domini adierit hæreditatem:non tamen ſubſtitutio vulg. penitꝰ euanuit: imò Mẹuius vulgariter ſubſtitutus, in partẽ hæreditatis acquiſitę admittendus eſt. Sed domine, qualiter reſpõdebitis ad allegatiões hincinde ꝓpoſitas? Ad hoc reſpon. Amice,allegatio domini pro ſeruo inſtituto, locum habet in eo ſeruo, quem teſtator ſciens eſſe ſeruum, hæredem inſtituit. Illa enim verba quæ ponuntur in vulgari,ſed ſi hæres non erit : in eo quem teſtator in rei veritate ſcit eſſe ſeruum, intelliguntur,ſi neque ipſe ſeruus inſtitutus acquirit ſibi hæreditatem:neque domino præſenti,neque futuro : quia tunc demum admittitur ſubſtitutus, ſi in hoc caſu primo ignorabat ipſum eſſe ſeruum:& ita non omnino obtinet allegatio domini.Allegatio verò Mæuij ſubſtituti locum habet in eo ſeruo, quem teſtator ſciens hominem liberum inſtituit, & ei vulgariter ſubſtituit.Iſta enim verba ſcilicet ſi hæres non erit.in eo ſeruo quem teſtator ſcit eſſe patremfa.hoc ſignificent,ſi neque ipſe ſibi acquirit hæreditatẽ: neque illi cuius iuri poſteà ſubiectus erit.tunc enim demum ad hæreditatem admittitur ſubſtitutus : ſed certè ſecus erat in caſu propoſito. nam teſtator credebat ipſum eſſe liberum:& in rei veritate ſeruus fuit. vnde non eſt mirum ſi aliud in primo reſponſo, quàm in ſecundo, vel tertio ſtatutum ſit.Nec videatur alicui nos aliquid durum in hoc caſu ſtatuiſſe. Nam ita Titius Cæſar in perſona Parthenij ſerui ſui,quondam à teſtatore per errorem inſtituti conſtituit.Fran.de Are.

† Aliâs Tiberius.

* Vide Alci. libr. diſpũ c. j.ca. ij. & Catelianũ Cottam in dictione teſtamẽtum.

† Sic princeps põt eſſe iudex in cauſa ſua.cõ cor.l.& hoc Tyberius. ff.de hære. inſti.& ratio huiꝰ tex. ſit magis ex voluntate prĩcipis,quã ex ſubtilitate rationũ. Eg.Perri.

familias[a] arbitratus, hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet,Mæuium ei ſubſtituerit : iſque ſeruus iuſſu[b] domini adierit hæreditatem : Mæuius ſubſtitutus in partem[c] admittitur. Illa enim verba[d], ſi hæres[e] non erit, in eo quidem quem alieno iuri ſubiectum eſſe teſtator[f] ſcit, ſic accipiuntur,ſi neq; ipſe hæres erit[g], neque alium[h] hæredem effecerit[i]. in eo verò quem patremfamilias eſſe arbitratur[k], illud ſignificant, ſi hæreditatem ſibi, vel ei cuius iuri poſteà ſubiectus[l] eſſe cœperit, non acquiſierit[m]. Idque Titus † * Cæſar in perſona Parthenij ſerui[n] ſui conſtituit †.

TITVLVS XVI.

De pupillari ſubſtitutione.

Liberis impuberibus, & in poteſtate teſtatoris exiſtentibus poteſt ſubſtitui, non ſolùm vulgariter,ſed etiam pupillariter:per quam ſubſtitutionẽ ſubſtitutus efficitur hæres ipſius pupilli. Aret.

Liberis[o] † ſuis impuberibꝰ,quos in poteſtate quis habet,non ſolùm ita vt ſuprà diximꝰ[p], ſubſtituere poteſt: id eſt,vt ſi hæredes ei non extiterint, alius ſit ei hęres:ſed eò amplius, vt ſi hæredes ei extiterint,& adhuc impuberes mortui fuerint,ſit eis aliquis hęres: veluti ſi quis dicat hoc modo[q], Titius filius meus hæres mihi eſto[r]. & ſi filius[s] meus hæres mihi non erit, ſiue hæres[t] erit,& prius moriatur quàm in ſuam tutelam venerit, id eſt antequàm pubes[v] factus ſit, tunc Seius hæres eſto. Quo[x] caſu ſi quidem non extiterit hæres filius: tunc ſubſtitutus patri fit hæres[y]. ſi verò extiterit hæres filius , & ante pubertatem deceſſerit: ipſi filio[z] ſit

a PATREMFAMILIAS.]id eſt liberum hominem. Accurſius. ADDITIO. Et hoc verum, niſi error eſſet in ea perſonæ qualitate, quæ præſumeretur cauſa finalis ipſius inſtitutionis:puta in conſanguinitate : vt l.ſi pater.C.de hæredi.inſti.Angelus.

b IVSSV.] quẽ iuſſum neceſſariò oportet præcedere : vt.ff.de acqui. hære.l.ſiquis mihi.§.iuſſum.

c IN PARTEM.] ſed in quam?Reſpon. hæreditas in duas partes diuiditur : & iterum vnus ſemis diuiditur in duas partes : quæ ſunt duæ quartæ totius, & vnam harum particularum habet dominus inſtituti:aliam ſubſtitutus: vt. ff. de hære. inſtit. l. ſi paterfa. in fin. Sed de alio ſemiſſe quid erit? Reſpon. quidam, quòd ſubſtitutus habet inſpecta opinione teſtantis, ſcilicet qui credidit inſtitutum liberum fuiſſe : & ita per conſequens credit ſubſtitutum admitti, ſi hæreditatem ſibi inſtitutus non acquiſierit, vel alij cuius iuri poſteà ſubiectus foret : vt in fi. huius.§.ergo ſi aliquod iſtorum duorum non contingit,debet habere ſubſtitutus ſecundum opinionem teſtantis totam hæreditatem. ſed quia non erat liber, vt teſtator credidit, de æquitate datur domino ipſius quarta hæreditatis. & facit pro hoc illud generale opinionem conſiderandam : vt.ff.pro empt. l.ij.§.ſi à pupillo.in glo.ſit in re.&.ff.de acqui. hære.l. is qui putat. Alij dicunt quòd domino datur , conſiderata veritate magis , quàm opinione: quia verè ſeruus eius domini factus erat ille, qui inſtitutus fuit : quod verius eſſe videtur, veritate magis attenta. vnde facit & illud generale, veritatem ſpectandam : vt.j.de leg. §. ſiquis rem. Accur. ADDITIO. Dic quòd vltima opi.glo.eſt verior & ita not.gloſ. & doc. in.d.l.ſi paterfa. videlicet quòd dominus ſerui habeat totum alium ſemiſſem . Angelus Aretinus.

Opinio an ſit veritati anteponenda.

d ILLA ENIM VERBA.] nunc mutat caſum.nam. ſ. dixit quando aliud arbitrabatur teſtator,& aliud erat.in his autẽ duobus reſponſis quæ ſequuntur,idem eſt id,quod arbitratur teſtator.Accur.

e SI HAERES NON ERIT.] quæ apponuntur in ſubſtitutionibus vulgaribus.

f TESTATOR SCIT.] & verum ſcit.aliâs enim non diceretur ſcire,niſi eſſet:vt.ff.de aqua plu.arcen.l.ij.§.item labeo ait cùm quæritur.

g ERIT.] ſcilicet liber factus.

h NEQVE ALIVM.] id eſt ſi neque ſibi,ſi liber fieret, vel domino ſuo præſenti vel etiam futuro quærat.

i EFFECERIT.] nam tunc quando non eſt aliquod iſtorum duorum, admittitur ſubſtitutus.

k ARBITRATVR.] ſ.teſtator ſubaudi,& verũ arbitratur.Accur.

l SVBIECTVS.] puta, quia vẽdidit ſe ad pretiũ participandum:vel quia dedit ſe in arrogationẽ: quod poteſt.

m ACQVISIERIT.] ſupple in litera.At in noſtro caſu primo, ſcilicet huiꝰ.§.aliud eſt, & aliud arbitrat̃.vnde ibi in partem admittitur,vt ibi diximus. & hæc omnia ſic diſtinguendo ſeruauit princeps,qñ ſeruus ſuus fuit inſtitutus , & alius ſubſtitutus : vt hîc dicit, &.ff.de hęre. inſtitu.l.& hoc titus.Collige ergo talem diſtinctionẽ:quia cũ hæredẽ aliquẽ inſtituo: & ſi hęres nõ erit,ſubſtituo:aut ſcio liberum,aut ſcio ſeruũ:& tunc ſeruatur quod in.ij. &. iij.rñ. huius.§.dicitur.Aut puto liberũ falsò,cũ ſit ſeruus:& tũc ſubdiſtinguo: aut per eũ volui, aut noluí alium fieri hęredem, quia hoc expreſsi:& tũc ſeruatur mea volũtas:vt C.de hære.inſti.l.cũ ꝓponas.in gl.pe.ibi, item no. quæ eſt huic cõtraria.aut eſt dubium,an volui vel non alium fieri hæredẽ per eum:& tũc ſeruatur quod in prin.huius.§.dicitur. Si autẽ puto ſeruũ, cùm ſit liber[a]:hîc caſus indubitabilis eſt:ſcilicet quòd erit liber hæres.

† Forma huius pupillaris ſubſtitutionis ponitur ĩ ca. Rainutiꝰ. in gl. ſuper verbo liberis poſt prin. extrà de teſta.

a in dubio autem error nõ præſumitur : & tunc hoc cõſiſtit in animo teſtatoris,qui nõ ꝓbatur niſi ex cõiecturis. quid aũt in filio, vel monacho inſtituti tis cũ datione ſubſtituti vulgaris: quos teſtator credebat eſſe ſui iuris : vel ẽt ſciebat eſſe alieni : & an hæres primi inſtituti ex iure deliberandi præferatur : an ſubſtitutus: vide Ange. hîc.

n SERVI.] ſcilicet inſtituti[b],cui fuerat alius ſubſtitutus. Nam diuiſa fuit hæreditas inter Titum dominum ſerui,& inter ipſum ſubſtitutum:vt patet in.l.& hoc titus.ff.de hęre.inſti.

b Iſta glo. non eſt Accurſij : ſed additio.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE. ¶ *Continuatur: Quia ſuprà uiſum eſt de uulgari ſubſtitutione,& quia parentes non ſolùm uulgariter, uerùm etiam pupillariter liberis ſubſtituere poſſunt: ideo ſequebatur uidere de pupillari ſubſtitutione.* Por.

Continuatio.

LIBERIS.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes. Primò ponit,qualiter quis poſsit facere pupillarẽ ſubſtitutionẽ. Secũdò de exẽplari ſubſtitutione cui fieri poteſt. Tertiò redit ad pupillaris ſubſtitutionis materiã. Quartò,quòd etiã exhæredatis poteſt fieri illa ſubſtitutio. Quintò circa pupillarem ſubſtitutionem aliquos caſus ponit,& potiſsimè vſque ad quam quãtitatem poſsit fieri. Sextò,quòd maiori,vel puberi,vel extraneo fieri non poteſt pupillaris.Secunda ibi, Qua ratione. Tertia ibi, Igitur. Quarta ibi, Non ſolum. Quinta ibi, Quæcunque. Sexta ibi, Extraneo. Litera in hoc titulo eſt planiſsima : ideo pone caſum per teipſum.

Diuiſio.

o LIBERIS.] nota ex hac litera tria eſſe neceſſaria, vt pupillaris ſubſtitutio teneat. Primũ vt ſit de liberis cui ſubſtituitur:nã extraneo ſubſtitui nõ poteſt : vt.j.e.§.extraneo.Secũdũ,ꝙ ſint impuberes:nã puberibus nõ poteſt ſubſtitui:vt.j.e.§.maſculo.Item tertiò,ꝙ habeat in poteſtate:vt in hac litera probatur per ordinẽ.emancipatis autẽ non poteſt ſubſtitui : vt.ff.e.l.ij.§.j.[c] Item eſt neceſſariũ quartũ,ꝙ filij ſint inſtituti vel exhæredati:aliâs nullum eſſet principale teſtamentum.vt.ſ.de exhę.li.in princ.&.ff.eo.l.j.in fi. vnde nec pupillare valeret:vt.j.eo.§.liberis.& hæc omnia ſimiliter in nepotibus ſeruantur ſi non ſint recaſuri in ſui patris poteſtatem : vt.ff.e.l.ij.§.planè poſthumis.aliàs cùm ſunt recaſuri,non valet teſtamẽtum,cùm in ea cauſa ſint,vt eorum teſtamẽta non valeant,etiam ſi ipſi eſſent maiores.

Subſtitutio pupillaris habet quatuor neceſſaria.

c Et eſt rõ: quia ſubſtitutiões ſunt de iure ciuili,ſecũdũ ꝙ emãcipatus habet pro extraneo. fallit tñ hoc in milite: vt l. miles ita. §. exhæredato. ff. de mili. teſta, dũmodo filius non ſit in poteſtate aui.aliâs ſecus. l. cũ filius. ff. eo. titu.

p ITA VT SVPRA DIXIMVS.] ſcilicet vulgariter.ſ.titu.j.& hoc idẽ hîc ſubiicit:vt ſi hæredes &c.

q HOC MODO.] hîc cautè nota,ꝙ primò ponit verba inſtõnis.Scdò,ſubſtitutionis vulgaris.Tertiò,ſubſtõnis pupillaris. Acc. ADDITIO. Aliq dicũt,ꝙ oĩa ſunt verba pupillaris ſubſtõnis:quę etiã nõ hęredi, & exhęredato fieri põt:cũ hîc textus non intẽdat exẽplificare vulgarem.Io.Fa.

r ESTO.] Hęc eſt inſtitutio tantùm. Accurſius.

s ET SI FILIVS.] ecce vulgaris.Accurſius.

t SIVE HAERES.] ecce pupillaris.

v PVBES.] bene facit,ꝙ exponit,aliâs interdũ pro.xiiij.an.interdũ pro xxv.an.ponitur hęc oratio.cùm in ſuã tutelã venerit.ff.de leg.iij.l.cũ filio.

x QVO CASV.] ſupradicto.

y PATRI FIT HAERES.] & ſolius patris habeat bona, ſecundũ Azo.

z IPSI FILIO.] & nihilominus patri:vt.ff.e.l.paterfamilias.& bona pupilli vndecũq; quęſita ſint,habet:vt.ff.e.l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.niſi in duobus caſibus,vt in teſtamẽto militis,& arrogatoris: vt.ff.e.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.&.§.ad ſubſtitutos.in fi.Accur.

Moribus.

a ¶ MORIBVS.] aliâs, à maiorib⁹: vt. C. de impu. & alijs ſubſt. l. humanitatis.
b ¶ AETATIS.] vt maſculi ante. xiiij. an. fœmine autem ante. xij. an. ff. de teſta. l. qua ætate. & ſ. qui manumit. non poſſunt. §. cùm ergo.
c ¶ EXCITATI.] ſcilicet nos Iuſtinianus.
d ¶ CONSTITVTIONEM.] C. de impub. & ali. ſubſti. l. humanitatis.

hæres ſubſtitutus. ¶ Nam moribus[a] inſtitutum eſt, vt cùm eius ætatis[b] filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

¶ Exemplaris ſubſtitutio fit puberibus mente captis, ad exemplum pupillaris: & filio facto ſanæ mentis expirat: quemadmodum pupillaris, cùm filius pubeſcit. Aretinus.

¶ Qua ratione excitati[c], etiam conſtitutionem[d] in noſtro poſuimus Codice, qua proſpectum eſt: vt ſi qui mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes cuiuſcunque ſexus, vel gradus: liceat eis etſi puberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas[e] ſubſtituere. ¶ Sinautem reſipuerint[f], eandem ſubſtitutionem infirmari ſancimus: & hoc ad exemplum[g] pupillaris ſubſtitutionis: quę[h] poſtquàm pupillus adoleuerit[i], infirmatur.

¶ Facta pupillari ſubſtitutione cenſentur duo teſtamenta, vel vnum duarum hæreditatum. Aretinus.

¶ Igitur in pupillari ſubſtitutione, ſecundum præfatum[k] modum ordinata, duo[l] quodammodo † ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filij † tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: aut certè vnum teſtamentum eſt, duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.

¶ Poteſt pater facere ſubſtitutionem pupillarem filio ſeparatim clauſam, & ſignatam: & diſponere, quòd non aperiatur viuo filio. quæ diſpoſitio valet, etiam ſi non fuerit per ſe ita clauſa, & ſignata. Aretinus.

e ¶ CERTAS PERSONAS.] ſcilicet filios mente captorum ſi habeant: aliâs fratres mẽte capti[a]: aliâs quoſcunque volet: vt in. d. l. humanitatis. continetur. ADDITIO. Etiam ſupradictis exiſtẽtibus qui ſunt ſpurij, vel naturales tantùm, aut etiam mente capti. Ange.

a In tm̃ ꝙ cæteris exhæredatis vel ex iuſta cauſa prætermitis vnũ tã tummodo ſubſtituere põt. Ange.

f ¶ RESIPVERINT.] i. cùm cõpotes mentis, vel ſani facti fuerint.

g ¶ AD EXEMPLVM.] & ita hæc vocatur exemplaris ſubſtitutio. Vnde vt plenè de his habeas notitiam: diſtingue quinque genera ſubſtitutionum: quia alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia compendioſa. Prima ſcilicet vulgaris ſubdiuiditur: qa alia expreſſa, vt quæ fit verbis negatiuis: vt ſi hæres non eris, Titius erit hæres. vt. ſ. proxi. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis: vt hîc, vos inuicem ſubſtituo: vt. ff. de hære. inſtit. l. cum in teſtamento. §. j. Item hæc: quiſquis erit mihi hæres, ſit filio meo impuberi hæres: vt. ff. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. & hæc vulgaris adita hæreditate expirat: vt. C. eod. l. poſt aditam. Secunda autem ſcilicet pupillaris ſimiliter ſubdiuiditur: quia alia expreſſa, quæ fit verbis affirmatiuis: vt hîc: ſi hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius ſit hæres: vt. ſ. proxi. Alia tacita, ſcilicet vt ſi vulgariter tantũ pupillo ſubſtituatur, quo caſu tacita ſubintelligitur pupillaris. ſic & ſub pupillari tacita vulgaris intelligitur: vt. ff. eodem. l. nam † hoc iure. in principio. & C. de impuber. & aliis ſubſtitu. l. quamuis. & hæc adueniente pubertate expirat: vt in fine huius. §. Tertia ſcilicet exemplaris, ſic ideo dicitur, quia ad exemplum pupillaris eſt inducta: vt hîc dicitur. In multis tamen differunt: quia hæc etiam maioribus fit: ſed illa tantùm impuberibus. Item vſque ad certam ætatem ſit pupillaris, ſcilicet quartumdecimũ annum, vel duodecim annum in fœmina: vt infra eodem. §. maſculo. vel etiam minus tempus certum, non maius: vt. ff. eodem. l. ſi ita quis ſubſtituerit. & l. in pupillari. at hæc exemplaris in incertum. Item in hac ſcilicet exemplari, certè perſonæ ſubſtituuntur: vt C. eodem. l. humanitatis. in pupillari autem quilibet poteſt ſubſtitui. Quarta autem, id eſt breuiloqua fit ita duobus hæredibus inſtitutis: vos inuicem ſubſtituo. & ſi ambo pupilli ſunt. nam quatuor ſubſtitutiones his verbis breuibus comprehenduntur: & appellat lex hanc reciprocam ſubſtitutionem: vt. ff. eodem. l. nam † hoc iure. §. primo. Quinta ſcilicet compendioſa fit his verbis aliquo inſtituto: quandocunque deceſſerit, Titium ſubſtituo. & ſi quidem hoc fiat à milite pupillo vel non pupillo: valet iure directo, quandocunque decedat inſtitutus: vt. ff. de milit. teſta. l. miles ita hæredem. §. primo. niſi mater ſit in medio. quo caſu iure fideicommiſſi valet, ſi pubes iam factus decedat inſtitutus: vt. C. e. l. precibus. Si verò paganus ſiue nõ miles faciat eam, valet iure directo, ſi moritur inſtitutus in ętate pupillari. Si verò poſteà: tunc aut per hæc verba fit, ſubſtituo illum: & tunc trahitur ad fideicommiſſariam: vt. ff. ad Trebellia. l. ſcæuola. aut per hæc verba, te inſtituo: & ſi deceſſeris quandocunque, tibi illum facio hæredem. & hæc non valet. vt. ff. eo. l. verbis ciuilibus. Accur.

Subſtitutio vulgaris.

† Dictio, quodãmodo eſt nota in proprietatis vt hîc &. l. in ſuis ff. de libe. & poſt. gl. in. l. ſi me ĩ vacuam. ff. de acquir. poſ. E. Per.

Subſtitutio pupillaris.

† Et ſicut pater poteſt facere filio impuberi teſtamentum: ita etiam poteſt eidẽ eligere ſepulturã: vt habeſ ĩ ca. de vxore. iuncta glo. ſuper verbo, definitũ. ex tta de ſepul.

† Aliâs iã &. j.

Subſtitutio exẽplaris.

Subſtitutio breuiloqua aliâs reciproca Subſtitutio cõpẽdioſa.

h ¶ QVAE.] ſcilicet pupillaris.
i ¶ ADOLEVERIT.] item finitur arrogatione impuberis: vt. ff. de adopt. l. nec ei. in fine. [b] Item ſi patris non fuit hæreditas adita: vt. ff. e. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. Item ſi naſcitur poſthumus teſtatori: vt. ff. eo. l. ſi pater filiũ. Item per ſecundum teſtamentum, quod tamen valet: vt. ff. eo. l. ſiquis eum. §. fina. Item ſi teſtamentum paternum rumpatur per querelam in totum: aliud ſi pro parte: vt. ff. eo. l. in ſubſtitutione. & de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Sed contra tab. bonorum poſſeſſio mota non facit pupillarem ſubſtitutionem ceſſare: quia ibi nõ quęritur de viribus teſtamẽti: vt. ff. e. l. ex duobus. §. fina. & de inoffic. teſta. l. filius. §. j.

b Et eſt rõ, quia tũc impeditus arrogatus, nõ ſolũ ex defectu ætatis teſtari: ſed ex alio defectu: quia eſt ſubiect⁹ alterius ptã ti, cui per datiõẽ pupillaris ſubſtituti potuit prouideri: ſecundũ Chriſt.

¶ Sinautem quis ita formidoloſus[m] ſit, vt timeat ne filius ſuus pupillus adhuc, eo quòd palàm ſubſtitutum acceperit, poſt obitũ eius, periculo inſidiarum ſubiaceat[n]: vulgarem quidem ſubſtitutionem[o] palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet. ¶ Illam autem ſubſtitutionem, per quam ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur[p]: ſeparatim, in inferioribus partibus ſcribere[q] debet, eamque partem proprio lino[r], propriaque cæra conſignare, & in priore parte teſtamenti cauere[s], ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur. ¶ Illud palàm eſt, non ideò[t] minus valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis[v] ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredem inſtituiſſet: quamuis pupillo hoc periculoſum ſit.

¶ Subſtitutio pupillaris poteſt fieri, non ſolùm filio inſtituto, ſed etiam exhæredato: & veniũt in ea omnia bona pupilli vndecunque quæſita: quod locum habet etiam in poſthumis. Aretinus.

¶ Non ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis hæres is quem ipſi voluerint: ſed etiam exhæredatis[x]. Itaque eo caſu[y] ſi quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum, aut amicorum acquiſitum fuerit[z]: id omne[a] ad ſubſtitutum[b] pertinebit.

k ¶ PRAEFATVM MODVM.] vt. ſ. eodem. in principio.
l ¶ DVO.] Not. ꝙ duo dicuntur, quo ad quid: qa duobus fit. nam inſtituitur hæres duobus: patri ſcilicet & filio. Item duarum hæreditatũ. vnũ verò dicitur, qa ab vno factum. & facit ad hoc ff. e. l. patris & filij. & ff. de condi. & demonſtr. l. hæc ſcriptura. & ff. de bo. poſſeſ. ſecundum tabu. l. ſi ita ſcriptum. §. fi. & l. vt bonorum.
m ¶ FORMIDOLOSVS.] id eſt doloſus multiformiter: vel id eſt timidus, & meticuloſus.
n ¶ SVBIACEAT.] quibus inſidiis eum ſubiice ret ſubſtitutus vt haberet eius hæreditatem: vt fecit Zacharellus.
o ¶ SVBSTITVTIONEM.] ſcilicet cum ipſa inſtitutiõe. nam hîc eſt ordo, vt primò inſtitutio, ſecundò, vulgaris ſubſtitutio, tertiò, pupillaris fiat: vt ſuprà eodẽ titu. in princi.
p ¶ VOCATVR.] quę eſt pupillaris.
q ¶ SCRIBERE.] vel etiam alia charta: quia & hoc fieri poteſt: vt. ff. e. l. patris & filij.
r ¶ PROPRIO LINO.] linũ appellat ipſam chordulam quę fit de lino: vt videmus fieri in literis domini Papæ: in quibus chordulis teſtamẽti apponebantur. vij. ſigilla de cęra. Et ideo dicit proprio lino: quia ſi alieno, vendicaret dominus[c], & ita aperiretur: & cõſiliũ legis nullũ eſſet. Vel dic proprio. i. ſeparato ab aliis partibus teſtamenti. Sed nonne magis inſidiabitur ſubſtitutus: cùm tantam cõſtructionem. i. ordinationem videat, & propter ſe? Reſpon. hoc ignorabit an propter ſe, an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accur. ADDITIO. Nec ideo inualidabitur iſtud cõſilium, quia ſub expreſſa vulgari tacita pupillaris cõtineatur: quia illud verum, niſi de mente tacita, vel expreſſa teſtantis contrarium appareat: vt hîc, & l. iam hoc iure. ff. e.

c Doctores cõtrà ꝓpter publicam vtilitatẽ ad ſimilitudinem tigni iniũcti: vt per Ioã. Fa. & Ang. hîc.

s ¶ CAVERE.] idẽ eſt, & ſi hoc nõ caueat. dum tñ ſeparatim ſignet. Accur.
t ¶ NON IDEO MINVS.] q. d. diximus ꝙ ſic cautè fieri poteſt. Sed ſi non ita fecerit: nũquid valet ideo minus? R ñ. non ideo minus &c. vt hîc dicit.
v ¶ TABVLIS.] ſcilicet apertis. Accurſins.
x ¶ EXHAEREDATIS.] ſcilicet ſubſtituere poſſunt.
y ¶ EO CASV.] ſcilicet quando exhęredato ſubſtituitur.
z ¶ FVERIT.] vt quia gratioſus erat hîc pupillus, ſic vt ei donaretur vel legaretur.
a ¶ ID OMNE.] imò videtur ꝙ tantũ in eis bonis valet ſubſtitutio, quę à patre peruenerũt ad filiũ exhęredatũ: vt. ff. de mili. teſta. l. miles. §. exhęredato. quę eſt huic cõtraria. Sol. ibi miles emãcipato ſubſtituebat: quod in alio ſ. pagano nõ toleratur: vt. j. e. §. extraneo. & ideo, cùm vnũ pro eo inducit, ſcilicet ꝙ poteſt ſubſtituere emancipato: & aliud contra eum inducitur: ſcilicet ꝙ non poteſt ſubſtituere emãcipato, niſi in his bonis quæ ſibi dedit: vt ar. ff. de iureiur. l. eũ qui. in prin. ADDITIO. Imò exiſtẽti in poteſtate. quod patet: qa exhęredatur: quę exhęredatio eſſet inepta in emãcipato. vnde dic, ꝙ ibi loquitur in milite, qui inſtituto, vel emãcipato poteſt ſubſtituere pro parte, & pro parte non: ſecus in pagano. Ange.
b ¶ AD SVBSTITVTVM.] quę ſubſtitut⁹ nullo põt grauari legato, ẽt ĩ ea re quę pupillo fuit relicta: vt. C. de le. l. cũ qdã. ſed ipſe exhęredatus ſic in re

ſibi relicta: vt.ff.e.l.cohæredi.§.cùm filiæ.in fine.§.[a] Et nota hunc.§.nō poſſe hodie habere locum niſi talis ſit impubes, qui poſsit eſſe ingratus, vt proximus pubertati: vt no.ſ.quibus mo.tut.fi.§.item ſi in ſeruitutem. aliâs non poteſt exhæredari: vt.C.de inofficioſo teſtamento.l.ſiquis in ſuo.§.legis.

a ¶ INSTITVTORVM.] vt.ſ.co.in prin.vſque ad proxi.§.

b ¶ EXHAEREDATORVM.] vt.ſ.proxi.§.

m ¶ QVIBVS.] ſcilicet generalibus verbis.

n ¶ HAEREDES.] ſcilicet patris.

o ¶ EXTITERVNT.] ſcilicet ipſimet hæredes[c]. nam ſecus ſi alij quærant: vt puta patri vel domino. nam tales, ſcilicet pater & dominus qui ſunt hæredes per filiū vel per ſeruum, ex his verbis generalibus non admittūtur ex ſubſtitutione. idem dicas de hęrede hęredis: vt hęc notantur. ff.eo.l.cū filio. &.l.qui liberis.§.hęc verba.&.l.ſeq.

¶ Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel hæredum inſtitutorum [a], vel exhæredatorum [b]: eadem etiam de poſthumis intelligimus.

¶ Non poteſt pater pupillo ſuo ſubſtituere pupillariter, niſi ſibi faciat teſtamentum: & ſi non valet teſtamentum patris, non valet dicta ſubſtitutio. Aretinus.

¶ Liberis autem † ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi [c] faciat [d], Nam pupillare teſtamentum, pars [e] & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeò vt ſi patris teſtamentum non valeat [f], nec filij quidem valebit.

¶ Pupillaris ſubſtitutio pōt fieri ſingulis pupillis, vel ei qui vltim⁹ morietur. Are.

¶ Vel ſingulis [g] liberis, vel ei qui eorum nouiſsimus [h] impubes morietur, ſubſtitui [i] poteſt. Singulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum decedere voluerit: Nouiſsimò, ſi ius legitimarum hæreditatum † integrum inter eos cuſtodiri velit.

¶ Subſtitutio pupillaris poteſt fieri his verbis generalibus, Quiſquis mihi hæres erit, &c. quo caſu vocantur ad ſubſtitutionem ſcripti pro ea parte, pro qua vocantur in inſtitutione. Aretinus.

¶ Subſtituitur autem impuberi, aut nominatim [k], veluti, Titius hæres eſto. aut generaliter, vt, Quiſquis mihi hæres erit [l]. Quibus [m] verbis vocātur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi qui & ſcripti ſunt hæredes [n] & extiterūt [o], & pro qua [p] parte hæredes facti ſunt.

¶ Pupillaris ſubſtitutio expirat adueniente pubertate.

¶ Maſculo igitur vſq; [q] ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt: fœminæ vſque ad duodecim annos: & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio [r] euaneſcit †.

¶ Extraneo, vel filio puberi non poteſt fieri ſubſtitutio directa poſt aditam hæreditatem: ſed ſolùm per fideicōmiſſum poteſt grauari de hæreditate alteri reſtituenda in totum, vel in partem. Aret.

¶ Extraneo verò, vel filio puberi hæredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres: ſed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum per fideicōmiſſum [s] teſtator obliget [t], alij hęreditatem eius, vel totā, vel pro parte reſtituere. quod ius quale ſit, ſuo loco trademus [v].

TITVLVS XVII.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

¶ Teſtamentum non iure factum non valet: & ideo non poteſt rumpi. Quod verò iure factum eſt: rumpitur, eius iure vitiato viuo teſtatore: vtputa per agnationem filij nouiter adoptati, vel arrogati. Aretinus.

TEſtamētū iure factū vſq; eò valet, donec rūpat̃, irritúmve fiat. ¶ Rūpitur autem teſtamentum, cûm in eodem ſtatu manēte teſtatore, ipſius teſtamēti vis † vitiatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum adoptauerit [x] ſibi filium per Imperatorem, eum qui eſt ſui iuris: aut per prætorem (ſecundū noſtrā cōſtitutionē [y])

c ¶ ET SIBI.] hîc not. quòd ſi filiū exhæredat cui ſubſtituit: prius ſibi, deinde debet facere filio teſtamētū. Si aūt eū inſtituat: tūc vel ante, vel pòſt valet inſtitutio, vel ſubſtitutio: vt.ff.eo.l.ij.§.prius. &.§.ſed ſiquis.&.§.ſed et ſi.&.§.fi. ADDITIO. Sed hāc reprobant docto. quia non habet rationem: & dicunt iſtum text.&.d.§.prius. procedere, quando ſubſtitutio ſit ex interuallo: ſecus ſi eodem contextu: quia nō curatur quid præcedat. Ange.

d ¶ FACIAT.] hoc fallit in milite: qui poteſt ſubſtituere pupillo, licet nō inſtituat ſibi aliquē hæredem: vt.ff. de vulg. & pup.ſubſti. l.ij. §. quiſqs.

e ¶ PARS.] ſic.ff. queād. teſta.ape.l.penul.

f ¶ NON VALEAT.] ſcilicet à principio: vt qa filius fuit præteritus: vt ff.e.l.ſiquis eum.in fin.l. vel aliâs ſcilicet non valet teſtamentum à principio: cū multi ſint modi quibus teſtamentum non valet: vt.ff.de iniuſt. rup.teſta.l.j. Idem etiam ſi ex poſtfacto rūpatur in totum, ſcilicet teſtamētum patris. Secus ſi pro parte tantum: quia tunc ſubſtitutio remanet: vt ff.eo.l.in ſubſtitutione. &.ff.de inoffi.teſta.l. papinianus.§.ſed nec. Item hæc ſunt vera, ſi iure ciuili expugnetur teſtamētum. Aliter autem ſi iure prætorio: vt ſi per cōtra tabulas expugnetur teſtamentum: quia remanet ſubſtitutio: vt.ff.e.l.ex duobus.in fin. &.l.ſeq. quæ huic.l. contrariæ ſunt. Sed certè aliud eſt cùm expugnatur iure ciuili: vt hîc: aliud cum iure prætorio: vt ibi. nam prætor non poteſt facere eſſe, nec deſinere hæredem: vt.j. de bo. poſ.§. quos autem. Item nota hîc, quòd de alienis rebus quis teſtatur: vt pater de bonis filij. ſic & aliâs. ff. de don. inter vi. & vxo. l. cum hîc. §. ſi donator. verſi. ſi miles. &. ff. de iniu. rup. teſt. l. ſiquis filio. §. ſed & ſiquis fuerit. Eſt & alius caſus ſecundum quoſdam: vt.C.de ſecun.nup.l.fœminæ.§.fi. Sed de iure communi aliter eſt: vt.ff.de teſta.l.eius qui.§.j.& de iure codicil. l. conficiuntur.§.ſi poſt.

g ¶ VEL SINGVLIS.] poteſt enim eſſe quòd quis habeat plures filios, & omnes impuberes. ſi ergo cuilibet ſubſtituere vult, poterit[b]. ſi autem vltimo loco morienti: & hoc poteſt: vt hîc, &. ff. eo. l. vel ſingulis. & hoc caſu vno moriente defertur ſua portio iure legitimo, ſcilicet per. l. xij. tabularum ad fratres: vt hîc, &.j. de leg. ag. ſuc. §. j. Sed certè ex eo, quòd tantùm vltimo morienti ſubſtituit, videtur eos inuicem ſubſtituiſſe vſque ad vltimum: & ita iure ſubſtitutionis magis, quâm legitimo inter eos ſuccedi videtur: vt. ff. de legat. ij. l. titia ſeio. §. ſeia. in fine. quæ eſt huic contra. Sed certè ibi dixit plus. ſcilicet quòd non alienarent quod teſtator eis dimittebat: & ex hoc ibi dicitur iure ſubſtitutionis ſuccedere: non quia vltimò tantùm ſubſtituit: vt. ff. de legatis. tertio. l. is qui. in fine. ADDITIO. Et not. quòd iſte. §. eſt lex. ff. eodem. titulo. & incipit, vel ſingulis. ideo non ab re ſic. §. iſte debet incipere: & ita habent correcti codices.

h ¶ NOVISSIMVS.] ideſt vltimus: puta his verbis: qui ex liberis meis impubes vltimus morietur, ei Titius hæres eſto.

i ¶ SVSTITVI.] ſcilicet pupillariter.

k ¶ NOMINATIM.] ſic.ſ.de exhære.li.§.nominatim.

l ¶ HAERES ERIT.] ſubaudi, ſit hæres filio meo.

b ❡Testamenti factio.] in paſsiua ſignificatione accipe : vt ſuprà de hæredum quali.& differen.§.teſtamenti. Sed qui ſunt iſti qui non habent teſtamenti factionem? Reſpon.incerta perſona : vt infrà proxi.§.Item peregrinus ſiue deportatus : vt.C. de hære.inſtit.l.prima.Item in metallum damnatus: vt.ff.de iis quæ pro non ſcrip.ha.l.ſi in metallum. Item ſeruus de adulterio, cum domina commiſſo accuſatus:vt ſuprà de hæredi. inſtit.§.ſecundo.Item collegium : niſi probetur licitũ : vt. C. de hæred. inſtitu.l.collegium.Item inceſtuoſi:vt in auẗ. quibus mod.nat. effici.ſui. §. vlti. colum.vij. Item hæretici maioris hæreſis:vt.C.de hæreti. l. manicheos . § . ipſos quoque. &.§.ergo. Item apoſtatę:vt.C.de apoſta. l.ij qui ſanctam. Item mulier nubens intra annum à tempore mortis mariti:vt in authenti. de nupt. §.primo. collat.iij. ADDITIO Sed hoc hodie ceſſat propter dictum Apoſtoli , quia omnes pœnę propter feſtinationem , intra tempus luctus ſunt ſublatæ:non autem propter tranſitum ad ſecunda vota. Angelus.

❡Illi poſſunt ex titulo legati capere, qui poſſunt hæredes inſtitui.

❡Legari autem illis ſolùm [a] poteſt, cum quibus teſtamenti factio [b] eſt.

❡Neque paganus,neque miles poterat olim incertæ perſonæ relinquere.& quę dicatur perſona incerta,declarat per duo exempla.Ange.

❡Incertis verò perſonis neque legata,neq; fideicommiſſa olim relinqui conceſſum [c] erat. Nam [d] ne miles quidẽ incertę perſonę poterat relinquere:vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur , quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat:veluti ſiquis ita dicat. Quicunque filio meo filiam ſuã in matrimonium dederit, ei hęres meus illum fundum dato. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati [e] eſſent : æquè incertæ perſonæ legari videbatur. Et deniq; multę alię huiuſmodi ſpecies ſunt.

❡Olim legatũ etiam libertatis, quæ eſt multùm fauorabilis,incertæ perſonæ factum,erat inualidum.

❡Libertas quoque incertę perſonę non videbatur poſſe [f] dari: quia placebat nominatim ſeruos [g] liberari.

❡Incertæ perſonæ ex certis perſonis etiam olim legari poterat.Ange.

❡Sub certa [h] verò demonſtratione, id eſt,ex certis perſonis, incertę perſonę rectè legabatur : veluti, Ex cognatis meis, qui nunc ſunt, ſiquis filiam meam vxorem duxerit,ei hęres meus illam rem dato.

❡Licet legata incertis perſonis facta, olim eſſent inualida : ſi tamen per errorem ſoluta fuerant,repeti non poterant. Angelus Areti.

❡Incertis autem perſonis legata, vel fideicommiſſa relicta,& per errorem ſoluta repeti [i] non poſſe,ſacris conſtitutionibus cautum erat.

❡Olim non poterat legari poſthumo alieno,id eſt qui nõ erat teſtatori futurus ſuus hæres.

❡Poſthumo quoq; alieno inutiliter antea legabatur [k]. Eſt autem alienus poſthumus , qui natus inter ſuos [l], hæres teſtatori futurus [m] non eſt. Ideoq; ex emancipato filio conceptus nepos , extraneus erat poſthumus auo.

❡Hodie legatum incertæ perſonæ,aut poſthumo alieno factum,valet.h.d.iuncta gloſſ.

❡Sed nec [n] huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine iuſta emendatione relicta:cùm in noſtro Codice conſtitutio [o] poſita ſit,per quã,& huic [p] parti medemur,non ſolùm in hæreditatibus,ſed etiam in legatis,& fideicommiſsis : quod euidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit.

❡Tutor certus , & certæ perſonæ dari debet.h.d.cum gloſ.

❡Tutor autem , nec per noſtram [q] cõſtitutionem incertus [r] dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati [s] cauere.

❡De iure prętorio alienus poſthumus, etiam olim poterat hæres inſtitui , & hodie poteſt : dummodo naſciturus ſit ex ea quæ vxor eſſe poſsit. Angelus.

❡Poſthumus autem alienus hæres inſtitui , & anteà poterat [t] , & nunc poteſt:niſi in vtero eius ſit , quæ iure noſtro [v] vxor eſſe non poteſt [x].

❡Error nominis , prænominis , agnominis,cognominis , non vitiat ; ſi de corpore conſtat.Aretinus.

l.iulianus.in fin.&.l.frater à fratre.in princ.ibi. naturalem enim. &.l.ſi dominus.in fin.

❡Posthvmo qvoqve. ¶ Casvs. Domine,iam video plures perſonas,quibus olim legari non poterat:nunquid ſunt adhuc plures perſonæ, quibus olim legari non poterat? Et reſpon.quòd ſic.nã poſthumo alieno olim inutiliter legabatur. Sed domine,ſi placet,dicatis mihi,quis cenſetur poſthumus alienus? Ad hoc reſpond. Amice,alienus poſthumus eſt qui inter hæredes ſuos hæres teſtatoris futurus non eſt: ſicut nepos ex filio emãcipato conceptus , extraneus poſthumus erat auo . & hæc omnia ſupradicta , ſecundum iura antiqua obtinebant. ſed non ſolummodo omnia ſupradicta ab eo. §.incertis. ſed etiam ſpeciem circa poſthumum alienum correximus. Nam in Codice noſtro quædam conſtitutio poſita eſt , per quam quidem conſtitutionem, etiam huic parti remedium adhibuimus, non ſolùm in hæreditatibus vt alien⁹ poſthumus hæres inſtitui poſsit : ſed etiam in legatis & fideicom. & hoc euidenter, ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit . Sed quamquam dixerim tibi incertis perſonis, authoritate noſtræ conſtitutionis hodie legari poſſe:tutor tamen incertus, non ſolùm ſecundum antiqua iura : ſed etiam per noſtram conſtitutionem,dari non debet : & hoc ideo,quia certo iudicio debet quiſque pro tutela ſuæ poſteritati proſpicere.& licet ſuprà dixerim, alieno poſthumo, ſecundum iura antiqua legari non poſſe: alienus tamen poſthumus,& olim de iure prętorio,& hodie poteſt hęres inſtitui,de iure ciuili.& hoc verum eſt,niſi ſit in vtero illius mulieris , quæ de iure noſtro , vxor eſſe non poteſt. & hæc dicuntur vſq; ad illum.§.ſiquis in nomine.

c ❡Concessvm erat.] hodie contrà etiam ante legem græcam inferiorem,in pauperibus:vt.C.de epiſc.& cler.l.id quod. ADDITIO. Tu dic,quòd aut incertitudo eſt in perſona legantis:& valet legatum:quia hęredi onus iniunctum intelligitur. aut in perſona legatarij : & tunc aut certificanda ex futuro euentu:aut non.Primo caſu valet etiam ſi erat incerta de incertis:vt.l.ſiquis ita ſcripſerit.ff.de rebus dubiis.Secundo caſu valet ſi per legem certificatur:vt.l.id quod.C.de epiſcopis & clericis. ſed de hoc vide Angelum.

d ❡Nam nec miles.] cuius ſcilicet militis voluntas ſeruatur pro lege aliàs:vt.C.de teſta.mili.l.j.

e ❡Designati essent.] In calẽ.Ianuarij ſortiebantur.i.incipiebant honores adminiſtrare:& ante per tres menſes deſignabantur:vt.ff.de condi.& demon.l.Publius.&.C.de magi.mu.l.j.

f ❡Posse dari.] vt ſi dicat ita : Illum liberum eſſe volo, qui Capitolium primus aſcenderit,vel ſimile fecerit:vt ſuprà proxi.§.incertis. Vel Stichum liberum eſſe volo. cùm habeat duos Stichos : vt.ff.de ma.teſta.l.cùm ex pluribus.

g ❡Servos liberari.] aduerte quòd in aliquibus libris ſequitur iſta clauſula , Tutor quoque incertæ perſonæ dari nõ poteſt.quã non inuenies in emendatis codicibus : & ſi ea quæ ſequuntur in text. & gloſſ. diligenter perſpexeris , profecto eam prorſus ſuperuacuam iudicabis †.

† Hæc gl. nõ eſt Accur.E. Per.

h ❡Sub certa.] ſic.ff.de lega.primo.l.iij.§.hoc amplius.ſic.ff.de legatis primo.l.ſi ſeruus legatus.§.huiuſmodi. ſic.ff.de rebus dubiis.l.quidam. ſic ff.e.j.l.legato.§.primo.

i ❡Repeti non posse.] quaſi naturale debitum:vt.ff.de cõdi.indeb.

k ❡Legabatvr.] ſed nec inſtituebatur iure ciuili : vt.ff.de libe.& poſthum.l.gallus.§.ille caſus.

l ❡Svos.] ſcilicet quondam ante emancipationem:vt ſequitur.

m ❡Fvtvrvs] .ſcilicet hæres.

n ❡Sed nec.] quaſi dicat:nõ ſolum in poſthumo , ſed omnia ſupradicta ab illo.§.incertis.correcta ſunt:vt arg.ff.eo.iij.l.hoc legatum.j.reſpon.&.l.ea tamen.

o ❡Constitvtio.] quam non habemus.

p ❡Hvic.] ſcilicet poſthumo.

q ❡Per nostram constitvtionem.] ſcilicet ſupradictam conſtitutionem græcam:nec veteri iure:vt.ff.de teſta.tu.l.tutor incertus.

r ❡Incertvs.] vt ſi ita dixit:illum tutorem do qui primus de Tuſcia venerit.nec incertæ perſonæ datur:vt.ff.de teſtamen.tute.l.tutor ita. ADDITIO. Et eſt ratio,ſecundũ Io.fab.quia quãuis poſteà certificetur, tamen poterit venire talis ribaldus,ꝙ pupillo prouiſum non erit:contra id quod iura intendunt.incertæ tamen perſonæ poſt certificandæ teſtamentarius dari poteſt,non datiuus:vt hìc per eum.

s ❡Posteritati.] id eſt filiis.

t ❡Poterat.] ſcilicet de iure prætorio, nõ ciuili, vt.j.de bo.poſ.j.rñ.cõtra.&.ff.de lib.& poſth.l.gallus.§.ille.Ac. ADDITIO. Sol.ibi loquitͬ in poſthumo alieno tp̄e teſtamẽti nato nõ ſuo: ꝗ poſteà ſuccedẽdo in locũ primi ſuus efficitur.hìc verò etiã in eo,qui nunquã efficitͬ ſuus. Ang.

v ❡Nostro.] id eſt Romano.

x ❡Non potest.] ſed quæ eſt illa quæ vxor eſſe non poteſt? Reſpon. multæ ſunt illę quę vxores eſſe non poſſunt:vt.ſ.de nup.diximus.§.ſi aduerſus.C.de teſta.l.iiij.

Siquis

¶ Siquis † in nomine[a], ✱ cognomine, prænomine, agnomine legatarij teſtator errauerit: ſi de perſona cõſtat, nihilominus valet legatum[b]. Idemq; in hæredibus[c] ſeruatur: & rectè. Nomina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur † [d], nihil intereſt[e].

¶ *Falſa demonſtratio non vitiat legatũ.*

¶ Huic proxima eſt illa iuris regula, falſa demonſtratione † legatum non perimi. veluti ſiquis ita legauerit: Stichum ſeruum meũ vernam[f] do lego. Licet enim nõ verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſeruo conſtat, vtile eſt legatũ. Et cõuenienter, ſi ita demonſtrauerit, Stichum ſeruum quem à Seio emi, ſitque ab alio emptus[g]: vtile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.

¶ *Falſa cauſa non vitiat legatum, niſi per modum conditionis fuerit prolata. hoc dicit. Aretinus.*

¶ Longè[h] magis legato falſa cauſa adiecta non nocet: veluti cùm quis ita dixerit, Titio, quia me abſente negotia mea curauit, Stichum do lego. vel ita, Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichũ do lego. Licet enim neque negotia teſtatoris vnquam geſſerit. Titius, neq; patrocinio eius liberatus ſit, legatum tamen valet. ¶ Sed ſi conditionaliter[i] enunciata fuerit cauſa, aliud iuris eſt: veluti hoc modo: Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum meum do lego.

¶ *Seruo hæredis purè non poteſt legari, ſed ſub conditione ſic, ſi tempore exiſtentis conditionis non ſit in poteſtate hæredis. Sed econtra ſeruo alieno hærede inſtituto, poteſt eius domino legari purè, vel ſub conditione: ſed ſi iuſſu domini hæreditatem adeat, legatum euaneſcit.*

¶ An ſeruo hæredis rectè legemus, quæritur. & cõſtat purè inutiliter † [k] legari[l], nec quicquã proficere[m], ſi viuo teſtatore de poteſtate hæredis exierit[n]: quia † quod[o] inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamentum deceſsiſſet teſtator: non debet hoc ideo valere[p], quia diutius † teſtator vixerit. † ¶ Sub conditione verò rectè legatur ſeruo: vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis nõ ſit[q]. Ex diuerſo, hærede inſtituto ſeruo: quin domino rectè etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam etſi ſtatim poſt factum teſtamẽtum,

---

¶ SIQVIS IN NOMINE. ¶ CASVS. Quidam fecit teſtamentum: & in teſtamẽto legauit quidam. c. ſed tamẽ errauit in nomine legatarij. nam cùm deberet dicere: lego Titio: dicebat lego Sempronio: vnde cõſtabat de perſona legatarij, modò quæro vtrum huiuſmodi error vitiat legatum? Et reſpon. ꝙ non. Siquis enim in nomine, cognomine, vel agnomine & prænomine legatarij errauit: ſi tamen de perſona cõſtat: nihilominus valet legatũ. & idem ſeruatur: in hæredibus inſtituẽdis: vt ſiquis errauit in nomine, cognomine, agnomine & prænomine ipſius hæredis inſtituẽdi, nihilominus valet inſtitutio, ſi de perſona hæredis cõſtat: & certè in vtroque caſu, hoc optima ratiõe ſtatutum fuit. Nomina enim ſignandorum hominum gratia inuẽta ſunt. Igitur ſi per quodcũque aliud indicium intelligantur: nihil refert. vnde argumẽto huius regulæ cauetur falſa nominatione legatum non perimi. Eſt enim quædam alia iuris regula qua cautũ eſt, falſa demonſtratione legatum non vitiari: veluti ſi quis ita legauerit: Stichũ ſeruũ vernam Titio do lego. Licet enim Stichus non verna, ſed emptus ſit, ſi tamẽ de perſona cõſtat: non obſtante huiuſmodi falſa demõſtratione valet legatũ: & ſimiliter ſi ita demonſtrauerit teſtator: Stichũ ſeruũ meum quem à Seio emi, Titio do lego. Licet enim ab alio emptus ſit, nihilominus valet legatum ſi de perſona ſerui conſtat: & ſicut dixi tibi, ſcire debes quòd longè magis adiecta falſa cauſa legato, legatum non vitiat: veluti ſiquis ita dixerit: Titio qui abſente me negotia mea vtiliter curauit, vel geſsit, Stichum do lego. vel ſi ita dixerit: Titio, quia patrocinio eius à capitali crimine liberatus ſum, Stichum do lego. nam ſi ita dixerit, valet legatum. Licet enim Titius legatarius negotia teſtatoris nunquam geſſerit, neque teſtator patrocinio Titij legatarij à capitali crimine liberatus ſit: in vtroque tamen caſu legatum valet. ſed aliud ius ſtatutum eſt, ſi huiuſmodi cauſa conditionaliter enunciata ſit: veluti ſiquis dixerit hoc modo, ſi negotia mea curauerit, fundum ei do lego. nam in hoc caſu ita demum valet hoc legatum, ſi conditio extiterit. Et hæc dicuntur vſque ad. §. an ſeruo hæredis.

¶ SIQVIS.] ſic. C. de teſta. l. ſi in nomine. Accurſius.

a ¶ IN NOMINE.] nomen eſt genus: ſed ponitur hîc pro ſpecie ſui: vt Albertus: quod dicitur proprium perſonæ nomen. Cognomen, quaſi cõmune cognationis nomen: vt Aſinellus. Prænomen, quod cauſa differẽtię ponitur: vt ſi ſint duo Tullij: & vni ſuperaddatur Marcus: & dicatur Marcus Tullius. nam Marcus eſt pręnomen. Agnomẽ eſt, quod imponitur ab euentu: vt Aphricanus, qui vicit Aphricam: Alemanicus, & Gottichus: vt. ſ. in rubrica procemij huius libri.

b ¶ VALET LEGATVM.] ſic. ff. ſi cer. pet. l. certũ. & C. e. l. ſi Fortidianũ.

c ¶ IN HAEREDIBVS.] ſcilicet ſi erret in eorum nomine.

d ¶ INTELLIGANTVR.] ſcilicet à teſtante. & hoc in proprijs. In appellatiuis diſtingue ſecundum Ioan. an parum erret, vt ſi libros membranas appellet: quo caſu valet: maximè cùm fuerit conſuetus ſic appellare: vt. ff. de leg. iij. l. librorũ. §. quod tamẽ Caſsius. An multùm erret, & tunc contrà: vt ff. eo. tit. l. iiij.[a] & de ſup. leg. l. Labeo. in medio legis. §. ſed de iis. in ſi.

e ¶ NIHIL INTEREST. vnde liber homo ſibi nomen mutare poteſt: licet ſeruus non poſsit: vt. C. de mu. no. l. j. & ff. ad le. corne. de fal. l. falſi.

f ¶ VERNAM.] verna eſt ſeruus ex ancilla teſtatoris domi natus.

g ¶ EMPTVS.] idem & ſi non emit: vt arg. ff. de vſuſcap. l. nunquam. §. fin. ſecus in venditione: vt. ff. de contrahen. emp. l. ſi quis fundum.

h ¶ LONGE MAGIS.] ideo dicit magis: quia verba falſæ demonſtrationis ſunt de ſubſtantia ipſius legati: vt cùm dico: Stichum vernam do lego. ſed verba falſæ cauſæ non ita. Item quia cauſæ legandi non cohærent legato: vt. ff. de conditio. & demonſtratio. l. cum tale. §. falſam cauſam[b]. Item quia hîc donare præſumitur: vt. ff. de conditio. indebit. l. in ſumma. §. ei quoque.

i ¶ SED SI CONDITIONALITER.] Not. conditio per ſi apponitur, & per cùm: vt hîc, & ff. de conditio. indebi. l. qui promiſit. & ff. de verborum obligatio. l. quodcunque. §. non ſolum. niſi in caſu: vt. ff. de tut. l. muto. §. ſub conditione. Modus per vt: vt. C. de iis quæ ſub mod. l. ſecunda. Cauſa per quia: vt hîc. Demonſtratio fit oſtendendo aliquid quod non eſt: vt. ſ. proxim. §. & ff. eod. j. l. ſi ſit. §. primo. Circa hæc quatuor ſic dicas: & primo: Falſa cauſa non nocet: vt hîc. Conditio nocet ſi deficiat: vt hîc, & ff. ſi certum peta. l. cum ad præſens. & l. itaq;. Modus idem quod conditio operatur excepto quòd id quod datur ſub modo, etiam antequàm modus impleatur, petitur: cautione tamen interpoſita de modo implendo: quod non eſt in conditione: vt. ff. de conditio. & demonſtra. l. qui hæredi. §. fina. & de annu. lega. l. liberto. §. lucius. & ff. e. l. iij. l. ſi tibi. In demonſtratione diſtingue vt. ff. eodem prima. l. ſi ſit. §. primo. & l. non quocunq;. Vnde verſus: Scito quòd, vt modus eſt: ſi, conditio: quia cauſa. Vide. c. verum. extrà de condi. appo.

¶ AN SERVO HAEREDIS. ¶ CASVS. Domine, quidam fecit teſtamentum: & in teſtamento ſuo Titium inſtituit hęredem: & Sticho ſeruo ipſius hæredis inſtituti legauit fundum. modò quæro vtrum huiuſmodi legatum valeat? Ad hoc reſpon. Iuſtiñ. diſtinguendo vtrum ſeruo hæredis inſtituti purè, vel ſub conditione legetur. nam ſi purè legetur. inutile eſt legatum, nec quicquam proficit, etiam ſi viuente teſtatore ſeruus legatarius de poteſtate hæredis exiuerit. illud enim quod inutile foret, ſi ſtatim poſt teſtamentum factum teſtator deceſsiſſet: nõ debet ideo valere quia teſtator diutius vixit. ſub conditione tamen ſeruo hæredis rectè legari poteſt: nam in hoc caſu ſi tempore exiſtentis conditionis in poteſtate hæredis non ſit: legatum valet. Sed (quicquid dixerim tibi) ſeruo hærede inſtituto, domino ipſius ſine conditione legari poſſe non dubitatur: veluti ſiquis ita dixerit: Stichum ſeruum Sempronij hæredem inſtituo. & poſteà adiecerit: Sempronio domino Stichi hæredis inſtituti fundum do lego. nam in hoc caſu, quamuis ſtatim poſt factum teſtamentum teſtator deceſſerit: non tamen apud eum qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur. Per ſeruum enim inſtitutum, ſi antequam iuſſu domini adierit hæreditatẽ, in alterius poteſtate translatus fuerit: alij hæreditas acquiri poterit: vel ſi fortè ipſe ſeruus ante aditionem à domino ſuo fuerit manumiſſus. tunc enim ipſe hæres efficitur, & valet legatum. ſed ſi ille ſeruus in eadem cauſa permanſerit, & viuente domino, eodemq; legatario hæreditatem adierit: euaneſcit legatum. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. ante hæredis inſtitutionem. cuius caſus planus eſt vſque ad fin. ti.

k ¶ INVTILITER.] ſic. C. de neceſſ. ſer. hære. inſti. l. quidam. §. illo contrà. Sed ibi non imponitur neceſsitas dandi. Vel in minimis) aliâs in alimentis) loquitur: vt. ff. de ali. & cib. leg. l. ſeruos[c]. nam cùm ſit purum, à morte teſtatoris cedit: vt. C. de cadu. tol. §. cùm igitur. & domino ex perſona ſerui acquiritur: vt ſuprà per quas perſo. no. acquir. §. item vobis acquiritur quod ſerui &c. ſed idem dominus erit hæres: ergo non valet legatũ: quia idem non poteſt eſſe hæres, & legatarius: vt. ff. de leg. primo. l. legatum eſt. §. j. Accur. ADDITIO. Quod eſt verum ſi legatur ſine libertate ſeruo teſtatoris, vel hæredis, ſecus ſi alieno: quia cederet ab adita hæreditate: niſi dies mortis, & aditionis eſſet idem: vt l. ſi optio. ff. de optio. leg. quando verò cum libertate legatur: cedit vel à die competentis libertatis, ſi ſit ſub conditione relicta: vel ab adita hæreditate, ſi vtrunque ſit purum: vt. §. in nouiſsimo. C. eod. titu. de cad. tol. Ange.

l ¶ LEGARI.] propter confuſionem hæredis & legatarij: quia eadem perſona ſibiipſi debere non poteſt.

m ¶ NEC QVICQVAM PROFICERE.] qa actus moriẽtiũ nõ poſſunt eſſe in ſuſpẽſo; vt. ff. cõia prędi. l. ſi. in ſi. & ꝓpter regulã Catonis quę ſeqtur.

n ¶ EXIERIT.] ſeruus legatarius.

o ¶ QVIA QVOD &c.] hæc eſt regula Catoniana.

p ¶ VALERE.] Exceptis quibuſdam caſibus: vt cùm res tua ſit tibi legata, & ante mortem teſtatoris alienata.

q ¶ NON SIT.] nam ſi eſt adhuc ſeruus, non valet legatum, aliâs valet. ſic ff. ad leg. fal. l. ſi à ſeruo.

---

† Si quidẽ ✱ Vide in hũc locum Alcia. lib. diſpũ. iiij. cap. j.

† Quia nomina impoſita ſunt ad recognitionem: vt hîc & l. ad recognoſcendos. C. de ĩge. mauu. & ſufficit quòd reſcognoſcat̃, ſiue perſe, ſiue p aliud. l. certũ. ff. ſi cer. pet. E. Per.

† Concor. c. quia circa. cũ gl. ſuper verbo, falſa cauſa. extrà de cõſanguini. & affi.

Nomẽ, cognomẽ, prę nomen, & agnomẽ differunt.

a Et eſt rõ ibi: quia nomẽ appellatiuum, tanquã naturale mutari nõ põt ſine mutatione eſſentię ipſius rei: cũ ſit de ſubſtãtia. aliâs ſecus. ſed de hac materia vide plenius hîc per Ange.

b Puta qa de neceſsitate diſpoſitio non ſequit ex cauſa, aliâs ſecus: vt hîc per Ang.

Verſus.

† Ratio, qa hĩditas nõ ſeparatur a legato, & idẽ eſſet hęres, & legatarius, cùm per ſeruum ſibi acquirat legatũ. Egi. Perri.

† Et ſic qđ per mortẽ vtile nõ ſit per vitã nõ cõualeſcit. Eg. Perri.

† Quod ab initio non valuit legatũ, ex poſt facto nõ cõualeſcit. E. Perri.

† Et ſic qđ ab initio ñ valuit: tractu tẽporis nõ cõualeſcit, ſimile in c. ij. cũ. gl. ſi. extrà de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulte.

c Vel dic ſecũdũ Io. Fa. ꝙ ibi teſtator legauerat ſeruo ꝓprio: hîc verò hæredis.

deceſſerit teſtator, non apud[a] eũ tamen, qui hęres[b] ſit, dies legati cedere intelligitur[c]: cùm hęreditas à legato ſeparata ſit, & poſsit per eum ſeruũ alius hęres effici, ſi prius quàm iuſſu domini adeat in alterius poteſtatem tranſlatus ſit: vel manumiſſus ipſe hęres efficitur: quibus caſibus vtile eſt legatum. Quòd ſi in eadem cauſa permanſerit, & iuſſu legatarij[d] adierit: euaneſcit legatum.

¶ Legata, & libertas hodie relinqui poſſunt ante hęredis inſtitutionem, & poſteà, & inter inſtitutionem, & ſubſtitutionem. Aretinus.

¶ Ante hęredis inſtitutionem inutiliter antea legabatur[e]: ſcilicet quia teſtamenta vim ex inſtitutione hæredis accipiũt: & ob id veluti caput atq; fundamentum[f] intelligitur † totius teſtamẽti hęredis inſtitutio. Pari ratione, nec libertas ante hæredis inſtitutionem dari poterat. ¶ Sed quia † inciuile eſſe putauimus, ſcripturæ ordinem[g] quidem ſequi, (quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum) ſperni autem teſtatoris voluntatem[h]: per noſtram conſtitutionem[i], & hoc vitium emendauimus: vt liceat, & ante[k] hæredis inſtitutionem, & inter medias[l] hæredum inſtitutiones, legatum relinquere: & multo magis libertatem, cuius vſus fauorabilior[m] eſt.

¶ Hodie ante, & poſt mortem hæredis, & legatarij, & pridie mortis ipſorum legari poteſt. Areti.

¶ Poſt mortem quoque hæredis, aut legatarij ſimili modo inutiliter legabatur: veluti ſiquis ita dicat, Cùm hæres meus mortuus fuerit, do lego. item, Pridie quàm hæres, aut legatarius morietur. Sed ſimili modo, & hoc correximus[n], firmitatem huiuſmodi legatis[o] ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicõmiſſorũ inueniatur[p].

a ¶ Apud eum.] id eſt apud eundem, ſcilicet dominum qui ſit hęres per ſeruum: quia adhuc non eſt. Accurſius.

b ¶ Haeres sit.] hoc eſt dicere, mortuo teſtatore ſtatim poſt teſtamentum non ideo ſtatim dominus ſerui erit hęres per ſeruũ, & legatarius per ſe: & ita non erit apud eum. i. eundem hæredem hæreditas & legatũ: quod erat ſuperiori. §. imò ad hoc vt ſit hæres per ſeruũ duo pręcedere oportet, iuſſum dñi, & obedientiam ſerui, & interim ſerui conditio poterit variari: ſed legatũ tãtum interim habebit dominus. ſunt ergo ſeparata, hæreditas, & legatum interim: cùm legatum apud dominum ſit: hæreditas apud nullum, donec ſeruus vel manumiſſus ſibi, vel iuſſu alicuius domini eam adeat.

c ¶ Intelligitur.] nam nemo eſt hęres adhuc, cùm & dñi iuſſus, & ſerui debeat ſequi voluntas: vt. C. de hære. inſti. l. cùm proponas. & licet hęreditatis dies cedat ea adita: tñ legatũ à morte teſtatoris cedit: vt. C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. vnde apud dominũ erit legatũ: ſed hæreditas apud nullũ quæ poterit eſſe, vel apud hũc: vel apud aliũ ſi alienabat. ſ. ſeruus prius: vt ſequitur.

d ¶ Legatarii.] qui & dominus eſt.

e ¶ Legabatur.] aliud in tutore etiã olim vt. ſ. qui da. tut. poſſ. §. ad certum.

f ¶ Fundamentum.] cùm ſine illo nullũ dicatur[a]: vt. ff. de iure codi. l. fi. & . j. tit. iij. §. in primis. & de iis quę in teſt. delẽ. l. pe. ibi, Calphurnius.

g ¶ Scripturae ordinem.] no. ordinẽ ſcripturę nõ ſeruãdũ. ſic. ff. de ſol. l. non enim. Sed cõtrà arg. ff. de fidei com. lib. l. generaliter. §. quid ergo. & in auſ. de hære. & fal. §. inordinatum. col. j.

h ¶ Voluntatem.] repete vituperãdũ erat.

i ¶ Constitutionem.] quam non habemus, ſecundum quoſdã vel dic verius, ꝙ loquitur de ea quę eſt in. C. de teſta. l. ambiguitates. & quod ibi dicit, nõ ex mẽte: referas ad alia: non ad hunc ordinem.

k ¶ Ante haeredis institutionem.] quia primò poteſt legarem rem, & poſteà hęredem inſtituere.

l ¶ Medias.] quia primũ inſtituit hæredẽ, & poſteà legauit: & poſteà aliũ hæredem inſtituit: & ita legat inter medias hæredum inſtitutiones.

m ¶ Favorabilior est.] niſi in duobus caſibus: vt. ff. de manu. teſta. l. cùm ex pluribus. & de leg. j. l. ſiquis à filio. §. penul. & . l. ferre. & ad trebel. l. ſi patroni. §. ſed & ſi ſine fructibus. *Additio.* Dic ſecundum Io. Fab. ꝙ hoc non videtur verum: imò videtur idem vtrobiq;: quia incertitudo vitiat legatum, & libertatem. ſecus in re legata. vbi autem libertas legatur: eſt incertitudo, & in re, & in perſona, & ſic vitiat: vt not. Dy. in regula, in obſcuris. de regu. iur. in. vj. Ange.

n ¶ Correximus.] vt. C. vt act. ab hęre. & contra hęre. l. j.

o ¶ Legatis.] in ſtipulationibus idem: vt. d. l. prima. C. vt act. ab hære. & contra hęre. l. j. Caue tamen, quia legatũ ſic incipit ab hęrede, vel hęredi dari: quod primò nullo modo fuit[b], ſed ſtipulatio fuit, licet inefficax: vt. ff. de euic. l. qui à pupillo. & . l. ſi per imprudentiam. §. non mirum.

p ¶ Inveniatur.] vt. ff. eo. l. j. & . ſ. eo. titu. §. ſed non vſque.

q ¶ Adimebatnr.] hæc verba expone vt. j. titu. j.

Seruus hæres inſtitutus, non acquirit dño, niſi duo cõcurrant.

† Concor. cũ hoc tex. c. Rainald' iuncta glo. ſuper verb. legauit. pro pe. fi. extrà de teſta.

† Et ſic legata præcedere poſſũt teſt. ordine literæ, ſed ordine intellectus inſtitutio pręcedit. E. Perrinus.

a Concor. gl. ij. in prĩ. in. c. cũ tibi. extra de teſtamen. Ordo ſcripturæ an ſeruãd' ſit.

b Quod ẽ verum, ſi legauit poſt mortẽ hæ-

¶ Hodie poteſt pœnæ nomine legari, & legatum transferri, vel adimi, niſi præcipiatur aliquid impoſsibile, vel legibus interdictum, vel probroſum. h. d. Areti.

¶ Pœnæ quoq; nomine inutiliter antea legabatur, & adimebatur[q], vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi hęredis cauſa relinquitur quo magis aliquid[r] faciat, aut non faciat[s]: veluti ſiquis ita ſcripſerit, Hæres meus ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocauerit[t], vel ex diuerſo ſi nõ[v] collocauerit, dato decẽ aureos Seio. aut ſi ita ſcripſerit, Hæres meus ſi ſeruum Stichum alienauerit[x], vel ex diuerſo, ſi non alienauerit[y], Titio decem aureos dato. Et intantum hæc regula obſeruabatur: vt perquam[z] pluribus † principalibus cõſtitutionibus ſignificetur, nec principem quidem agnoſcere[a], quod ei pœnæ nomine legatum ſit. Nec ex militis quidem teſtamento talia legata valebant: quãuis aliæ militum voluntates, in ordinandis teſtamentis, valdè obſeruabantur[b]. Quinetiam nec libertates pœnę noĩe dari poſſe placebat. Eo amplius nec hæredem † pœnæ nomine adiici † poſſe Sabinus exiſtimabat: veluti ſiquis ita dicat, Titius hæres eſto: ſi Titius filiam ſuam in matrimonium Seio collocauerit[c], Seius quoq; hæres eſto. † Nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur: vtrum legati datione, an cohęredis adiectione. ¶ Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit. Et gñaliter ea quę relinquuntur, licet pœnæ noĩe fuerint relicta vel adempta, vel in aliũ tranſlata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus[d], † vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quę impoſsibilia[e] ſunt †, vel legibus interdicta[f], aut aliàs probroſa.[g] Hmõi enim teſtatorũ † diſpoſitiones valere, ſecta[h] meorum

r ¶ Aliqvid faciat.] quod fieri vult. ſecundũ Ioan. hoc adiecto, ſcilicet in pœnam hęredis ſe committere. aliâs eſt conditio, & valet: vt. ff. de iis quæ pœ. no. l. j. & . ij.

s ¶ Non faciat.] quod fieri non vult. Accur.

t ¶ Collocaverit.] ſcilicet quod fieri nolo: ſcilicet eam collocari

v ¶ Non collocaverit.] ſcilicet qđ fieri volo: ſcilicet eã collocari.

x ¶ Alienaverit.] quod nolo.

y ¶ Non ailenaverit.] nam vt alienauerit, volo.

z ¶ Perqvam.] id eſt valde.

a ¶ Agnoscere.] ſcilicet poſſe: vt. ſ. quib' mo. teſta. infir. §. fi. in fi.

b ¶ Observabantvr.] vt. C. de teſta. mili. l. j.

c ¶ Collocaverit] ſcilicet quod fieri nolo.

d ¶ Constitvimvs.] vt. C. de iis q̃ pœ. no. l. j.

e ¶ Impossibinia.] ff. de lega. j. l. ſi mihi & tibi. §. j. contra. Sol. ibi nõ erat impoſsibile: poterat enim eſſe ꝙ diu viueret: & intra triduũ poſſet id fieri, qđ fieri volebat. Vel dic, ꝙ ibi voluit teſtator hæredem conſtituere ſe ſoluturum, ſi decederet ſcilicet teſtator intra triduum: quod potuit, nõ autem ſoluere[c]. Item contra. ſ. de hęre. inſti. §. impoſsibilis. Sol. quidam dicunt non valere ſicut teſtator voluit: vt hîc, valet tamen purè: vt ibi. vel diſtingue ſecundum Ioan. aut apponitur conditio impoſsibilis hæredi: aut legatario. ſi hæredi: non valet legatum: vt hîc ſi legatario valet: vt ibi. & quęre exẽpla. C. de iis quæ pœ. no. l. prima. *Additio.* Exemplum quando apponitur conditio impoſſibilis hæredi ſiue onerato: vt det hæres ſi cœlum digito tetigerit: & tunc vitiat, quaſi non ſtet per eum quo minus impleat: ſed per impoſsibilitatem. Quando legatario, ſiue onerato: vt tibi relinquo, ſi cœlum tetigeris digito. & hæc non vitiat, ſed vitiatur, & pro non adiecta habetur. Et eſt ratio: quia non debet auferri beneficium honorato cui prouidere voluit teſtator. vide glo. notabi. in. l. j. ff. de condi. inſti.

e ¶ Impossibilia.] de impoſsibili dic: præcepit hæredẽ transferre montem: aliâs ei adiecit cohæredẽ, vel aliam pœnam impoſuit. De legibus interdicto vt præcepit hæredi, vel legatario, vt daret inquilinos ſine prædiis. De probroſo: vt præcepit reliquias ſuas in mare proiici, vel ſe cum veſtibus ſepeliri: aliâs pœnam impoſuit. nam in prædictis & ſimilibus remanet hæres & legatarius: nec tenetur ad impoſsibile, vel legibus interdictum, vel probroſum, nec etiam ad pœnam, ideo ꝙ impoſsibile, vel legibus interdictum, vel probroſum non impleuit.

f ¶ Legibvs interdicta.] vt inquilinos ſine prædiis: vt. ff. de leg. j. l. ſiquis inquilinos. vt patuit. ſ. *Additio.* Et hoc verũ vbi aliquid eſt per ius diſpoſitum, vel conſuetudinẽ: qđ teſtator immutare nõ poteſt: vt quia fortè ob ius publicum, vel fauorem: aliâs ſecus. Ioan. fab.

g ¶ Probrosa.] vt veſtimenta in funus: vt. ff. eo. j. l. ſeruo alieno. §. fin. vel reliquias in mare: vt. ff. de condi. inſti. l. penul. in prin.

h ¶ Secta meorvm temporvm.] id eſt ego qui inſequor iuſtitiam hoc tempore, non patior. ſic. ff. de pact. l. fi. in fin.

redis, vel alterius. ſec' ſi poſt mortẽ legatarij quia ſtatim eſt nata obligatio, vt in ſtipulatione: ſicut no. gl. in. l. cedere diẽ. ff. de ver. obli. Ang.

† Quã plurimis.

c Iſtas ſolutiones rephẽdit Io. Fab. hîc: & dicit ꝙ ibi ideo valet legatũ: quia nõ cõtinet impoſsibile ſed adiectio tẽporis eſt impoſsibilis q̃ non vitiat.

† i, cohæredem.

† i. adiũg i ſcilicet hæredi prius inſtituto. Eg. Perr.

† Et hęc ẽ pœna: quia ex quo titi' filiam dedit ſeio vxorẽ, teſtator adiecit. i. adiũxit ei ꝓ pœna ipſũ ſeiũ cohæredẽ. Egi. Perri.

† Sic ergo pœnæ nomine legari poteſt vt hîc, & in ca. Rainaldus. iũcta gloſ. ſuper verb. adijciẽs. extrà de teſt.

† Vt ſi hæres iubeat facere impoſſibile, & ſi nõ faciat, legatur aliquid ab eo, nõ valet. l. j. C. de ijs quę pæ. no. rõ, quia nõ eſt imponẽda, ſi nõ impleuerit impoſsibile. l. in teſtõ. ff. de cõdi. & demõ. Eg. Perriinus.

† Teſtamẽtorum.

temporum non patitur.

TITVLVS XXI.

De ademptione legatorum, & translatione.

Ademptio, & translatio legatorũ poteſt fieri in eodem teſtamento, vel alia ſcriptura. Areti.

Ademptio legatorũ, (ſiue eodẽ teſtamẽto adimãtur[a]; ſiue codicillis[b]) firma[c] eſt. ſed & ſiue cõtrariis verbis fiat ademptio: veluti ſiquis ita quid legauerit, Do, lego, ita adimat, Non do, non lego: ſiue non cõtrariis, ſed aliis[d] quibuſcunque verbis. ¶ Transferri[e] quoque legatum ab alio, ad alium poteſt: veluti ſiquis ita dixerit: Hominẽ Stichum quem Titio legaui, Seio do lego, ſiue in eodẽ teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit: quo caſu ſimul, & Titio adimi videtur, & Seio[f] dari.

TITVLVS XXII.

De lege Falcidia.

Teſtatori non licet hæreditatẽ exhaurire, vel vacuare in totum legatis: ſed ſolũ modo vſq; ad dodrantem: ne teſtatores ſine hærede decedant. Areti.

Continuatio. ❡ DE ADEMPTIONE LEGATORVM. ¶ *Quia ambulatoria eſt defuncti uolũtas, uſq; ad ſupremũ uitæ exitũ. ut. ff. de adi. leg. l. iij. §. fi. & l. ſeq. ideo poſt data legata, & de eis ademẽ. uideamus. Accur.*

Diuiſio. ADEMPTIO.] ¶ Diuiditur in duas partes. Primò, loquitur de ademptione. Secundò, de tranſlatione. Secunda ibi, Transferri.

a ❡ ADIMANTVR.] ſcilicet legata.

b ❡ CODICILLIS.] ſ. teſtamẽto cõfirmatis, ſecũdum quoſdã: non aliter. Sed nos contrà: vt in aut. de reſti. fideic. §. manifeſtum. colla. ix. Accur. *ADDITIO.* Et eſt ratio: quia nõ eſt ridiculũ, codicillos etiã contrarios per teſtamẽtum cõfirmari: quia videmus agi ex cõtractu vt contractus reſcindatur. l. ſed celſus. §. j. ff. de contrahẽ. emptio.

c ❡ FIRMA EST.] vt ſi eodẽ teſtamento fiat, videatur nec datum. ſi alia volũtate videatur datũ, ſed poſteâ ademptum: vt ff. de iis quæ in teſt. delẽ. l. j. in prin. &. ff. de leg. j. l. ſi ita ſcriptũ. Sed videtur ꝙ nulla talis voluntas valeat: cùm videatur ſibi repugnare: vt. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. quæ eſt huic contraria. Sed dic ꝙ ibi dicit de repugnãtia, quæ fit propter ſimplicitatẽ verborũ: vt. ff. de cõdi. inſtit. l. ſi Titius. Vel habet locum prædicta regula, qñ non apparet, quæ ſit vltima: quo caſu neutra valet. Si autem apparet, vltima valet: vt. ff. eo. l. nihil prohibet. Accurſius.

Legata volũtate præſumpta reuocantur. d ❡ ALIIS.] ſcilicet vt adimo, vel peniteo eius quod dedi: vel ſimilia. imò etiam nuda voluntate præſumpta: vt ſi inimicus poſteà factus ſit legatarij: vt. ff. de adi. leg. l. iij. in fine. & l. iiij. *ADDITIO.* Idem ſi ab ignorante fiat ignoranti aliquid etiam poſt mortem, quod ſi ſciuiſſet teſtator, non fuiſſet legaturus. An.

e ❡ TRANSFERRI.] facit. ff. eo. l. translato. Accurſius.

f ❡ ET SEIO.] ſed ſi Seius eſt non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Reſpondetur ſic: vt. ff. de leg. j. l. planè. in prin. Accur.

Continuatio. ❡ DE LEGE FALCIDIA. ¶ *Qualiter minuantur legata ademptione, uel tranſlatione, dictum eſt: nunc qualiter lege Falcidia minuãtur: & ideo dicit, ſupereſt. Accur. Differentia inter hunc titu. & ſequentem habetur per hos uerſus: Tunc defalcaris ſi per legata grauaris. Sed trebellaris cùm reddere cuncta rogaris.*

Diuiſio. SVPEREST.] ¶ Totus iſte ti. diuiditur principaliter in quinque partes. Primò, continuat ſe ad præcedentia. Secundò, ponit effectum legis Falcidiæ tam de iure legis duodecim tabularum, quàm de iure quo nos vtimur. Tertiò, ponit vnũ dubium: ſcilicet an hæres non grauatus reſpectu ſui cohæredis grauati, poſſit detrahere Falcidiam. Quartò, ad quod præſens tempus redigatur, vt inſpiciatur an lex Falcidia habeat locum. Quintò, quando lex Falcidia imponitur: quid eſt ante deducendum. Secunda ibi, Cùm enim. Tertia ibi, Et cùm quæſitum. Quarta ibi, Quantitas autem. Quinta ibi, Cùm autem. ¶ *CASVS.* Domine, multa dixiſtis nobis circa materiam legatorum, & de ademptio. & transla. eorundem. vnde videtur quòd ad aliquã aliam materiam decætero poteris tranſire. Satis enim videtur, quòd ea quæ iam dicta ſunt circa materiam legatorum, poſſunt ſufficere. Ad hoc reſpon. Iuſtin. Amice, non bene tibi videtur: imò circa materiam legatorum etiam inſiſtendum eſt adhuc. nam ex quo de ådempti. & transla. legatorum vidimus: ſupereſt vt de. l. Falcid. per quam modus legatis nouiſſimè impoſitus eſt, diſpiciamus. Sed pone. Domine iam video, quòd vos vultis tractare de. l. Falcid. dicatis mihi, ſi placet, quare fuit introducta. l. Falcid. & quis ſit eius effectus. Ad hoc reſpon. Amice, lex Falcid. optima ratione fuit introducta: & eius effectus fructuoſus eſt. Cùm enim olim. l. xij. tabu. libera erat legandi poteſtas intantum, vt liceret teſtatoribus totum patrimonium ſuum per legata erogare, & nihil penitus apud hæredes ſcriptos relinquere: (nam. l. xij. tabul. ita cautum erat, quòd ſicuti quiſque legaſſet rem ſuam: ita ius eſſet) idcirco vtile viſum eſt legumlatoribus huiuſmodi liberam licentiam legandi coarctare: quia propter huiuſmodi plerunque moriebantur homines inteſtati. nam licet hæredes eſſent inſtituti: ſcripti tamen hæredes pro nullo hæreditatis lucro, eam volebant adire. & quamuis etiam ſuper huiuſmodi licentia legandi coarctanda, tam lex Furia quàm Voconia latæ ſunt: neutra tamen earum, ad rei cõſummationem ſufficere videbatur. vnde nouiſſimè lata eſt. l. Fal. qua cauetur ne liceat teſtatoribus plus legare, quàm dodrantem totorum bonorum: vt ſiue vnus hæres ſit inſtitutus, ſiue plures: apud eum, quando vnus eſſet inſtitutus: vel apud eos, quando plures eſſent inſtituti: quarta pars totius patrimonij ipſius teſtatoris integra remaneat. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. & cũ quæſitum.

Supereſt vt de lege Falcidia[g] diſpiciamus: quã[h] modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. ¶ Cũ enim olim duodecim tabularũ lege, libera erat legandi poteſtas, vt liceret, vel[i] totum patrimonium legatis erogare (quippe cùm ea lege ita cautũ eſſet, Vti[k] quiſq; legaſſet, ſuæ rei[l] ita ius eſto.) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idq; ipſorum[m] teſtatorum gratia prouiſum eſt, ob id ꝙ plerũq; inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus, pro nullo, aut minimo lucro, hęreditates adire[n]. ¶ Et cùm ſuper hoc[o], tam lex Furia, quam lex Voconia latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens, ad rei conſummationẽ videbatur: nouiſſimè[p] lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare[q] liceat, quàm dodrantẽ[r] totorum bonorũ: id eſt, vt ſiue vnus hęres inſtitutus ſit, ſiue plures: apud eum, eoſúe pars quarta remaneat.

Si plures fuerint inſtituti, qlibet in ſua re põt Falcidiã detrahere, licet portio alterius cohęredis nõ fuerit grauata. Ang.

g ❡ FALCIDIA.] ideo ſic dicta, quia vt falx fœnum, ſic hæc lex legata reſecat. Vel dic â Falcidio authore[a]: vt & Publiciana à Publicio dicta vt. j. de act. §. alie.

a Qui fuit conſul: & ideo falcidia reſecat ipſo iure: vt. l. lineam. ff. eo. ſecus ſi fuiſſet pretor. ſecũdũ Io. fa.

h ❡ QVA.] ſcilicet Falcidia.

i ❡ VEL.] pro etiam.

k ❡ VTI QVISQVE &c.] hæc ſunt verba legis. xij. tab.

l ❡ SVE REI.] idem in ſua re tota quam ipſe legauit: vel etiam aliena. nam & aliena res legari poterat & poteſt: vt hîc, &. ff. ad le. fal. l. j. in prin. &. ſ. de leg. §. non ſolũ.

m ❡ IPSORVM TESTATORVM.] non tamen licet teſtatoribus eam renunciare: niſi in caſu: vt ff. eod. l. qđ de bonis. §. fi. & l. ſi debitor. ar. contra. C. de pact. l. penul. ibi, cũ & alia regula ſit &c. Sed hodie per aut. ſed cũ teſtator. quę eſt. C. ad. l. fal. contra. *ADDITIO.* Quod eſt verũ expreſſè: ſecus ſi tacitè: puta dicendo, tota vel ĩtegra legata ſoluas. niſi adiiceretur, ꝙ amplius hæres habere non poſſit &c. ſecundũ Ang. In Trebellianica autem idem dicas qđ in Fal. ſecundum Ioan. Fab.

n ❡ ADIRE.] facit. ĩ. tit. j. §. ſed quia hæredes. Accurſius.

o ❡ SVPER HOC.] id eſt ſuper coartanda legandi licentia.

p ❡ NOVISSIME.] id eſt vltimo. Accurſius.

q ❡ LEGARE.] vel etiam cauſa mortis donare. nam & ibi locũ habet Fal. Item & in mortis cauſa capione: vt. C. eo. l. pe. licet de hac quidam contradicant: & eſt pro eis argumentum. ff. eo. l. acceptis. Item in fideicommiſſis: vt. C. eo. l. ij.[b] Item in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur: non alias: vt. C. eo. l. in donatione. & in his habet locum, quod hîc de legatis dicitur.

b Quod eſt verũ ĩ fideicõmiſſis particularibus, non in vniuerſalibus: vt. ĩ. tit. pro xi. § j.

r ❡ DODRANTEM.] id eſt nouem vncias totius hæreditatis. ſic enim dodrans dicitur: vt. ſ. de hære. inſti. §. hæreditas. Si ergo fiat in contrarium: de ſingulis poteſt fieri ſectio; id eſt quartę partis detractio, & ipſo iure propoſita etiam rei vendicatione: vt. ff. eo. l. lineam. in fin. j. reſpon. & l. plautius. & C. eo. l. ij. Iam ergo non eſt quæſtio, an hæres poſſit retinere Falcidiam in vna re. nam non poteſt: vt in. d. l. plautius[c]. Sed aliud quando quis legat partem bonorum: tunc enim ſuccurritur hæredi, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare maluerit: vt. ff. de legat. primo. l. non amplius. §. j.

c Hoc verum ſi plures ſint legatarij: ſecus ſi vnus: qa poteſt ex rei neceſſitate, vel legatarij voluntate. vt ibi: & l. planè. & l. ſe. §. ſiſolus ff. e. Vbi autẽ non cadit cõmoda diuiſio, diuiditur ad arbitrium iudicis: vt. l. non amplius. ff. de lega. j. §. fi. De trebellianica vero vel legitima, dic vt hř in. l. ſi lium quã habẽtẽ. C. fa. herciſ. Ang.

❡ ET CVM QVAESITVM. ¶ *CASVS.* Domine, iã video, ꝙ effectus. l. Falci. talis eſt, ꝙ teſtator non poteſt legare vltra dodrantem totorum bonorũ, videlicet vt quarta pars patrimonij ipſius teſtatoris remaneat apud hæredes: ſiue ſit vnus hęres ſcriptus, ſiue plures. dicatis igit̃ mihi, quid iuris eſt in tali caſu? Quidam fecit teſtamentũ: & in teſtamẽto ſuo inſtituit duos hæredes pro æquis portionibus: puta Titium & Seiũ: & partem Titij, aut totam exhauſit legatis quæ noĩatim reliquit à Titio præſtanda, ꝙ nihil penitus apud Titiũ remanſit: aut ſi aliquid remanſit, ſupra modum tamen partem Titij onerauit. à Seio verò aut penitus nulla legata reliquit, aut ſi quam ab eo reliquit partem, tamen dimidia portio eadem integra penes ipſum Seiũ remanſit: & ita quarta pars totius hæreditatis apud Seium hæredem ſcriptum, ſine aliqua diminutione, & ſine onere remãſit. vnde in hoc caſu multũ fuit dubitatum, & quæſitum vtrum liceret Titio, vltra quartam partem ſuę portionis grauato, aliquid ex legatis ab eo nominatim relictis retinere: vt ita beneficio. l. Fal. quartam partem ſuæ portionis ſaluam habeat? Ad hoc rñ. Iuſti. Amice, certè in quæſtione ꝓpoſita placuit, vt liceat Titio vti beneficio legis Fal. & de ſingulis legatis ab eo relictis intantũ detrahere, vt quartam partem ſuæ portionis ſaluam habeat, nõ obſtante ꝙ quarta pars totius hæreditatis apud Seium cohæredem ſuum, integra remaneat. Nam in ſingulis hæredibus ratio legis Fal. habenda eſt: vt quilibet quartam ſuæ portionis ſaluam habeat. Et hęc dicuntur vſq; ad illum. §. quantitas autem. Fran.

¶ Et cùm [a] quæſitum eſſet, duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Seio) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum [b] onerata: à Seio vero, aut nulla relicta ſint legata aut quæ partem eius, duntaxat in partem dimidiam minuant [c]: an quia is [d] quartam [e] partem totius hæreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis quæ ab eo relicta ſunt retinere liceat: vt quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat [f]: placuit poſſe [g] retinere. Etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

¶ In ratione legis Falcidiæ conſyderatur quantitas patrimonij, quæ erat tempore mortis teſtatoris: nec augmentum, vel diminutio contingens poſt & ante aditam hæreditatem, legatariis prodeſt, vel obeſt. Areti.

¶ Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis [h] tēpore ſpectatur. Itaq; (verbi gratia) ſi is qui centū aureorū patrimonium in bonis habebat, centū aureos legauerit: nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem per ſeruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantùm acceſſerit hæreditati, vt centum aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartā partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuagintaquinque legauerit [i], & ante aditam hæreditatem intantum decreuerint bona (incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſeruorum) vt non amplius quàm ſeptuagintaquinque aureorum ſubſtantia, vel etiam minus relinquatur: ſolida legata [k] debentur. Nec † ea res [l] damnoſa eſt hæredi, cui liberū eſt non adire hæreditatem. quę res efficit, vt ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci. [m]

¶ In ratione legis Falcidiæ primò deducitur æs alienum, funeris impenſa, & pretia ſeruorum, & de reſiduo quarta pars legatorum: & ſi plus eſt legatum quàm ſint patrimonij vires, id primò deducitur, poſteà patrimonium defalcatur. Aretinus.

¶ Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum [n], item funeris [o] impenſa, & pretia ſeruorum [p] manumiſſorum: tunc demum in reliquo, ita ratio [q] habetur, vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios diſtribuantur,

a ¶ Et cvm qvaesitvm esset,] facit. ff. eo. l. in ſingulis.
b ¶ Svpra modvm,] id eſt ſupra quartam. Accurſius.
c ¶ Minvant,] & ſic remanent ei tres vnciæ, quę ſunt quarta pars totius aſsis. Accur.
d ¶ Is.] ſcilicet Seius.
e ¶ Qvartam partem,] id eſt tres vncias.
f ¶ Habeat.] hoc interrogatiuè lege: & poſteà reſponde, & placuit &c. Accur.
g ¶ Posse retinere.] ſ. quartam partem ſuæ partis, quam iure hęreditario habet. nō autem datū cauſa adimplendæ conditionis ſibi ab aliquo, imputabit ſibi in quartā: niſi à ſtatu libero eſſet datum, & de pecunia hæreditaria, de qua ei dare ꝑmittitur: vt. ff. eo. l. id autem. & de dona. cau. mor. l. qđ ſtatuliber. Item nec legatū à cohærede relictū ſibi imputat: vt. ff. e. l. in quartam. niſi teſtator hoc cauerit [a]: vt. ff. e. l. qđ autē. j. reſpon. §. marcellus.

¶ Qvantitas avtem. ¶ Casvs. Domine, iā video, quòd beneficio legis Fal. ſingulis hæredibus ꝓuiſum eſt. ſed dicatis mihi quo tēpore inſpicitur, vtrū lex Falci. locū habeat? Ad hoc rñ. Amice, quātitas patrimonij à teſtatore relicta, ad quam ratio legis Fal. reducitur, tempore mortis ipſius teſtatoris inſpicitur: ſicut manifeſtè liquet in tali exēplo. Quidā habuit. c. aureos in bonis. ipſe laborans in extremis condidit teſtamentū: & in teſtamento inſtituit hęredē: & . c. aureos legauit, & ita totū patrimoniū ſuum exhauſit legatis: vnde mortuo teſtatore beneficium legis Fal. locū ſibi vendicabat. Sed qđ ſi antequā hæres adierit hereditatē, bona hæreditaria per ſeruos hæreditarios, vel ex fœtu pecorū, vel ex partu ancillarum intantū ſunt aucta, ꝙ omnibus legatis inſolidum ſolutis, hæres quartā partem totius hæreditatis, vel etiā amplius ſaluam habere poſsit? Et rñ. ꝙ certè hmōi augmentū poſt mortē teſtatoris ante aditionem hæreditatis adueniens, legatariis non proderit: ſed nihilominus hæres bñficio legis Fal. quæ tempore mortis ipſius teſtatoris competit, vtetur: & quartā partem à ſingulis legatis detrahet. & idem ius in caſu conuerſo obſeruatur. Nam ſicut augmentū rerum hęreditariarū, ante aditam hæreditatē nō poteſt ꝓdeſſe legatariis: ita diminutio rerū hæreditariarū eis nō nocet. verbi gratia. Ponamus retento primo themate, ꝙ ille qui habebat. c in bonis, legauit. lxxv. & ita reliquit quartam partē hæreditatis. vnde mortuo teſtatore ratio. l. Fal. locū ſibi vendicare non poterit, ſi tamen ante aditionem hæreditatis, bona hæreditaria intantū decreuerit, incendiis fortè aut naufragiis. aut fortè per mortē ſeruorū, aut pecorum, vt. lxxv. tempore aditionis in hæreditate vix inueniantur: certè in hoc caſu hmōi diminutio legatariis nō nocet: imò nihilominus hæres ad p̄ſtationem lęgatorū inſolidū tenetur. Sed fortè obiiceret aliquis ſic: Hoc videtur iniquum, videlicet cōpelli adire hęredē hmōi dānoſam hæreditatē, & nihil lucrari. Ad iſtā tacitam obiectionē rñ. Iuſti. in litera, ac ſi facta eſſet ſibi, dicens: Amicæ, hoc nullatenus dānoſum eſt hæredi. nam liberum habet arbitriū nō adirę hæreditatē, & ita hmōi periculū euitare. vñ in hoc caſu neceſſe eſt ipſis legatariis cū hærede de certa portione legatorū recipienda paciſci: ne hæres deſerat teſtamentū: & ita deficiente teſtamento, legata in eo relicta nō debeantur. Hæc dicuntur vſq; ad illum. §. cum autem ratio.

h ¶ Mortis tempore.] s̄. de leg. §. ſi peculium. cōtra. Sol. ibi remanet ſeruus quaſi peculij dñs. *Additio* In æſtimatione tñ debitoris eſt ſecus: qa ſi poſt mortē teſtatoris, & ante aditā hęreditatē efficiatᷓ nō ſoluendo: cedit dāno hęredis. ſi econtrà: cedit lucro legatariorū quo ad Falcidiā: vt. l. cū quo. ff. e Et eſt rō: qa eſt ſpes ꝙ de inopia deueniat ad pinguiorem fortunā. l. ſi defunctus. ibi, nec enim pauperibus. C. arbi. tu. Ioan. Fab.
i ¶ Legaverit.] ſcilicet tres partes hæreditarias: & quarta remanet: ita quòd nō habet locū Falcidia: quia centū habebat in bonis: vt. s̄. dictum eſt.
k ¶ Solida legata debentvr.] alias dentur. Hoc locū habet qñ res hæreditariæ nō legatæ perierunt. Si aūt legatæ pereant: diſtingue aut erant in pondere, numero, vel mēſura: & tūc idē qđ hîc dicitᵇ. aut non & tūc aut incertū: vtputa hominē: & tūc idē qđ hîc. aut incertum ex certis, vt vnū de ſeruis ſuis: & tunc ſi omnes pereant, legatarij damnū eſt: vt. ff. eo. in ratione. legis fal. l. mortes. §. diligenter. & . §. incertè. aut penitus certa: vt Stichus: & tunc perit legatario: vt. s̄. de leg. §. ſi res legata.
l ¶ Nec ea res.] Reſpondet tacitę obiectioni, quaſi dicat: nonne erit iniquū cōpelli adiri, & non lucrari, & ita damnum ſentire.
m ¶ Pacisci.] i. aliqđ oportet eos dare hæredi vt adeat. Et ita nota ꝙ nō per omnia etiam hodie ſunt exæquata fideicōmiſſa legatis, nec legata fideicōmiſsis. nam fideicōmiſſarius cōpellit hæredē ſcriptū adire: & nil ei dat: vt. j. tit. j. §. ergo ſiquidē. verſi. ſed ſi recuſet. ſed illud eſt in generalibꝰ fideicōmiſsis: hoc in ſpecialibus. Quæ autem ſit differentia inter legata & fideicom. dixi in. l. j. ff. de leg. j.

¶ Cvm avtem. ¶ Casvs. Dñe, video quare. l. Falc. fuit introducta: & quis eius effectus ſit: & quo tēpore ſpectatur vt. l. Fal. locum ſibi vēdicet. pro deo dicatis mihi, in quibus rebus locū ſibi vendicet. l. Falc? Ad hoc reſpō. Amice, cùm ratio. l. Fal. petitur, primò deducitur oē æs alienū. i. quicquid teſtator tēpore mortis alijs debebat. Item impēſæ circa funus teſtatoris factæ: & etiā pretia ſeruorum manumiſſorū ſimiliter deducūtur: & facta tali deductione, tūc deinde in reſiduo habet locū ratio. l. Fal. vt ex eo quarta pars integra apud hæredem remaneat: & tres partes reſiduæ inter legatarios pro rata portione eius, quod cuiq; legatariorum relictū fuerit, diſtribuātur. Ponamus igitur ꝙ aliquis habens patrimonium. cccc. aureorū, quadringentos aureos legauerit. certè in hoc caſu quarta pars ſingulorū legatariorū, de ſingulis legatis detrahi debet: vt per huiuſmodi detractionē quartā partem. c. hæres ſcriptus. l. Fal. beneficio habeat. & hoc eſt verū, qñ tantū erat legatū, quātū erat in patrimonio. Sed pone, retēto primo themate. ſ. ꝙ ille qui habebat in patrimonio quadringētos aureos, legauit. cccl. & ita. viij. pars quadringētorū apud hæredē remaneat. in hoc caſu hæres nō quartā, ſed tantū octauā partē de ſingulis legatis detrahet, retēta parte octaua, quā ſaluā habuit. hac. ſ. octaua à ſingulis legatis detracta, quartā totius patrimonij integrā habebit. Sed po. retento primo themate, ꝙ teſtator habēs quadringētos aureos in bonis legauerit quingentos: & ita plus legauerit quàm erat in patrimonio. in hoc caſu primo. c. in quibus exceſsit patrimoniū, detrahēda ſunt. i. perinde habēda ac ſi non eſſent relicta: & poſteà quartam partem ſingulis legatariis detrahet hæres. Et ſic primò detrahendum eſt, quod vltra patrimonium teſtatoris legatū eſt: & poſteà illud, quod ex bonis teſtatoris ſupereſt, apud hæredem remanere oportet. Et hæc dicuntur vſque in fi. titu. Franciſ.

n ¶ Aes alienvm.] etiam quod ſi hęredi debeatur tempore mortis, licet cōfuſione ſit factum indebitum: vt. ff. eo. l. qui fundum. & . C. eo. l. irritum [c]. niſi expreſsè prohiheat. vt. ff. eo. l. ſi debitor creditore.
o ¶ Fvneris.] nō monumēti: vt. ff. e. l. j. §. fi. *Additio*. Niſi eſſet impēſa neceſſaria: puta quia eſſet dedecus ſepeliri in terra, ſecūdū Ange.
p ¶ Servorvm.] Mos erat antiquitus, vt qui ſeruos non habebat, vnū vel plures emeret, qui honoris cauſa funus teſtatoris pileati antecederent: quo facto ſtatim intelligūtur manumiſsi: & ſic illorū manumiſſorū detrahitur pretium. & facit ad hanc poſitionē. C. de la. lib. tol. §. ſed & qui domini. Vel dic, ꝙ teſtator alicui. x. legauit, vt alienum ſeruum redimeret legatarius, & manumitteret. de hoc enim legato nō detrahitur Falcidia: niſi de eo quod ſupereſſet fortè facta emptione: vt. ff. de fideicō. liber. l. decem. & . ff. eo. l. ſed & ſi non ſeruus. Si autē vt ſuū propriū legatarius manumitteret, tunc nullam patitur Falcidiā legatarius [d]. & ita hæc pretia deducūtur vt Falcidiam non patiātur: vt. ff. e. l. ſi ſeruus. & . l. iulianus. *Additio*. Ex quibus legibus nota, quòd quando vni legantur duo, quorum alterū tantùm eſt defalcabile, ꝙ de illo Falcidia pro vtroque deducitur. ſecus autem ſi diuerſis eſſet legatum: vt not. gloſ. in aut. ſimiliter. C. e. Ange.
q ¶ Ratio habeatvr.] habita ſcilicet æſtimatione rerum nō ex affectione, ſed communi æſtimatione: vt. ff. eo. l. pretia.

a Hanc gl. ſequūt Fa. Pla. & Ang.

Legatæ rei periculū ad quem pertinet.

b Niſi talia eſſent legata vt ſpēs puta talem vegetem vini. l. ſi vero. §. ſi. cum. l. ſeq. ff. ſol. matrimo.

† ea res nō debet videri alicui dānoſa, quā ipſe volēs fecerit. Eg. p.

c Quod eſt verū hodie ſi fecir inuētariū: aliâs ſecus. l. imponēda. C. eo. Legatum alicui, vt ſeruū manumittat, non defalcatur.

d Hodie tamē eſt clarū ꝙ de legato libertatis & ſic pio nō detrahitur falcidia authent. ſimiliter. C. eo.

Pro rata.

pro rata [a] ſcilicet portiōe,eius quod cuiq; eorū legatū fuerit.Itaq; ſi fingamus [b] quadringētos aureos legatos eſſe:& patrimonij quātitatē ex qua legata erogari oportet,quadringētorū eſſe:quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi.Qđ ſi,recētos qnquaginta legatos fingam⁹,octaua [c] debet detrahi.ꝙ ſi quingētos [d] legauerit,initio quīta deinde quarta detrahi [e] debet. Antè enim detrahendū eſt, ꝙ extra bonorū quātitatē eſt:deinde quod ex bōis apud hęredē remanere oportet.

TITVLVS XXIII.

De † fideicommiſſariis † hæreditatibus,& ad ſenatuſcōſul. Trebellianū.

¶ A generalibus tāquam à dignioribus eſt inchoandum.& olim hæres de fideicōmiſſo grauatus non cogebatur de neceſſitate ad fideicommiſſi pręſtationem.De inde ponit vnde dicatur fideicōmiſſum, & quis primò ſtatuit illud de neceſſitate reſtitui.Are.

Nunc tranſeamus ad fideicommiſſa: ſed prius eſt,vt de hæreditatibus fideicōmiſſariis videam⁹.Sciēdum [f] itaque eſt omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe: quia nemo inuitus cogebatur præſtare id de quo rogatus erat. Quibus [g] enim non poterant hæreditatem,vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant,eorum qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo [h] vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum,qui rogabantur, continebantur. ¶ Poſteà diuus Auguſtus primus,ſemel iterumque gratia perſonarum [i] motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam iuſſit conſulibus authoritatem ſuam interponere [k]. Quod quia iuſtum videbatur, & populare [l] erat, paulatim conuerſum eſt in aſſiduam [m] iuriſdictionem: tantuſque eorum [n] fauor factus eſt, vt paulatim etiam prætor proprius crearetur [o], qui de fideicommiſſis ius diceret, quem fideicōmiſſarium appellabant.

¶ Ad hoc vt valeat fideicōmiſſum vniuerſale, ex teſtamento debet hæres vniuerſaliter inſtitui: qui poteſt grauari de tota,vel parte hæreditatis capaci reſtituēda.Aretinus.

¶ In primis [p] igitur ſciendum eſt,

a ¶ PRO RATA.] vt ita quartā detrahat hęres ſi nihil ei dimiſerat teſtator vel ſi aliquid erat reſiduū penes eū:adhuc detrahat ad ſupletionē,vel quintā,vel etiā milleſimā:vt.ff.eo.l.in quantitate.§.fi.& facit ad hoc.C.eo.l.ij.& ff.eo.l.plautius.

b ¶ FINGAMVS.] retento caſu ꝙ habebat in bonis quadringēta.

c ¶ OCTAVA.] ſ.quadrīgentorū:q eſt qnquaginta:& ita habebit hæres.j. qnquaginta:& hæc alia qnquaginta detracta:& ſic cētū:& ſic quartam.

d ¶ QVINGENTOS.] retēto caſu,ꝙ habebat in bonis quadringēta:& ſic legauit vltrà quā haberet,centum.

Verbum ſemel poſitū propriè & impropriè pōt poni.

e ¶ DETRAHI DEBET.] impropriè autē ponitur detrahi, quoad id qđ excedit:& ꝓpriè, quo ad quartā,q eſt ī bonis:& ſic ſemel poſitum verbū propriè,& impropriè ponitur:vt.ff.de of. ꝓcōſul.l.ij.Item nota,qđ hęc Falcidia ceſſat ī multis caſib⁹:quos dicas, vt dixim⁹ ī.l.in teſtō.in.gl. ii.C.ad leg.fal.& in aut. de hæ.& fal.§.hinc nobis.col.j.Et iſti caſus patēt in his ver. Falcidiam ceſſare facit pars debitanatis.Dos,miles, vetitū, libertas,ſpōte ſolutū.res vetitę vēdi pietas& chartula,crimen.Ac hæres ſi non facit inuētaria,ſubſit. *ADDITIO.* Nota diligēter hos verſus ex quib⁹ habes ꝙ Falcidia ceſſat in.xj. caſib⁹. Primò in bonorū ſubſidio liberis relict.Secūdò in legato dotis:qn videlicet maritus vxori dotē ſuā legat.Tertiò,in teſtamento militis. Quartò,qn teſtator prohibuit illā detrahi. Quintò in libertatib⁹ relictis,Sextò,qn hæres non ignorās patrimoniū defuncti ſpōte ſoluit,nō retenta Falcidia. Septimò,qn teſtōr aliquā rē legat,& prohibet illā à legatario alienari.Octauo,in legatis ad pias cauſas relictis.Nono,in legato chartularum ſiue inſtrumentorum:qn videlicet aliquis legat inſtrumenta prædiorū aliquorū : qđ quidem legatum affert vtilitatē probationis quę defalcari nō pōt.Decimò ceſſat Falcidia ꝓpter crimē ſiue delictū hæredis,qui tacitū legatū ꝑſonæ incapaci ſoluit.Vltimò,qn hæres inuentarium facere non curauit.

Falcidia in xi. caſibus ceſſat.

† Fideicōmiſſum dicitur quia olim pendebat ex fide hæredis.E. Perrinus

† In quibuſdā exēplaribus ſolū legitur, de fideicōmiſſis.

¶ DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS &c. ¶ *Iuſtinianus poſt tractatū legatorū,de.l.Falci.prius quā de fideicōmiſſis tractaui:quia lex Falcidia † in legatis prius fuit inuenta quā in fideicōmiſſis ſecūdū P.Vel ſic.Dictū eſt de legatis:ſed quia de fideicōmiſſis ſumus polliciti dicere:vt.ſ.de leg.§.ſed ne in primis.ideo de fideicommiſſis tractemus.Et quia fideicōmiſſorū aliud generale aliud ſpeciale,generale verò dignius,de generali primò videam⁹:vt.j.e.in prin.& j.ti.j,in pri.Ac.*

Continuatio.

† Sumitur hìc falcidia impropriè. vt cōpręhēdat trebel. Egi.Perri.

Diuiſio.

NVNC TRANSEAMVS.] ¶ Totus iſte tit. diuidit in ſeptē partes.Primò ponit qualiter iure vetuſtiſſimo nō de neceſſitate, ſed verecundia quadā fideicōmiſſa ꝑſtabantur.Secundò,quō tempore Auguſti certis perſonis ex neceſſitate pręſtabātur:vel etiā de iure prætorio. Tertio, quō fideicommiſſum fieri debeat vt valeat. Quartò,quando reſtituta erat hæreditas,quòd ex ſenatuſcon. tranſibant actiones omnes in fideicommiſſarium.Quintò,qualiter ex ſenatuſcon.Veſpaſiano hæres inſtitutus poterat detrahere quartam: & qualiter dicto iure hæres rogatus de tota hæreditate reſtituenda:vt tranſirent actiones pro rata in fideicommiſſarium ſtipulatio interponebatur,ſi hæres volebat adire: ſi verò recuſabat,ex dicto ſenatuſconſultum.cogebatur.Sextò Iuſtinianus iſta duo ſanatuſconſulta æquiparat: & omnia quæ ſenatuſconſultum Trebel.ſtatuit, eidem reſeruat: & quæ ſenatuſconſultum. Veſpaſianum ſtatuit,attribuit ſenatuſconſulto. Trebellia. tanquam antiquiori.Septimò,circa materiam fideicommiſſorum certos caſus dubitabiles ponit. Secunda ibi, Poſteà. Tertia ibi,In primis.Quarta ibi,Reſtituta.Quinta ibi,Sed quia hæredes.Sexta ibi, Sed quia ſtipulationes.Septima ibi.Nihil autem intereſt.

¶ *CASVS.* Domine,multa iam dixiſtis nobis,circa materiam legatorum:pro deo dicatis mihi,quid proponitis in hac materia facere? Ad hoc reſpondet. Amice, certè ex quo expedita eſt materia legatorum,nunc ad fideicomiſſ. tranſeundum eſt, & primò de fideicommiſſi. hæreditatibus breuiter videamus.& hæc dicuntur vſque ad illum verſicul. ſciendum eſt.in quo pone caſum ſic. Domine video,quòd vultis tractare de fideicom.hære.dicatis mihi modò ſi placet,qualiter erant introducta fideicom. & qualiter ſic appellabantur? Ad hoc reſpon. Amice,ſcire debes,quòd olim omnia fideicom.tam generalia, quàm ſpecialia primitiis tēporibus infirma erant:quia nemo inuitus huiuſmodi fideicom.de quibus erat à teſtatore rogatus,ſoluere cogebatur:& pro filiis ſpuriis & cæteris non capacibus, quibus teſtatores nō poterant hæreditates, & legata in teſt. ſuo relinquere,fuerunt fideicom. introducta. vnde ſub hac cautela relinquebant.nā fidei eorū qui capere poterāt, ex teſt. hæreditatē cōmittebant. & ideo fideic. appellata ſunt, quia nullo vinculo iuris innodata erant:ſed tantū pudori eorum cōmittebāt teſtatores huiuſmodi fideicom. ſoluere:ſed nō cogebantur.& ita hoc vſque ad tempus diui Augu.obtinebat:poſteà verò pius diuus Augu. gratia perſonarū capacium, quia fideicō.defraudabātur,motus fideicom.huiuſmodi ad iuris neceſſitatē induxit. vnde quia aliquando per fidē ſuā vel per ipſi⁹ principis ſalutem aliquis rogat⁹ nō ſoluebat fideicom. ideo propter magnā quorundam perfidiam, qui fidē implere recuſabāt,præcepit cōſulibus vt ipſi auctoritatē ſuā interponerent:vt illi qui rogati eſſent fideicō.ſoluere ad eorū præſtationem cogerentur:& quia hoc iuſtū videbatur,& populo expediebat: paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionē:& per proceſſum tēporis fauor fideicō. intantum augebatur,vt etiā proprius prætor circa huiuſmodi fideicō.crearetur:quē fideicō. prætorem appellabant.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.in primis.

f ¶ SCIENDVM ITAQVE EST.] q.d.tractaturis nobis de fideicommiſſis,quia eorum apud antiquos aliter ſe habebat tractatus, ne quid antiquitatis penitus ignoretur:itaque dicamus de fideicom.generalibus & ſpecialibus:vt arg.ſ.de teſt.in princi.

g ¶ QVIBVS.] vt ſpuriis.& in his nil innouatur.nā nec hodie valet fideicōmiſſum:vt.ff.de iur.fiſ.l.non intelligitur.§.j.ij.&.iij.&.C.de nat.lib.l.j. &.ij. &.C.ad leg.fal.l.etiā ſecūdum Azo.Sunt & alij qui capere non poterāt, nec poſſunt:vt.ſ.de leg.§.legari diximus.& in his omnibus nil innouatur:vt in muliere quæ trāſit ad ſecūda vota intra tēpus luctus:cui ab extraneo relinqui non poteſt:vt.C.de inceſt.nup.l.ſiquis inceſti.&.C.de ſecun.nup.l.j.

h ¶ NVLLO VINCVLO.] id eſt nulla actione:ſed per officium iudicis: vt ff.de verb.ſig.l.pecuniæ verbum.§.actionis.

i ¶ PERSONARVM.] capacium duntaxat:non earum quæ ſunt non capaces.de quibus.ſ.locutus eſt.& dic perſonarum quarundam.

k ¶ INTERPONERE.] ſ.vt fideicōmiſſa præſtētur generaliter in omnib⁹.

l ¶ POPVLARE.] id eſt populo expediens.

m ¶ IN ASSIDVAM IVRISDICTIONEM.] id eſt vt aſſiduè de hoc ius reddatur etiam ab aliis,quàm à conſulibus.Accurſius.

n ¶ EORVM.] ſcilicet fideicommiſſorum.

o ¶ CREARETVR.] vt.ff.de orig.iur.l.ij.§.poſt deinde diuus.Accur.

¶ IN PRIMIS. ¶ *CASVS.* Dñe iam video qualiter fideicō. quæ olim erāt infirma:poſteà per diuū Augu.ad neceſſitatē iuris ſunt introducta.pro deo dicatis mihi modò,qualiter teſtator in teſtamēto ſuo rogat aliquē ſoluere huiuſmodi fideicō.Sed antequàm Iuſti.ſoluat hāc quæſtionē, præmittit quoddā aliud, & dicit:Amice,in primis ſciēdū eſt ꝙ neceſſe eſt, ꝙ aliquis hæres inſtituatur in teſtamēto:& poſteà fidei hæredis inſtituti cōmittatur,vt illā hæreditatē alicui alij reſtituat.Si enim ſecus fieret,teſt.inutile eſſet,in quo nullus hæres eſſet inſtitutus:& per cōſequēs ea quæ in illo teſtamēto relinquerētur,nullius eſſent momēti.Cùm igitur aliquis in teſtamēto ſibi adſcripſit hæredē:puta per talia verba:Lucius Titius hęres me⁹ eſto.poterit poſteà ſic adiicere:Luci Titi hæres meus cùm primùm poſſis hæreditatē adire:eā Caio Seio reddas & reſtituas.Et non ſolū de hæreditate reſtituēda poteſt teſtator rogare hæredē ſuū,ſed etiā de parte hæreditatis alicui reſtituenda eum rogare poteſt:& liberū eſt ipſi teſtatori, vel purè vel ſub conditione,vel ex die certo fideicom. tàm generale quàm ſpeciale relinquere.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.reſtituta.Franc.

p ¶ IN PRIMIS IGITVR.] ſ.quia ius fideicōmiſſorū expoſituri ſumus.

h

quoniã autẽ fidicõmiſſa vniuerſalia,& ſingularia hoc.ſ.vt hæres primo inſtituatur,in ſua habent natura cõiter:igitur de eo in primis notandũ eſt. ſic & econtra dicitur,& continuatur.ſ̃.de le.§.ſed ne in primis.

a ¶ Haeres inſtituat.]põt etiã ab inteſtato:vt.j̃.eo.§.ptereà.q̃ eſt cõtrà.

b ¶ Inutile.] no.nõ valere teſtamentũ ſine hærede.ſic.ff.de ijs quæ in teſt.de.l.proximè.§.calphurnius longin⁹.&.ff.condi.l.fi.

opus eſſe,vt aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur [a] ,eiuſque fideicommittatur,vt eam hæreditatẽ alij reſtituat:alioqui inutile [b] eſt teſtamentum in quo nemo hæres inſtituitur. ¶ Cũ igitur aliquis ſcripſerit,Lucius Titius hæres eſto,poteſt adijcere:rogo te Luci Titi,vt cùm primũ poteris hæreditatem meam adire: eã Caio Seio reddas reſtituas. ¶ Poteſt autem quiſque,& de parte reſtituenda hęredem rogare. ¶ Et liberum eſt vel purè vel ſub conditione [c] relinquere fideicommiſſum,vel ex certo die.

¶ Qui reſtituit hæreditatẽ,remanet hæres nomine:& in fideicommiſſarium tranſeunt omnes actiones. Arc.

¶ Reſtituta autem hæreditate, is quidẽ qui reſtituit, nihilominus hæres permanet [d]: is verò qui recipit hæreditatem,aliquãdo [e] hæredis,aliquando [f] legatarij loco habebat̃. Et Neronis quidem temporibus Trebellio [g] Maximo,& Anneo Seneca cõſulib⁹ [h] ſenatuſcõſultũ factũ eſt: quo cautũ eſt,vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cã reſtituta ſit,omnes [i] actiões

c ¶ Sub conditione.] quot, & à quo ſunt implẽdæ cõditiões: dic.vt.ff.ad Trebel.l.facta.§.ſi ſub conditione. *Additio*. Secus tñ eſt in directa.§.hæres.ſ̃.de hær.inſtit.Et eſt rõ:quia hoc ius hæreditariũ nõ eſt in ſuſpenſo: qa remanet penes hæredem:vt.j̃.proxi.§.Ang.

¶ Restituta. ¶ *Casus*. Dñe iã video qualiter teſtator põt rogare hæredẽ inſtitutũ,vt ipſe alicui reſtituat totã hęreditatẽ,vel eius partẽ.ſed pone.Quidã inſtituit Petrũ hæredẽ,& rogabat eũ p fideicõ.vt totã hæreditatem reſtitueret M.mõ q̃ro à vobis,vtrũ facta reſtitutione ſecũdũ voluntatẽ teſtatoris,P. nihilomin⁹ debeat hæres cẽſeri? Et rñ.iuſti.ꝙ ſic.nã reſtituta hæreditate,ille hæres qui fuit inſtitutus, nihilominus poſt reſtitutionẽ permanet hæres.Fideicõ.verò cui hęreditas reſtituit̃:qñq; loco hęredis qñq; loco legatarii habebat̃:ſed Neronis tẽporibus Trebellio Maximo,& Anneo ſeneca extãtibus cõſulibus factum fuit ſena.Trebel.in quo qdẽ ſe.cõ.cautũ eſt,vt ſi hæreditas ex cã fideicõ.alicui reſtituta ſit oẽs actiões q̃ de iure ciuili ipſi hæredi, vel aduerſus hæredẽ cõpeterent fideicõ.& aduerſus ipſum poſt reſtitutionẽ hæreditatis ei factã darentur.& poſt illud ſenatuſc.prætor actiones ipſi fideic.& aduerſus ipſum quaſi hæredi,& in eundem dare cœpit.& ita manifeſtè liquet ꝙ ſecundũ ſe.cõ.Treb.ille cui ex fideicõ.reſtituta erat hæreditas:quantum ad emolumentum,& onus loco hæredis habebatur.& iſta dicuntur in tertia parte vſque ad illum.§.ſed quia hæredes.

d ¶ Haeres permanet.] nota:qđ ſemel eſt,ſemp erit.ſic.ff.de mi. l.etiã ſi ſine.aliàs incipit,& ſi ſine.§.ſed quod papinianus.in fi.ibi.ſine dubio hæres.&.ff.de hære.inſti.l.ei q ſoluẽdo.in fi.Acc. *Additio*. Hoc obtinet in immutabilibus de natura,vel conſtitutione iuris:aliàs ſecus:arg.§.vt autem.in authen.de non alie.col.j.

e ¶ Aliquando.] i.ſecundum vnũ ius:vt per Treb.vt ſtatim dicet. nã omnia tranſibant.

f ¶ Aliquando.] i.ſecũdũ aliud ius nõ erat loco hæredis:ſed legatarii:vt per Pegaſianum:ſecundũ quod retinet inſtitutus quartã:vt.j̃.e.§.ſed quia.&.§.poſt quod.

g ¶ Trebellio.] & hinc dictũ fuit Trebellianũ ſenatuſconſultũ, vt & Macedonianum à Macedone:vt.ff.ad Mace.l.j.

h ¶ Consulibus.] ſ. exiſtentibus.

i ¶ Omnes.] imò nõ omnes,etiam per Trebellianum:vt.j̃.eo.§.ergo contrà.Solu.licet hîc dicat,omnes:non tamen dicit totę vel in totum: ſecundũ Ioannẽ.[a] Vel dic,ꝙ qñ de toto erat rogatus,habebat locum quod hîc dicitur.ſi autem retenta quarta decœtero erat rogatus,habet locũ quod dicitur infrà.Accurſius.

a Et ſic verbum,omnis,eſt diſtributiuũ vniuerſaliũ totus vero particulariũ: quod no. ſecũdũ Ange. Sed Io. Fa. hoc reprobat & tenet ſequẽtẽ ſolutionem.

k ¶ Iure civili.] vel etiam ptorio.dũmodo tales ſint prætoriæ,q̃ ſunt tranſitoriæ:vt ſunt perſecutoriæ:vt.ff.de act.& ob.l.in honorariis.&.ff.eo.ad ſena.trebel.l.j.§.quãquã.ſecus in pœnalibus:vt.j̃.de ac.§.pœnales.

l ¶ Haereditatem.] Non facta ceſſione acctionum.aliàs enim etiã directas habet ex nomine cedentis.

¶ Sed quia haeres. ¶ *Casus*. dñe,iã video,ꝙ ſecũdũ ſena.cõ.Treb.cui reſtituebat̃ hæreditas:quo ad onus,& emolumentum loco hęredis habebatur,ſed vos dixiſtis mihi.ſ̃.ꝙ hæreditas quo ad onus quãdoq; habebat̃. Ad hoc rñ.Iuſti.quia.ſ̃.diximus ꝙ hæredes ſcripti in teſtamẽto toti⁹ hęreditatis reſ.poterãt grauari:nec p ſe.cõ.tre.aliqđ remediũ habebãt. & idcirco hæreditatẽ ob nullũ,vel minimũ lucrũ adire plerũq; recuſabãt, cũ vel totã hæ.vel ferè totã p fideicõ,reſtituere cogebãtur: vnde teſtõ ab hæredibus ſcriptis deſerto fideicõ.in teſtõ relicta penitus extinguebant̃: iõ poſteà tẽporibus Veſpa.Aug.Pega.& Puſiõe exiſtentibus cõſulibus factũ erat ſena.cõ.Peg.in quo quidẽ ſe.cõ.ſtatutũ fuit,vt liceret hæredi ſcripto q rogatus eſſet p fideic. hęreditatẽ reſtituere,quartã toti⁹ hęreditatis retinere ſicuti beneficio.l.Fal.ex ſingulis legatis quartã retinere cõceditur. Et non ſolùm huiuſmodi beneficiũ retentionis quartæ in vniuerſitate erat hæredibus cõceſſum:ſed etiã in ſingulis quoq; reb⁹ per fideicõ.relictis eadẽ retentio quartæ ex Peg.ſenatuſcõ.hæredi indulgebatur. vnde poſt ſena.con.Pe.hæres ſcriptus occaſione illi⁹ onera hæreditaria ſuſtinebat:ille verò qui ex fideic.partẽ hæreditatis recipiebat,puta dodrãtem loco legatarij partiarij habebatur.i.illius legatarij,cui pars bonorũ legabatur.Nã huiuſmodi ſpecies legati vocabatur partitio:& hoc ideo, quia talis legatarius cum hærede patiebatur hæreditatẽ:& in hoc caſu ſtipulationes quæ ſolebant inter hæredẽ,& partiarium legatariũ interponi,edẽ inter fideicom.& hæredẽ interponebãtur i.vt lucrũ & damnũ hæreditariũ pro rata portione inter eos cõmune eſſet.vnde tũc demũ habebat locũ ſenatuſcon.Treb.qñ nõ totã hæreditatẽ,vel vltra dodrãtem hæreditatis reſtituere rogabatur hæres:& in hoc caſu ex ſenatuſcõ. Treb. fiebat reſtitutio.& ſine interpoſitiõne ſtipulationis actiones hæreditariæ in vtrũque, videlicet hæredẽ ſcriptũ,& fideicõ.qui loco hæredis habẽtur,pro rata portione diuidebant̃.Si verò pluſquam dodrãtẽ, vel totã hære.fideic.reſtituere rogabat̃: tunc ex ſena.Peg. fiebat reſtitutio:& hæres qui ſemel adierat hæreditatẽ:ſi ſua volũtate, & nõ cõpulſus hoc fecerat:ſiue beneficio Pe.vſus ſibi quartam retinebat,ſiue quartã ſibi retinere nolebat:niſi per interpoſitionẽ ſupradictæ ſtipulationis ſibi proſpexiſſet, vniuerſa onera hæreditaria per ſenatuſcõ.Pega.ſuſtinebat:quarta tamẽ ab hærede retenta etiã ad euitationẽ onerũ hæreditariorum,quaſi partis pro parte ſtipulationes interponebãtur,quæ ſolebant interponi inter partiariũ legatariũ,& hæredem.Alter enim ab altero ſtipulabatur, vt vterq; eorum onera hæreditaria,ſicut emolumẽtum,pro rata portione ſuſtineret.ſi verò hæres ſcriptus totam hæreditatem fideicõ. reſtituebat: in hoc caſu emptæ vel venditæ hæreditatis ſtipulationes inter ipſum hære. & fideicõ. interponebãtur,& hæc dicũtur vſq; ad illũ verſi.Sed ſi recuſet. in quo pone caſum ſic.Domine iam video in quo caſu habebat locũ ſenatuſcõ. Trebel. olim:& in quo caſu locũ habebat Pega.& quæ fuit rõ ſuæ inuẽtionis Pegaſiani:& in quibus differũt illa duo ſenatuſcõ.pro deo dicatis mihi ſi placet, ſi in aliquo caſu habeãt cõuenientiã illa duo ſenatuſcõ.ad hoc reſpõ. Iuſti.ꝙ ſic.Dictũ eſt enim.ſ̃.quid iuris eſt quãdo hæres ſcriptus ſua ſpõte adibat, & reſtituebat hæreditatẽ:ſed certè ſi ſcriptus hæres recuſauerit hæreditatẽ adire,quia dicit eam ſibi ſuſpectã eſſe quaſi dãnoſam:in hoc caſu cauebatur ſe.con.Pega.vt deſyderãte fideicõ.ſibi reſtitui hæreditatem iubẽte prętore ſcriptus hæres hęreditatẽ adire,& reſtituere fideicom.cõpelleretur:& tunc omnes actiones hæreditariæ ipſi fideicõ.& aduerſus eum cui authoritate.Peg.ſe. facta fuiſſet reſtitutio, dabãtur, & in hoc caſu, quando hæres coactus hæreditatem reſtituit,ſtipulationes à Peg.deſcendentes non erant neceſſariæ: quia ſine interpoſitione cuiuslibet ſtipulationis ſimul hæredi ſcripto,qui coactus hæreditatem reſtituebat,plena dabatur ſecuritas, & omnes actiones hæreditariæ ipſi fideicom.& in eum transferebãtur. In hoc enim caſu vtrunq; ſena.quo ad mentem concurrebat.Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſed quia ſtipulationes.

quæ iure ciuili [k] hæredi, & in hæredem competerent, ei & in eum darentur,cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod ſenatuſconſultum, prætor vtiles actiones ei, & in eum qui recepit hæreditatem [l] ,quaſi hæredi,& in hæredem dare cœpit.

¶ Hæres rogatus de fideicommiſſo vniuerſali, vel particulari reſtituendo per ſenatuſconſultum Pegaſianum poterat quartam deducere:& in hęredem omnes actiones remanebant: niſi cautio fuerat interpoſita inter eum,& fideicommiſſarium de actionibus diuidendis.

¶ Sed quia hæredes ſcripti: cùm aut totam hæreditatem,aut penè totam plerunque reſtituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum vel minimum lucrum recuſabant [m] , atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſteà Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo,& Puſione conſulibus [n] ſenatus cenſuit, vt ei qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde [o] † liceret quartam partem † retinere †, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere

† Nota quos charitas nõ prouocat ad beneficia ſpe lucri incitãdos. Egi. Perrinus.

† Ergo videt̃ ꝙ hæc quarta debeat dici pegaſiana potius quàm trebellianica. dic ꝙ ſublatum eſt ſena.cõ. pegaſia.& eius authoritatem habet trebel.vt.j̃.e.§.ſed quia Eg. Perri.

† Concor. cũ hoc tex. c. Rainutius.in gl.ſuper verbo, trebellianũ ante mediũ extrà de teſta.

m ¶ Recusabant.] ſic.ſ̃.titu.j.in prin.

n ¶ Consulibus.] ſcilicet exiſtentibus.

o ¶ Perinde liceret quartam &c.] i.dicere, ſicut per legem Falcidiã defalcãtur ſpecialia legata,vt.ſ̃.ti.j.§.cũ autẽ.&.§.j.ita & generale fideicõmiſſum defalcatur per Pegaſianũ ſenatuſcõſultum:vt hîc. Et no.triplicẽ eſſe quartã. Vna dicitur iure naturæ debita:vt quæ debetur filiis & filiabus,& inferiorib⁹,& ſuperiorib⁹,& quibuſdã trãſuerſalibus: vt.C.de inoffi.teſt.l.cùm quæritur.&.l.parẽtibus.quæ eſt aucta in aut.de triẽ.& ſe.§.j.col.iij.& hęc dicitur debitũ bonorũ ſubſidiũ:vt.C.de inof.dona.l.ſi totas. Alia eſt quæ debetur iure inſtitutionis:vt ex ſingularib⁹ legatis & fideicõmiſſis:vt.ſ̃.tit.j. Alia quæ dicitur Trebellianica:vt.j̃.e.§.ſed quia.licet fuerit per Pegaſianũ inducta:vt hîc.Itẽ eſt quarta quædã quæ debetur ex cõſtitutione diui Pij filio arrogato:vt.ſ̃.de adop.§.cũ autem. *Additio*. Itẽ eſt & alia,quæ debetur cõcubinæ,quã quis acceperat ea intẽtione,ꝙ eã duceret in vxorem:quoniã ſi poſteà animo mutato illam expellat,tenetur ei quartam partem ſuæ ſubſtantiæ dare: vt in aut.quib.mod.nat.effi.leg.§.ſit igitur.aliâs & melius.§.quoniam autem.quaſi circa fi.tit.col.vj.

Quarta eſt multiplex.

Permiſſa eſt.

conceditur. ¶ Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquuntur eadem retentio permiſſa [a] eſt. ¶ Poſt [b] quod ſenatuſconſultum ipſe hæres onera [c] hæreditaria ſuſtinebat: ille autem qui ex fideicōmiſſo recipiebat partē [d] hæreditatis, legatarij partiarij loco erat id eſt eius legatarij, cui pars bonorū [e] legabatur: quæ ſpecies legati partitio vocabatur, quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ ſolebāt [f] ſtipulationes inter hæredem & partiarium legatarium interponi [g] eædem interponebantur, inter eum qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hæredem, id eſt vt lucrum, & damnum hæreditariū pro rata parte inter eos commune [h] eſſet.

¶ Olim quando, quis erat rogatus de reſtituendo dodrantem: ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones diuidebātur pro rata: ſed ſi vltra dodrantē, tūc ex ſenatuſcōſulto Pegaſiano omnes actiones remanebant penes hæredem, niſi ſtipulatio de diuidendo fuerat interpoſita. Et hoc ſi ſpōte adibat: ſin autem coactus, ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones ōnes tranſibant in fideicommiſſarium hoc dicit. Aretinus.

¶ Ergo [i] ſi quidem non plusquàm dodrantem hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere, tunc ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituebatur hæreditas, & in vtrumque actiones hæreditariæ pro rata [k] parte dabantur, in hæredem quidem iure ciuili, in eum verò qui recipiebat hæreditatem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano, tanquam in hæredē. At ſi plusquam dodrantem, vel etiam totam hæreditatē reſtituere rogatus eſſet, locus erat Pegaſiano ſenatuſconſulto: & hæres qui ſemel adierat hęreditatem (ſi modò ſua voluntate adierat) ſiue retinuerat quartam partem, ſiue retinere noluerat: ipſe vniuerſa onera [l] hæreditaria ſuſtinebat. *S*ed quarta quidem retenta: quaſi partis, & pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium, & hæredem. *S*i verò totam hæreditatem reſtitueret [m]: emptæ & venditæ hæreditatis ſtipulationes inrerponebantur [n]. ¶ *S*ed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id quòd diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam [o]: cauebatur Pegaſiano ſenatuſconſulto, vt deſiderante eo cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu prætoris adiret, & reſtitueret hæreditatem: perindeque ei & in eum qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano ſenatuſconſulto. quo caſu [p] nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul, & huic qui reſtituit, ſecuritas datur, & actiones hæreditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hæreditatem: vtroque [q] ſenatuſcōſulto in hac concurrente ſpecie.

¶ Fideicommiſſariæ hæreditates ex ſenatuſconſulto Trebelliano reſtituuntur, ſublato in totum ſenatuſconſulto Pegaſiano: cuius authoritatem ſenatuſconſulto Trebelliano Imperator attribuit. & hæres rogatus poteſt retinere quartam: ſiue relicta ei ſit, ſiue minus: actionibus pro rata diuiſis. Item hæres, qui ſuſpectam hæreditatem adire non vult: hodie per ſenatuſconſultum Trebellianum cogitur, licet olim per Pegaſianum, omnibus actionibus in fideicommiſſariū deuolutis. hoc dicit. Aret.

¶ *S*ed quia ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibuſdam caſibus [r] captioſas eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas [s] quàm difficultas placet: ideo nobis omnibus

a ¶ Permissa est.] per ſenatuſcōſultum Pegaſianum: ſcilicet ab hærede, non à legatario grauato alii dare vel reſtituere: vt dicemus. infrà tit. primo. §. primo.

b ¶ Post qvod senatvsconsvltvm.] ſ. Pegaſianum.

c ¶ Onera.] ſ. omnia.

d ¶ Partem.] ſ. dodrantem.

e ¶ Pars bonorvm.] [a] Intelligas tū ſub nomine hæreditario, aliàs autē iſte textus non procederet: quia ille cui relinquit pars bonorū nō ſuſtinet aliqua onera: vt. l. bonorum. ff. de verb, ſign. & not. in. l. non amplius. §. fi. in glo. fi. cùm. l. ſeq. & ibi Bart. ff. de leg. j. & facit tex. cū gl. & Bar. in. l. mulier q̄ duobus. §. fi. ff. eo. ad ſe. trebel. Ange.

a Iſt a glo. non eſt Accurſij, ſed additio.

f ¶ Solebant.] ſ. iure vetuſtiſsimo, ſecundum Pla. nā legatarius non ſuſtinebat onera: & iō hæc ſtipulatio interponebatur. Sed cùm hodie legata fideicommiſſis ſint adæquata: vt. ſ̄. de leg. §. ſed non vſque. & in fideicommiſſo diuidantur onera inter hęredem, & fideicommiſſarium: vt. j̄. proximo. §. ergo. &. §. ſed quia ſtipulatiōes: patet ꝙ hæc legata vniuerſalia, ſeu particularia, ſine ſtipulatione debent trāſire cum onere. & facit ad hūc. ff. §. de le. ii. l. ſi quis ſeruū §. fi. & l. ſeq. in princ. tit. Accur.

g ¶ Interponi.] puta q̄n legabāt dodrans. Ac.

h ¶ Commvne esset.] ſed hac ſtipulatione nō interpoſita oīa onera erant hæredis rogati occaſione quartæ quā retinebat: vt. j̄. eo. §. proxi. ver. at ſi plus. Acc.

i ¶ Ergo si qvidem.] tunc demū locum habet ſenatuſcōſultum Pegaſianum. quando vel totū vel vltra dodrantē hęres rogatus eſt reſtituere: ergo &c.

k ¶ Pro rata parte.] ſ̄. e. §. reſtituta. cōtra. Solu. vt ibi in gl. oēs. Accurſius.

l ¶ Vniversa onera.] niſi ſtipulationē ſupradictā īterpoſuiſſet: vt. ſ̄. eodē. §. ſed quia. verſi. poſt qđ. & hīc ſubijcit.

m ¶ Restitveret.] ſ. ſponte. nā poterat quartam retinere per Pegaſianum vt. ſ̄. eo. §. poſt quod.

n ¶ Interponebantvr.] facit. ff. de pec. l. ſi creditor. &. ff. man. l. hæredem. §. fin.

o ¶ Qvasi dānoſam.] licet cauſam non aſsignet: quia variæ ſunt hominū voluntates: vt. ff. ad treb. l. qa poterat. ibi, non enim. Ac *ADDITIO.* Idem dicunt doctores hīc in recuſatione iudicis: quia ſufficit ſimplex allegatio ſuſpicionis cum iuramento: niſi recuſatio eſſet notoriè fruſtratoria vt quia datus eſſet de cōi concordia partiū: & ideo interim proceſſus iudicis recuſati eſt nullus ipſo iure: quæ omnia obtinent de iure ciuili, & in terris imperii. ſed de iure canonico debet inſeri cauſa, & probari coram arbitris communiter eligendis. c. ſuſpicionis. extrà de offi. deleg. & ca. cùm ſpeciali. de ap. Ang. & Por.

Iudicem recuſanti ſufficit allegare ſuſpicionem.

p ¶ Qvo casv.] id eſt cùm per Trebellianum reſtituitur tota. Vel dic ꝑ Pegaſianum, ſcilicet in caſu propoſito vbi coactus adiit. ſi verò non coactus ſed ſponte: ſecus: vt. ſ̄. eo. §. verò totam.

q ¶ Vtroqve.] ſ. Trebellianico, quia nihil retinebat: & Pegaſiano, qa cogebatur. & ita quo ad ſententiam cōcurrūt. quo ad verba enim nō cōcurrunt cum alio caſu vnum, & alio aliud loquebatur.

¶ SED QVIA STIPVLATIONES. ¶ *CASVS.* Dñe, iā video ī qb* ſenatuſc. Treb. & ſenatuſc. Peg. differebāt, & in quibus cōueniebāt. nūquid remanet adhuc hodie vtrūq; in ſuo vigore? Ad hoc reſpon. ꝙ non. Cū enim ſtipulationes ex Pegaſiano ſenatuſc. deſcēdentes non ſolùm modernis, ſed etiā ipſi antiquitati diſplicuerint: & Papi. homo excelſi ingenij eaſdē ſtipulationes in quibuſdā caſibus captioſas appellet: & nobis magis ſimplicitas, quàm difficultas in legibus placeat: ideo relatis nobis omnib*, tam ſimilitudinibus, quàm differētiis vtriuſq; ſenatuſc. placuit abrogato ſenatuſcō. Pega. quòd poſteà circa fideic. hæreditates inuentū erat: omnem eius authoritatē ſenatuſcon. Treb. attribuere: vt hodie ex ſolo ſenatuſc. Tre. fideicōmiſſariæ hæreditates reſtituātur: ſiue hæres ex voluntate teſtatoris quartam partem, ſiue plus, ſiue minus, ſiue penitus nihil retinuerit: & in eo caſu, quando ex voluntate teſtatoris, vel nihil, vel minus quarta habet: liceat ipſi hæredi, vel quartam, quādo nihil penitus habet: vel quod de eſt quartæ, quando aliquid habet, minus tamē quarta: ex noſtra authoritate retinere: vel ſi fortè totā hæreditatem per ignorantiam facti reſtituerit: liceat ei quartam repetere: & in hoc caſu ſtatuimus ex ſenatuſcon. Treb. actiones hæreditarias tam in hæredē qui reſtituit hæreditatem, quàm in fideicō. cui reſtituitur, pro rata portione vtriſq; competere. & hæc locum habent, quando hæres quartam ſibi retinet. Si verò hæres totam hæreditatem fideicom. ſponte reſtituerit: in hoc caſu omnes actiones hæreditariæ fideicō miſſ. & aduerſus ipſum dabuntur. Et non ſolùm quæ dicta ſunt, tranſtulimus in ſenatuſcon. Trebel. ſed etiam illud quod præcipuum fuerat in ſenatuſcon. Peg. vt ſcilicet quando hæres ſcriptus recuſabat, adire authoritate Pega. compelleretur & totam hæreditatē fideicommiſ. reſtituere, & omnes actiones ad fideicom. & aduerſus eum conferre: & hoc etiam ad ſenatuſconſul. Trebel. tranſtulimus: volentes vt ex eo ſolo hæres compellatur adire, & fideicommiſſ. deſideranti hæreditatem reſtituere: in hoc caſu nullo damno, vel commodo apud hæredem adire, & reſtituere coactum remanente. Et nihil in hoc caſu intereſt, vtrum aliquis hæres inſtitutus ex aſſe, totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatus fuerit: an ex parte hæres inſtitutus, totam partem, aut partem illius partis reſtituere ſit rogatus. nam & in hoc caſu eadem iuſsimus obſeruari, quæ in reſtitutione totius hæreditatis ſuprà diximus. & hæc dicuntur vſque ad. §. ſi quis vna. cuius caſus planus eſt vſque ad. §. præterea.

¶ Sed qvia.] dixi interponi ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano &c. Accurſius.

r ¶ Qvibvsdam casibns] ſcilicet propter ſolennitatem verborum, vt dicunt: vel tunc quando is cui reſtituta erat, non erat ſoluēdo: vnde inutilis erat ſtipulatio. Vel verius hos captioſos modos neſcimus qui ſint.

s ¶ Simplicitas.] nota ſimplicitatem amicam legibus. & facit infrà de legi. agnat. ſucc. §. nos verò. &. ff. de dolo. l. prima. in principio. *ADDITIO.* Intellige de ſimplicitate quæ eſt contraria fraudi: non autem de fatuitate: quia illa eſt damnabilis. l. tertia. §. final. ff. de ſuſpect. tuto.

Simplicitas eſt legibus amica.

ſuggeſtis [a] ,tā ſimililitudinibus, quā differentiis vtriuſque ſenatuſconſulti placuit,exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, quod poſteà [b] ſuperuenit, omnem authoritatem Trebelliano ſenatuſconſulto præſtare,vt ex eo fideicommiſſariȩ hȩreditates reſtituantur,ſiue habeat hæres ex volūtate teſtatoris quartam [c] ,ſiue plus,ſiue minus,ſiue nihil penitus:vt tunc quando vel nihil,vel minus quarta apud eum remanet,liceat [d] ei vel quartam vel quod deeſt ex noſtra authoritate retinere,vel repetere ſolutum [e] qua ſi ex Trebelliano ſenatuſcōſulto:pro rata portione actionibus [f] , tam in hæredem , quam in fideicommiſſarium competentibus. Si verò totā hȩreditatem ſponte reſtituerit [g]:oēs hȩreditariȩ actiōes fideicommiſſario & aduerſus eum cōpetant [h]. ¶ Sed & id quod prȩcipuum Pegaſiani ſenatuſconſulti fuerat [i] ,vt quando recuſaret hȩres ſcriptus ſibi datam hæreditatem adire,neceſsitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere,& omnes ad eum,& contra eum transferre actiones:& hoc tranſpoſuimus ad ſenatuſconſultum Trebellianum: vt ex hoc ſolo neceſsitas hæredi imponatur ſi ipſo nolente adire,fideicommiſſarius deſyderet reſtitui ſibi hæreditatem,nullo nec damno,nec commodo apud [k] hȩredem remanente.

¶ Quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem iuris eſt de parte quo ad partem. Aretinus.

¶ Nihil autem intereſt,vtrū aliquis ex aſſe hæres inſtitutus,aut totam hȩreditatem,aut pro parte reſtituere rogatur:an ex parte hȩres inſtitut⁹, aut totā eā partē aut partem partis reſtituere rogatur. Nā & hoc caſu eadē obſeruari prȩcipimus, quȩ in in toitus hȩreditatis reſtitutione diximus [l].

¶ Si apud hæredem rogatum de hæreditate reſtituenda, remanet aliqua res, vel quantitas de voluntate teſtantis, quæ valeat quartam hæreditatis vel vltrà, tunc reſtituta hæreditate omnes actiones inſolidum tranſeunt in fideicomiſſarium, & hæres ad nulla onera hæreditaria tenetur.

¶ Si quis vna aliqua re deducta, ſiue prȩcepta, quȩ quartā [m] continet (veluti fundo,vel alia re,)rogatus ſit reſtituere hæreditatē: ſimili modo ex Trebelliano ſenatuſcōſulto reſtitutio fiet,perinde ac ſi quarta parte retēta rogatus eſſet reliquā hæreditatē reſtituere. Sed illud intereſt, ꝙ altero caſu,id eſt quum deducta, ſiue præcepta aliqua re reſtituitur hæreditas,in ſolidum ex eo ſenatuſcōſulto actiones trāſferūtur:& res que remanet [n] apud heredē,ſine vllo onere hæreditario apud eū remanet,quaſi ex legato ei acquiſita. Altero verò caſu, id eſt quum quarta parte retēta rogatus eſt hæres reſtituere hȩreditatē,& reſtituit:ſcindunt actiōes [o] ,& ꝓ dodrante quidē trāſferunt ad fideicommiſſarium pro quadrante remanent apud hæredē. Quinetiā licet vna re aliqua deducta,aut præcepta:reſtituere aliquis hȩreditatem rogatus ſit in qua maxima pars hȩreditatis cōtineatur,æque inſolidū trāſferunt actiōes. Et ſecū deliberare debet is, cui reſtituit hæreditas,an expediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt,& ſi duabus pluribúsve deductis præceptisve rebus, reſtituere hæreditatem rogatus ſit. ¶ Sed & ſi certa ſumma deducta prȩceptave,quæ quartā, vel etiā maximā partē hæreditatis continet,rogatus ſit aliquis hæreditatem reſtituere:idē iuris eſt. ¶ Quæ autē diximus de eo qui ex aſſe inſtitutus [p] eſt,eadem tranſferimus, & ad eum, qui ex parte hæres ſcriptus eſt.

¶ Ille qui ab inteſtato bona defuncti ceperit, & etiam fideicommiſſarius poteſt grauari de reſtituendo totam hæreditatem, vel partem hæreditatis. hoc dicit. Aretinus.

¶ Præterea inteſtatus quoque moriturus poteſt rogare [q] eū,ad quē bona ſua vel legitimo iure,vel honorario pertinere intelligit † :vt hæreditatem ſuā totā,partēve eius, aut rē aliquā(veluti fundū,hoīem,pecuniam) alicui reſtituat [r] :cū alioqui legata,niſi ex teſtamēto nō valeant [s] .Eū quoq; cui aliquid reſtituit, poteſt rogare vt id rurſum alij aut totū,aut partem, vel etiā aliquid aliud reſtituat [t].

¶ Qui primò negauit fideicommiſſum eſſe relictum:poſteà conuictus non poteſt dicere in minus ſolēni volūtate fuiſſe relictum. hoc dicit ſecūdum opinionem Ioan. Vel ſic: Quando teſtator noluit

a ¶ SVGGESTIS.] hîc nota ꝙ in ſententia ſunt allegationes repetendæ.

b ¶ QVOD POSTEA.] quia prius fuit Trebel.

c ¶ QVARTAM.] ſ.de bonis hæreditatis:detracto tamen alieno ære:vt.C. eo.l.& ſine ſcriptura.

d ¶ LICEAT.] etiam contra voluntatē defuncti iure iſto.ſ.inſtitutionum vt.C.ad leg.fal.ſi vt allegas hodie fortè contrà, ſecundū quoſdam:vt in aut.de hæredi.& fal.§.ſi verò expreſsim.col.j.

e ¶ SOLVTVM.] propter factinō iuris ignorātia:vt.C,ad le.fa.l.error.

f ¶ ACTIONIBVS.] ſ. creditorū,non legatorū ſecundum B.vt.ff.ad ſena.tre.l.j.in fine.&.l. apud.j.rñ. ſed & legatarijs reſpōdet hæres,cū eis fideicōmiſſaria portio non ſufficit:ſic tū, vt totius hæreditatis quarta ſibi reſeruetur,vt. ff. ad trebel.l.j.§.ſi is qui.ſecundū Ioā.Sed Azo contrà.C.ad tre.l.ii.Sed illa ſecundū ſupradictā diſtinctionem intelligitur.

g ¶ RESTITVERIT.] quæ reſtitutio fit re & verbo:re.: vt ſi patiatur res hæreditarias à fideicommiſſario poſsideri, vel totas,vel aliquas earum,hac mente, vt ſibi reſtituat hæreditas. verbo autem ſic:reſtituo hȩreditatem tibi:licet corporaliter rerum poſſeſſionē non tradā.& ex tunc res fiunt fideicommiſſarii in vtroque caſu vt.ff.ad trebel.l.facta. in princip. Sed nunquid ēt ante factam reſtitutionē eſt fideicōmiſſarius dominus:vt.C.comunia de leg.l.fi.§.ſed quia? Reſpōde.non:quia ante reſtitutionem omnia facit hæres: & etiam manumittit ſeruum hæreditarium:quod nō faceret ſi alius eſſet dominus:vt ff.ad treb.l.marcellus.§. res.&.l.ſi hæres inſtitut⁹ §.ſi hæres.Nec obſtat.d. l.communia de leg.quæ dicit dari rei vendicationem fideicommiſſario generali.nam eſt intelligendum ex quo hæreditas eſt reſtituta.Vel ſpeciale eſt in rebus alienatis,vt ante reſtitutam hȩreditatem detur fideicōmiſſario vtilis rei vendicatio.

h ¶ COMPETANT.] quia per omnia eſt vt hæres:vt.ff. quod cum eodem.l.ſi filius.§.fi.

i ¶ FVERAT.] vt.ſ.e.§. ergo.ver.ſed ſi recuſet.

k ¶ APVD HAEREDEM.] cui etiā cauebit fideicōmiſſarius de præſtādo eum indēnem futurum occaſione hæreditatis:vt.ff.ad tre.l.cum hæreditas.& etiam pro futuris habet exceptionē: vt.ff.ad tre.l.j.§.quāquàm [b].Sed hęc cautio de qua hîc dicitur,qualiter fit? Rñ.per officium iudicis:poſtulāte eo cui eſt reſtituenda hæreditas,vel quota pars:non autē ſi ſingulare fideicōmiſſum ſit relictū:vt.ff.ad treb.l. nam quod.§.non omnis.vel etiam poſtulante procuratore eius cui ſit mandatū. nec ſufficit cauere de rato:vt.ff.ad treb.quidam.§.j. ADDITIO. Et no.ꝙ procuratori ſimpliciter & habenti ſpeciale mandatum, poteſt fieri reſtitutio hæreditatis:non autem procuratori in rem ſuam, ſiue ceſsionario: vt eſt caſus mirabilis in.l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure do.

l ¶ DIXIMVS.] vt.ſ.eo.§.ſed quia ſtipulationes.& proximo.§.& no. quòd idem iuris eſt in toto quo ad totum,quod in parte quo ad partem : vt.ff.de acquirend. hæredi.l.ſi ſeruus. &.ff.de vſu.l.qui ſcit.in princip. Arg. contrà ff. de euict.l.ex mille. in gloſſ. pro parte. ADDITIO. Tu dic quòd hæc regula procedit quando eſt eadem ratio in parte quæ in toto: aliâs non : vt in contrario.

m ¶ QVARTAM.] vel etiam minus quarta : ſed tamen agitur ad ſupplementum [c] : vel retinebit: vt. ff.eodē.l.j.§. ſi hæres præcepto.in fine.

n ¶ REMANET.] facit C.de hæredi. inſtituen.l. quoties.

o ¶ ACTIONES.] ſcilicet creditorum,non legatorum.quod dic vt. ſ. e.§.ſed quia.in fi.

p ¶ INSTITVTVS.] vt reſtituat retenta certa re.

¶ PRAETEREA.

¶ CASVS. Domine,vos dixiſtis mihi,qualiter hȩres oneratur ad præſtationem fideicommiſ. ſed nunquid poterunt ſucceſſores ab inteſtato fideicommiſ. ſimiliter grauari? Reſpon.Iuſtiñ. quòd ſic. nam præter ſupradictos modos quibus in teſtamēto grauatur hæres, ad reſtitutionem fideicōmiſ. poteſt etiam quis ſi fortè eſſet inteſtatus moriturus,per fideicommiſ. rogare eum,quem intelligit ſibi de iure ciuili, vel de iure prætorio ab inteſtato ſucceſſurum, vt hæreditatem ſuam totam, vel partem eius, aut rem aliquā ſingularem, veluti fundum,hominem, vel pecuniam alicui reſtituat.ſed licet hoc ſit verum in fideicommiſ. ſecus tamen eſt in legatis. Legata enim olim non niſi ex teſtamēto valebant:& non ſolùm ſucceſſorem in vniuerſitate ab inteſtato poteſt qs grauare : ſed etiam eum cui aliquid reſtituitur ꝑ fideicommiſ. poteſt rogare, vt illud rurſus alij totum, aut pro parte reſtituat,aut etiam aliquid aliud quod tantumdem valeat. & hæc dicuntur vſq; ad.§. & quia prima.

q ¶ ROGARE.] in codicillis.

r ¶ RESTITVAT.] ideo poteſt ab his fideicommiſſum relinquere, quoniam ſua ſponte relinquere legitimam hæreditatem videtur non inſtituendo alium : vt.ff. de iure codicill. l. conficiuntur.§.primo.

s ¶ NON VALEANT.] ſed quo iure hoc eſt verum: antiquo non: vt ff.de leg.j.l.j.Item nouo non:vt.C.cō.de le.l.ij. Dic ergo antiquiori iure locum habere quod hîc dicitur.Vel dic,ꝙ dicta.l.de leg.j.ſecundum noua iura loquitur,ſecundum quæ æquiparata ſunt legata fideicommiſsis [d] : vt,ſ. de leg.§.ſed non vſque.

t ¶ RESTITVAT.] etenim inquantum quis honoratur, & oneri poteſt: vt.ī.tit.j.§.hoc ſolum.Sed nūquid quartā retinebit? Re.vt.ī.ti j.§.hoc ſolum.

Et quia

a Poteſt tamen fideicommiſſatio volēte quartā totius hæreditatis deducere: & tūc tenetur creditoribus pro ſua rata. de quo & qualiter legatarijs teneatur:vide per Ange.hîc.

b Hoc verū facta reſtitutione: ſed ante ipſam bene conuenitur l.ita tamen §. qui ex trebelliano.ff.e. Angelus.

Ius idē eſt in toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem: & econtra.

c Et tunc ꝓ eo quod ſupplet, tenetur creditorib⁹:quia illud videtur habere ad reſtitutionē quotæ.

† Dicendo quiſquis mihi hæres erit, & non eſt neceſſe exprimere propriū nomē. ſecūdū Iaſo. Egi. Perrinus.

d Et ideo quāuis directo in codicillis relinqui nō poſſint:vt not. glo.

Hodie teſtamentu ſiu sit ruptu ſiue sit nullu, debent legata in codicillis relicta, vt Autten. ... c. de lib. preteritis. et Autten. et Col. viij (Aliter totius de Appellatione §. ſiue igitur omnes.

in. d. l. j. ff. de le. j tamẽ relicta valẽr vt fideicõmi. & nihilominus habẽr eſſe. ctum legati niſi in libertatibus & tutellis: de quibus dic vt infrà de codi. §. nõ tantum.
† Non eſt improbum ſi quis aliũ virtute vincere cõtendat, niſi hoc fiat, ad humanam gloriã. §. cogitandũ, in verb. zelus eis &c. authentica. de mo. ſecũdum Porc. Egi. Perri.
† Aliâs, ex queſtore.

¶ ET QVIA PRIMA. ¶ CASVS. Dñe, iã video, quid erat olim circa fideicõ. & qd hodie obtinemus. Vnde cũ ſatis manifeſtũ ſit qd de antiquitate tollat, & in quibus per veſtrã cõſtõnẽ circa fideicõ. inſiſtere debeamus: trãſeatis igitur ſi placet ad aliquã aliã materiã. Ad hoc rñ. Amice, adhuc non eſt ad aliquã aliã materiã tranſeundũ. Primò, adhuc circa materiã fideic. inſiſtẽdũ eſt. nãq; prima fideicõmiſſorũ cunabula à fide hæredũ pendebãt, & tã nomẽ quã ſubſtẽtiã acceperũt: & iõ primò diu⁹ Aug. vt. ſ. dictũ eſt, fideicõ. ad legis neceſsitatem deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eũ dẽ principẽ circa figmẽta fideic. nup. ſuperare cõtẽdẽtes, ex quodã facto p Tribonianum virum excelſum ſacri palatii quæſtorem nobis relato, quandã fecimus cõſtõnẽ, qua ſtatuimus, vt ſi quis teſtator hæredẽ ſuũ p fideicõ. rogauit vt vel hæreditatẽ, vel aliquod ſpeciale fideic. alicui reſtituat: & huiuſmodi voluntas teſtatoris, neq; ex aliqua ſolẽni ſcriptura, neque per quinq; teſtes q in codicillis ſufficiũt, probari poſsit: qui ſidẽ hæredis ſui elegit: in hoc caſu ſi hęres pfidia duct⁹ fidẽ adimplere recuſauerit, negando tale onus à teſtatore ſibi fuiſſe impoſitũ, ſi fideicõmſſarius iuſiurãdũ ei detulerit: ſacramẽto de calũ. à fideic. prius pſtito neceſſe habebit hæres, vel iuſiurandum ſubire vel fideic. ſiue generale, ſiue ſpeciale ab eo relictũ fideicõ. ſoluere. & ita per noſtram cõſtõnẽ induximus, ne vltima voluntas teſtatoris fidei hęredis ſui cõmiſſa depereat. Sed pone, quòd ille à quo fideicom. petitur: poſtquã per ſacramentũ aut per teſtes cõuict⁹ fuerit, cõfiteatur fideicom. à ſe relictum: ad legis tñ ſubtilitatem decurrat: videlicet allegando ex minus ſolẽni volũtate hoc fuiſſe relictũ. certè ĩ hoc caſu in pœnã incidit mẽdacij: & non obſtante huiuſmodi defenſione, ad fideicõ. præſtationẽ omnino cogendus eſt. Et hæc dicuntur vſque in fi. ti. Fran. de Are.

ſolẽniter diſponere, ſed in fide hæredis committere, hæres tenetur iurare nõ eſſe relictum, vel ſoluere. h. d. Are.
Et hanc opinionem approbãt doctores in. l. fi. C. eodem titu.

¶ Et quia prima fideicommiſſorum cunabula à fide hæredum pendent & tã nomẽ [a] quàm ſubſtantiã acceperunt: ideo diuus Auguſtus ad neceſsitatẽ iuris ea retraxit [b] nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes †, ex [c] facto quod Tribonianus vir excellẽtiſsimus quæſtor † ſacri palatij ſuggeſsit, conſtitutionem [d] fecimus per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit, vt vel hæreditatem, vel ſpeciale fideicõmiſſum reſtituat, & neque ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicommiſsis legitimus [e] eſſe noſcitur) poſsit res manifeſtari, ſed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus teſtis interuenerit, tũc ſiue pater hæredis, ſiue alius quicunque ſit qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit: ſi hæres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando rem ita eſſe ſubſecutam, ſi fideicommiſſarius iuſiurandũ ei detulerit, cùm prius ipſe † de calũnia † iurauerit [f]: neceſſe eũ [g] † habere, vel iuſiurandum ſubire, quòd nihil tale à teſtatore audiuit, vel recuſantẽ, ad fideicommiſsi, vel vniuerſitatis * vel ſpecialis ſolutionem coarctari [h]: ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis cõmiſſa. ¶ Eadẽ [i] obſeruari cẽſuim⁹, & ſi à legatario, vel fideicõmiſſario aliquid ſimiliter relictũ ſit. ¶ Quòd [k] ſi is à quo relictũ dicit, poſtquã negauerit, cõfiteat quidẽ aliquid a ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem [l] recurrat, omnino ſoluere [m] cogendus eſt.

† Scilicet fideicõmiſſarius.
† i. quòd animo calũniandi non petit fideicõmiſſum: quo caſu defertur iuramentum hęredi: ſecundum Porc. Egi. Perri.
† Scilicet hæredem.
* Vniuerſalis.

a ¶ NOMEN.] no. nomẽ cõſequens rei: vt. ſ. de dona. §. eſt & aliud.
b ¶ RETRAXIT.] hæc iura ſunt. ſ. eo. in prin.
c ¶ EX FACTO.] id eſt ex quæſtione de facto.
d ¶ CONSTITVTIONEM.] vt. C. de fideicom. l. fi.
e ¶ LEGITIMVS.] no. teſtes quinque in codicillis neceſſarios eſſe: vt C. de codi. l. fi. §. fi. & de fideicõ. l. fi. ibi, ſed ſiue quinq; &c.
f ¶ IVRAVERIT.] Nam in omni caſu erat olim iurandum, & in omni capitulo: vt. C. de iura. calũ. l. j. in prin. hodie ſufficit ſemel iurare: vt in aut. de ijs qui ingre. ad appel. §. fi. col. v.
g ¶ NECESSE eũ.] habere ſed nũquid hodie corrigitur hoc, cũ nulli deferatur inuito: vt. C. de iureiu. l. fi. & l. generaliter. §. ſed iuramẽto. ver. ſi naũt Rñ. nõ: quia hęc eſt poſterior cõſtitutio Iuſtiniani: vt. C. de fideicõ. l. fi & ita eſt iſte ſpecialis caſus, in quo quis compellitur iurare.
h ¶ COARCTARI.] nota propter contumaciam non iurantis eũ condemnari: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. penul.
i ¶ EADEM.] ſ. vt cõpellatur iurare vel ſoluere.
k ¶ QVOD SI.] dixi qñ cõtumax fuit non iurando nunc qñ iurauit & p ſacramentũ fuit cõfeſſus, vel etiã antequã iuret: ſed prius negauerat relictũ vt in fi. huius tit. dicemus ſtatim.
l ¶ SVBTILITATEM.] quæ eſt vt ex quo eſt voluntas nõ ſolẽnis, non valeant ea quæ facta ſunt: vt: C. de fideicõ. l. ſi veritas. & C. de teſta. l. non dubium. §. illud.

Codicillis v. teſtes ad ſint.

¶ Sed cũ anteà cõſtitutiões [k] iura legitimæ ſucceſsionis perſcrutãtes partim matrem adiuuabant, partim eã prægrauabant, & non inſolidũ eam vocabant, ſed in quibuſdam caſibus, tertiam ei partem abſtrahentes, certis legitimis dabãt perſonis [l], in alijs autem contrarium faciebãt [m]: nobis viſum [n] eſt recta, & ſimplici via matrem omnibus perſonis [o] legitimis, anteponi, & ſine vlla diminutione [p] filiorum ſuorum ſucceſsionem accipere, excepta fratris, & ſororis pſona ſiue cõſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodum [q] eã [r] toti alij ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres, & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue nõ, ad capiendas hæreditates ſimul [s] vocem⁹ ita tamen vt ſi quidem ſolæ ſorores [t] agnatæ, vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctæ ſuperſint, dimidiam quidẽ mater, alterã verò dimidiã partẽ omnes ſorores habeãt. Si verò matre ſuperſtite, & fratre, vel fratrib⁹ ſolis, vel etiã cũ ſororib⁹, ſiue legitima [v]

a ¶ Praeponebat.] ĩpropriè [a]. nã cognatos nullo mõ vocabat, vt ſeq̃t.

b ¶ Masculorum progeniem.] i. agnatos: vt. ſ. ti. j. in prĩ.

c ¶ Necessitudinem.] i. cognationẽ, nam dicuntur cognati neceſſarij: vt. ff. de iuſti. & iur. l. fi.

d ¶ Matrem et filium.] qui adinuicem ſunt cognati: vt. j. de ſucceſ. cogna. §. vulgo.

e ¶ Iuris anguſtiæ.] no. ius dici anguſtioſum aliàs iniquũ dicitur: vt. j. de ſucceſ. li. in princ. & ff. ꝙ quiſque iur. l. iij. in princ.

f ¶ Postea.] poſt legẽ. xii. tabularũ, & per diuum Claudium: & ꝑ ſenatuſcõſultũ tertullianũ: vt ſequitur.

g ¶ Amissorum.] ſ. in acie principis: vt arg. ſ. de ex cu. tut. in princ. Vel dic ꝙ generaliter ſtatuit: vt. C. de inoffi. teſta. liberi. prima verior eſt.

h ¶ Eorum.] ſ. filiorũ.

i ¶ Aviae.] ẽt bodie auia ſuccedit ſicut mater: vt in auť. de hære. q̃ ab inteſt. §. conſequens. colla. ix.

k ¶ Trium liberorũ ius habẽs.] i. tres habens filios: nõ aũt in poteſtate, vt. ſ. de ado. §. fœminæ. quos tres habere videtur etiã ſi tergeminos peperit: ſecundũ Io. vt. ff. de verbo. ſign. l. ter enixa.

l ¶ Filiorum.] qđ dic, vt. ſ. de hære. quæ ab inteſt. §. j. & ii. & §. emancipati. & §. diui.

m ¶ Parentis sit.] ſ. mater. Et ita no. de iure Romanorũ vxorem alicuius eſſe in poteſtate parentis b, nõ mariti, niſi quo ad debitum carnis. aliud de iure Lõgobardorũ. vt hîc & C. de condi. inſer. ſi vxor tua. & in longobarda qualiter mulieri alienare per miſſum ſit. l. j. Tenẽt tñ operari viro vxor: vt. l. ſicut. cùm ibi notatis. ff. de ope. libertorum.

n ¶ Iussu.] ſ. iure antiquo. cum quęlibet hæreditas patri per filiũ q̃reretur: vt. ff. de acquiren. hære. l. q in aliena. in princi. Sed hodie in ſola profectitia, non aduentitia ſcilicet exigitur iuſſus: vt. C. de bon. quæ liber. l. fi. §. ſiue econtrario. ADDITIO. Nota quòd in profectitiis iuſſus hodie non eſt correctus: ſed eſt neceſſarius vt olim. Idem no. gl. ĩ. l. fi. §. j. C. de bo. quæ lib. Ang.

o ¶ Liberi.] etiam adoptiui: & ita demum ſi ipſi ſuccedere velint: vt. ff. eodem. l. ij. §. liberi. & §. ita demum. Accurſius.

p ¶ Defuncti.] ſ. filii de cuius hæreditate nunc agitur.

q ¶ Suorum.] quod dic vt. ſ. de hære. quæ ab inteſt. §. j. & ii. & §. emancipati. & §. diui.

r ¶ Primi gradus.] vt filii.

s ¶ Ulterioris.] vt nepotes, & ſimiles.

t ¶ Sed et filiae.] q. d. non ſolùm nepos ex filio maſculo excludit matrem defuncti: ſed & nepotes ex filia.

v ¶ Praeponitur.] ideſt præfertur.

x ¶ Defunctae.] ſcilicet filiæ.

y ¶ Pater.] nõ adoptiuus: vt. ff. eo. l. ij. §. ſed neque auus.

z ¶ Utriusque.] ſ. filii & filiæ. hoc eſt maritus huius mulieris volentis ſuccedere filio ſuo mortuo.

a ¶ Inter eos solos.] ſ. auũ & matrẽ defuncti. Si aũt ſit auus & pater & mater defuncti, præfertur auus matri, & etiam patri: vt. ff. e. l. æquiſsimum. §. j. Et nota, quòd hic fallit regula, ſi vinco vincentem &c. vt. ff. de diuer. & tempo. præ. l. de acceſsiõibus. §. nam qui m e. nam auus patri defuncti præfertur: vt. ff. eodẽ. l. æquiſsimum. §. primo & pater matri: non autem auus ſolus præfertur matri. Sic fallit in authentic. de æquali. do. §. his conſequens columna. vij. Item in authentica. quib. mo. nat. ef fi. ſui. §. diſcretis. in glo. coniuge. colum. vj. Item ff. qui po. in pigno. ha. l. claudius. ſic. ff. de iniuſto. rup. teſta. l. penulti.

b ¶ Excludebat.] ſed malè hodie. vt. j. eo. §. ſed cùm.

c ¶ Admittebatur.] & bene: vt. j. eo. §. ſed cum.

d ¶ Liberis.] tribus vel quatuor: vt. ſ. eo. §. poſteà autem.

e ¶ In codice.] non in eo quem habemus: ſed in primo. C. remanſit: quæ eſt. C. de iure delib. l. ij.

f ¶ Fortuitum.] ſcilicet habere, vel non habere, tot filios: cùm ex diuina gratia hoc deſcendat.

g ¶ Peccavit.] nam ſi peccatum eſt, magis fuiſſet mariti: vt. C. de lega. hæ. l. lege. xij. tabu. in fi. j. reſpon.

h ¶ Eum.] ſcilicet cui ſuccedere vult.

i ¶ Intercepti.] aliàs interempti.

k ¶ Constitutiones.] quas non habemus, ſecundum Ioannem.

l ¶ Personis.] patruo & filio, & nepoti patrui: vt. C. eo. l. fi. in fine. j. reſpon.

m ¶ Contrarium faciebant.] i. nil dabant niſi prædictis.

n ¶ Visum est.] vt C. eo. l. fi.

o ¶ Omnibus personis.] etiam patri defuncti: niſi in vſufructu, & toto quando habebat defunctum in poteſtate. aliàs in beſſem tãtùm, ſed & in hoc caſu hodie, etiam in totũ habet, vt. C. eo. l. fin. & de lega. hære. l. de emancipatis. Iure verò authentico. aſcendentibus defertur æqualiter paternis, & maternis: vt in authentica. de hæredibus. ab inteſtato. §. ſi igitur defunctus deſcendentes. colla. ix. ADDITIO. Dic quòd hodie filio defuncto relicta matre, & ſorore, vel fratre aliter ſucceditur: vt auť. defuncto. C. eo. Angelus.

p ¶ Diminutione.] quæ fiebat ꝑ agnatos ſupraditos in prin. iſti⁹. §.

q ¶ Quemadmodum.] q. d. qui in vno honoratur, in alio grauetur. ſic. ff. de iureiuran. l. eum qui in prin.

r ¶ Eam.] ſcilicet matrem.

s ¶ Simul.] ſcilicet cùm matre.

t ¶ Sorores.] hoc caſu eſt hodie idem quòd in ſequenti. §. vt in auť. de nup. §. penulti. & §. & quoniam. colla. iiij.

v ¶ Legitima.] quia ſunt ſorores ex vtroque parente.

a Nam ꝓpriè non dicitur prepo ni illi quod non ſequit quãuis propriè proximus dicat quẽ nemo ſequitur: vt ff. vnde cogna. l. j. §. proximus. Ange. Ius qñque dicitur iniquum.

† Aliâs daretur.

† Succeſsio liberorum eſt triſtis. Eg. Perri.

* Inteſtatorum.

† Hæc triplex differẽtia ſublata eſt per. §. ſed nos. j. eo. E. Perr.

Vxor non eſt in poteſtate mariti.

b Et ideo non poteſt teſtari nec codicillari etiã cũ conſenſu patris vt per Ang. hîc.

Si vinco vincẽtẽ te: vinco te. quãdoque fallit.

† Quartũ ius quo mater indiſtinctè ſuccedit. E. Per.

† Fœminæ quæ liberis procreãdis ſtrenuã nauabant operam olim laudabant. Egi. Perri.

† Id eſt in capita.

Cõmodũ ſentiẽs, ſentiat onus.

ſiue ſola cognationis [a] iura habentibus, inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur, in capita diſtribuatur eius hæreditas.

¶ Mater ab hæreditate filij repellitur, niſi intra annum tutorem eidem poſtulauerit vel ſuſpectum remoueri petierit.

¶ Sed quemadmodum nos matrib⁹ proſpeximus [b], ita eas oportet ſuæ ſoboli cõſulere [c]: ſcituris [d] eis, quòd ſi tutores liberis non petierint, vel in locum remoti, aut excuſati intra annum petere neglexerint: ab eorum impuberum [e] morientium ſucceſsione meritò repellentur.

¶ Filio non tantùm legitimo, ſed etiam vulgò quęſito mater ſuccedit.

¶ Licet autem vulgò quæſitus [f] ſit filius filiaue: põt tamen ad bona eius mater ex Tertulliano ſenatuſconſulto admitti.

TITVLVS IIII.

De ſenatuſconſulto Orficiano.

¶ Filius & nepos veniunt ad hęreditatẽ matris, & auiæ ab inteſtato ex ſenatuſconſulto Orficiano. Are.

PEr [g] contrarium autem liberi [h] ad bona matrum [i] inteſtatarũ admittũtur ex ſenatuſconſulto Orficiano, quod Orficio, & Ruffo conſulibus factum eſt, diui Marci temporibus: & data eſt tam filio, quã filiæ legitima [k] hæreditas etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur [l] conſanguineis [m], & agnatis defunctæ matris. Sed cùm ex hoc ſenatuſconſulto nepotes & neptes ad auiæ ſucceſsionem legitimo iure non vocarẽtur, poſteà hoc cõſtitutionibus [n] principalibus emẽ

a ¶ Cognationis.] quia ſunt tantùm ex matre ſorores.
b ¶ Proſpeximus.] in ſucceſsione.
c ¶ Conſulere.] ſ. in tutore petẽdo. Accur. ADDITIO. Et dic petẽdo. ſ. intra annũ: vt hîc. Et iſtã opinionẽ dicit Angelus eſſe cõem: & eam tenet tanquã magis æquã, per. l. ſcient. C. de leg. hære. quãuis Bar. ibi & do. velint, ꝙ teneatur petere ſtatim cũ põt, niſi fuerit impedita legitima cã: ita ꝙ annũ nõ tranſcendat.
d ¶ Sciturıs eis.] ſ. matribus negligentib⁹ aliàs non perdunt: vt. C. qui pe. tuto. l. cũ à matribus. & maioribus, aliàs ſimiliter non perdunt: vt C. ſi aduer. delict. l. ij. [a] Accurſius.
e ¶ Impuberum.] aliud ſi puberes moriantᷣ vt. C. eo. l. matres.
f ¶ Vulgo quaeſitus.] niſi mater ſit illuſtris. Sic ecõtra talis filius illuſtri matri nõ ſuccedit: vt. C. ad Orffi. l. ſi qua illuſtris. ADDITIO. Idẽ ſi eſſet natus ex dãnato coitu: ſecus ſi ex concubina et illuſtri: vt. p Ang. hîc.

a Et ſufficit eã eſſe minorẽ tẽpore mortis mariti: et ſi poſteà maior facta intra annũ nõ petierit. Ange.

Continuatio.

¶ DE SENATVSCONSVLTO ORFICIANO. ¶ *Viſum eſt ti. ſuperiori qualiter mater ſuccedat filijs per ſenatuſconſultũ Tertullianum: videamus nũc qualiter filij ſuccedunt matri, quod fit per ſenatuſconſultum Orficianum.*

Diuiſio.

PER CONTRARIVM.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter filij ad hæreditatẽ matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittãtur. Secũdò nũquid capitis diminutione tale ius ſuccedẽdi tollat. Tertò q ſunt illi filii q ad hæreditatẽ matris admittũtur. Quartò ſubnectit nouũ caſum ad materiã ab inteſtato. Secũda ibi Sciẽdũ eſt. Tertia ibi, nouiſsimè. Quarta ibi, Si ex pluribus.

g ¶ Per contrarium.] i. eco ntrario. nam. ſ. ti. j. tractatũ eſt qualiter mater filio ſuccedit: nũc dicit econtrà. Vnde verſus matri ſuccedes ô nate per Orficianum. Inuidiam porcat econtra Tertulianum [b]. Accur.
h ¶ Liberi.] ſtrictè ponitur pro filijs tantũ, vt. j. eo. §. j. ver. ſed cũ. aliàs cõtra: vt. ff. de verb. ſigni. l. liberorum.
i ¶ Matrum.] ingenuarũ vel libertinarũ: vt. ff. e. l. j. j. rñ. imò & ancillarũ dũmõ ſit ſibi facta mora in fideicõ. libertate præſtãda: vt. C. eod. l. fin.
k ¶ Legitima.] non quia. l. xii. tabularum daretur, imò denegabatur: vt. ſ. ti. j. in prin. ſed ſenatuſconſul. dat. qđ vicẽ legis obtinet: vt. j. de excep. §. hæc exempli cauſa.
l ¶ Et praeferuntur.] ſcilicet filij.
m ¶ Conſanguineis.] i. cognatis. Ac. ADDITIO. Alibi exponitur cõſanguineis, id eſt fratrib⁹: vt. ſ. j. C. e. ti. & illa cõiter tenetur. Ange.
n ¶ Conſtitutionibus.] quas non habemus.
o ¶ Nepotes.] idẽ ĩ alijs deſcẽdẽtib⁹ ex hac linea dicã. Sed qđ ſi nepos iſte fuit cõcept⁹ poſt mortẽ auię? Rñ. nõ ſic vt. ſ. de hę. q̃ ab ĩteſ. §. cũ ãt dixim⁹.
p ¶ Capitis diminutione.] ſ. minima: nã per alias omne ius etiã cognationis toll itur: vt. ſ. de ca. di. §. quod autem.
q ¶ Regulam.] cuius tenor eſt hîc, &. ff. de ca. di. l. tutellas. j. reſpond.
r ¶ Sed illę ſolę.] ff. vñ li. l. fi. ĩ fi. cõtra. Sol. hîc dicit ſolę, vt excludat eas tãtùm quæ ex ſenatuſconſulto deferuntur: non prætorias ſucceſsiones: vt ibi.
s ¶ Ex lege.] xii. tabularum. ſic. ff. eo. ad ſena. con. ter. & orfi. l. j. §. capitis. ſic ff. de ſuis & legi. l. capitis.

b An autẽ in correlatiuis ſeruetur ęqualitas: vide Bar. in l. ij. C. de cu. ex lu. li. xj. Ange.

datum eſt, vt ad ſimilitudinem filiorum, filiarumque & nepotes [o], & neptes vocentur.

¶ Succeſsio ex Tertulliano vel Orficiano non tollitur minima capitis diminutione.

¶ Sciendum autem eſt huiuſmodi ſucceſsiones, quæ ex tertulliano, & Orficiano ſenatuſconſultis deferuntur, capitis diminutione [p] non perimi, propter illam regulam [q] †, qua nouæ hæreditates legitimæ capitis diminutione non pereunt, ſed illę [r] ſolæ quæ ex lege [s] duodecim tabularum deferuntur [t].

¶ Etiam filius vulgò quæſitus ad hęreditatem matris admittitur.

¶ Nouiſsimè ſciendum eſt etiam illos liberos, qui vulgò [v] quæſiti ſunt, ad matris hæreditatem [x] ex hoc ſenatuſconſulto admitti [y].

¶ Si pluribus deferatur hæreditas: & quidam adierunt, quidã repudiauerunt: adeũtibus portio deficiens accreſcit: quod ius etiam ad hæredes tranſmittitur. hoc dicit. Aretinus.

¶ Si ex pluribus [z] legitimis hæredibus quidam omiſerint hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa [a] impediti fuerint quominus adeãt: reliquis qui adierint [b], accreſcit [c] illorũ portio: & licet antè deceſſerint [d] †, ad hæredes tamen eorum pertinet [e].

TITVLVS V.

De ſucceſsione cognatorum†.

¶ Poſt ſuos, & agnatos vocãtur cognati de iure prætorio qua parte veniunt emãcipati agnati niſi ſint frater & ſoror defuncti: quia veniunt cũ agnatis.

POſt ſuos [f] hęredes eosq; quos iter ſuos

t ¶ Deferuntur.] quare magis lege. xii. tabularum data hæreditas pditur, per capitis diminutionẽ minimã, quã ſenatuſconſulto delato? Rñ. qa illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis diminutionẽ minimã tollitur: at ſenatuſconſultũ filio qui matri eſt cognatus, & cognatio non tollitur per capitis diminutionẽ minimã: vt. ſ. de leg. agna. tu. §. j.

Hæreditas per capitis diminutionem minimã quãdoque perdiť, quãdoque non.

v ¶ Vulgo quæſiti.] qa nõ habẽt certũ patrẽ: vt. ſ. de nu. §. ſi aduerſus. multo magis in naturali tãtũ: vt. C. eo. l. pe.
x ¶ Haereditatem.] ſ. vna cũ legitimis: niſi erat mater illuſtris. tunc enim cũ legitimis ab inteſtato nõ veniũt. ſec⁹ in naturalib⁹ ex licita conſuetudine procreatis: vt. C. eo. l. penu.
y ¶ Admitti.] nũqd hodie ſuccedit vulgo q̃ſit⁹? Videť ꝙ nõ: vt ĩ auť. q mo. na. ef. ſui. §. vl. Sed tñ diſtĩgue: aut eſt ex tali coitu q poſsit dãnari, vt inceſt⁹, adulterii, nefarii, & ſimilis quo caſu nõ ſuccedit, cũ ob hoc ipm dãnãdus eſt: vt in dicta auť. & ff. ſo. ma. ſi ab hoſtibus [c] aut non: & tũc ſuccedit matri: vt hîc nõ patri, cũ ſit incert⁹. nã & ſi habet certũ patrẽ naturalẽ, nõ tñ ſuccedit ei niſi in duab⁹ vnciis ab ĩteſtato, nõ extãtib⁹ legitimis: aliàs in nihilũ: vt ĩ auť. q mo. na. effic. ſui. §. diſcretis. col. vii.
z ¶ Si ex pluribus.] Iſte. §. eſt cõis ad oẽs titulos quos ĩ hoc tertio libro habuimus, non tantũ ad hunc titulũ: & de iure accreſcẽdi ĩter legitimos tantũ tractat: vt hîc, &. ff. eo. l. j. §. ſi nemo. &. C. de cadu. tolen. §. his ita. idem etiam eſt in iis qui de iure prætorio ſuccedũt: vt. ff. de bo. poſ. l. iii. in fi. &. l. iiij. &. v. ADDITIO. No. ꝙ iſte. §. eſt lex. ff. de ſuis & le. hæ. & incipit. l. ſi ex pluribus.
a ¶ Alia cauſa.] vt ſi defecerit conditio ſub qua inſtituti erant: vt. ſ. q. mo. teſt. infir. §. poſteriore.
b ¶ Adierint.] ſic ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. libertis. ibi cæterũ put.
c ¶ Accreſcit.] ſed pro qua parte? Rñ. prout erãt inſtituti: vt. C. de ca. tol. §. his ita. &. ſ. de vulg. ſub. §. j. [d] Itẽ nũquid eſt neceſſe iterum adire? Rñ nõ: niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui fiat mihi augmentum: vt. ff. de acquir. hære. l. ſi ſolus. in. j. reſpon. & in fi. l.
d ¶ Ante deceſſerint.] quã accreſceret eis. Vel dic antequã illi repudiarẽt, vel antequã adirẽt illorũ portionẽ, nõ autẽ antequã ſuã partem adirent, imò adiuerãt, vt ſequiť. aliàs nõ traſmitterent olim vel hodie: vt. C. de cad. tol. §. in nouiſsimo niſi in perſonis liberorum: vt. C. de iis q ante ap. tab. l. j. ADDITIO. Hoc verũ niſi in hęreditate aſcendẽtiũ ex vtraque linea, non in hæreditate trãſuerſaliũ vel extraneorũ: quia nõ adita per liberos, ad poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque etiam extraneos. dic vt per Ang. hîc.
e ¶ Pertinet.] ſ. augmentum ſupradictum, vel portio illorum.

† Id eſt q̃ ex nouis legibus dantur: & ex ſenatuſcõ. tertul. & orfi. & l. tutelas in fi. ff. de capi. dimi. Egi. Perri. Filius vulgò quæſit⁹ an ſuccedat de iure nouo.

c De æquitate tamen canonica à parentibus ſunt alendi. cũ haberet. de eo qui du. in ma. quã pol. p adulte. ex quo inferũt do. ꝙ pater poteſt relinquere baſtardis pro dote, & alimentis: ſed vltrà ĩ fraudẽ nõ relinquat ſecundum Ang.

† In ſcriptis exemplaribus legitur & licet ante deceſſerit quàm adierint, ad &c.

† Aliâs vn de cognati: vt in. ff.

d Dic ꝙ in hæreditate pars deficiens accreſcat etiã inuitis. Fallit primò ſi iure ſpeciali deficiat. Itẽ ſi ope exceptiõis: Item ſi iure diuerſo ſuccedat. Item in pluribus partibus ꝓuenientib⁹ ex pluribus hæreditatibus etiã ex eodẽ teſtamento: ſecundum Ange.

¶ DE SVCCESSIONE COGNATORVM. ¶ *Cõtinuatur per ipſum textũ in principio ad præcedentia. Vel ſic & clarius: Quia. ſ. de ſucceßione ſuorum & agnatorum dictum eſt: & quia poſt illos vocãtur cognati: ideo ſequitur de ſucceßione cognatorum.*

POst ſuos.] ¶ Tot⁹ iſte ti. diuidiť in tres partes. Primò, qñ cognati admittantur, & quo iure. Secundò qui ſunt cognati. Tertiò: vſq; ad quotum gradum cognati & agnati admittunť. Secunda ibi, qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.

Diuiſio.

f ¶ Suos.] vt. ſ. de hære. quæ ab inteſta. §. j. & j. de ſerui. cog. §. j.

Prætor. vt

a ¶Praetor.] vt.ſ.de hære.quæ ab inteſta.§.emancipati.
b ¶Constitvtiones.] vt.ſ.de hæ.quæ ab inteſt.§.quibus.verſi. necnō. &.§.item vetuſtas.verſi.diui.
c ¶Agnati.] vt.ſ.de legi.agna.ſuc.in prin.
d ¶Et ii.] ſcilicet qui ſunt de numero legitimorum.
e ¶Senatvsconsvlta.] vt.ſ.proximis duobus titulis.
f ¶Constitvtio.] vt ſ.de leg.agna.ſuc.§. hoc etiam.
g ¶Proximos.] ſcilicet quos nemo cognatus antecedit vel præcedit,ſiue vnus ſit,ſiue plures.et inſpicitur quis proximior ſit eo tēpore quo bonorum poſſeſsio defertur: vt.ff.eo. vnde cognati.l.j. §. proximus. &.§. gradatim.
h ¶Cognatio.] nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorū poſſeſ. Reſpon. etiam ſi fiat poſteà liber, non datur: vt.ff. eo. vnde cog.l.j.§. pertinet.&. l. is qui. Sed nunquid adoptiuis:quia non videtur ibi naturalis cauſa? Reſpō.ſic:quia quibus agnaſcitur,& cognaſcitur : vt.ff.eod. vnde cogna.l.j.§.cognationem.Accurſius.
Additio. Sed hoc nō obtinet iure nouo.Vide.ſ. de hæredi. quæ ab inteſt.§.at ij qui. verſi.poſt mortē. in fi.
i ¶Qvique.] breue debet eſſe illud.quæ.
k ¶Non habentvr.] vt.ſ.ti.j.§.ſciendum.
l ¶Tertio ordine.] nam ſunt quatuor ordines ſuccedēdi : vt.ff. ſi tabulę teſt.nullę ex.l.j.
m ¶Exceptis.] nam iſti inter legitimos numerantur.
n ¶Qvos.] ſcilicet fratres emancipatos & ſorores. Accur.
o ¶Lex Anastasiana.] quā nō habemus: ſed de ea habetur métio. C.de leg.tut.l.iiij.& de legi.hære.l.fi.§.j. Accur.
p ¶Integri ivris.] i.nō emancipatis.
q ¶Diminvtione.] tertiæ partis fortè.
r ¶Eos.] ſcilicet fratres emancipatos.Accur.
s ¶Cognatis.] ſcilicet anteponit,& ſic vocātur cum fratribus,& agnatis & cognatis vlterioribus præferuntur.

hæredes prætor[a] & conſtitutiones[b] vocant:& poſt legitimos † (quorum in numero ſunt agnati[c],& ij[d],quos in locum agnatorum tam ſupradicta ſenatuſcōſulta[e], quàm noſtra erexit cōſtitutio[f]),ꝓximos[g] cognatos prætor vocat, qua † parte naturalis cognatio[h] ſpectatur. Nam agnati capite diminuti, quique[i] ex his progeniti ſunt,ex lege.xij. tabularum inter legitimos non habentur[k],ſed à prætore tertio ordine[l] vocatur:exceptis[m] ſolis tantūmodo fratre,& ſorore emācipatis,nō etiam liberis eorū,quos[n], lex Anaſtaſiana[o], cum fratribus integri[p] iuris conſtitutis,vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatem,ſiue ſororis:non æquis tamē partibus, ſed cum aliqua diminutione[q]:quam facile eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Alijs verò agnatis, inferioris gradus, licet capitis diminutionem paſsi non ſunt,tamen anteponit eos[r],& proculdubio cognatis[s].

¶Tranſuerſales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua exiſtentes vocantur ex iſto ordine.

¶Eos etiam[t], qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur,tertio gradu[v] proximitatis nomine, prætor ad ſucceſsionē vocat. ¶Liberi[x] quoque qui in adoptiua familia ſunt,ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodē[y] gradu vocantur.

¶Vulgò quæſitus non habet agnationē, ſed cognationem : ideo ſuccedit matri, & alijs ex ſua linea deſcendentibus iſto ordine.Aretinus.

¶Vulgò queſitos,nullos habere agnatos, manifeſtum eſt : cùm agnatio à patre,cognatio à matre ſit. hi autem nullum patrem habere intelligūtur. Eadem ratione,inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe:quia cōſanguinitatis ius,ſpecies[z] eſt agnationis. tantùm ergo cognati ſunt ſibi[a], ſicut & matri cognati ſunt. Itaque[b] omnibus iſtis ex ea parte cōpetit bonorū poſſeſsio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

¶Agnati vſque ad decimum gradum, cognati vſque ad ſextum ſuccedunt,incluſo filio conſobrini,& conſobrinæ.

¶Hoc loco[c] & illud neceſſariò admonendi ſumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatē, & ſi decimo gradu ſit : ſiue de lege duodecim tabularū quæramus, ſiue de edicto,quo prætor legitimis[d] hæredibus,daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis[e] verò nomine ijs ſolis prætor[f] bonorū poſſeſsionem promittit, qui vſq; ad[g] ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo[h] à ſobrino ſobrinaque nato nátæve[i].

TITVLVS VI.
De gradibus cognationum †.

¶Omnis agnatio eſt infrà aut ſuprà, aut ex tranſuerſo:& ſuperior & inferior incipit à primo gradu:ex tranſuerſo verò, incipit à ſecundo gradu.

Hoc loco neceſſariū[k] eſt exponere,quēadmodum gradus[l] cognationis numerentur. ¶Quare in primis admonendi[m] ſumus,cognationē aliam ſuprà numerari:aliā infrà, aliā ex tranſuerſo[n], quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio eſt parentū: inferior liberorum:ex tranſuerſo fratrum ſororūmve,& eorū,qui quǽve ex his generantur:& cōuenienter patrui,amitæ,auūculi,materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio,à primo gradu incipit:at ea quę ex trāſuerſo numeratur,à ſecundo[o].

¶Ponit perſonas primi gradus tam aſcēdendo, quàm deſcendendo.

¶Primo gradu eſt ſuprà pater[p], mater:infrà filius[q],filia.

† Legitim i.agnati.

† Cognatio eſt de iure naturali, ideo capitis diminutione non tollitur. ſ. de cap.idimi.§.quod autē.&.g.p.

Agnatio & cōſanguinitas differunt.

ſolutio probatur, & obſtat in duobus, quo ad agnatos, & cognatos : ſed ibi ſpeciale:quia ius priuilegiatum:quod non tranſit ſicut ius commune. Ang.
h ¶Ex septimo.] ſubaudi qui ſunt.
i ¶Natæve.] ſed nunquid ſunt alij in ſeptimo gradu?Reſpon. multi & alij eſſe poſſunt:vt colligitur.j.tit.j.§.ſexto. Item & quare magis hi vocantur,quàm alij in ſeptimo gradu?Reſpō.quia hi reſpiciunt inferius lineam tranſuerſalē : alij omnes ſuperius:vt arg.ff.vnde lib.l.ſcripto.in fi.Sed nūquid corrigitur hodie diſtinctio huius.§.per aut. de hære. ab inteſta. §. j. col. ix. vbi nulla inter agnatos & cognatos differētia fit?P.dicit omnes in infinitum ſuccedere, & ſic corrigi quod hîc dicitur. Nos omnes vſque ad.x.gradum vocamus : non autem trahimus agnatos ad cognatos:cùm extēdere ſucceſſionem debeamus,id eſt velimus.vt.j.de bo.poſſ. §.adhuc.argu.contra.C. de pac.com.l.lege[a].& in authen.de nup. §. deinceps.colum.iiij.
Additio. Quod dictū eſt, patet in authē. in ſucceſsione.C. de ſuis & legi.

¶De gradibvs &c.¶Quoniā in ſuccedendo admittitur,qui eſt proximior in gradu : ut compræhēdatur quoto gradu quiſſit,ponitur iſte titulus.Aretinus.
Hoc loco.] ¶Iſte ti.diuiditur ī plures partes.Primò continuat materiam. Secundò incipit dinumerare gradus.Tertiò dat vnā regulā generalē in gradib⁹ ad cognatos.quartò ponit quomodo numerentur gradus agnatorū.Scdā ibi,quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi agnationis.
k ¶Necessarivm.] ſed quid ad nos de his? Reſpond.propter hæreditates quæ per gradus deferuntur,& tutelas, & propter teſtimonia non dicenda:vt.ff.eo.de gra. affi.l.iuriſconſultus.
l ¶Gradvs.] quid ſit, dic vt.j.eod.§. hactenus.
m ¶Admonendi.] ſic

Cognati & agnati pariter ſuccedunt hodie vſque ad decimum gradum. a Sol.ibi maior trahitur ad minorē : quia cōſtat partes in hoc tantùm cōueniſſe :ad hoc ſatis cōſtat de mente.l.ſucceſſionem ampliare volentis. Preterea cùm tex. hodie vocet cognatos, & agnatos cōſtat eos cenſeri legitimos & vt legitimos ſuccedere vſque ad x. gradum, vt hîc ar. ſ. e. in prin. Ange.

†Similis ti. eſt. ff. de gradi. affi.

t ¶Eos etiam.] non ſolùm agnatos capite minutos:vt.ſ.&c.
v ¶Tertio gradv.] ſcilicet cognationis.
x ¶Liberi.] vt.ſ.de hære.quę ab inteſt.§.admonēdi. Additio. Dic,hodie immutatum eſt:vt habetur.C.de adop.l.penul.Ange.
y ¶Eodem gradv.] ſcilicet tertio,puta cognationis.
z ¶Species est.] nā agnatio genus eſt.Conſanguinitas eſt illa quæ inter fratres tantùm eſt:vt.ff.de ſuis & le.l.ij.j.reſpō.&.ſ.de legi. agna.ſuc.§.j.
a ¶Cognati svnt sibi.] ſic.ff.eo.l.ſi ſpurius.
b ¶Itaqve omnibvs.] inter ſe,& cū matre:vt.ff.vnde cog.l.hac parte.
c ¶Hoc loco.] iſte.§.communis eſt ad totum iſtum titulum & illum.ſ. de legi.agna.ſuc.ſic.ſ.titu.j.§.ſi.
d ¶Legitimis.] ſcilicet agnatis.
e ¶Proximitatis.] id eſt cognationis.
f ¶Praetor.] cautè tacet hîc de iure ciuili.nam cognati de iure ciuili nō vocantur.Accurſius.
g ¶Vsqve ad sextvm.] imò videtur ꝙ vſq; ad quintū tātū vocētur tam agnati,quàm cognati:vt.ff.de vetera.mi.ſuc.l.ij.§.ſi.Sed reſpon.illa etiā in caſtrēſibus loquitur;hæc in alijs.Vel dic ꝙ ibi ita erat de facto,ſcilicet quidam in quinto gradu:& ita factū narrat. Additio. Dic ꝙ prima

ff.eo.de gra.affi.l.j.
n ¶Aliam ex transverso.] hæc ſuperflua videtur:vt.ff. eod.l. teſtamēta.contra.Sol.ibi in directa linea tantùm loquitur,hîc in indirecta.
o ¶A secvndo] ſed quare non à primo?Reſpō.cùm ego patri meo ſim in vno gradu,& ipſe pater fratri meo in alio:ſumus ergo in duobus gradibus ego cū fratre:facto aſcenſu ad patrē quaſi per quēdā gradū:vt.ff.e.l. iuriſcōſultus.§.gradus[b].ſed nullius ex trāſuerſo ꝓximior fratre inuenit:ergo nō pôt inueniri primus gradus à latere:vt hîc,&.ff.e.de gra.af.l.j. in princ.
p ¶Pater mater.] ſi pater eſt mihi in primo,& ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus?R.ſi.nō ſequitur.nā ſum ei in primo ita ꝙ in eodē:& inter me & ipſum vnū tātū gradū facimus ad ſimilitudinē feneſtrę.nā duę colūnæ ex lateribus vnā faciūt feneſtrā:tertia autē adiecta fiet alia feneſtra. & ita in gradu perſona adiecta etiā vna deinceps facit gradū:vt.j.e.§. hactenus. Additio. No.hāc gl.ꝙ ad faciēdū vnū gradum primū non ſufficit ponere vnā perſona, ſed duæ perſonæ primæ faciūt vnū gradum: quo primo gradu facto,ex duabus perſonis, vna quæque perſona ſola, quæ poſteà adiungitur facit aliam gradū ad ſimilitudinem feneſtræ:quia neceſſariò ad perficiendum vnam feneſtram requiruntur duæ columnæ : poſteà vnaquæque columna ſuperaddita facit aliam feneſtram.Ange.
q ¶Filivs filia.] qui licet multi ſint:omnes tū ſunt patri in primo:in-

Cognatio trāſuerſalis quare non incipit à primo gradu. b In plano enim de iure ciuili nō eſt gradus: & iterū à patre deſcendis ad filiū: & eſt ſecūdus gradus. de iure autē cano. nō aſcēdiſ ad ſtipitē,imò per ſaltus etiam in linea plana fit cōputatio: vt per Ang.hîc & j.e. §. hactenus.

ter ſe autem in ſecundo:vt.ff.e.de gra.affi.l.iuriſconſultus.§.tranſeamus.

a ¶Ex transverso.]nũc de hoc gradu incipit:cùm nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur:vt.ff.e.l.j.in prin.

b ¶Ex transverso.]no.cautè ꝙ etiã illi qui ſunt ex trãſuerſo,diuidũtur in ſuperiorẽ,& inferiorẽ lineã,& ſic reperies in ſequẽtibus gradibus,& quandoq; in parentibus: vt.j.eo.§.quarto.

¶Auus,& aliæ perſonæ hic enumeratæ ſunt in ſecundo gradu.Areti.

¶Secundo gradu ſuprà auus, auia:infrà nepos, neptis:ex tranſuerſo [a] frater & ſoror.

¶Proauus & aliæ perſonæ hîc poſitæ, ſunt in tertio gradu cognationis.Ange.

¶Tertio gradu ſuprà proauus,proauia:infrà pronepos,proneptis:ex trãſuerſo [b]fratris ſororiſque filius,filia:& conuenienter patruus,amita, auũculus,matertera.Patruus [c]eſt frater patris,qui græcè [d]πατρωὸς †appellatur. Auũculus eſt frater matris, qui apud Græcos propriè μητρῶος †appellatur, & vterque promiſcuè θεῖος dicitur. Amita † eſt patris ſoror, quæ græcè πατραδέλφη appellatur.Matertera verò matris ſoror,quæ græcę μητραδέλφη dicitur. & vtraq; promiſcuè θεία, vel apud quoſdam τηθὶς appellatur.

¶Qui diſtat à ſtipite per tres perſonas, vel gradus, tam in linea aſcendenti, quàm deſcendenti:directò eſt in quarto gradu: ſed in linea tranſuerſali, ſi diſtat per duas perſonas.Areti.

¶Quarto gradu ſuprà abauus, abauia:ĩfrà abnepos, abneptis, ex trãſuerſo fratris ſororiſque nepos [e] † neptis: & conuenienter patruus [f] magnus, amita magna, id eſt, aui frater, & ſoror.item auunculus [g]magnus, & matertera magna,id eſt,auiæ frater,& ſoror.cõſobrinus,conſobrina,id eſt,qui quæve ex fratribus progenerãtur aut ſororibus.Sed quidam rectè cõſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerãtur:quaſi conſororinos.eos verò qui ex duobus fratribus progenerãtur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcuntur, ſorores patrueles*appellari. At eos qui ex fratre, & ſorore progenerantur, amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij conſobrinum te appellant: tu illos amitinos.

¶Atauus, & atnepos, & aliæ perſonæ hîc enumeratę,ſunt in quinto gradu.Are.

¶Quinto gradu ſuprà atau⁹, atauia: infrà atnepos, atneptis:ex tranſuerſo fratris ſororiſque pronepos, proneptis : & conuenienter propatruus,

c ¶Patrvvs.]vnde verſus:Sũt patrui patris fratres:amiteq; ſorores. Frater auũculus eſt: ſoror eſt matertera matris.

d ¶Graece[a].]id eſt patroos , vt clarè patet ex textu, dicit frater patris:& mitroos,frater matris:& vterq; poteſt dici theios. Similiter patradelphæ eſt ſoror patris. Mitradelphæ verò ſoror matris : & vtraque theia dicitur.

e ¶Nepos.]hoc inferius reſpicit.

f ¶Patrvvs magnvs.]hoc refertur ad ſuperiorem lineam tranſuerſalem.

g ¶Avvncvlvs magnvs.]hoc aũt cõſtat ꝙ qui eſt mei patris patruus, mihi erit magnus patruus , qui meæ matris auunculus eſt mihi erit magnus auunculus. Sed quid ſi erat patruus matris meæ , vel auunculus mei patris? Reſpon. Io. omnem illum mihi eſſe patruum,vel auũculũ magnũ qui eſt, meo patri,vel matri ſimplex : vt.ff.e.de gra.aff.l. iuriſcõſultus.§. patruus. &.C.de ſuc. edic.l.j. Sed Ro.contra.

h ¶Filivs filia.] iſti nominatiui regũt ſuperiores genitiuos,ab illo verſiculo: itẽ fratris &c.Et ſunt omnes iſti in quinto gradu lineæ collateralis,reſpectu deſcẽdentium.

i ¶Propior sobrinvs.] q.d.qui filius dicitur propior ſobrinus , & filia quæ dicitur propior ſobrina. Additio. Vel dic & fortè melius ſenſum textualẽ eſſe, ꝙ propior ſobrinus & propior ſobrina ſunt in quinto gradu. Et qui ſint tales declarat textus ſubiungẽs, hi ſunt patrui &c. Eſt enim propior ſobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ.& idem dicas de propiore ſobrina:ꝙ ſcilicet ſit filia &c. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret arborem ,corrumperet.

k ¶Hi svnt.] ſubaudi,in quinto gradu lineæ collateraliũ ex parte aſcendentium:ſcilicet filius patrui mei magni, & ſimilium:de quibus dicitur hîc, &.ff.eo.l.j.in fi.&.l.ij.

l ¶Generata.] quæque perſona gradum.Hoc eſt verum ſi vna ab vna: non ſi plures ab vna : vt.ff.eodẽ.l.iuriſconſultus.§.tranſeamus. & hoc eſt verum ex omni ordine graduum,ſecundum nos[b].Sed ſecundum canones ex latere tranſuerſo aliud eſt.nam quem nos dicimus in ſecundo.ipſi dicũt in primo.& quem nos in quarto,ipſi in ſecundo:& ſic de ſingulis:vt in decre.xxxv.q.v.c.ij.Sed fuit eorũ cõſideratio bona propter matrimonia[c]:noſtra etiã bona propter hæreditates:quæ per gradus deferuntur: vt.j. de bo. poſ.§.quos autẽ.&.ff.e.l.iuriſconſultus.in prin. Additio Idẽ in ſtatutis & pactis vbi de pacto non agitur:ſecundum Ange.hîc.no.hanc glo.

Patruus & auunculus, amita & matertera differunt.

a Iſta glo. non eſt Accur.ſed additio.

† Aliâs, πατράδελφος.

† Aliâs, μητράδελφος.

† Amita dicitur quaſi à me tertia vel quia à patre meo amata ſit, nã plus ſorores à fratribus quã fratres diligi ſolent. Egi. Perri.

Patruus patris eſt mihi patruus magnus.

† Hîc dicũt Nico. & Ang. ꝙ filius fratris dicitur nepos, per hũc text.& in. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub mo.ſed hi textus nihil faciunt. dicit tamẽ Dy. ꝙ quĩque capitur nepos pro filio filij, quĩque & impropriè pro filio fratris: vt in glo. j. & in l. auunculo ff. de do. cau. mor. tex.ĩ.x.co. q mod.feu. §.ſimiliter ſic Auguſt⁹ Cæſaris nepos ex ſorore dict⁹ eſt. Egi. Perri.

*Appellant.

b Et ſic in directa linea aſcẽdẽtiũ, & deſcẽdẽtiũ nõ eſt differẽtia: quia vtroque iure ſi perſonæ de quibus agitur, diſtant æqualiter: quoto gradu diſtant inter ſe & inæqualiter: toto gradu diſtant quoto diſtat remotior.

c Ipſi enĩ recipiunt à

proamita, id eſt, proaui frater, & ſoror:& proauunculus,& promatertera,id eſt, proauiæ frater, & ſoror. Itẽ fratris patruelis,vel ſororis patruelis, conſobrini,& cõſobrinæ, amitini, & amitinę,filius [h]filia ꝓpior [i] ſobrinus, propior ſobrina †:hi [k] ſunt patrui magni, amitæ magnæ , auunculi magni,materteræ magnæ filius filia.

¶Tritauus, & aliæ perſonæ hîc enumeratæ,ſunt in ſexto gradu.

¶Sexto gradu ſuprà tritauus, tritauia:infrà trinepos, trineptis:ex tranſuerſo fratris ſororiſque abnepos, abneptis : & conuenienter abpatruus, abamita,id eſt, abaui frater, & ſoror: abauunculus,abmatertera,id eſt abauiæ frater, & ſoror. item propatrui, proamitæ,proauunculi,promaterteræ filius, filia. item propioris ſobrini ſobrinæve filius †,filia : item ſobrini ſobrinæque,id eſt, qui, quæve ex fratribus, vel ſororibus patruelibus, vel conſobrinis , vel amitinis progenerantur.

¶Vnica perſona adiecta alteri perſonæ, per carnis propagationem facit gradum tam in cognatis,quàm in agnatis.Areti.

¶Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quẽadmodum gradus cognationis numerentur.Namque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoq; gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata [l] ꝑſona gradum adijcit[m],vt longè [n]facilius ſit reſpondere,quoto [o] quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione,quemquam denotare.

¶In gradibus agnationis, & cognationis ſimilis eſt cõputatio. Et quia facilius oſtẽditur res ad oculum corporalẽ, quàm intellectualem:ideo neceſſarium eſt, hic arborem conſanguinitatis inſcribi.Areti.

¶Agnationis quoque gradus eodem modo [p] numerantur. Sed cùm magis veritas oculata fide , quàm per aures [q] animis hominum infigatur : ideo neceſſarium duximus, poſt enarrationem graduum , eos etiam præſenti libro inſcribi : quatenus poſsint & auribus, & oculorũ inſpectione adoleſcentes perfectiſsimam graduũ doctrinam adipiſci [r] †.

quæ allegatur cotidie,quòd in concernẽtibus peccatũ prævalet ius canonicum, etiam in terris imperij : & econtra in non concernentibus peccatum prævalet ius ciuile,etiam in terris eccleſiæ:vt per Ange.hîc.

m ¶Adiicit.]hîc poteſt colligi definitio gradus, vt dicatur : Gradus eſt numeratio ſingularum perſonarum cognatione,vel affinitate ſibi coniunctarũ, quoto gradu, vna perſona diſtat ab altera, optimè indicans. Dictus quaſi lapideus gradus: vt.ff.e. l. iuriſconſultus. §.gradus.Accur.

Additio. Gradus ſecundum doc. aliter diffinitur. Gradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis. Vel eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis,vel cognationis, ſeu affinitatis diſtantia.

n ¶Longe facilivs sit.] propter duas rationes : & quia vltra trinepotem, vel tritauũ vocabula non inueniuntur ſpecialia : ſed ſuperiores & inferiores vocãtur:vt ff.eo.l.fin.§.parentes.& hoc quia ſunt plura negotia,quàm vocabula:vt ff.de præſcript. ver.l.iiij. Sed vſque ad quem numerabimus? Reſpon.vſque ad.vij. cognatorum: & vſque ad.x.agnatorũ: vt.ff.eo.l.non facilè. &.ſ. titu.j.§.fina.niſi ratione demõſtrandi vellemus vlterius numerare non vtilitatis : licet Decretiſtæ hîc aliter dicant.

Additio No ta quòd Decretiſtæ contrarium dicunt ſolùm in collaterali linea : non autem in directa:vt.ſ.dixi. Si vis ergo ſcire de duobus agnatis, quoto gradu diſtant de iure ciuili : incipe ab vno , & computa ab illo deſcendendo ad perſonam mediam, ex qua omnes deſcendunt : & poſteà deſcende ab illa vſque ad aliam,quam vis computare:& apparebit quoto gradu ſit. Sed de iure canonico incipias à perſona, ex qua deſcendunt perſonæ de quarũ gradu agitur. Verbi gratia, vis ſcire quoto gradu ſunt filij duorum fratrũ de iure canonico? incipe ab auo:& fac vnum gradum ad filium:& de filio ad nepotem ex alio fratre : qui ſimiliter eſt in ſecundo gradu . vnde quoto gradu quilibet diſtat à ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe : remotior autem addit gradum : vt in capitu. ſedem. trigeſima quæſtione prima.Angelus.

o ¶Qvoto gradv.] ſcilicet octauo vel decimo.

p ¶Eodem modo.] ſcilicet adiecta perſona.

q ¶Per avres.] vnde Horatius in arte poetica:

Segnius irritant animos demiſſa per aures.
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Certior aure arbiter eſt oculus, & vt ait Cãdaules in Herodoto, magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi.Egi.Perrinus.

r ¶Adipisci.] vnde quidam habent hîc arborem.Accurſius.

Additio. Et in veritate debet eſſe : cùm textus & gloſſæ illam requirant.

perſona ex qua deſcendunt illi de quorũ gradu agitur. Sed de iure ciuili incipim⁹ ab vno ex iſtis, de quibus agitur , extendẽdo ad ſtipitẽ : & ab eo iterũ deſcendendo, ad aliũ . & quoto gradu diſtat remotior, toto gradu diſtãt inter ſe:vt hîc ꝑ doc.

Gradus quid eſt, & vnde dicatur.

† Aliâs, ꝓpius ſobrino propius ſobrina.

Negotia plura ſunt quã vocabula.

† Aliâs, itẽ propius ſobrino ſobrináve filius filia.

† bem dare doctrinã per modum magis facilẽ . Eg. Perrinus. Horatius.

Cognationis ſpiritualis ſtudioſiſsimis quibuſcunque præſertim eccleſiaſticis, apta & vtilis materia.

CHriſtophorus Porcus iuris vtriuſq; profeſſor acutiſsimus, quia difficultates aliquas circa cognationis ſpiritualis materiam, hîc luculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit abſonum, neq; à propoſito alienum. quæ verba talia ſunt.

¶ Quæritur, an ratione cognationis ſpiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter cōpatrem & cōmatrem impeditur matrimonium: ac etiā inter patrem ſpiritualem, & filiam ſuſceptā ex ſacro fonte. & hoc ſi iſta cognatio ſpiritualis fuerit cauſata, ſiue per ſanctum baptiſma: ſiue per ſanctum chriſma. xxx. quæſtione. iiij. c. ſiquis vnus.

¶ Addite prædictis, quòd ſi maritus & vxor tenuerint aliquem, vel aliquam ad baptiſmū, vel chriſma, quilibet eorum efficitur cōpater, vel commater. d. c. ſiquis vnus. Et hoc verum, quādo tempore cognationis ſpiritualis contractæ conſtabat inter eos matrimonium. ſecus ſi ex poſtfacto fuerit contractum. c. Martinus Bertā. extra de cog. ſpi. cū ſua gl. Ecōtrà autē, ſi tenueris ad ſacrum chriſma, vel ſanctū baptiſma, filiū, vel filiā meā, ex alia muliere, quàm vxore, non efficitur tibi commater. c. qui ſpiritualem. xxx. q. iiij. Ratio, quia in cōtrahēda cognatione ſpirituali, maritus, & vxor, copulant ſibi actiones, & non paſsiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia ſunt duo in carne vna d. c. ſiquis vnus. in fine.

¶ Sed quid ſi fornicator teneat aliquē ad ſacrū baptiſma, an cōcubina efficiatur cōmater? Videretur ꝙ ſic. Nā ſicut vxor hoc caſu ideo efficitur commater, quia eſt eadē caro cum marito. d. c. ſiquis vnus. ita de cōcubina: quia qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur cum ea. xxxij. q. iiij. c. in eo. Alij ibi tenuerūt cōtrariū, quorū ſentētia magis placet: qa abſurdè dictū videretur, ꝙ ſpiritualitas ſuper re improbata cauſaretur: ex vtraq; ſcriptura, & hominū opinione. Nō obſtat, ꝙ cōcubina, & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponūtur. i. duo cōueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in. d. c. in eo. Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eā, quæ fuit ſibi cōmater ante matrimoniū? Dicite ꝙ ſic. c. poſt vxoris obitū. xxx. q. iiij. Sed quid de filijs duorū cōpatrū: an poterūt ſimul matrimonio copulari? Dicite ꝙ ſic, ſiue nati fuerint ante cōpaternitatē, ſiue pōſt: dūmodo matrimoniū non contrahaaur cum eo, vel cum ea, per quorū alterū deuentum fuit ad cōpaternitatem. c. j. & ca. ſuper eo. extra de cogn. ſpi. Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor acutiſsimus.

¶ Nota pro ampliori, & faciliori intelligētia huius materiæ, ꝙ cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimoniū contrahēdum, & dirimit pōſt contractū, oritur ex datione duorū ſacramētorum dūtaxat: quæ ſunt baptiſmus, & cōfirmatio: non autem ex aliorū datione, ſeu miniſtratione. patet in. c. fi. de cog. ſpiri. lib. vj. Ratio eſt: quia in baptiſmo renaſcimur: & chriſmatio frontis ipſum confirmat: quod non eſt in alijs ſacramentis. Io. And. in. d. c. fi.

¶ Nota vlterius, quòd ex hac cognatione. xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet. x. ratione baptiſmi, &. x. ratione confirmationis. Ratione enim baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis, impediens, & dirimens, vt dictum eſt.

¶ Primo inter has perſonas,

Baptizatum, & baptizantem.
Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam.
Baptizatum, & filios baptizantis.
Parentes baptizati, & baptizantem.
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis, prius cognitam.

¶ Secundo inter has perſonas, videlicet inter

Baptizatum & ſuſcipientem.
Baptizatum, & vxorem ſuſcipientis, prius cognitam.
Baptizatum, & filios ſuſcipientis.
Parentes baptizati, & ſuſcipientem.
Parentes baptizati, & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.

¶ Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem: qui ſcilicet ponit faſciolam ſupra frontem, poſt confirmationem epiſcopalem. De hoc vide textum cum gl. in. c. j. de cognatione ſpirituali, libro. vj. Iſta clariſsimè referantur per carmina ſequentia:

Spiritualis ab his cognatio fit ſacramentis:
Quæ ſunt Baptiſmus, ac confirmatio frontis.
Perſonasq; decem connectit quodlibet horum.
Baptizans, huius vxor, ſi cognita primò:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cum conſorte thori, baptizans atque parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali fune ligati.
Baptizans, & ſuſcipiens hîc æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

¶ Hæc nota diligenter: quia ſingularia ſunt, & plurimùm vtilia: nec eſt plures caſus reperire, qui matrimonium dirimant.

QVæritur ad propoſitū materiæ præſentis, de quæſtione cotidiana & apud vulgares ſatis dubia. Pone quòd duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo: nunquid iſti inter ſe efficiuntur compatres? Innocētius (& bene) dicit ꝙ non. Vnde poſſunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodum compattes carnales, vt concubinarius, & concubina nō prohibeutur matrimonium contrahere: vt in ca. tanta. extra qui filij ſint legi. ita & iſti qui ſunt compatres ſpirituales, reſpectu baptizati, non debent prohibere contrahere matrimonium. Et pro hoc facit tex. & ibi glo. in. c. fi. xxx. q. iiij. vbi dicitur ꝙ maritus & vxor non debēt aliquē ſimul de ſacro fronte leuare: ne infamentur de facto. nam vulgares exiſtimant alios eſſe cōpatres. Hæc ſunt verba Abbatis ſiculi in. c. Martinus. extra de cogna. ſpiri. De hoc in ſummula pauperum.

Maſculus & mulier puerum de fonte leuantes,
Legitimè iungi poterunt: nec ſunt prohibendi.

¶ Quæritur vlterius. Pone ꝙ tenui aliquam puellā in baptiſmo. volo contrahere cum eius ſorore, an poſsim? Dicendum ꝙ ſic. pater enim ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis: bene tenet matrimonium. xxx. q. iij. c. vltimo.

VNDE VERSVS.

Duco meæ natæ germanam ſpiritualis.

¶ Quæritur inſuper. Pone ꝙ filius meus tenuit in ſacris fontibus filiam. volo cum illa filia poſtquàm ad annos nubiles peruenit, cōtrahere: an liceat? Dic ꝙ ſic. Poteſt enim pater ſumere filiam ſpiritualem filij ſui carnalis: quia licet cognatio ſpiritualis de parte ad filios deſcendat: vt. c. j. &. c. ſuper eo. extra de cogna. ſpiri. non tamen aſcendit de filijs ad patrem, cùm iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitoriū eſt: adeò, ꝙ cuilibet licet cōtrahere, niſi expreſsè prohibeatur. c. cùm apud. extra de ſponſa. & matri. Hoc notat Ioānes Teuthonicus gloſſator Decreti, in. c. fi. xxx. q. iij. Hoc idem recitat & approbat Ioannes Andreas. in c. j. de cogna. ſpiri. li. vj.

VNDE VERSVS.


Eſſe mei nati coniunx, mihi ſpiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Deſcendunt, & non aſcendunt talia vincla.

¶ Multo plura de huiuſmodi materia poſſent adduci: ſed pro nūc hæc ſufficiant. Si tamen vis videre, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſsit cōtrahi, recurras ad Bartolū in. l. Gallus. §. forſitā. ff. de libe. & poſthu. ad Ange. Aretinum in. §. illud. inſti. de nup. ad Ioan. Andre. in regula, poteſt quis per alium. de regu. iur. in. vj. & ad Panor. in. c. veniens. extra de cogna. ſpiri. Deciſionē tamen communem, & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorē poſsit contrahi. c. fina. de procu. lib. vj. non tamen cognatio ſpiritualis.

VNDE VERSVS.

Procurator habet nodos vincire iugales:
Non tamen hos nexus, domino dat ſpirituales.

DEO GRATIAS.



✝Hactenus fœdè hîc hallucinatum eſt. Nam quum trinepos fratris, dicatur quaſi tertius eius nepos, ſicut tritauus quaſi tertius auus. l. fin. §. ſexto gradu. ff. de gradi. affi. Clarum eſt, ꝙ filius trinepotis fratris, non poteſt dici quadrinepos ipſius fratris: quippe qui quartus eius nepos non eſt, ſed tertij tantùm nepotis ipſius fratris filius. Lege ergo ſic in hac penultima cellula (fratris trinepotis filius, filia.) Eadem ratione ita leges & in vltima cellula (fratris quadrinepos, quadrineptis.) Nam nepotem trinepotis fratris: eiuſdẽ fratris quadrinepotem. i. quartum nepotem eſſe, nemo ambigit: non quinquenepotẽ: vt praua hactenus inoleuit conſuetudo. Et aduerſo item huius arboris latere, in penultima cellula legendum puto (Sororis trinepotis filius, filia.) expunctis his verbis, (Sororis quadrinepos quadrineptis.) Et in vltima, in horum verborum locum (Sororis quinquenepos, quinqueneptis) ſubſtitues hæc, (Sororis quadrinepos quadrineptis.) vide gl. vſque ad quintũ. §. multis alijs. j. de ſucceſ. liber. quæ non vocat filium trinepotis, quadrinepotem ſed trinepotis filium. Et ratio eſt: quia vltra tritauũ & trinepotẽ nõ reperiuntur vocabula ſpecialia: vt vult idem Accur: & rectè in. §. hactenus. ſ. eo. hoc pacto locus hic nimia tẽporũ vetuſtate iam pene obſoletus, impureq; temeratus, germanæ lectioni nobis authoribus nunc primum, vt ſpero, reſtituetur. Egi. Petri.

Arboris Ciuilis decimum ad gradum deſcendentis peculiaris declaratio.

GRadus, lineæ, & conſanguinitatis definitionibus omiſsis,ſciendum,quòd numeratio punctorũ qui ſunt in cellulis,eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam vacuam:à qua omnes ſumũt nomen:exceptis his quæ per genitiuum nominãtur. Hanc Io.And.nomine ſui bidelli Petruciũ vult vocari. puncti, qui ſuperiores ſunt, cõputationẽ iuris canonici denotant.Illi autem qui inferiorem locum retinẽt,cõputationem ciuilis iuris exprimunt:quod canonico ſubeſſe ipſa graduum ſituatio declarat. Ex prædicta cõputatione,ſi diligenter inſpicitur, apparet, quòd in aſcendentium,& deſcendentium numeratione,ius vtrunq; concordat:quia in eis perſona addita perſonæ per carnis propagationem,gradum adducit.Vt autem hæc arbor cunctis innoteſcat, notandæ ſunt tres regulæ.

¶ Prima.Aſcendentium & deſcẽdentium,quot ſunt perſonæ,de quib⁹ quęritur:cõputatis intermedijs,vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. verbi gratia. Abauus diſtat à Petrucio quatuor gradibus:& ſic de alijs.

¶ Secũda(ſecũdum ius ciuile,cuius tantùm gratia hæc arbor fuit hìc impreſſa)talis eſt:Collateraliũ in linea æquali quoto gradu qs diſtat à cõmuni ſtipite,toto duplicato diſtãt inter ſe,vel ſibi attinẽt:vt P.& pronepos propatrui diſtãt octo gradibus,cùm abauũ ſtipitem facis.Nam ſecũdum leges,quælibet perſona gradum facit in collateralibus:vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶ Tertia collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ(ſtipite dẽpto) tot ſunt gradus.vnde Petrucius diſtat à ꝓpatruo qnq; gradibus. Ab eius filio, ſex.& ſic de alijs.Non inutile forſitã iudicabitur, ſi aliquid de computationis diuerſitate inter ius ciuile & canonicum ſubiunxerimus.In legibus ob nihil aliud ipſa graduũ mentio facta eſt:niſi vt hæreditas vel ſucceſsio ab vna ad alteram perſonã inter conſanguineos deferatur.In canonibus verò ob hoc progenies computatur:vt aptè monſtretur vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptijs ſit abſtinendum.Hac ergo de cauſa quia hæreditates nequeunt deferri:niſi de vna ad alteram perſonã:idcirco curauit ſecularis Imperator,in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus.Quia verò nuptię ſine duab⁹ nõ valent fieri perſonis::ideo ſacri canones duas in vno gradu conſtituere perſonas. Hæc habentur plenè ca.ij.xxxv.q.v.& ferme per totam illam quæſtionem.

Multa dies,variusq́ꝫ labos,huiuſce parauit
Artis notitiam:quæ modò clara patet.

Chriſtophori Porci,in arborem,& ipſius intelligentiam,quæſtiones plurimùm vtiles.

PRo declaratione iuris canonici & ciuilis, & etiam intelligẽtia huius materiæ,& eorũ quæ pertinent ad illã,quædã videnda ſunt.Primò qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili,& de iure canonico,ſecũdum vtriuſq; iuris rationum diuerſitatẽ. Secũdò,vſq; ad quem gradum deferuntur hæreditates & tutelæ. Tertiò,vſq; ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò,vſque ad quem gradum poſsit Papa diſpenſare.

¶ Circa primum dicite,ꝙ quo ad lineam aſcendentẽ nulla eſt differentia inter ius ciuile,& ius canonicum. Vtroq; enim iure pater & mater ſunt in primo gradu aſcendentium:& ſimiliter filius & filia deſcendentiũ:& ſic ſupra & infra in infinitum:quia in dinumeratione graduum in linea aſcendentium & deſcendentium vtrunque ius habuit reſpectum ad ſtipitem,ſcilicet ad primũ parentem:vt hîc,cum gloſ.xxxv.q.v.c.ad ſedem.In linea tranſuerſali,inter ius ciuile,& ius canonicum duplex eſt differentia.Prima, quia iure ciuili,frater & ſoror ſunt in ſecundo gradu:iure canonico ſunt in primo.Ratio differentiæ ſumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit,quòd vnaquæq; perſona adiecta nouum gradum generat:vt hîc in verſi.hactenus.Vnde,cùm ego ſim in primo gradu patri meo:ſi naſcatur mihi frater vel ſoror,ex generatiõe huius perſonę cauſatur nouus gradus:& conſequẽter appellatur in ſecundo. Sed iure canonico,ideo appellatur in primo,quia ius canonicum non conſiderauit dinumerationem graduum in linea tranſuerſali,habito reſpectu ad ſtipitem,id eſt communem parentem: ſed conſiderauit,quòd duo fratres,duæ ſorores,tribuunt initium lineæ tranſuerſali:& ideo in primo gradu illius lineæ, illos conſtituit.Secunda differẽtia eſt,quia iure ciuili regula traditur,quòd in linea tranſuerſali ſola perſona adiecta facit nouum gradum:vt hîc. Iure autem canonico,pro regula traditur,quòd ad cauſandum nouum gradum duæ perſonæ requirantur. dicto.c.ad ſedem. Ratio differẽtiæ : quia ius canonicum,dinumerat gradus ratione copulę matrimonialis.vnde ſicut ad cauſandum copulam matrimonialem,requiritur concurſus duarum perſonarum:ita ad cauſandum gradum quò ad eam.Sed ius ciuile dinumerat gradus, quò ad hæreditates & tutelas.vnde cùm tutela & hæreditas deferatur de vna perſona in aliam:nimirum ſi vnaquæq; perſona generat nouum gradum.Iſta fuit ratio poſita in dicto.c.ad ſedem.

¶ Quò igitur ad inhibendam,vel permittendam copulam matrimonialem,dinumerabuntur gradus ſecundum ius canonicũ : quò autem ad tutelas & hæreditates deferendas,connumerabuntur ſecundum ius ciuile.

¶ Circa ſecundum dicite,quòd vſque ad decimum gradũ deferuntur hæreditates & tutelæ.vidiſtis ſuprà tit.j.§.fi.cum ſua gl.& ſuprà de cap.dimi.§.fi.de legi.agn.tu.in tex.& in gl.

Matrimoniũ vſque ad quẽ gradũ prohibetur.

¶ Circa tertiũ dicite,ꝙ olim erat prohibita copula matrimonialis vſq; ad ſeptimũ gradũ agnationis,vel cognationis incluſiuè:hodie autẽ eſt prohibita,vſq; ad quartũ gradũ incluſiuè, dinumeratione facta ſecũdum ius canonicũ.c.non debet. extra de cõſang. & affi. Sed hîc dubitatur.Pone ꝙ vnus ſit in quinto gradu tranſuerſaliũ: alius ſit in quarto.an impediatur copula matrimonialis?Si inſpiciamus perſonã exiſtentẽ in quarto gradu,illa impeditur. Si inſpiciamus perſonã exiſtentem in quinto gradu, permittitur. Dicite, quòd copula eſt permittẽda:quia quoto gradu remotior diſtat à ſtipite,eodẽ gradu diſtat à quolibet deſcẽdente.c.fi.extra de conſan.& affi.Illud tñ eſt palàm,quòd inter aſcẽdẽtes & deſcẽdẽtes, eſt prohibita copula matrimonialis in infinitũ.vnde ſi Adam viueret,vxorẽ habere non poſſet.§.inter eas.& ibi gl.ſuprà de nup.

¶ Sed quid de gradu affinitatis?Dicite,quòd licet olim ratiõe affinitatis eſſet prohibita vſq; ad tertiũ genus,vt aliqui dixere : veritas tamẽ hodie eſt,quòd ſolùm prohibetur quo ad genus primũ: vt no.gl.iij.in.c.non debet.extra de conſang.& affi.

Affinitas an cõtrahatur ex coitu illicito.

¶ Sed nunquid per coniunctionẽ illicitam cauſatur affinitas?In hoc articulo non parcam in totum verecũdiæ Archi.xxxv.q.iij. c.extraordinaria.dixit per hãc diſſolui matrimoniũ:& in hoc benè:ſed non cauſari affinitatẽ.propterea quia affinitas eſt irregularitas perſonarũ ex nuptijs deſcẽdentium.l.non facilè.§.affines.ff. de gradi.vbi ergo non ſunt nuptiæ,ibi non cauſatur affinitas.Sed gl.tenuit cõtrarium in.§.affinitatis.s.de nup. quæ cõmuniter cõprobatur per.c.tuæ.& per.c.Iordane.& per.c.diſcretionem.extra de eo qui cog.cõſan.vxo.ſuæ.Stat igitur cõcluſio,quòd per illicitam coniunctionẽ cõtrahitur affinitas.Sed quid ſiquis non intrauit clauſtra vuluæ,in circuitu tamẽ palpitauit:vel ſeras reſerauit, ſed opus non expleuit:an cõtrahatur affinitas?gl.in.d.c. extraordinaria.dicit quòd nõ.Itẽ dicit illud quod nõ dico.Dicit Inno. quòd ad cauſandum affinitatẽ requiritur concurſus vtriuſque ſanguinis. Sed tamẽ cauſa euitãdi peccata,ius canonicũ,& ſancta mater eccleſia in dubio præſumunt ex copula concurſum vtriuſq; ſeminis,& maris & fœminæ interueniſſe.c. iuuenis. extra de ſpon. Addite prædictis,quòd ſi aliquis promiſerit alicui illam accipere in vxorem,poſtmodùm habeat copulam cum ea ſine alijs verbis:intelligitur validum matrimonium extitiſſe contractum : nec cum alia cõtrahere poſſet:ſed matrimonium poſteà cum alia contractũ eſſet diſſoluendum.c.is qui fidem.extra de ſpon.

¶ Circa quartũ dicite breuiter,quòd in gradu aſcẽdentium,& deſcẽdentium non poſſet papa diſpenſare, vt copula matrimonialis cõtrahatur.Non poſſet enim papa diſpẽſare, quòd filia patri copularetur.Item nec in linea tranſuerſali in gradu primo.vnde non poſſet papa diſpẽſare,quòd fratri ſoror nubat. Item nec in gradu ſecundo,linea exiſtente inæqualiter.vnde non poſſet diſpenſare, quòd neptis patruo nuberet vel auunculo.In linea verò ęquali benè poſſet diſpenſare,vt conſanguinea conſanguineo copularetur, & ità communiter concluditur in.c.literas.extra de reſti.ſpo.facit.c.gaudemus.extra de diuor.

Matrimoniũ ſemel cõtractum an poſsit ꝑ papam diſſolui.

¶ Sed an papa poſsit diſpenſare, vt matrimonium ſemel contractum diſſoluatur?Dicite breuiter,aut matrimonium fuit per copulam carnalem conſummatum,aut non.priore caſu non poteſt,poſteriore autem ſic:quia primo caſu effecti fuere duo in carne vna: ſecundo verò non.Item quia matrimonium conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione diuina, contra quam non poteſt papa diſpenſare.c.propoſuit.& ibi ſupra ius, extra de conceſsio. præben.ſed matrimonium non conſummatum ſortirur naturam ex conſtitutione eccleſiæ,cõtra quam papa bene poteſt diſpenſare.iſta eſt gloſſ.ordi.in cap.ex publico. extra de conuer. coniuga.in gloſſ.fina.

¶ Sed nunquid maritus & vxor poſſunt ſe ſeparare ? Dicite : aut copula non eſt ſubſecuta,& tunc quilibet eorum altero inuito poteſt ſeparare matrimonium per ingreſſum religionis. ſecus ſi copula fuerit ſubſecuta:niſi vterque concordauerit,quòd vterq; pariter intret religionem:vel alter qui remanet in ſeculo ſit talis conditionis & qualitatis,quòd nulla ſuſpicio fornicationis ſiniſtra ſit contra eum:vt quia ſit ætate confectus,capitu.quidam,capitu.verum, capitu.vxoratus, & capi.cùm ſis prædictus. extra de conuer.coniuga.

Continuatio.

DE SERVILI COGNATIONE. ¶ *Quia.ſ.de cognatione, & ſucceſſione cognatorũ liberæ conditionis dictũ eſt:nũc quia naturali iure inſpecto inter ſeruos etiã cadit cognatio, & dubitari poſſet, an inter ſeruos eſſet ſucceſſio:ideo de ſeruili cognatiõe meritò ſubdit. Nec obſtat quòd inter illũ ti.de ſucceſſione cognatorũ, & iſtũ ſit titulus intermedius de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiã horũ tit. continuatio nõ uitiatur. l.reos.§.fi.ff.de duobus reis. Porcus.*

TITVLVS VII.

De ſeruili cognatione.

¶ Cognatio ſeruilis, id eſt quę habuit originem in ſeruitute, non conſyderabatur olim: hodie verò ſecus inter patrem & filios, & fratres & ſorores. Aretinus.

ILlud [a] certum eſt, ad ſeruiles cognationes illã partem edicti [b], qua ꝓximitatis [c] nomine bonorũ poſſeſſio permittit̃, nõ ꝑtinere [d]. Nã nec † vlla antiqua lege talis cognatio cõputabat̃ [e]. Sed noſtra conſtitutione, quã pro iure patronatus fecimus, (quod ius vſq; ad noſtra tꝑa [f] ſatis obſcurũ, atq; nube plenũ, & vndiq; confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerẽte cõceſsimus, vt ſiquis in ſeruili cõſtitutus cõſortio, liberũ vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis cõditionis muliere: vel cõtrà, ſerua mulier ex libero, vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcũq; ſexus: & ad libertatẽ his [g] ꝑuenĩetibus, ij qui ex ſeruili vẽtre nati ſunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipſi [h] in ſeruitute [i] eos habuerint, & poſteà ad libertatem peruenerint [k]: vt hi omnes ad ſucceſsionem patris, vel matris veniant [l], patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos, non ſolùm in ſuorũ parentũ ſucceſsionẽ, ſed etiã alterũ, in alterius [m] ſucceſsionem mutuã vocauimus, ex illa [n] lege ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniãtur, qui in ſeruitute nati, & poſteà manumiſsi ſunt: ſiue vnà cum alijs, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadẽ matre, ſiue ex alijs nuptijs, ad ſimilitudinem eorũ, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt.

¶ In ſucceſsionib⁹ ab inteſtato, primò vocatur ſui hæredes, & ij qui inter ſuos nominantur: qui etiã remotiori gradu cõſtituti præcedunt omnes aſcendentes, vel collaterales, etiam proximiores. Aretinus.

¶ Repetitis [o] itaq; omnib⁹ quæ iã tradidimus [p], apparet nõ ſemꝑ eos ꝗ parẽ gradũ cognatiõis obtinent, pariter vocari. eoq; amplius, ne eũ quidẽ qui ꝓximior ſit cognatus, ſemꝑ potiorẽ eſſe. Cùm enim prima cauſa ſit ſuorũ hæredũ, & eorũ quos inter ſuos hæredes enumerauimus [q], apparet ꝓnepotẽ, vel abnepotẽ defuncti potiorẽ eſſe, quàm fratrẽ, aut patrẽ matremq; defuncti: cũ alioqui pater quidẽ et mater (vt ſuprà quoq; tradidimus) primũ gradũ cognationis obtineant: frater verò ſecũdum, pronepos autẽ tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. nec intereſt, in poteſtate morientis fuerit [r], an non, quòd vel emãcipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo [s] ſexu propagatus eſt.

¶ Poſt ſuos vocãtur agnati: & poſt agnatos vocatur cognati proximi, exceptis fratribus, & ſororibus emancipatis: qui licet cognati ſint, tamen cæteros agnatos vlterioris gradus excludunt h.d. Aretinus.

¶ Amotis [t] quoq; ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes vocari diximus: agnatus qui integrũ [v] ius habet agnationis, etiã ſi lõgiſsimo gradu ſit, plerũq; [x] potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos [y] vel pronepos [z] auunculo [a] vel materteræ præfertur [b]. Toties [c] igitur dicimus aut potiorẽ haberi eũ qui proxi-

Diuiſio.

ILLVD CERTVM.] ¶ Totus iſte ti. diuitur in tres partes. Primò ponit vtrũ ſerui habeãt ius cognationis cõtractę in ſeruitute. Secũdò infert ex rationibus prępoſitis, videlicet ꝙ nõ ſemper ſequitur, ꝙ qui prior eſt in gradu, potior ſit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

CASVS. Dñe, iam video ꝙ vos vultis tractare de ſeruili cognatione, & ſpecialem tractatũ facere. Nã vos dixiſtis mihi.ſ.tertio ti.de ſuc.cog. circa quos in bo.poſ. vnde cog. quã prætor ꝓximis agnatis pollicetur, ſola naturalis cauſa ſpectatur. nũquid igitur cognati in ſtatu ſeruili cõcepti & nati, & poſteâ manumiſsi, per bo.poſ. vnde cog. in tertio ordine cauſa naturali inſpecta ſibi inuicẽ poterũt ſuccedere? Ad hoc rñ. Iuſt. ꝙ nõ. Illud enim certũ eſt, eãdẽ partẽ edicti prætoris qua bo.poſ.iur.cog. permittit̃, ad ſeruiles cognationes antiquitus nõ pertinere. nec enim vlla antiqua lege talis cog. quo ad onus tutelæ vel ad cætera onera ciui. cõputabatur. vnde viſum erat huiuſmodi cog. ſeruilem quo ad emolumẽtũ ſuc. nõ cõputari: nec quo ad onera computabatur. & hæc vſq; ad noſtra tẽpora ita obtinebant: ſed nos per conſtitutionẽ noſtrã, quã pro iur.patr. fecimus: (quod quidẽ ius pat. vſq; ad tẽpus noſtrum ſatis obſcurũ atque nube plenum & vndique confuſum fuerat) & hoc ſuggerente humanitate ſtatuimus, vt ſiquis in conſortio ſeruili conſtitutus ex libera, vel ſeruilis conditionis muliere, liberum vel liberos habuerit, vel econuerſo, mulier ſerua, ex libero, vel ſeruo liberos cuiuſcunque ſexus habuerit: & tandem parentibus, & liberis ex ſeruili ventre natis, ad libertatem peruenientibus: vel dum fortè ipſæ mulieres liberæ erant: & ita liberi ab illis nati, ingenui. & poſteà patres, qui huiuſmodi liberos in ſeruili ſtatu procreauerint, ad libertatẽ peruenerint, ſtatuimus dico in omnibus his caſibus, vt omnes hi liberi ad ſucceſſionem patris, vel matris ab inteſtato admittantur: iur.patro. in hac parte penitus ſopito. Nam hos liberos non ſolùm in parentum ſuorum ſucceſsionem, ſed etiam parentes in liberorum mutuam ſucceſsionẽ authoritate prędictæ conſtitutionis noſtræ ſpecialiter vocamus. & hoc obtinere ſtatuimus, ſiue huiuſmodi liberi ex ſeruili matre nati, poſteà manumiſsi ſoli fuerint, ſiue cum alijs, qui poſt libertatem parẽtum concepti & nati, ad ſucceſsionẽ vocentur: ſiue ex eodem patre, vel eadem matre: ſiue ex alijs nuptijs procreati fuerint. & hoc ſtatuimus ad ſimilitudinem eorum, qui ex iuſtis nuptijs procreantur. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. repetitis itaque. Cætera plana ſunt vſque ad finem tituli: quia non poteſt caſus poni niſi ſecundũ quòd litera iacet. h.d. Fran. de Are.

† q. d. ſeruos non habere cognationem, qđ fallit quò ad matrimonia. Eg. Perri.

a ¶ ILLVD.] aliâs eſt hîc rubrica de ſeruili cognatione. aliâs non. Accurſius.

b ¶ EDICTI.] ſunt enim quatuor partes ſucceſsionis ab inteſtato: vt.ff. quis or.in bo.poſ.ſer.l.j.

c ¶ PROXIMITATIS NOMINE.] id eſt cognationis, vt ſequitur: vt.ff. vnde cog.l.j.§.pertinet.

d ¶ NON PERTINERE.] ſed nec aliam aliquam, vt vel ipſe ſuccedat, vel ei ſuccedatur: vt.C.cõ.de ſuc.l.ſeruus. niſi in tribus caſibus: vt.C.de ijs qui. vt indi. & ad Sylla.l.penul.&.C.de ſuis & le.l. apud hoſtes [a].C. ad Orfi.l. fin.

e ¶ COMPVTABATVR.] hæc videtur mala ratio, cũ magis iure prætorio, quod naturalẽ cauſam intuebat̃, deberet cõputari: vt.ſ.de hære. quæ ab inteſt.§.emancipati, quàm ciuili. Sed dic, ꝙ etiã ad alia, vt ad tutelas. & ſimilia: niſi quo ad nuptias: vt.ſ. de nup.§.illud. &. ff. de ritu nupt. l. adoptiuus.§. ſeruiles [b]. Sed nũquid dominus ex ſui ꝑſona ſuccedit cognatis ſerui? Re. non: vt hîc dicitur. Acc.

ADDITIO. Not. ergo acquiri domino ab in teſtato ſicut ex teſtamento. Et eſt ratio, quia ius ſolũ defert hæreditatẽ ab inteſtato, ſecũdũ quod ſeruus nihil eſt. l. qđ attinet. ff. de re iur. ſed ex teſtamento defert volũtas teſtantis, quã ius ſequitur. Aliud tamẽ eſt in monacho & monaſterio: vt.l.deo nobis.C. de epiſ.& cleri.

f ¶ NOSTRA TEMPORA.] loquit̃ Iuſtinianus.

g ¶ HIS.] ſ.parentibus.

h ¶ IPSI.] ſ. parentes.

i ¶ IN SERVITVTE.] ideſt donec ſerui erant.

k ¶ PERVENERINT.] ſcilicet parentes.

l ¶ VENIANT.] aliud ſi liber factus ſeruus iterũ manumittatur: vt.ff. vnde co.l.is qui contra.&.ſ. de capi.di.§. quod autẽ. qa eſt ibi quod ſibi imputet̃. Sed nũquid etiam iſte qui eſt in.l.is qui. hodie ſuccederet naturali cauſa inſpecta: vt. C. de ſuis & le.libe.aut.in ſucceſsione? Rñ. nõ, ſecũdũ Io. quia prætor naturalẽ cauſam intuebatur: & tñ nõ vocabat eũ: vt dictũ eſt. Item cõtra. C. de ſuis & le.l. ex libera. Sol. hîc nouũ ius [c]. Vel ibi loquit̃ qñ nec de facto erat matrimoniũ. Vel ibi quo ad honores loquit̃: hîc quo ad ſucceſsiones.

m ¶ IN ALTERIVS SVCCESSIONEM.] i. parẽtes liberis: & ecõtra: excluſo patrono: & hoc ſecundũ omnes. Itẽ libertũ vnũ alteri eidẽ fratri ſuo. & ita frater liberti præfertur patrono: & hoc ſecundum quoſdã: vt hîc. Sed Io. cõtra: præfert enim patronũ fratri [d]: vt.ff.de bo.li.l.liberto.&.ff. de ſu. & legi.l.inteſtato. in prin.&.j.titu.j.§.ſed noſtra.verſi.ſinautem ſine.

n ¶ EX ILLA LEGE.] ſcilicet ſupradicta græca. Accurſius.

o ¶ REPETITIS.] hic §.cõis eſt ad omnes titu.ſ.hoc libro tertio poſitos. & idem in ſequenti proxi.§. Sic & aliâs.ſ.de ſuc.cog.§.vlti.& ad Orſi.§ fin.

p ¶ TRADIDIMVS.] à principio tertij libri.

q ¶ ENVMERAVIMVS.] vt curiæ datos, & emancipatos: vt.ſ.de hære. quæ ab inteſta.§.j.&.§.quibus connumerari.&.§.emancipati.

r ¶ FVERIT.] hoc ſubdiuiditur.

s ¶ EX FOEMINEO SEXV.] qui tñ cũ diminutione tertiæ partis ſuccedit huius legis tempore.ſ.de hære.quæ ab inteſt.§.item vetuſtas.verſi. diui. hodie ſine diminutione: vt in Aut.de trien.& ſe.§.necnon.colla.j.

t ¶ AMOTIS.] ideſt ceſſantibus ſuis. fallit adhuc hæc regula, qui prior eſt in gradu &c. vt.j.eo.§.toties. Accurſius.

v ¶ INTEGRVM IVS HABET.] ideſt capite minutus non eſt. ſic.ſ. de ſuc. col.j.reſpon.in fi. nam ſecus eſſet ſi eſſet capite minutus: quia illæ ſucceſsiones, quæ veniunt ex.l.xij.tabularum, pereunt per minimam capi.dimi. vt.ſ. de ſena.con.Orſi.§.ſciendum.

x ¶ PLERVMQVE.] propter fratrẽ et ſororẽ emãcipatos: vt.j.e.ibi, exceptis. Itẽ ꝓpter quoſdã cognatos ꝗ vocant̃ vt agnati: vt.ſ.de legi.ag.ſuc.§.hoc etiam. Itẽ propter patrem qui filium emãcipauit: vt.ſ.de leg.agna.ſuc.§.fin.

y ¶ NEPOS.] qui eſt in quinto gradu agnationis.

z ¶ PRONEPOS.] qui eſt in ſexto gradu agnationis.

a ¶ AVVNCVLO VEL materteræ.] qui ſunt in tertio gradu cognationis.

b ¶ PRAEFERTVR.] in ſucceſsione eius qui tales habet agnatos.

c ¶ TOTIES.] no. regulã bonã: vt.C.cõia de ſuc.l.auunculo [e].&.C. vnde li. l.ij. Et

a Sed illud ꝓcedit ex fictiõe poſt liminij: vt ibi no. Ang.

b No. ꝙ in ſeruis quo ad matrimonium impediẽdũ etiam poſt manumiſsionẽ debet eſſe cognatio: vt.d.§. illud. quia etiã dicitur eſſe affinitas: vt d.§. ſeruiles. Ange.

c Hæc non eſt bona, quia nõ apparet expreſsè de correctione: vt ar.l. præcipimus in fine. C. de appel. Ange.

d Iſta communiter approbatur per docto. hîc.

e Not. ſingulariter il

miorem gradū cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neque ſuorum hæredū, quiq; inter ſuos hæredes ſunt, neque agnationis iure aliquis præferri debeat, ſecundum ea quæ tradidimus [a]: exceptis [b] fratre & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſsionem fratrū, vel ſororum vocantur: qui et ſi capite diminuti ſunt, tamen præferuntur [c] cæteris vlterioris gradus agnatis.

TITVLVS VIII.

De ſucceſsione † libertorum †.

¶Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularū ius in bonis liberti ſolū ab inteſtato, nullo ſuo hærede relicto. Aret.

NVnc [d] de libertorum bonis videamus. Olim [e] itaq; licebat liberto patronum ſuum impunè † [f] teſtamento præterire. Nam ita † demum [g] lex duodecim tabularū ad hæreditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaq; inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem [h] reliquiſſet, patrono nihil [i] in bonis eius iuris erat. Et ſi quidem ex naturalibus [k] liberis aliquē ſuū hæredē reliquiſſet, nulla videbať querela [l]. Si verò adoptiuus filius fuiſſet, apertè iniquum erat nihil iuris patrono ſupereſſe.

¶Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat, non ſolùm hærede inſtituto, ſed etiā ab inteſtato relicto filio adoptiuo. Ipſum tamē patronū excludebant liberi, ſiue eſſent in poteſtate, ſiue emancipati, ſiue etiam in adoptionē dati: dummodo inſtituti eſſent, aut præteriti bonorum poſſeſsionem petiiſſent. Areti.

¶Qua de cauſa poſteà [m] prætoris edicto hæc iuris [n] iniquitas emēdata eſt. Siue enim faciebat teſtamentū libertus [o]: iubebatur ita teſtari, vt patrono partē dimidiā [p] bonorū ſuorū relinqueret: & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabať patrono cōtra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſsio [q]. Siue inteſtatus moriebatur, ſuo † hærede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono cōtra hūc ſuū hæredem, partis dimidiæ bonorū poſſeſsio. ¶ Prodeſſe autem liberto ſolebant [r] ad excludendum [s] patronum naturales [t] liberi, non ſolùm quos in poteſtate mortis tēpore habebat, ſed etiā emācipati, & in adoptionē dati [v]: ſi modò aliqua ex parte ſcripti hæredes erāt, aut præteriti cōtra tabulas bonorum poſſeſsionē ex edicto prætorio petierant. nam exhæredati nullo modo repellebant [x] patronum.

¶Per legem Papiam patronus vocabatur ad ſucceſsionem liberti vnà cum filijs ipſius liberti pro virili: niſi tres vel plures fuiſſent liberi: vel libertus minus centum aureis habuiſſet in bonis: ſiue deceſſerit inteſtatus, ſiue condito teſtamento. Are.

¶Poſteà [y] verò lege Papia adaucta ſunt iura patronorū, qui locupletiores libertos habebant. Cautum [z] eſt enim, vt ex bonis eius qui ſeſtertiorū centum milium patrimoniū reliquerat, & pauciores quàm tres liberos habebat: ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur [a]. Itaq; cùm vnū quidē filiū filiámve hęredē reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáve inteſtatus deceſsiſſet. Cùm verò duos duáſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono. ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

¶Hodie ſi libertus habeat minus quàm centum aureos in bonis, et fuerit teſtatus: patronus excluditur. Si autē teſtatus non fuerit: ei ſuccedit in totū, non extantibus liberis. Si verò vltra centum aureos habuerit, patronus à liberis excluditur: liberis verò non extantibus, ſuccedit in totū ab inteſtato: ſed facto teſtamēto, patronus habet tertiam ſine onere. hoc dicit. Are.

¶Sed noſtra [b] conſtitutio, quam pro omnium notione [c], Greca lingua cōpendioſo tractatu habito compoſuimus [d], ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſi quidem libertus, vel liberta minores cētenarijs ſint, id eſt, minus centum aureis habeant ſubſtantiam: (ſic [e] enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertijs vnus aureus computetur) nullū locum [f] habeat patronus in eorum ſucceſsione: ſi tamen teſtamentum fecerint [g]. Sinautem inteſtati deceſſerint, nullo liberorum relicto: tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſeruauit [h]. Cùm verò maiores centenarijs ſint: ſi hæredes, vel bonorum [i] poſſeſſores liberos habeant [k], ſiue vnum, ſiue plures cuiuſcunque ſexus, vel gradus: ad eos [l] ſucceſsiones parētum de-

---

l.ij. Et ad eius euidētiam no. tres eſſe ordines ſuccedēdi: ſcilicet inferiores, & ſuperiores, & ex latere venientes: vt in aut. de hære. ab inteſt. in princ. col. ix. Primò deſcēdentes in infinitum vocantur: vt. ſ. de hære. quæ ab inteſt. §. j. & in aut. de hære. ab inteſt. §. j. col. ix. His ceſſantibus vocantur aſcendentes: primò, pater & mater: ſecundò, auus & auia: & ſic deinceps: ſic tamen vt fratres ex vtroq; parente defuncto cōiuncti, cū his ſuperioribus vocentur: licet quidā dicant cū patre & matre tātùm eos vocari: & alios ſuperiores per fratres excludi. & pro nobis eſt aut. de hęre. ab inteſt. §. ſi verò cū aſcēdētibus. col. ix. & ff. de ſuis & legi. l. ij. §. hæreditas. Superioribus ceſſantibus: primò frater ex vtroque parēte, & ſoror, & eorū filij. Secūdò ex altero tātùm, & eorū filij. Tertiò hæc regula obtinet, vt q prior eſt in gradu &c. vt hîc, & in aut. de hære. ab inteſt. §. ſi reliquū. &. §. ſi verò neq; frater. & in authen. vt fratrum filij. §. j. coll. ix. Accurſius.

ADDITIO. Dic ꝙ hodie eſt ſublata differētia agnationis, & cognationis: vt in dicto. §. j. in aut. de hære. ab inteſt. ve. col. ix. Chriſtopho.

a ¶ TRADIDIMVS.] vt ſ. §. proxi. & hoc eo. §.

b ¶ EXCEPTIS.] excipit ab eo quod. ſ. dixerat, qui integrum &c.

c ¶ PRAEFERVNTVR.] vt. ſ. de ſuc. cogna. j. reſpon.

¶DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. ¶ *Suprà de ſucceſsione ingenuorum uiſum eſt. Et quia in bonis libertorū eſt dare ſucceſsionem: ideo de his ſubdit. Vnde nota quòd dicit hic Accurſius de ſucceſsione libertorū, paßiuè accipi, id eſt qualiter ſuccedatur eis: non actiuè. id eſt qualiter ipſi ſuccedant alijs.*

NVNC DE LIBERTORVM.] ¶ Tot' iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò circa ſucceſsionē libertorū ponit duplex ius antiquū. Secūdò ponit ſtatutum circa ſucceſſionē: & ꝙ vſq; ad quartū gradū agnati patronorū ſuccedūt liberto. Tertiò ponit aliā nouam conſtitutionē, circa perſonas & genera libertorum. Secunda ibi. Sed noſtra. Tertia ibi, Sed hæc. Aretinus.

d ¶ NVNC.] quia huc uſque de bonis ingenuorum dixit.

e ¶ OLIM.] ſcilicet lege. xij. tabularū. & hoc eſt primū ius. quatuor enim ſunt: vt hîc, &. j. §. j. &. §. poſteà. &. §. ſed noſtra.

f ¶ IMPVNE.] id eſt ſine timore teſtamenti rumpendi. Accurſius.

g ¶ ITAQVE DEMVM.] & non aliter.

h ¶ HAEREDEM.] naturalem vel adoptiuum: vt. j. innuit.

i ¶ NIHIL.] id eſt nullum ius, ſecundum Io.

k ¶ EX NATVRALIBVS.] ad differentiam adoptiuorum.

l ¶ QVERELA.] id eſt non poterat patronus conqueri. Accurſius.

m ¶ QVA DE CAVSA POSTEA.] ſecundum ius.

n ¶ IVRIS INIQVITAS.] dic vt. ſ. ad ſenatuſcon. Terty. in prin.

o ¶ LIBERTVS.] nullū filiū habēs legitimū & naturalē: vt. j. e. §. ꝓdeſſe.

p ¶ DIMIDIAM.] niſi in caſtris ſint bona quæſita: vt. ff. de bo. lib. l. iij. §. patronus. Accurſius.

q ¶ BONORVM POSSESSIO.] vnde legitimi: vt. j. de bono. poſſeſſio. §. cunque.

r ¶ SOLEBANT.] hoc iure prætorio. nam de primo non erat dubiū: vt ſ. ibi, itaq; inteſtato &c.

s ¶ AD EXCLVDENDVM PATRONVM.] ſcilicet in totum.

t ¶ NATVRALES.] & legitimi.

v ¶ IN ADOPTIONEM DATI.] ſi inſtituti erant, vt ſequitur: aliâs nec contra tab. datur eis: vt. ff. de cōtra tabu. l. non putauit. §. in adoptionem.

x ¶ REPELLEBANT.] quia pro mortuis habētur: vt. ff. de coniun. cum emancip. li. l. j. §. ſed & ſi patruus [a]. nec à iure ciuili reſpiciuntur: vt in aut. de hære. & fal. §. exhæredatos. coll. j.

y ¶ POSTEA.] tertiū ius.

z ¶ CAVTVM.] ſcilicet lege Papia: & malè: vt & aliâs. C. de cadu. tol. in prin. Accur.

a ¶ DEBERETVR.] ex lege Papia.

b ¶ SED NOSTRA.] quartum ius.

c ¶ OMNIVM NOTIONE.] aliàs omni natione: aliâs oīm notitia.

d ¶ COMPOSVIMVS.] & huius, vt credo, habetur mentio in multis locis: vt. ſ. titu. j. de ſer. cog. in princip. &. ſ. de leg. ag. ſuc. §. fina.

e ¶ SIC ENIM.] interpoſitio eſt.

f ¶ NVLLVM LOCVM.] & in hoc non corrigitur lex Papia. Et nota. quòd prodeſt paupertas filio liberti. ſic & aliâs. C. de epi. & cle. l. ſiqs ad declinandam. §. ſinautem. in glo. pauperior.

ADDITIO. No, ꝙ paupertas prodeſt: ſed à tali prodeſſe libera nos domine. de quo in l. cùm non facilè. in gl. ſi. ff. ſi cui plus quàm per le. fal. & in. l. ſiquis ad declinandam. §. j. C. de epi. & cleri. & in aut. cui relictum. C. de indic. vidui. tol. Ange.

g ¶ FECERINT.] ſ. iſti liberti minores cētenarijs.

h ¶ RESERVAVIT.] ſ. noſtra cōſtitutio. ſcilicet vt in totum ſuccedat: vt. ſ. e. in prin.

i ¶ BONORVM POSSESSORES.] id eſt filios emancipatos: vt. ſ. de hære. quæ ab inteſta. §. emancipati.

k ¶ HABEANT.] ſcilicet liberti.

l ¶ AD EOS.] ſ. liberos libertorū: q tñ hæredes inſtituti ſi ſe abſtinuerint: vel

---

am. l. quia poſt nepotem quādo cōcurrit cū patruo, vel auunculo: quia prior eſt in gradu potior eſt iure: nec aſſumit perſonam patris ſui. patet ibi ꝙ auunculus, qui eſt in tertio gradu, præfertur fratri conſobrino, qui ē in quarto: licet glo. j. titu. j. §. multum. in ver. quo ad quītum gradū aliter dicat: ſed ibi dicemus. Ange.

† Legit quidam, de ſucceſſione in bonis libertorum.

† Sic. ff. de bo. libe.

† i. ſine ruptione teſtamēti. E. Perrinus.

† i. non aliter.

Continuatio.

Diuiſio.

† & ſi cadoptiuus eſt ſuus hæres. ſic. ſ. e. ver. ſi vero. &. ſ. de hære. quæ ab inteſta. defer. §. j. E. Per.

a Niſi quādo tractat de portione ſua cui accreſcat. cōputatur enim in numero filiorum: vt faciat augeri legitimam fratrum. ſecus in fratre minore & filia dotata per ſtatutum ſuccedere priuata. quia nō poſſunt Ang.

miſti hæreditati, in integrum reſtituti fuerint: dabitur patrono ius ſuccedēdi. vt. ff. de bonis liber. l. & ſi ex modica. §. ſi filius.

a ¶ OMNIBVS MODIS.] ſed nunquid econtra moriente filio qui eſt libertus, præponitur pater patrono? Reſpon. ſic: vt. ſ. ti. j. de ſer. cog. in ſi. j. reſpon. ADDITIO. No. ꝙ ſicut patronus excludit per filios liberti: ita etiā per parētes liberti. & idē no. gl. ſ. ti. j. in fin. in verbo, Alterius. Ange.

b ¶ VOCAVIMVS.] etiā ante fratres liberti. quod dic: vt. ſ. tit. j. in ſi. j. reſpō.

c ¶ FECERINT.] ſcilicet ad extraneos.

d ¶ MATER SIVE AVVS.] quorū præteritio pro exhæredatione habetur: vt. ſ. de exhæreda. liberorum. §. mater.

e ¶ NON POSSINT.] qa iuſta cauſa ingratitudinis interceſsit: quæ ſunt. xiiij. vt in aut. vt cùm de app. cog. §. cauſas. colla. viij. quo caſu nullo iure agunt: vt in aut. de immenſis do. §. ſi. in ſi. col. vij. Sed quid ſi filiū emācipatum pater prætereat ſine cauſa: vnde contra tabulas habet: non autē querelā: videtur admitti patronus? Sed reſpō. hîc largè accipi de inofficio. vt etiam contineat per contra tab. ſic. C. fa. hercīſ. l. filij. Accurſius. ADDITIO. Nec obſtat, quia hodie ad inſtar filij in poteſtate præteriti videatur poſſe dicere nullum &c. cùm ſit ſublata differentia emancipationis, & patrię poteſtatis: quia illud eſt verum ab inteſtato non autem ex teſtamento. Ange.

Teſtamētū inofficioſum quādo que continet exhere dationem & præteritionem.

f ¶ CONSTITVTIONE.] ſcilicet Græca. Accur.

g ¶ VT ANTEA.] ſicut erat de iure prętorio: vt. ſ. e. qua de cauſa. Acc.

h ¶ CONSEQVANTVR.] ſcilicet quocunque titulo relicti: vt. ff. de bo. lib. l. iij. §. ſi.

i ¶ CONSTITVTIONE.] ſcilicet condictione ex lege Græca: vt. ff. de condi. ex lege. l. j.

duximus: patronis omnibus [a] modis, vnà cū ſua progenie ſemotis. Sin autē ſine liberis deceſſerint: ſi quidē inteſtati, ad omnē hæreditatem patronos patronasq́; vocauimus [b]. ſi verò teſtamentum quidē fecerint [c], patronos autē aut patronas præterierint, cùm nullos liberos haberent, vel habētes, eos exhæredauerint, vel mater, [d] ſiue auus maternus eos præterierint, ita vt non poſsint [e] argui inofficioſa eorum teſtamēta: tūc ex noſtra cōſtitutione [f] per bonorū poſſeſsionē cōtra tabulas nō dimidiā, vt anteá [g], ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur [h]: vel quod deeſt eis, ex cōſtitutione [i] noſtra repleatur [k], ſi quādo minus tertia parte bonorum ſuorū libertus, vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere [l], vt nec liber is [m] liberti libertæve ex ea parte legata, vel fideicommiſſa præſtentur [n]: ſed ad cohæredes [o] eorum hoc onus redundet.

¶ Liberto non tantùm patronus ſuccedit, ſed etiā cōiuncti ipſi patrono vſq; ad quintum gradum, in capita tamen: & qui proximior eſt patrono, præfertur. Areti.

¶ Multis alijs caſibus [p] à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus: vt tam patroni patronęq́; [q], quàm liberi [r] eorū, necnon qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintum [s] gradū, ad ſucceſsionē libertorū libertarúmve vocentur [t]: ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt, vt ſi eiuſdē patroni, vel patronę, vel duorū duarúmve, vel plurium liberi ſint: qui proximior eſt, ad liberti, vel libertæ vocetur ſucceſsionem: & in capita [v], nō in ſtirpes diuidatur ſucceſsio: eodem modo & in hîs, qui ex trāſuerſo latere veniūt [x], ſeruando. Penè [y] enim cōſonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſsionibus fecimus.

¶ Differētia inter libertos eſt hodie ſublata: & ideo prędicta procedunt in omnibus libertis: quia hodie omnis manumiſſus efficitur ciuis Romanus. Aretinus.

¶ Sed hæc de ijs libertinis hodie dicēda ſunt, qui in ciuitatē Romanā peruenerūt [z], cùm nec ſint alij liberti, ſimul & Dedititijs, & Latinis ſublatis, et Latinorū legitimę ſucceſsiones nullę penitus erāt: quia licet vt liberi vitā ſuam peragebant, attamen ipſo vltimo ſpiritu, ſimul cum anima libertatem amittebant: & quaſi ſeruorū, ita bona eorum, iure quodāmodo [a] peculij, ex lege Iunia Norbana manumiſſores detinebāt. Poſteà verò ſenatuſconſulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumiſſoris nō nominatim [b] exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum [c] in bonis Latinorum præponerentur. quibus [d] etiam ſuperuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominem, ſi inuito, vel ignorante patrono, ad ciuitatem [e] Romanam venire ex beneficio principis feſtinabat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientem. Sed noſtra conſtitutione [f] propter huiuſmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & ſenatuſconſultum Largianum, & edictum diui Traiani, in perpetuum [g] deleri cenſuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili modo quibuſdam adiectionibus [h]

k ¶ REPLEATVR.] præter hoc ius ſuccedendi, eſt & aliud ius patronatus, ſcilicet vt non vocetur ab eo in ius ſine venia: vt. C. de in ius vo. l. ij. Item vt alat eum: vt. ff. de libe. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. Item vt turpem actionem vel exceptionem contra eum non proponat: vt. ff. de do. ma. except. l. apud Celſum. §. aduerſus. &. ff. de obſeq. l. honori. & l. parens. Item vt poſsit eum in ſeruitutem reuocare: vt in aut. vt libe. decæte. §. j. colla. vj. Item vt vbi eum inuenerit, faciat ei reuerentiam: vt. ff. de in ius voc. l. generaliter. Et hæc iura multis modis perduntur. Primò, ſi patronus remiſerit: vt in aut. vt liber. decætero. §. illud [a]. col. vj. Item, ſi compulit libertum iurare ne accipiat vxorem. vel libertam ne nubat: vt. ff. de iure patrona. l. qui contra legem. &. l. adigere. Item ſi denegat ei alimenta: vt ff. de bo. liber. l. ſi patronus non aluerit. Item propter tertiæ partis conceſsionem: vt hîc, &. ff. de bonis liber. l. etiam. §. toties. Item, ſi alteruter eorum relegatus fuerit, vel deportatus: vt. ff. de iure patrona. l. ſiue. Item, ſi natalibus reſtitutus eſt libertus: vt. ff. de bonis liber. l. etiam. §. j. Item, ſi mercedem pro futuris operis ab inuito liberto extorſit: vt ff. de agno. lib. l. ſiquis. §. ſi quis. Item, ſi libertus domini mortem vindicauerit: vt. ff. de iur. patrona. l. penulti. Item, ſi eum patronus capitis accuſauerit: vt. ff. de bonis liberto. l. qui cum maior. j. reſpon. Item, ſi non ſuis nummis emptus eſt, vel à principe factionem liberam teſtamenti impetrauerit: vt. ff. de bonis liber. l. etiam. §. ij. Accurſius.

Ius Patronat⁹ in multis cōſtitit. Ius Patronatus multipliciter perditur.

a Dic hoc verum quo ad ius ſuccedēdi: remanet tamen ſibi ius reuerentiæ, quāuis remiſerit ſibi ius patronatus: ac etiā tali caſu ex iniuria non verbali, ſed illata in perſonam tātū poteſt etiā eū in ſeruitutē reuocare; vt eſt

l ¶ SINE ONERE.] ſic in authen. de hære. & fal. §. non autem. col. j. Accurſius.

m ¶ LIBERIS.] quibus dantur aliâs legata, etiam rupto teſtamento per contra tab. vt. ff. de lega. præ. contra tab. bo. poſ. pe. l. j.

n ¶ PRAESTENTVR.] ſed cùm filij ſint, quare non excludunt patronum: vt. ſ. eodem. §. cùm verò maiores? Reſpond. hi filij erāt ingrati: vt. ſ. eodem. §. ſi verò. Vel dic, quòd hi liberi erant nepotes: qui & liberi dicuntur: vt. ff. de verbo. l. ſignific. liberorum. & eos præcedit eorum pater: & eis talia legata dabantur: vt. ff. de libe. præte. l. j. §. generaliter.

tex. in. l. C. de li. & eo. lib. Ang.

o ¶ AD COHAEREDES.] Sed nunquid inſolidum tenebuntur cohæredes? Reſpond. non: vt. ff. de lega. iij. l. finali. §. finali. & de vulga. ſubſti. l. & ſi contra tabulas.

p ¶ MVLTIS ALIIS CASIBVS.] qui ſequuntur ſtatim.

q ¶ PATRONEQVE.] vt ff. de bo. lib. l. patrono [b].

b Ex qua l. no. quód licet filij patroni vt ſuccedāt liberto, nō ſit neceſſe ꝙ ſint hæredes patris: debent tamen eſſe tales qui patri vel matri ſuccedere poſſint Ange.

r ¶ LIBERI.] vt. ff. de bonis liber. l. ſi pater exhæredato. &. l. ſi ex patronis. §. Iulianus.

s ¶ VSQVE AD QVINTVM GRADVM.] nū quid filius trinepotis ipſius patroni, vel etiam ipſe trinepos admittetur? Videtur quòd non: quia hîc dicit vſque ad quintum gradum. ſi quis tamen velit contradicere: illud pro ſe inducet, ꝙ non omnes aſcendentes ſui patris loco ſuccedūt: vt. ſ. de hære. quæ ab inteſtato. §. cùm filius. & in authen. de hæredi. ab inte. §. j. colum. ix. ADDITIO. Iſta glo. non procedit. duplici ratione. Primò quia hîc non aſſumitur perſona alterius, vt cum altero pariter ſuccedat. Secundò, quia etiam in caſu vbi aſſumitur, hoc non eſt vſque in infinitum: vt per Ange. hîc.

t ¶ VOCENTVR.] per noſtram conſtitutionē: licet olim per bonorum poſſeſsionem, tanquam ex familia vocarentur: vt. j. de bonorum poſſeſ. §. ſunt autem. verſi. quinto tanquam.

v ¶ IN CAPITA.] cùm eodem gradu plures inueniantur: aliâs patruus nepotem ex fratre excludit: vt. ff. de bonis liberto. l. ſi libertus præterito. l. ſi libertus. in fine.

x ¶ VENIVNT.] ſcilicet ab ipſis patronis.

y ¶ PENE.] propter tria dicit penè: & quia hîc vſque ad quintum gradum ſuccedunt: vt hîc dicitur: aliâs vſque ad decimum vel ſextum: vt. ſ. de ſucceſ. cog. §. fina. Item, quia hîc in capita ſuccedunt: vt hîc dicitur. aliâs non ita: vt. ſ. de hæredi. quæ ab inteſtato. §. & quia placuit. aliâs eſt verſicu. in §. cum filius [c]. Item, quia vnus patroni filius excludit nepotes ex altero: quod non eſt ita in ingenuis: licet M. contradixerit: vt. ff. de bonis libertorum. l. ſi libertus præterito. §. ſi libertus. & de legiti. tute. l. tutela. §. ſi duo.

Succeſſio libertinorū, & ingenuorum tripliciter differt.

c Et eſt ratio, quia in ſucceſſione ingenuorū plures deſcendentes ex vno, habentur vt vnus. ſecus in ſucceſſione liberti: vt hîc. fallit in patronis eccleſiæ: vt in ca. cū plures. de iure patronatus.

d Iſta glo. nō ē Accur.

z ¶ PERVENERVNT.] id eſt qui facti ſunt plenè liberi.

a ¶ QVODAMMODO.] non enim eſt verè peculium, cùm ſint liberi: vt. C. de inoffi. teſta. l. ſi. in ſi.

b ¶ NOMINATIM.] quid hoc ſit, dic vt. ſ. de exhære. lib. §. j.

c ¶ EORVM.] ſcilicet manumiſſorum.

d ¶ QVIBVS.] ſcilicet Latinis.

e ¶ AD CIVITATEM ROMANAM.] ſcilicet vt ciuis Romanus efficeretur impetrando ius aureorum annulorum, vel natales: quod inuito patrono non eſt faciendum: vt. ff. de na. re. l. ij. in fin. & l. pen. & fina.

f ¶ CONSTITVTIONE.] vt. C. de lati. liber. tol. per totum. Accurſius.

g ¶ IN PERPETVVM DELERI [d].] Nota, quòd quando ſit abrogatio alicuius iuris, intelligitur eſſe perpetua: quia lex ſemper loquitur, & eſt in viridi obſeruantia: vt. l. Arriani. C. de hære. Ange.

h ¶ QVIBVSDAM ADIECTIONIBVS.] ſcilicet. x. vel. xj. caſibus: vt. C. de latina liber.

tina liber.tol.per totum.

Continuatio.

¶DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM. ¶ *Suprà uiſum eſt, quemadmodum patroni & eorum liberi ſuccedant libertis. Verùm quia liberti interdum conſueuerunt aßignari liberis patronorũ: ideo de hac aßignatione ſubdit.* Porcus.

Diuiſio.

IN SVMMA, quod.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, ꝙ pater poteſt vni ex liberis libertũ aſsignare: & ille ſolus liberto ſuccedit. Secũdò declarat quibus liberis hoc fieri poteſt. Tertiò, quibus verbis, & in qua voluntate. Secunda ibi, Datur autem. Tertia ibi, Nec intereſt. Accur.

ipſas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiẽdam tranſpoſuimus.

TITVLVS IX.

De aſsignatione libertorum†.

† ſic, ff. de aſſi. liber.

¶Aſsignato liberto vni ex patroni liberis, ſiue filijs, ſiue nepotibus in poteſtate ille ſolus liberto ſuccedit, excluſis alijs etiam in eo gradu conſtitutis.

IN ſumma (quod ad bona libertorum attinet) admonendi ſumus, cenſuiſſe ſenatum [a], quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiuſdem gradus ſunt, æqualiter bona libertorum pertineant [b], tamen licere parẽti, vni ex liberis aſsignare libertum, vt poſt mortem eius [c] ſolus is patronus habeatur, cui aſsignatus eſt: & cæteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona, nulla aſsignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant: ſed ita demum priſtinum ius recipiant, ſi is cui aſsignatus eſt, deceſſerit, nullis liberis relictis. ¶ Nec tantùm libertum, ſed etiã libertam, & non tantùm filio [d], nepotíve, ſed etiam filiæ, neptíve aſsignare permittitur.

¶Vni ex liberis in poteſtate poteſt libertus aſsignari in omni voluntate, & quibuſcunque verbis. Areti.

¶ Datur autem hæc aſsignãdi facultas ei, qui duos pluréſve liberos [e] in poteſtate habebit: vt eis quos in poteſtate habet, aſsignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, ſi eũ cui aſsignauit, poſteà emancipauerit: num [f] euaneſcat [g] aſsignatio? * Sed placuit euaneſcere: quod & Iuliano & aliis pleriſque viſum eſt. ¶ Nec intereſt, an teſtamento quis aſsignet, an ſine teſtamento *. Sed & quibuſcunque verbis [h] hoc patronis permittitur facere, ex ipſo ſenatuſconſulto, quod Claudiani temporibus factũ eſt, Suillo † Ruffo, & Hoſtorio Scapula † conſulibus.

† ff. eo. l. j. legitur. Velleio Rufo. &c.

† In nonnullis exemplaribus nõ indiligẽter recognitis, legitur. Sabellio Rufo & Aſterio Scapula cõſulibus.

* Et

* Aliâs etiam.

a ¶ SENATVM.] cuius verba ſunt. ff. e. de aſsig. lib. l. j.

b ¶ PERTINEANT.] nulla ſcilicet facta aſsignatione.

c ¶ EIVS.] ſ. patroni.

d ¶ FILIO.] etiam poſthumo: vt. ff. eo. de aſsig. lib. l. fina.

e ¶ PLVRESVE LIBEROS.] nã in vno non eſt neceſſe. Accur.

f ¶ NVM.] id eſt an.

g ¶ EVANESCAT.] ff. eo. l. vtrum ei. cõtra. Sol. ſecundum Pla. ibi valet aſsignatio facta emancipato, vt ibi, licet emancipatione hoc perdatur. ſi anteà facta fuerit aſſignatio: vt hîc: arg. ff. de arbi. l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. vel dic ſecũdum Azo. quòd in. l. contraria non dicit fieri aſsignationem in emancipatum: ſed quærit, an ſoli fieri in poteſtate poſsit. ſed nec in. d. l. de arbi. dicit ſolui cõpromiſſum: ſed non compelli ſententiam dicere. Accurſius.

ADDITIO. Requiritur ergo, vt aſsignatio teneat, ꝙ filius ſit in poteſtate: vt hîc, ſiue ſit exhæredatus, vel nõ: ſiue iam natus, ſiue poſthumus: vt. l. j. §. j. & l. fina. ff. eo.

h ¶ QVIBVSCVNQVE VERBIS.] etiã nutu [a]: vt. ff. eo. l. j. §. aſsignare. & purè vel ſub conditione: vt. ff. e. l. aſsignare.

a Quod facit vt obligatus aſſignare reditus, non teneatur tradere fundos nec dominium eorũ: ſed ſufficiat dicere, ſuper tali fundo recipiatis. de quo vide Io. Fa. hîc.

¶DE BONORVM POSSESSIONIBVS. ¶ *Suprà uiſum eſt de hæreditatibus, quæ ex teſtamẽto, & ab inteſtato deferũtur iure ciuili, & partim iure prætorio. Verùm, quia prætor interdum emendauit, interdum confirmauit ius ciuile, in ſucceßione teſtati & inteſtati, dãdo bonorum poſſeßionem: ideo ſubdit de bonorum poſſeßionibus.*

Diuiſio.

IVS BONORVM.] ¶ Totus iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit cauſas propter quas fuit introducta bonorum poſſeſsio de iure prætorio. Secundò ponit quas bonorũ poſſeſſiones prætor facit. Tertiò Imperator quaſdã corrigit & emendat. Quartò, quãtum tẽpus, & quale ſtatutum ſit ad agnoſcendam bonorũ poſſeſsionẽ. Secunda ibi, Sunt autem bonorum. Tertia ibi, Sed eas quidem. Quarta ibi, Cùm igitur plures. ¶ *CASVS.* Domine iam video, ꝙ vos vultis tractare de bono. poſſeſ. dicatis igitur mihi, ſi placet, quare bo. poſſeſ. inuentæ fuerunt? Ad hoc reſpon. Amice, ius bono. poſſeſ. introduxit prætor gratia antiqui iuris emendandi. Nec enim ſolùm in hæreditatibus inteſtatorum antiquum ius per bono. poſſeſ. emendauit prætor, vt ſuprà dictũ eſt: ſed etiam in hæreditatibus eorum qui facto teſtamento deceſſerunt. Nam olim ſi alienus poſthumus ab aliquo eſſet inſtitutus: quamuis iure ciuili hæreditatem adire non poterat, vtpotè quia inſtitutio non valebat: iure tamen prætorio iuuabatur: & ad bonorum poſſeſ. admittebatur. Et ita loquitur in hoc caſu, qualiter prætor vetus ius & facto teſtamento per bonorum poſſeſsio. emendauit. Sed licet hoc de iure antiquo obtinebat: hodie tamen per noſtram conſtitutionem huiuſmodi poſthumus alienus rectè inſtitui poteſt, tanquam iuri ciuili non incognitus. Sed quanquam dixerim tibi, quòd prætor introduxit bonorum poſſeſsio. gratia antiqui iuris emendandi: aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi antiqui iuris, ſed magis confirmandi gratia prætor bonorum poſſeſsio. pollicetur. Prætor enim non ſolùm indigẽtibus à iure ciuili excluſis, ſed etiã non indigentibus ſuum tribuit auxilium. Nam & illis qui in teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, & de iure ciuili adire poſſunt bonorum poſſeſsio. ſecundum tabu. teſtamenti pollicetur. Item ab inteſtato ſuos hæredes & cognatos ad bonorum poſſeſsion. admittit. Hi tamen omnino bonorum poſſeſsio. remota de iure ciuili ad hæreditatem admittuntur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. quos autem. Franciſcus.

TITVLVS X.

De bonorum poſſeſſionibus.

¶Bonorũ poſſeſsiones introductæ ſunt de iure prætorio, nõ ſolùm ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento, cauſa corrigendi ius ciuile antiquum. Areti.

IVs bonorum poſſeſſionis introductum eſt à prætore emẽdãdi [i] veteris iuris gratia. Nec ſolùm in inteſtatorum hæreditatibus vetus ius eo modo prætor emendauit [k], ſicut ſuprà dictum eſt: ſed in eorum quoque, qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus [l] poſthumus hæres fuerit inſtitutus: quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat [m], cùm inſtitutio non valebat: honorario [n] tamen iure bonorum poſſeſſor [o] efficiebatur, videlicet cùm à prætore adiuuabatur. Sed & is [p], à noſtra conſtitutione [q] hodie rectè hæres inſtituitur, quaſi & iuri ciuili non incognitus [r]. Aliquando tamen neque emendandi [s] neque impugnandi [t] veteris iuris [v], ſed magis confirmandi gratia prętor pollicetur bonorum poſſeſsionem. Nam illis quoque qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecundum tabulas bonorum poſſeſsionem [x]. Itẽ ab inteſtato ſuos hæredes & agnatos ad bonorum poſſeſsionem vocat. Sed & remota [y] quoque bonorum poſſeſsione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

¶Prætor ſolus non facit quem hæredem ſed loco hæredis. Areti.

Bonorum poſſeſſio quid eſt.

¶IVS BONORVM POSSESSIONIS.] id eſt bonorum poſſeſsio, quæ eſt ius perſequendi retinendíque patrimonij quod cuiuſque cùm is moritur fuerit: vt. ff. eodem. l. iij. §. bonorum. Accurſius.

i ¶EMENDANDI.] id eſt, ſupplendi: quia minus plenè dixerat ius ciuile, nõ cognoſcens emãcipatos: vt. s. de hæredi. quæ ab inteſta. §. emancipati. ſic. ff. ad le. rho. de iac. l. vlti. §. j. & fi. Vel dic emendandi propriè, vt in agnatis fœminis, vbi ius prætorium contra ius ciuile induxit: vt ſuprà de leg. agna. ſuc. §. cæterùm. verſicu. ſed quia & in poſthuma: vt. j. §. proxi.

k ¶EMENDAVIT.] ex pone: vt. s.

l ¶ALIENVS POSTHVMVS.] quis ſit, dic vt. ſupra. de leg. §. poſthumo.

m ¶NON POTERAT.] s. de legat. §. poſthumus. contra. Solu. vt ibi.

n ¶HONORARIO.] ff. eodem. l. non eſt. §. vbicunque. contra. Sed hîc ſpecialiter ex illa regula excipitur per ipſum prætorem: & quo ad hoc derogatur illi regulæ generali, quia non eſt dubium, quin generi per ſpeciem derogetur: vt. ff. de pœnis. l. ſanctio legum.

Generi per ſpeciẽ derogatur.

o ¶ BONORVM POSSESSOR.] ſecundum tabu.

p ¶SED ET IS.] ſcilicet poſthumus alienus. Accurſius.

q ¶ CONSTITVTIONE.] ſcilicet Græca: vt. s. de leg. §. poſthumus.

r ¶ NON INCOGNITVS.] ſed cognitus. Nam conſtitutiones ſunt de iure ciuili: vt. ff. de iuſti. & iuræ. l. ius autem ciuile.

s ¶ NEQVE EMENDANDI.] vt. s. eodem. j. reſpon. Et dic emẽdandi, id eſt ſupplendi.

t ¶NEQVE IMPVGNANDI.] vt. ſuprà. proxi. reſpon. Et dic, id eſt corrigendi.

v ¶ VETERIS IVRIS.] ſcilicet ciuilis.

x ¶ BONORVM POSSESSIONEM. No. tres vias prætoris.

y ¶ REMOTA.] quare ergo fecit prætor? Reſpon. vt ſucceſſoribus viã ampliaret: vt. j. eod. §. quos. ſic. ff. de leg. ij. l. cum filius. §. varijs. Argu. contra. ff. nau. caup. ſtabu. l. idem. §. ſed an ſit. &. §. ſed ſi gratis. *ADDITIO* ... Dic quòd imò concordant: quia ibi etſi non neceſſarium, vtile tamen fuit prætorem ſe intromittere: quia qui recipit, omnino tenetur, vt ibi, quod nõ ſemper erat de iure ciuili: ſecundum Ange. hîc.

¶QVOS AVTEM ¶ *CASVS.* Dñe, iã video, ꝙ ꝑtor ſuccurrit nõ

ſolùm indigẽtibus:ſed ꝑ deo,nũqd eſt & alia differẽtia inter eos,qui de iure prætorio,& eos qui iure ciuili ſuccedunt? Ad hoc rñ.ꝙ ſic.Illi enim quos ſolùm prætor ad ſucceſsionẽ vocat,ipſo iure hæredes nõ ſunt.Nã prætor hæredes facere nõ poteſt.Per.l.enim tãtũ,vel per ſimilẽ conſtitutionẽ iuris, veluti per ſenatuſconſulta, vel per conſtitutiones principum fiunt hæredes: ſed illi quibus prætor dat bo. poſſ. loco hæredum cõſtituunt:& in bon. poſ.loco hęredũ inducunt:& bono.poſ. appellant.Et hæc dicuntur vſq; ad illum.§.adhuc autem.

¶ Quos autem ſolus vocat prætor ad hæreditatem [a], hæredes quidem ipſo iure non fiunt:nam pretor heredem facere nõ poteſt. per legem enim tantùm,vel ſimilem iuris cõſtitutionem hęredes fiunt: veluri per ſenatuſconſulta [b],& conſtitutiones principales. ſed quum eis prætor dat bonorum poſſeſsionem,loco hæredum conſtituuntur [c],& vocantur bonorum poſſeſſores.

¶ Prætor ampliat ſucceſsionis materiam,vlteri⁹ quàm ſit per legẽ duodecim tabularum.hoc dicit.Aretinus.

¶ Adhuc autem & alios complures [d] gradus prætor fecit, in bonorũ poſſeſsionibus dandis, dum id agebat,ne quis [e] ſine ſucceſſore moreretur. Nam [f] anguſtiſsimis finibus, cõſtitutum per legẽ duodecim tabularũ ius percipiendarũ hæreditatum, prætor ex bono & æquo dilatauit.

¶ Decem bonorum poſſeſsiões hîc numerantur:quarum duæ primæ competunt teſtamento facto: reliquæ verò ab inteſtato.Ange.

¶ Sunt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtauento quidem hæ.

a ¶ AD HAEREDITATEM.] i. ad ſucceſsionem: vt emancipatos ab inteſtato,& cognatos.

b ¶ PER ſenatuſconſulta] Tertul..& Orfi.

c ¶ CONSTITVVNTNR.] vt.C.de ſuis& le. hære.l.fin. ADDITIO. Idẽ in ſuccedentib⁹ ex cõſtitutiõe alicui⁹ baronis,vel marchionis: qa cẽſetur eſſe ius pretorium.Et nota quòd non habet niſi actiões vtiles, nec ciuiles efficiuntur prætorię,ſecũdũ Ange.

¶ ADHVC AVTEM. ¶ CASVS. Dñe, iam video quare prætor introducit bo. poſ.& in quo differant illi,qui admittuntur de iure ciuili, ab ijs qui de iure prætorio admittũtur.nunquid eſt aliqua alia ratio,quæ mouit prætorẽ,vt ipſę ſucceſsiones ampliaret? Et ipſe rñd. quòd ſic.Adhuc enim omnes alios gradus in bono.poſſ.dandis fecit prætor. Multùm enim ſtuduit prætor ad hoc,ne aliquis ſine ſucceſsione moriatur:& ideo ius percipiendarum hæreditatum,per.l.xij.tabula.in finibus anguſtiſsimis conſtitutum pretor ex bono & æquo(bonorum poſſeſsionem introducendo) dilatauit. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.ſunt autem bo.poſſeſ. Cuius caſus eſt planiſsimus vſque ad illum.§.ſed eas.Fran.

d ¶ COMPLVRES.] quàm lex.xij.tabu.vel quâm dixerat.

e ¶ NE QVIS.] ſic.ff.de interrog.act.l.& quia.in prin.

f ¶ NAM ANGVSTISSIMIS.] nam ſui hæredes,& agnati tantùm ſuccedebant de iure ciuili ius integrũ habẽtes:quia non ſunt emancipati. de aliis enim nõ dicitur:vt.ſ̃.de hære.quæ ab inteſt.§.j.& de legi.agna.ſuc. in prin.

g ¶ PRAETERITIS LIBERIS.] ſiue emãcipatis,ſiue non:vt.C.de li.præte.l.maximũ.circa prin.Accur, ADDITIO Non tñ datur exhæredatis:itẽ nec inſtitutis, niſi ✝ cõmiſſo edicto per præteritos: vt.l.nõ putaui. in prin.&.§.fi.ff.de bo.poſ.cõtra tabu.licet adhuc dictus præteritus non petat,nec amplius petere poſsit contra tabulas,ſecundum Ange.

b ¶ CONSTITVIT.] vt obligatio ex furto manifeſto:vt.j.de ppe.& tẽp. act.§.j.Itẽ ex rapina, & vbicũque prætor aliquã obligationem inducit:vt patet per multos titulos vt.ff.de iuſti. & iu.l. ius aũt ciuile.§.ius prętoriũ.

c ¶ HONORARIAE.]qa prætores honores gerebãt:quod dic vt.ſ.de iur. na.§.prætorum.

d ¶ SEQVENS DIVISIO.] ſ.obligationum.

e ¶ EX CONTRACTV.] vt.j.vſque ad tit. de obliga. quæ ex quaſi contractu.

f ¶ EX QVASI CONTRACTV.] vt.j.de ob. ex quaſi cõtractu.Sequẽtes duo ti.vſq; ad quartũ li.ſunt communes.ſ.per quas perſo.no.ob.acqui. & quot mo.tol.oblig.

g ¶ AVT EX MALEFICIO.]vt.j.de obl.ex malef.vſque ad tit.de ob. ex quaſi malefi.

TITVLVS XV.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

¶ Obligatio ex mutuo contrahitur re, & in ijs rebus quæ pondere,numero, vel menſura conſiſtunt. Et dicitur mutuum, quia de meo tuum fit. Are.

RE † contrahitur [p] obligatio , veluti ex mutui datiõe. ¶ Mutui [q] autem obligatio in ijs rebus conſiſtit,quæ pondere [r],numero,mẽſurá ve cõſtát: veluti vino,oleo, frumento, pecunia numerata,ære,argẽto,auro:quas res aut numerando [s],aut metiẽdo [t], aut appẽdendo [v] in hoc damus,vt accipiẽtiũ fiát.& qñque [x] † nobis nón eædẽ res,ſed aliæ eiuſdẽ naturæ & qualitatis [y] reddunt:vnde [z] † etiã mutuũ appellatũ eſt,quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuũ fiat [a]:et ex eo cõtractu naſcit actio quæ vocat certi cõdictio [b].

¶ Si ſoluitur non debitum per errorem: re contrahitur obligatio, ſicut ex mutuo. pupillus tamen ſine tutoris authoritate non obligatur.

¶ Is quoque † qui nõ debitũ † accepit

h ¶ EX QVASI MALEFICIO.]vt.j.de obli.ex quaſi malefi.& ſubaudi, aut ex varijs figuris cauſarum:vt.ff.de actio.& obli.l.j.in prin.

i ¶ EX CONTRACTV.]pprię ponit quo ad illos contractus vbi hincinde naſcitur obligatio:impropriè,quo ad alios:vt.ff.de ver.ſig.l.Labeo.ſic.ff.ſi cer.pe.l.certi cõdictio.in prin.& de offi.pcõ.& leg.l.ij. ADDITIO. Not.appellatione contractus intelligi proprie contractũ vltro citroq; obligatorium:pro quo.l.Labeo.ff.de verb.ſig.Ex quo dicit Bal. quòd ſi ſtatuto caueatur quòd qui nõ petierit debitum ex cõtractu intra.x.an.cadat à iure ſuo:nõ habet locum in creditore ex mutuo:quia ille nõ eſt propriè cõtractus,cùm ſolùm recipiens obligetur:non autem numerans.Chriſtopho.

k ¶ AEQVE.]vt.ſ.Accurſius.

l ¶ RE CONTRAHVNTVR.]vt.j.tit.proxi.

m ¶ VERBIS.]vt.j.tit.ij.vſque ad titu.de lit.oblig.

n ¶ LITERIS.]vt.j.de lit.obliga.

Cõtractus Obligatio, & actio differunt.

o ¶ CONSENSV.]vt.j.de ob.ex cõſen.cũ ſeq.ti.Sed q̃ eſt differẽtia ĩter actionẽ,& obligationẽ,& cõtractũ?Rñ.cõtract⁹ eſt verborũ cõceptio vel cõſenſus:vt patet.ff.de ver.ob.l.ſtipulationũ.§.ſtipulatio.& eſt facti : vt.ff.de cura.fu.l.cõſilio.in ſi.Obligatio eſt quæ inde naſcitur:vt ar.ff.ſi cer.pe.l.ij. circa ſi.Actio eſt quod poſteà inde ſurgit:& ſic nullũ eſt alterũ:vt.ff.de procu. l.licet.§.ea.&.j.tit.ij.in prin.& hæc duo ſunt iuris:vt in definitionibus patet.

¶ QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIG.

Diuiſio.

¶ *Continuatio iſtius tit.ad præcedentem patet ſuprà tit.proxi.in ſi.Ange.*

RE CONTRAHITVR.]¶ Totus iſte tit.diuiditur in quinque partes.Primò ponit de mutuo.Secũdò,de indebito ſoluto. Tertiò,de cõmodato.Quartò de depoſito.Quintò,de pignore dato.Secũda ibi,in.§.is quoq;.tertia ibi, Itẽ is.quarta ibi, Præterea.quinta ibi in.§.creditor quoq;.¶ CASVS. Dñe,ſuprà dixiſtis mihi ꝙ obligationũ quæ ex cõtractu naſcũtur,quatuor ſunt ſpecies. Quarũ prima eſt,ꝙ re cõtrahitur obligatio.Domine,pro deo dicatis mihi, qualiter re contrahitur obligatio.Et dominus Impera.reſpõdet,ꝙ mutui datione contrahitur obligatio re.Sed dñe pro deo,in quibus rebus cõſiſtit mutui datio? Ad hoc reſpon.dominus Imper.ꝙ mutui datio cõſiſtit in his rebus quæ cõſiſtunt põdere,numero,& mẽſura: veluti vino,oleo,frumẽto &c.hoc eſt in rebus iſtis quæ ſunt vt quãtitas,nõ vt ſpecies:quas res aut in numerãdo,& hoc refertur ad pecuniã numeratã:aut in metiendo, & hoc refertur ad vinum,oleũ,& frumentũ:aut in appendendo,& hoc refertur ad æs, aurũ, & argẽtũ:in hoc damus,vt accipientiũ fiãt.& de natura mutui eſt vt nõ idem corpus reddatur,ſed in eodẽ genere.Trãſit enim dominiũ rei mutuatæ in accipiẽtẽ:licet teneatur de corpore æquiualẽti in eodem genere.Ideo enim dicit mutuũ,quia de meo fit tuũ.Sed dñe,vos tota die loquimini de cõtractu mutui:ſed pro deo,quæ actio naſcit ex iſto cõtractu ? Rñ.Imperator ꝙ naſcitur ex iſto cõtractu quędã actio quę vocatur certi cõdictio ſpecialis.& hoc dicit dñs Guido.Vel alio modo pone ſic caſum:Poſuit Iuſti. determinãdo ſpecies obligationis & ſpecierum ſpecies: Vnde primò de prima ſpecie ſubdit exẽplũ.Dixi etiã ei:Domine , vos dixiſtis mihi ſuprà ꝙ quandoque re contrahitur obligatio : ſed dicatis ſi placet,quando ? Reſpon.Impera.Re contrahitur &c.Et quia conſiſtit primò in mutui datione:ideo conſequenter determinat in quibus conſiſtit mutuum, ſiue mutui datio : ibi, Mutui. Conſequenter modum deſignat : & addit rationem, quare ſic appellatur: ibi, Vnde &c.In fine dicit, quòd actio ex eo naſcitur, determinando. & ita quinque principaliter in hoc reſponſo continentur.Fran.

p ¶ RE CONTRAHITVR.]in primo not.veſtiri pactũ id quod eſt nudũ, vj.modis [a].Re:vt hîc.Verbo:vt.j.ti.j.Literis,vt.j.de lit.ob.Conſenſu: vt.j.de obli.ex con.Cohærentia contractus:vt ſi iuxta contractum apponatur aliquod pactum antè vel pòſt:vt.C.de pac.l.petens.&.ff. de pac.l. iuriſgentiũ. §.quinimo.Itẽ interuentu rei:vt in contractibus innominatis,ex quibus naſcitur actio demũ re ſecuta:vt.C.de re.per. l. ex placito. Sed quid differt ea quæ veſtitur re,ab ea quæ interuẽtu rei veſtitur?Reſpõ. prima habet veſtimentũ & robur ſtatim cũ naſcitur.nã tacitè agitur vt reddatur mutuũ, vel cõmodatum. ff. ſi cer.peta.l.cũ quid.Sed in alia dudũ fortè poſteà, quando res traditur. C.de pac.l.petẽs.&.C. de re. per. l. ex placito. Et adde duos modos:vt no. d.§.quinimo.in gl.j.ſcilicet qñ veſtitur legis auxilio:quod eſt quoties nudũ pactũ actionẽ parit: vt in donatione:vt.ff. de pact.l. legitima. item rei principio:vt in pollicitatione facta reipu.vt.ff.de pol.l.j.Acc. ADDITIO. Itẽ veſtitur pactum authoritate legis: vt C.de dona.l.ſiquis argentum. ſed iſte modus cõprehenditur ſub prædictis.Item iureiurando: vt.ff.de oper.liber.l.vt iuriſiurandi.

a Et dicit pactum nudũ qđ ſtat in puris finibus cõuentionis:aliâs ſi tranſit in propriũ nomen cõtractus:vel formã,ſeu ſolẽnitatẽ , vel cauſam per quã robur & efficaciã aſſumit erit veſtitum. Ang.

† Hoc prĩ. reſpõdet ti. de reb⁹ cre. ff.E. Perri.

† Quoniã.

† Inde.

† Facit ad hunc. § .c. vlti.cũ glo. j.ante med. ibi, indebitũ iure naturali . extrà de ſolu.vbi ẽ bona gl. de materia repetitionis indebiti.

q ¶ MVTVI.]No.ꝙ quatuor debent eſſe in mutuo.natura,vt ad hoc ſit inuenta,vt mẽſuretur,vel põderetur,vel numeretur:ſicut eſt in pecunia:vt.ff. de cõtrahẽ.emp.l.j.Itẽ cõſuetudo.Itẽ aptitudo ad numerũ, vel ad põdus ſuæ naturæ aptetur.Itẽ actus.ſ.vt detur ſecũdũ naturã ſuã.nã ſi dedero pecuniam in ſacculo nõ numeratã,vt tantũdem reddas, nõ erit mutuum, ſed innominatus contractus. Vide hos caſus.ff.ſi cer.pe.l.ij.§.ij.

Mutuo q̃tuor ſũt neceſſaria.

r ¶ PONDERE.]ff.ſi cer.pe.l.ij.§.item mutuum.contra.Sol.ibi largè accipitur nomen pecuniæ:vt.ff.de lega.j.l.talis.Accurſius.

† Reſpondet hîc . § . tit. de condic.inde.ff.

s ¶ NVMERANDO.]vt pecuniam.

t ¶ METIENDO.]vt vinum,oleum,frumentum.

v ¶ APPENDENDO.]vt ęre,& argẽto,& auro,Sed qđ ſi librũ ad põdus dedero?Rñ.nõ eſt mutuũ:qa cõſyderatur cõſuetudo,& aptitudo,& natura rei tal.ſic.ff.e.l.ij.§.j.Itẽ quid ſi pecuniã in ſacculo vt ſpeciẽ?Rñ.nõ eſt mutuũ: qa act⁹ mutuo ſimilis exigit:vt.ff.de le.j.l.planè vbi.§.ij.ver.ſed hoc ita erit.

Conſuetudo & aliatria in mutuo ſunt cõſyderanda.

x ¶ ET QVANDOQVE.]incidenter enim quandoque eadem : quia nõ indiget ea:vt argu.ff.ſi cer.pe.l.qui pecuniam.ſed cùm accipit, eius debet eſſe propoſiti vt aliud reddat:vt.ff.ſi cer.peta.l.ij.in prin.Accur.

y ¶ QVALITATIS.]id eſt bonitatis : quod tacitè ſemper præſumitur agi: vt.ff.ſi cer.peta.l.cùm quid.§.ij.

z ¶ VNDE.]quia fit accipientiſ.Accurſius.

Mutuũ vn de componitur.

a ¶ TVVM FIAT.]cõponitur enim ex integro & corrupto:vt hîc, &.ff.ſi cer.pe.l.ij.§.appellata.Et no.ꝙ licet deſeruire nomini : quia nomina debent eſſe conſonãtia rebus:vt.ſ.de dona.§.eſt & aliud. Et no. reconciliari mutuũ tribus modis:vt no.ff.ſi cer.pe.l.ij.§.appellata in gl.ij.&.j.e.§.itẽ is.in gl. mutuum. ADDITIO. Quibus adde duos alios modos,ſcilicet propter ſuperuenientiam dominij in mutuantẽ ex cauſa de præterito:vt.l.proinde.ff.ſi cer.pe.Item ratihabitione ſecuta:vt.l.ſi procurator.ff.de cõdi. inde.& hæc vera in mutuo merè naturali:aliâs merè ciuili curſu biennij.Item ciuile cui natura cooperatur,reconciliatur ſtipulatione : ſiue præcedat,ſiue ſequatur:vt per Ange.hîc.

Condictio certi ſpecialiter .

Condictio certi generaliter.

b ¶ CERTI CONDICTIO.]ſ.ſpãlis,quæ de mutuo dat : quæ hîc appellat à quibuſdã,ſi certũ petat:vt.ff.de tritica.l.j.Sed dic ꝙ cõdictio certi ex mutuo ſpecialis dicatur.Eſt & alia generalis,quæ dat ex omni cauſa,& ex omni cõtractu ex quo certũ petit:vt.ff.e.de re.credi.l.certi cõdictio.in prin. Sed nũquid ad intereſſe datur certi condictio?Quidã dicũt ꝙ nõ:vt.ff.ſiquis in ius vo.nõ ie.l.ſi.Nos dicimus ꝙ ſic.& ꝙ.d.l.dicitur incerti condictio : dic,id eſt certi cõdictio quæ datur ad intereſſe quod eſt incertũ.& eſt ratio : quia licet prima facie ſit incertum,certificatur tñ per iudicem:vt.j.de act.§. curare [b]. ſecus ſi ad factum:quia etiam in ſententia non certificatur quantitas : vt.ff. de verb.obli.l.vbi autem.§.qui id quod.&.ff.de re iu.l.ſiquis ab alio.§.fin.

Intereſſe petitur con dictiõe certi.

b Et pro hoc alleg. Ang. hîc caſum in.l.ij. C.de inuti. ſtipulatio Non eſt enim in poteſtate actoris quãtitas ĩtereſſe:ſed ſpectat ad iudicem.

¶ IS QVOQVE. ¶ CASVS. Dixi Imperatori. Domine, iam bene vidi qualiter in mutuo re contrahitur obligatio.contrahitur ne alio modo:Ad hoc reſpõ. dominus Imper.ꝙ ſic : quia nõ ſolũ qui mutuũ accepit, re obligatur:ſed etiã ille qui indebitũ ſibi per errorẽ ſolutũ recepit, re obligatur.vnde ſi aliquis putat ſe tibi teneri in.c.cùm in veritate non teneatur:& illa tibi ſoluerit:re obligatus es ei:& cõpetit ſibi contractę cõdictio indebiti, quæ datur propter indebita ſoluta. Nam ab eo qui indebita recepit à ſibi ſoluente per errorem, poterunt condici per condictionem indebiti : ſicut ab eo qui accepit mutuam pecuniam,poteſt illa pecunia condici per condictionem certi ſpiritualis de mutuo, & ita nunc iſta duo paria ſunt in effe-

ctu:& in modo obligationis.Sicut enim qui mutuam pecuniam recipit, tibi re obligatur:& poteſt ab eo pecunia recepta condici per conditionem certi ſpecialis de mutuo:ſic & iſte qui indebitũ recipit ab eo qui indebitũ ſoluit per errorẽ:re obligatur,& ab eo poteſt pecunia illa cõdici.Sicut ergo paria ſunt in ponẽdo,ſiue in affirmãdo:ſic & paria debent eſſe in negando.vnde ſicut pupillus ſi ſibi mutuaretur pecunia,non tenebitur: ſic nec tenebitur,ſi indebitum ſibi fuerit ſolutũ. In fine dicit, quòd quædã iniuria videtur fieri huic ſpeciei: eo quòd ponitur inter ſpecies, quæ ex cõtractu oriũtur:eo quòd ille qui indebitum ſoluit,credẽs ſe teneri:cùm tamen nõ teneatur:magis intendat diſtrahere negotiũ quã contrahere:eo quòd ſolutum intendit deliberare.Fran.

ab eo,qui per errorem [a] ſoluit,re obligatur:daturque agenti cõtra eũ propter repetitionem condictitia [b] actio. Nã perinde ab eo [c] condici [d] poteſt, ſi apparet [e] eum dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet [f]. Vnde [g] pupillus,ſi ei ſine tutoris authoritate indebitum per errorem datum eſt, non tenebitur indebiti cõdictione, nõ magis,quàm mutui [h] datione [i].Sed hæc ſpecies obligationis non videtur ex contractu [k] conſiſtere:cùm is qui ſoluendi animo dat, magis velit negotium diſtrahere,quàm contrahere†.

¶Qui recipit cõmodatum, obligatur re: & differt à mutuo:quia in cõmodato nõ transfertur dominiũ : nec tenetur de caſu fortuito, niſi culpa eius præcedat caſum: & hoc ſi gratis concedit:aliàs ſi cum mercede, eſſet locatio vſus.Areti.

¶Item † is [l] cui res aliqua vtẽda datur [m],id eſt cõmodatur:re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit, longè diſtat.Nanque [n] non ita res datur:vt eius fiat [o] :& ob id de ea ipſa re [p] reſtituenda [q] tenetur.¶ Et is [r] quidẽ qui mutuum [s] accepit,ſi quolibet fortuito caſu amiſerit quod accepit: veluti incendio,ruina,naufragio [t] , aut latronum hoſtiúmve incurſu , nihilominus obligat⁹ remanet. ¶ At is qui vtendum accepit,ſanè quidẽ exactã [v] diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur:nec ſufficit ei [x] tantam diligentiam adhibuiſſe , quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt : ſi mo-

† Quia intendit liberare ſolutum.

a ¶PER ERROREM.] aliud ſi ex certa ſcientia: vt.ff.de condi.inde.l.j.& ff.de re.iu.l.cuius per errorẽ.&.C.de iur. & fac. igno.l.cum quis. Accur. ADDITIO.Ex quo not.modum concludẽdi eſſe quòd indebitum ſoluit per errorẽ iuris vel facti,prout fuerit:& eſt neceſſe hoc exprimere:niſi qualitas perſonæ agentis eſſet cauſa dandæ condictionis,vt in pupillo:in demente vel furioſo.Angelus.

Conditio indebiti ad quid datur.

b ¶CONDICTITIA ACTIO.] i.cõdictio indebiti quæ datᷓ ꝓpter indebita ſoluta ſi facta ſint accipiẽtis:vt.ff.e.de cõdi.inde.l.indebiti.§.j.aliâs nulla cõdictio datur niſi dñiũ ſit trãſlatũ:vt.ff.vſufru.quẽad.ca.l.fi.&.j.de act.§.ſic itaque.&.§.appellamus.Itẽ ad augmenta naturalia:vt.ff.eo.de condi. inde. l.indebiti.nõ ad ciuilia:vt.C.eo.l.j.& inquantũ locupletior eſt accipiens, ſi bona fide ꝑcepit:vt.ff.e.l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.aliâs ſi ſciẽs accepit, in totũ: vt.ff.e.l.in ſu.§.ſi ſeruũ.& qñq; furti:vt.ff.de cõdi.fur.l.quoniã.vel dic vt ibi.

c ¶AB EO.] ſcilicet qui ſoluit.

d ¶CONDICI.] ei cui ſolutum eſt.

e ¶SI APPARET.] ſi.i.quia.Sed videtur hîc dici,ꝙ primò appareat indebitũ:& ſic probetur antequã actio proponatur:& ità ante lit.cõte.quod eſt falſum,niſi in caſu:vt.C.de teſti.in aut.ſed & ſiquis. Sed reſpon. hoc verbum poteſt, quod hîc eſt, intelligitur cum effectu,ſcilicet vt condemnetur reus.

Indebitum accipiẽs in certis caſibus reſtituere non tenetur.

f ¶ACCEPISSET.] vnde tenetur:niſi in caſibus:vt ſi ſoluitur ex cauſa quę inficiatione creſcit vt.C.eodem.de condi.inde.ea quæ.Item ex cauſa pietatis:vt.ff.eo.l.cum is.§.ſi mulier.Item tranſactionis:vt.ff.e.in ſum.Itẽ rei iudicatæ:vt.C.e.l.j.Item ſcientiæ:vt.ff.e.l.j.& hîc dicitur.Item iuramenti:vt.j. de ac.§.item ſiquis poſtulante.Et aliâs vt no.j.de ob.ex quaſi cõtractu.§.fi. & etiam in.l.eleganter.§.fi.in gl.fi.ff.de condi.inde.

g ¶VNDE PVPILLVS.] ſed ſi pupillo ſolueris indebitum per errorem, credens teneri:non poteris contra pupillum agere cõdictione indebiti,nec certi condictione ex mutuo.ſed iſta obligatio non videtur ex condictioue deſcendere:quia ſoluit pupillo per errorem.

Pupillus qualiter ex mutuo tenetur.

h ¶MVTVI.] quia neutra,niſi ſit factus locupletior.

i ¶DATIONE.] ſed qualiter tenetᷓ ex mutuo?Diſtingue:aut eſt infans,& tũc nullo modo tenetᷓ[a]:vt.ff.e.de cõdi.inde.l.qđ pupillus.&.ff.de act. & ob. l.pupillus.aut maior infante:& tũc ſi tutori ꝑmittat,nullo iure debetᷓ:vt.ff. de auth.tu.l.pupillus.ſi alij ꝑmittat,& ſine tutore:naturaliter tãtũ tenetᷓ:vt ff. de noua.l.j.ſi cũ tutore,etiã ciuiliter & naturaliter obligatur,ſed reſtituitur:vt.ff.de auth.tu.l.impuberes.&.C.ſi tu.vel cu.inter.per totum.Et in adulto habẽte curatorẽ idẽ quod in pupillo:vt.C.de in inte.reſti. mi.l.ſi curatorẽ.aliter enim,ideſt ſi curatorẽ non habet,ciuiliter & naturaliter tenetᷓ[b], ſed reſtituitᷓ.Et hæc oĩa ſunt vera,niſi factus ſit locupletior : vel qa ſit ſalua pecunia:vel in aliã rẽ verſa:vt.ff.de ſol.l.in pupillo.tũc enim tenetᷓ & ciuiliter & naturaliter,& cũ effectu:vt.ff.e.l.naturaliter.§.fi.&.l.ſeq.&.ff.cõmo. l.iij.His ergo eiſdẽ modis & de indebito tenetur:vt hîc dicitur.Et no.ſimilitudinem inter mutuum & indebitũ:quod valet ad multa:vt.ff.e.indebiti.§. j.&.ij.vbi reconciliatur indebitum eiſdem modis quibus mutuum.

a Scilicet actione ex eo contractu: etiã ſi ad eum aliquid peruenit: tenetur tamen tunc conditione ſine cauſa, vel ad exhibendum:vt l.iij.in prĩ. ff. commo. Et idem dicas de proximo infantiæ: ſecũdũ Ang.

b Niſi cõtrahat ſuper re cuius alienatio ẽ interdicta: quia nõ obligaretᷓ ſine decreto l.ad reſoluendã. C. de præ.mino Ang.

k ¶EX CONTRACTV.] nec eſt, imò ex quaſi contractu: vt.j. de obl.ex quaſi contractu.§.item is.Aliquid tamen tacitè geritur propter quod eſt poſitus hîc caſus inter obligationes ex contractu:vt.ff.e.l.ſi in area.j.reſpon.& ff.commo.l ſi is qui.§.vlti.

¶ITEM IS CVI &c. ¶CASVS.Expeditis duobus modis quibus re contrahitur obligatio,ſcilicet mutuĩ datione,& indebiti ſolutione:ſupereſt aliud genus,per quod re contrahitur obligatio : ſcilicet per cõmodatũ. Si enim res alicui vtendi gratia detur,ideſt cõmodetur, re obligatur ; & tenetur actione commodati.Sed diceret aliquis : Domine, ſatis patet ſimilitudo inter illum qui recipit mutuum,& illum qui recipit cõmodatum : quia vterque re obligatur.ſed ſi placet,dicatis mihi,quæ eſt differentia inter eos? Frater,dicit ipſe,differentia eſt:quia qui mutuũ recipit,ſit dominus rei mutuatæ,ſi dominus fuerit ille qui rem ſibi mutuauerit.qui autẽ commodatũ accipit,nõ ſit dominus rei cõmodatæ:vnde tenetur reſtituere idem corpus quod accepit.Domine Iuſti.dixi ego:nũquid alia differẽtia inter eos reperitur? Vtique, dicit ipſe. Ille enim qui recipit mutuũ,re obligatur, & ab illa obligatione per caſum fortuitũ nequaquam liberatur.ſecus in illo qui recipit cõmodatum:quoniã is exactã cuſtodiã tenetur præſtare circa rem ſibi cõmodatã.ſi tamẽ eam per caſum fortuitũ amiſerit,nõ tenetur:& hoc verũ eſt,niſi culpa ſua pręceſsit caſum illũ. Sed domine, ꝓ deo ponatis mihi exẽplum de culpa fortuitũ caſum præcedẽte. Libẽter dicit ipſe . Si ego tibi ſcyphos meos argenteos commodauerim, vt eis domi inter vicinos tuos quos ad cõuiuiũ inuitaueras, vtereris : & tu eos tecũ peregrè portaſti:ſi poſteà aliquo caſu fortuito amiſeris, tenebe ris:eo ꝙ tua culpa præceſſerit caſum illum.Sed domine , pro deo dicatis mihi,qñ dicitur res propriè cõmodata ? Frater, dicit ipſe:Res tũc dicitur cõmodata propriè eſſe, qñ nulla merces interuenit:quia ſi merces interueniret, diceretur potius locata vel conducta:qđ nõ eſt in cõmodato:quia commodatum debet eſſe gratuitum.Franciſ.

† Itẽ, eſt dictio repetitiua.l.in repetẽdis . ff. de lega. iij. E. Perrinus.

l ¶ITEM IS CVI.] q.d.non ſolùm in duobus ſuperioribus caſibus.ſ.qñ aliquis accipit mutuũ,vel qñ accipit indebitũ obligatur re,ſed etiam in hoc caſu.Acc. ADDITIO.No.ꝙ ſi cõmodauero tibi rem aliquam, re obligaris,vt poſsim cõtra te agere cõmodati actione.Sed differẽtia eſt inter illũ qui mutuũ accepit,& illum,cui cõmodata eſt res:quia ſi cõmodauero tibi equum meum,ego non do tibi eum vt tuus fiat:& ideo teneris mihi de eadem re reſtituẽda.ſecus in mutuo:quia ſi mutuo tibi, non teneris mihi reddere eandẽ rem,ſed aliã rem eiuſdẽ naturæ,& æquè bonam.Alia eſt differẽtia:quia qui mutuũ accepit:ſi caſu fortuito amiſerit quod accepit mutuo:veluti incẽdio,ruina,naufragio,aut incurſu latronũ,vel hoſtium:nihilominus poſſum agere cõtra eum ex mutuo. Sed cõmodatarius diligenter debet cuſtodire rem ſibi cõmodatam:nec ſufficit ſi adhibeat talem diligentiam in cuſtodiẽdo,qualẽ in ſuis rebus ſolet adhibere:ſi alius homo diligẽtius potuerit cuſtodire.Si verò propter maiores caſus commodatarius rem ſibi cõmodatam amiſerit,non tenetur:dum tamẽ propter culpam ſuam caſus iſte non euenerit.alioqui ſi tibi cõmodauero ſcyphum meum vt haberes in domo tua:& tu forſitan tecum in peregrinatione attuleris:& incurſu latronum amiſeris,vel naufragio,teneris mihi de eo reſtituendo, vel ad eius æſtimationem.

Commodatum & mutuum differunt dupliciter. Caſus fortuiti.

m ¶DATVR.] i.traditur[c]:qa dare eſt dñium trãſferre : vt.l.vbi aũt.§.fi.ff. de ver.obl.&.j.de act.§.ſic itaq;.quod non ſit in re cõmodata.Chriſtopho.

c Iſta glo. non eſt Accurſij.

n ¶NANQVE.] prima differentia inter mutuum & commodatum.

o ¶VT EIVS FIAT.] quod eſt in mutuo.

p ¶DE EA IPSA RE.] quod non eſt in mutuo.

q ¶RESTITVENDA.] etiam non deteriore:aliâs non videtur reddita.vnde tenetur ad intereſſe:vt.ff.commoda,l.iij.§.ſi reddita.

r ¶ET IS QVIDEM.] ſecunda differentia.

s ¶MVTVVM ACCEPIT.] hîc no.mutuũ eſſe triplex.Naturale tantũ.ſ. qñ ſit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluẽdo. Ciuile tantùm,qñ ſtipulatio interuenit de ſoluẽdo ſine numeratione.Ciuile & naturale,qñ numeratio & ſtipulatio interuenit:vt.ff.ſi cer.pe:l.ij.Itẽ no.ꝙ deficit mutuum ratione rei:vt in fure:vt.ff.eo.l.ij.§.mutui.&.§.appellata.& ratione perſonæ:vt.ff.ſi cer.pe.l.ſi à furioſo.& ratione diſſenſus:vt.ff.ſi cer.pe.l.ſi ego pecuniã.&.l. ſi & me & Titium.Recõciliatur autem mutuum cõſumptione:vt.ff.ſi cer, pe.l.nam & ſi fur.ſtipulatione:vt.C.ſi cer.pe.l.quamuis.vſuſcapione,ad inſtar alienæ pecuniæ datæ in dotem:vt.ff.de iur.do.l.Proculus.

Mutuũ eſt triplex.

Mutuũ deficit tripliciter.

Mutuũ reconciliatur plurib⁹ modis.

t ¶NAVFRAGIO.] hîc nota fortuitos caſus melius, quàm in aliqua lege.ſic enumerantur aliqui caſus.C.de pig.act.l.quæ fortuitis.

v ¶EXACTAM.] aliâs exactiſsimã †.& ſic ponitur poſitiuus pro ſuperlatiuo.Et diſtingue,quia interdũ ſolus dolus venit in cõmodato:vt ſi cõmodo vxori meæ vt cõpta veniat ad me:vt.ff.e.cõmo.l.ſi vt certo.§.nũc videndũ.&.§.interdũ.Quãdoq; dolus,& culpa leuis:vt ſi cõmodo tibi ſcyphũ vt cõmunes amici inuitẽtur ad cœnam : vt.ff.e.cõmo.l.in rebus.§.hoc ità. Interdum leuiſsima:& hoc generaliter:vt hîc.Interdũ caſus:vt ſi culpa præcedit caſum:vt hîc ſequitur,&.ff.e.l.in rebus. circa princip. verſicu.alioquin. ADDITIO.Si quæratur an in cõmodato cõmodatarius teneatur de dolo lata culpa vel leui:dic ex mẽte doct.in.d.l.ſi vt certò.ꝙ ſi contractus celebratᷓ gratia dãtis:tũc recipiẽs tenetᷓ ſolùm de dolo & lata culpa.Sed ſi gratia recipiẽtis tãtùm,tũc tenetur de dolo & omni culpa:ſed nõ de caſu fortuito,niſi culpa præcedat caſum:vt hîc.Si gratia vtriuſq;, tunc de dolo, lata culpa etiam leui.Quid ſi res cõmodata ſit æſtimata antequàm cõmodetur?Dic quòd æſtimatio ſemper addit vnã ſpeciem obligationis primæ: vt per gl.& Bar. in.d.l.ſi vt certo &c.ſecundum Iaſ.& Chriſtopho.

† Sic in ſcriptis exemplaribus legitur.

Cõmodatarius de quibus teneur.

x ¶ EI.] ſcilicet commodatario.

Caſus.

a ❡Casvs.]ſcilicet alios.
b ❡ Mercede.] ſic.j.locati.§.j.ſic.j.manda.§.fi.
c ❡ Commodatvm.] cõmodatũ eſt,ſi dedi tibi rem meam,vt vtaris:nec inde accepi mercedẽ. ſi verò merces interueniat:erit locatio, & cõductio. gratuitũ enim debet eſſe commodatã,ideo teneris ad exactiſsimã diligentiam.ſic.j. locati.§.j.ſic.j. man.§.fi.

Cõmodati declaratio generalis.

❡ PRAETEREA. ¶ CASVS. Hîc proſequitur Iuſtinianus. quartum modum quo cõtrahitur re obligatio: dicens quòd præter prędictos modos re contrahitur obligatio, ſcilicet in depoſito: vnde ſi tu rem tuam penes aliquem depoſueris,ipſe re tibi obligatur:& competit tibi actio depoſiti: depoſitarius tamẽ nõ tenetur niſi de ſolo dolo: ſubaudi & de lata culpa: de alio verò non. vnde ſi rem depoſitã per modicam culpam amiſerit depoſitarius, non tenetur:quia eſt qđ imputetur deponẽti. Suæ enim facilitati imputare debet,& conqueri qui rem ſuam cuſtodiẽdam amico tradidit negligenti. Item dicit Imperator in §.creditor. quòd nonſolũ dictis quatuor modis re contrahitur obligatio,ſed etiam creditor qui pignus accepit à debitore,re obligatur:& tenetũ de ea re reſtituenda quam accepit,pignoratitia act. Sed domine, dixi ego: tenetur ne de leui culpa? Reſpõ.quòd nõ:quia pignus vtriuſq; gratia datum eſt, creditoris, vt magis pecunia ſua in tuto ſit.& debitoris,quia forſan nõ crederetur ei pecunia:& propterea ſufficit vt exactam diligentiã adhibeat,& hæc eſt illa,quam rebus ſuis adhibere ſolet: quam ſi præſtiterit,quamquam pignus amiſerit,non tenetur:& nihilominus creditum petere poterit.h.d.

* Vis maior q̃ dicatur,pulchrè Budęus in adnota. ad Pandectas tit.de lo.& cõduct. ad l.ſi merces. §. vis maior.

... dò alius diligentior poterat eam rem cuſtodire. ſed propter maiorem vim*, maioresúe caſus[a] non tenetur:ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenerit. Alioqui ſi id quod tibi commodatum eſt domi, peregrè tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium prædonumúe, vel naufragio amiſeris: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. ¶ Commodata autem res tunc propriè intelligitur,ſi nulla mercede[b] accepta, vel conſtituta, res tibi vtenda data eſt:alioqui mercede interueniente, locatus tibi vſus rei videtur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum[c].

❡Depoſitarius obligatur re, & tenetur de dolo.h.d.Aretinus.

❡ Preterea[d] & is apud quem res aliqua deponitur[e],re obligatur: teneturq; actione depoſiti:quia & ipſe de ea re quam accepit reſtituenda tenetur. ſed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo[f] commiſerit:culpæ[g] autem nomine, id eſt deſidiæ ac negligentiæ, non tenetur.Itaq; ſecurus eſt,qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit:qa qui negligẽti amico rẽ cuſtodiendam tradit:non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare[h] debet[i].

❡Creditor ex pignore recepto obligatũ re: & tenetur ſolùm de leui culpa. Aret.

Depoſiti declaratio.

d ❡Praeterea.]id eſt præter ſupradictos modos accipiens depoſitum, re obligatur.Vnde ſi depoſui penes te rem meã, mihi obligaris:& poſſum agere contra te actione depoſiti ad rem mihi reſtituendam:& teneris ex ſolo dolo,ſi dolum commiſeris.ſed ſi negligenter cuſtodieris,non teneris. Et ideo ſi depoſitarius rem ſibi depoſitã per negligentiã ſuã amiſerit furto: debet ſibi imputare,qui cuſtodiẽdam rem ſuam amico ſuo tradidit negligenti:vt dicitur in fine huius.§.
e ❡ Deponitvr.] id eſt cuſtodienda datur:vt.ff.depoſi.l.j.
f ❡ Dolo.] No.in depoſito ſolum dolum venire: vt hîc.&.ff.depoſi.l.j.§. illud. Item venit lata culpa,quæ pro dolo accipitur[a]: vt.ff.e.l.quod nerua. Quandoq; leuiſsima:vt ſi hoc fuerit pactum:vt.ff.eo.l.j.§.ſæpe. Item ſi fuit in culpa: quia portauit rem depoſitam per locum periculoſum:vt.ff.commo.l.in rebus. §.j.&.l. ſi vt certo.§. interdum. Item mora facta in reſtitutione: vt.ff.depoſi.l.ſi in aſia.§.fina. & hîc & ſuperior ſimiliter tenetur de caſu.
g ❡Cvlpae.]ſcilicet leuis.
h ❡Impvtare.] ſic.j.pro ſocio.§.finali.&.ff.de minori.l.cum mandato.§.finali.
i ❡ Debet.] hîc nota aliud eſſe dolum:vt quando eſt machinatio ſtudioſa:vt.ff.de dolo.l.prima.§.ij. Aliud latam culpam:vt non intelligere quod omnes intelligunt: vt.ff.de iu.& fact.ignorantia.l. regula.§.ſi filius.& de verbo.ſignifi.l.late. Aliud leuem:vt deſidiæ & negligentiæ: vt hîc. Aliud leuiſsimam: vt ſi quocunq; modò potuit præuidere, & non præuidit. vnde furtum fieri non poteſt ſine leuiſsimâ culpa: vt.ff. pro ſocio.l.cùm in duobus[b]. vel incendium naſci:licet non noceat in culpabilibus: vt.ff. de officio præfecti vigi.l.tertia.§.primo. &.ff. de pericu.& commodo rei venditæ.l. ſi vendita.& ſuprà proximo. §. Aliud caſum fortuitum, qui ſcilicet præuideri non poteſt: vt ſuprà proxi.§. &. C. de pigno. actio.l. quæ fortuitis.
k ❡ Creditor.] creditorẽ accipe ex omni cauſa:vt in aut.de fideiuſ.§.fi. &.ff.de verg.ſig.l.ſi cui.
l ❡ Accepit.] Nota cautè ponit accepit:aliter non dicitur re obligari.ſed pignus creditori etiam nuda conuentione tenetur:vt.ff.de pignora.actio. l.j.& hypothecaria ſibi naſcitur ad pignus illud perſequendum: vt.j. de actio.§.item Seruiana. ADDITIO. Pro hac gl.vide tex.in.l.grege. §.& in ſuperficiarijs.ff.de pig.
m ❡ Actione pignoratitia.] quę naſcitur demum ſoluta pecunia: vel aliâs ſatiſfacto:vt.ff.de pig.act.l.ſi rem.§.omnis.Sic in actione tutelę,quę demum finita tutela naſcitur:vt.ff.de tu.& ra.diſtra.l.ſi tutor.§.fi.&.l.ſeq. licet quidam dicant etiã prius eam naſci,ſed non intentari: vt no.in.d.§. omnis.

a Et ſic cũ text. dicat ſolo dolo: nota quòd licet lex taxatiue loquatur: tñ extenditur ad caſum ſimilẽ: vt hîc per Ange.

Dolus. Culpa lata. Culpa leuis Culpa leuiſſima.

b Cum leuiſsima tñ adhuc ẽ caſus fortuitus:ſecus ſi ſit leuis: & ſic intelligitur qđ nota.in. l. nauta. ff. nau. caup. ſtabula.

Actio hypothecaria & actio tutelæ quãdo naſcuntur.

❡ Creditor[k] quoq; † qui pignus accepit[l],re obligatur:quia & ipſe de ea re quam accepit reſtituenda tenetur actione pignoratitia[m]. Sed quia pignus vtriuſq; gratia datur,& debitoris,quo magis pecunia ei credatur: & creditoris,quo magis ei in tuto ſit creditum:placuit ſufficere,ſi ad eam rem cuſtodiendã exactã[n] diligentiã adhibeat:quã[o] ſi pręſtiterit,& aliquo fortuito[p] caſu rem amiſerit,ſecurũ[q] eſſe,nec impediri creditum petere.

† Hic.§.mĩ det tit.ff.de pig actio.

n ❡ Exactam,] propriè ponitur:nõ pro ſuplatiuo: vt.s̃.e.§.& is. non enim tenetur de leuiſsima:vt.ff.de pig.act. l.ſi cùm venderet.§. venit.&.l.ſeq. Accur.
o ❡ Qvam.] ſcilicet exactam diligentiam.
p ❡ Fortvito casv.] ſed quis probabit hunc caſum? Rñ.creditor probat ſe amiſiſſe vt C.de pign.act.l.ſi creditor.Item debitor pbabit dolum,vel culpã creditorem commiſiſſe:vt.ff. de proba.l.in exceptionibus.&.l.quoties.§. qui dolo.Sed tertiò creditor probat caſum, ſi vult euadere[c]:licet Bul.aliter diſtinxerit: vt not.d.l.ſi creditor. Accur.
q ❡Secvrvm esse.] repete,placuit.

TITVLVS XVI.
De verborum obligationibus.

❡Per ſtipulationẽ cõtrahitur verbis obligatio:ex qua oritur certi cõdictio,ſi eſt certum in ſtipulationem deductum:aliàs actio ex ſtipulatu.h.d.Aretinus.

VErbis obligatio cõtrahitur ex interrogatione[r] & rñſione,cùm qđ dari[s],fieriúe[t] nobis ſtipulamur[v]. ex qua[x] duæ pficiſcũtur actiones, tam cõdictio[y] certi, ſi certa ſit ſtipulatio: quàm ex ſtipulatu[z], ſi incerta[a] ſit. quæ[b] hoc nomine inde vtitur, ꝙ ſtipulũ[c] * apud veteres firmũ[d] appellabatur,fortè à ſtipite † deſcendens.

❡ Olim requirebatur quædã ſolennitas in ſtipulatione: quæ hodie eſt ſublata:

❡ DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. ¶ *Iſta cõtinuatur ad præcedentia, vt patet in textu ſuprà de obli.in fi.Aret.*

VErbis.] ¶ Totus iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, qualiter obligatio verbis contrahitur, & quæ actio ex ea reſultet.Secũdò qbus verbis olim & hodie cõcipitur. Tertiò quot modis ſtipulatio fieri põt.Quartò illud per exẽpla declarat.Secunda ibi,in hac re. Tertia ibi,oĩs ſtipulatio. Quarta ibi. Purè veluti. ¶ CASVS. Quęſiui à Iuſt.Dñe,qualiter obligatio cõtrahiĩ verbis?& rñdet:Ex interrogatione præcedente & rñſione ſubſequente,cùm qđ dari fieriúe ſtipulamur.Ex qua obligatione verborũ duæ pficiſcuntur actiones.ſ.certi cõdictio ex ſtipulatione:& actio ex ſtipulatu,ſi res incerta deducatur in ſtipulationem.Sed dñe,qđ eſt nomen verbo.oblig.Et rñ.dñs Impera. ꝙ vocatur ſtipulatio.Sed dñe,quare dicitur hæc obligatio ſtipulatio? Et ad hoc rñd.ꝙ hoc eſt ideo,qa ſtipulũ apud veteres firmũ appellabaĩ,à ſtipite deſcẽdens: & ideo hæc obligatio tanquam firma vocabatur ſtipulatio.Fran.de Are.

c Et hæc eſt communis opi. ſecũdum Io. Fab. & procedit indiſtinctè: qñ eſt talis caſus qui cõmitti põt ſine culpa: vt hoſtium incurſus:aliâs debet probare in tali caſu culpã non cõmiſsiſſe.Ange.

* Stipulum in hãc ſignificationem quam dicit Iuſti. apud Latinos nõ reperiri aſſerit Catelianus Cotta in memorialib⁹ ſuis: & ſtipulationẽ à ſtipe poti⁹ deduci,ꝙ circa ſtipẽ.i. pecuniam, maximè cõſiſtat.

† Stipulari eſt ſtipẽ.i. pecuniã obligare.Vale.ma. li. ij. Egi. Perri. Stipulatio.

r ❡ Ex interrogatione.] ſcilicet præcedente,& reſponſione ſequente:vt hîc,&.C.de vſur.l.j.aliâs non valeret.
s ❡ Dari.] ſcilicet certũ,quod appareat quid,quale, vel quantũ ſit in obligatione:vt.ff.e.l.ſtipulationum.&.l.ſeq.Accurſius.
t ❡ Fierive.] vel etiã nõ fieri:vt.ff.e.vbi autẽ.§.id qđ.&.j.e.§.fi. Accur.
v ❡ Stipvlamvr.] eſt autem ſtipulatio verborum conceptio qua,aliqd dare vel facere promittimus &c.vt.ff.e.l.v.§.ſtipulatio. Accur.
x ❡ Ex qva,] ſcilicet obligatione verborum.
y ❡ Condictio.] ſcilicet certi generalis:de qua dic vt.s̃.tit.j.diximus circa prin.Item.& triticaria locum habet,vbi petitur,certum vel incertum: niſi petatur pecunia numerata:vt.ff.de tritica.l.j.
z ❡Ex stipvlatv.] ſi autẽ incertũ qd mihi debeaĩ,nõ ex ſtipulatione, ſed ex alio cõtractu:agitur cõdictione incerti.nã dico ꝙ eſt propriũ nomẽ actionis:vt.ff.de cõdi.inde.l.ſed & ſi me.§.j.vbi de hoc notaui.Accur.
a ❡Si incerta.] niſi in caſu:vt.C.de rei vxo.act.in prin.Sed quid ſi promitto aliquid in genere?Rñ.non valet.nã dando muſcam liberaret.oportet enim,ꝙ aliqua certitudo ibi ſit:vt homo vel equus:quæ certis finib⁹ cõtineatur:aliâs non valet:vt.ff.e,l.ita ſtipulatus.in prin.&.ff.de iure do.l.cũ poſt.§.gener.à ſocero.Accurſius.
b ❡ Qvae,] ſcilicet ſtipulatio.
c ❡ Stipvlvm,] alludit vocabulo.ſic.s̃.de teſt.in prin.&.ff.de acquir.poſ. l.j.in princip.nam nomina conſonantia debent eſſe rebus: vt.s̃.de dona.§. eſt & aliud.
d ❡ Firmvm.] nã & baculũ vel ſtipitẽ paleæ dabat vnus alteri p inueſtitura:vt hodie fit in marchia:ſed in Lombardia bibunt,alibi per mantellũ inueſtiũt.ſic.ff.de pac.l.j.§.j.Accur. ADDITIO. Iſta tñ inueſtitura nõ eſt neceſſaria de iure ciuili:ſed de cõſuetudine ſic. Idẽ in beneficialibus

Inueſtiturę forma.

de iure canonico.per eam tamẽ poſſeſsio nõ acqritur:vt hîc per doctores.

¶ IN HAC RE ¶ CASVS. Queſiui à legislatore ſub qua forma fieret ſtipulatio.& dicit legislator,id eſt ipſe Iuſti. Frater,recitabo tibi antiquitatem circa hoc,& etiam nouitatem.& recitat primò antiquitatem, dicens quòd antiquitas erat,quòd per illud idem verbũ per quod fiebat interrogatio,debebat fieri reſponſio, mutata ſcilicet perſona ſecũda à parte quęrentis,in primam perſonã à parte reſpondẽtis. Verbi gratia:Spondes?ſpondeo:ſed hæc ſolennitas idẽtitatis verborum per do. Leonẽ fuit ſublata per cõſtitutionẽ ſuam quam habes.C.de contrahen. & cõmit.ſtipula.l.omnes. Vnde conſtitutio illa Imperatoria de ſolennitate verborum nõ curauit: ſed intellectum conſonantem inter partes deſyderauit:vt ſtipulantes adinuicem ſe intelligerent.nec curauit illa conſtitutio, per quæ verba fieret ſtipulatio,dummodo fieret per verba ad ſtipulationẽ idonea. & iſtam conſtitutionẽ approbat hîc Iuſti. & ſic patet ſub qua forma debet hodie fieri ſtipulatio.Sed quid domine, iã bene video, quòd ſolennitas verborum quæ olim neceſſaria erat ad ſtipulationẽ: hodie eſt ſublata. ſed domine,pro Deo,poſſet ne ſtipulatio fieri diuerſis linguis?Ad hoc rñ.& dicit, ꝙ non refert quacunq; lingua fiat ſtipulatio:ſiue Gręca ſiue alia: dummodò contrahentes ſe adinuicem intelligant.nec eſt neceſſariũ quòd ambo vna lingua vtantur:ſed prius vnus vna lingua quęrere,& alius altera lingua rñdere poteſt:& nihilominus valet ſtipulatio : dum tamen verba apta fuerint ad ſtipulationem , & vterq; alterum intellexerit. Nam duo etiam Britones verbis Gallicis contrahere poſſunt:& Gallici Britonicis verbis: dummodo ſe intelligant. vnde Græci latina lingua contrahære poſſunt. Franciſcus.

† Et ſic pôt fieri ſine interrogatione. gl. in. l. ſponſio. ff. de ver. ſig. Egi. Perri.

nec refert qua lingua fiat interrogatio. & reſponſio : dummodo ſe intelligant: hoc dicit. Aretinus.

¶ In hac [a] re olim talia verba tradita fuerunt: ſpondes ? ſpondeo. promittis?promitto.fidepromittis? fidepromitto .fideiubes?fideiubeo.dabis? dabo.facies?faciam [b]. Vtrum autem Latina, an Græca , vel qualibet alia lingua [c] ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt:ſcilicet ſi vterq; ſtipulantium [d] intellectum eius linguæ habeat : nec neceſſe eſt eadẽ lingua vtrunq; vti, ſed ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere.quinetiã duo Græci Latina lingua obligationem contrahere poſſunt. ¶ Sed hæc [e] ſolennia verba olim quidem in vſu fuerunt:poſteà autem Leonina conſtitutio [f] lata eſt,quæ ſolennitate verborum ſublata , ſenſum [g] & conſonantem intellectum ab vtraq; parte ſolùm deſyderat,quibuſcunq; [h] tandem verbis expreſſum ſit †.

¶ Stipulatio vbi eſt pura , ſtatim poteſt peti. Si verò eſt in diem,non poteſt peti, niſi prætereat tota illa dies.

a ¶ IN HAC RE.] ſcilicet ſtipulatione contrahenda.

b ¶ FACIAM.] quæ omnia dici debebant in ſtipulatione , vel aliqua de his.ſic.ſ.de ſingu.reb.per fideicõ.reli.§.fi.ſed hodie vel vnũ ex his, vel etiã aliud dummodo aptum,ſufficit:vt.ĩ.eo.§.verſic.ſed hæc.qui cõtinuari debet cum iſto.§.

c ¶ LINGVA.]vt Aſſyria,Latina,Græca,vel alia:vt.ff.eod.l.j.§.fin. ADDITIO. Dummodo ſe intelligant:aliâs erit neceſſarius interpres.idẽ in teſte in Illyrico nato,cuius lingua non intelligitur : quia iudex eum interrogabit per interpretem.Et ſi ipſe iudex & notarius,vel etiam notarius ſolus ſit interpres,ſufficiet:imò ipſius ſcriptura, vel inſtrumentum faceret fidem etiam cõtra nuncium,vel teſtem dicentes aliter denunciaſſe,vel depoſuiſſe quàm ſcriptum ſit.& hæc vera in iudiciis ciuilibus : ſecus in criminalibus:vt per Ange.hîc.

† Vnde ſi annuis capite, nõ valet l. §.fin.ff.e. quia cõceptus mentis debet dephendi per verba ,non per ſigna. Bart. tamẽ refert de quodã, qui per motum labiorum quẽlibet loquentẽ intelligebat . Egi. Perri.

d ¶ STIPVLANTIVM.] propriè & impropriè dicitur.ſic in aut.de æquali. do.§.j.colla.vij.& ſic impropriè etiam promittens dicitur ſtipulari: vt hîc, &.ff.de condi.inde.l.ſi non ſortem.§.ſi decem.

e ¶ SED HAEC.] quæ diximus.ſ.eo.§.in hac.

f ¶ CONSTITVTIO.] vt.C.de contrahen.& commit.ſtipula.l.omnes.

g ¶ SENSVM.] aliâs conſenſum.ſ.verbis † expreſſum ab vtroq;,& incontinenti:vt.ff.e.l.j.in prin.&.§.qui præſens.&.§.ſiquis ita interroget.licet verba inutilia fuerint inſerta : vt.ff.eo.l.quæ extrinſecus.aliâs ſi diceret verba expreſſa non exigi,non differret ab his contractibus qui conſenſu contrahuntur:vt.ĩ.de oblig.l.ex conſenſu.j.reſpon.Accurſius.

Stipulatio fieri debet verbis aptis.

h ¶ QVIBVSCVNQVE.] habilibus tamen ad hoc. Quid enim ſi dicam à. & velim repræſentare,promittis:tu dicas b.& velis repręſentare promitto? non valet:vt.ff.de conſtituta pecu.l.qui autem.§.fi.in gl.fi.&.l.ſeq.&.ff.de mu.& ho.l.vt gradatim.§.& ſi lege.ibi,ſic idonei ſunt.

¶ OMNIS STIPVLATIO. ¶ CASVS. Dixi Iuſtin.domine, procedatis in materia,& dicatis mihi aliquã ſtipulationũ diuiſionẽ. Et rñ. ꝙ omnis ſtipulatio aut eſt pura,aut in diem,aut ſub cõditione.Sed dñe,poſuiſtis iam trimembrẽ diuiſionẽ.ponatis de primo exẽplũ, ſi placet.Et rñ. quòd ſtipulatio fit purè. Nã ſi quæram à te ſic:frater , quinq; aureos dare ſpondes?& tu rñdeas,promitto:iſta ſtipulatio dicit̃ pura:& ideo illud qđ in iſtã ſtipulationẽ deductũ eſt,ſtatim peti pôt:non tñ ſic intelligendũ eſt,vt ſtatim veniat cũ ſacco paratus.Sed dñe,iã vidi qualiter fit ſtipulatio purè: ſed qualiter fit ĩ diẽ? Rñ.di.In diẽ fit ſtipulatio veluti ſi dicat ſtipulator:ꝑmittis mihi in primis cal.Iunij.x?& promiſſor rñdeat,ꝑmitto.iſta eſt ſtipulatio in diem:& ſtatim ſtipulatione facta debetur quod promiſſum eſt:ſed non poteſt peti antequam dies venerit:& die adueniente, vel ſtante adhuc non poteſt peti promiſſum:niſi tota dies ſit præterita ſiue elapſa:quia incommutabiliter non poſſumus dicere,quòd non ſoluerit ſua die.i.appoſita vel præfixa,antequàm totus dies fuerit elapſus.

i ¶ CONFESTIM.] id eſt ſtatim:vt.ff.e.l.eũ qui calendis.§.fi.& hoc niſi ratione loci ſit in diẽ:vt.ĩ.e.§.loca.vel ratione rei quæ adhuc non eſt in rerũ natura : vt.ĩ. de except. §.antepe.&.ff.eo.l.interdum.in princi.[a] &.ff. de condi. & demonſt.l.j.§. fi.Sed ad quid fit promiſsio,cùm non incontinenti ſoluitur ? Rñ.nõ eſt ſic prauè intelligendum verbũ confeſtim, vt veniat ſtatim cum ſacco paratus : vt.ff. de ſol.l.quod diximus . ſed aliquod ſpatium,puta x. dierum,dandum eſt : vt ĩ.de inuti. ſtipu.§.fi.& in gl.fi.&.ff.de cõſti.pe. l.promiſſor.ſic etiã ferè vbiq; conſuetudo interpretatur, vt intra x.dies fiant præcepta à poteſtatibus:quæ eſt bona legũ interpres:vt.ff.de leg.& ſe.conſ.l. ſi de interpretatione. & .c. cum dilectus.extra de conſue.

a Non eſt tamẽ ibi nata actio,vel obligatio: quia cũ ſit incertũ an fructus naſcantur, vel non, dies q̃ tacitè ineſt habetur ꝓ cõditione : vt.l.j. ff. de condi.& de mõ.Ang.

k ¶ IN DIEM.] ſcilicet fit ſtipulatio.ſed nunqd ſtipulatio eſt actus ciuilis? Reſpon.ſic : vt.ĩ. de act.§.de conſtituta.ergo non. debet recipere diẽ nec etiam cõditionem: vt.ff.de reg.iur.l. actus. Sed dic, quòd hîc actus ibi non computatur.ſic in nouatione:vt dicitur.ff.de noua.l.nouatio. Et illa regula,actus.habet locum in ſuis numeratis caſibus.

Stipulatio an poſsit fieri ſub cõditione.

¶ Omnis ſtipulatio,aut purè,aut in diem , aut ſub conditione fit . Purè, veluti , quinq; aureos dare ſpondes? idq; cõfeſtim [i] peti poteſt. In diem [k] quum adiecto die quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit : veluti , decem aureos primis [l] calendis Martiis dare ſpondes ? Id autem quod in diem [m] ſtipulamur, ſtatim quidem debetur: ſed peti prius quàm [n] dies venerit, non poteſt [o] . At ne eo [p] quidem ipſo die, in quẽ ſtipulatio facta eſt , [q] peti poteſt:quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui [r] debet . Neq; enim certum eſt, eo die in quem promiſſum eſt datum [s] nõ eſſe, prius quã [t] is præterierit.

¶ Stipulatio annua quoad quis viuet, pura & perpetua eſt , ſed poſt mortem ſtipulatoris obſtat exceptio hæredi. Aretinus.

¶ At ſi ita ſtipuleris , Decem aureos

l ¶ PRIMIS.] ſuperfluè hoc dicitur.ff.e.l.eum qui calendis.in prin.

m ¶ IN DIEM.] aliud ſi ad diem.nam tunc vſq; ad diem tenetur, & non poteſt:vt.ff.de acti.& obli.l.obligationum ferè.§.j.& dic quòd idẽ eſt dicere, ex die,quod in diem:vt.d.l.in prin.& hîc.

In diẽ & ad diem differũt.

n ¶ PRIVSQVAM.] nam ceſsit,ſed non venit dies:quod dic vt.ff.de verb. ſignifi.l.cedere.

o ¶ NON POTEST.] ſic.ff.ſi cer.pet.l.certi condictio.in prin.& ſi petat,repellitur per exceptionem:vt.ĩ.de excep.§.præterea.

p ¶ NE EO QVIDEM IPSO.] niſi ab initio ſic dicat : hodie dare ſpondes? quo caſu pura eſt:vt.ff.e.l.liber hõ.§.decẽ.Sed ſi eſt pura , ergo peti nõ pôt ante decẽ dies.ita enim determinat̃ verbũ,cõfeſtim.ſ.e.§.oĩs.& in.d.l. ff.eo.l.liber homo.dicitur ꝙ eadẽ die:ergo malè. Sed ibi expreſſa eſt dies.

Cõfeſtim determinatur per.x. dies.

q ¶ FACTA EST.] ſcilicet vt ſoluatur.

r ¶ TRIBVI DEBET.] hîc no.quæſtionẽ de facto.Iudex ſtatuit terminum perẽptoriũ partibus ad audiendã ſententiã:puta diẽ iouis. vna partiũ non veniente eadẽ die:quæro qñ debeat ea ſñĩa ferri:an die ſtatuta,vel ſequẽti? Et videt̃ ꝙ nõ die ſtatuta:qa vt in cõtractibus,tota illa dies videt̃ ſua:vt hîc. & pro hoc eſt.ff.de fe.l.more romano.per quã legẽ etiã ſi media nocte veniſſet,ſatis ſufficeret.vñ patet,ꝙ ea die ferri nõ debuit. Itẽ alia rõne:quia poſt peremptoriũ debet eam partẽ abſentẽ citare iudex : vt.ff.de iudic.l.& poſt edictũ.& inter vnã citationẽ,& aliã debet eſſe ſpatiũ.x.dierũ olim : vt ff.de iudi.l.per interuallũ.hodie.xxx.dierũ:vt in aut.de liti.§.oẽm.col.viij. & ſecũdũ cõſuetudinẽ Bonoñ.vnius diei.Vñ patet ꝙ in die perẽptorij nõ debet ferri.Sed in illa.l.& poſt edictũ.exponit̃,debet.i.pôt.Itẽ videt̃ ecõtra ꝙ in die perẽptorij debeat iudicari:vt.C.qñ ꝓuo.nõ eſt neceſſ.l.cum nõ eo die.Itẽ ſi ſit ita ꝓpe ſero,vt certũ ſit eã partẽ amplius non poſſe venire,debet iudicare in die perẽptorij:vt.ff.de verb.obli.l.cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo.&.l.liber homo.in fin.Et hæc eſt verior opinio. Sed tamen poſt veſperas ſtatim vel in ipſis veſperis debet ferri : vt in aut.de iudi.§. ſedebunt.col.vj.ſed nec in nocte debet ferri ſentẽtia:& ita paulo poſt exceſſum veſperarum debet iudicari.Et ita quidam electi ad quoddam conſiliũ de facto iudicauerunt. ADDITIO. Niſi iuriſdictio iudicis ſit peritura.Et hæc procedunt in definitiua,non in interlocutoria:quæ etiam de nocte ferri poteſt.& ab opi. iſtius gl.quam etiam tenuit Bar.& Bal.dicit Ange. non eſſe recedendum.& an die ſequenti peremptorium poſsit ferri ſententia:vide pulchrè per eum hîc.

Sẽtẽtia die præfixa debet ferri ẽt abſente altera partiũ.

s ¶ DATVM NON ESSE.] id eſt non eſt hoc verum incommutabiliter.

t ¶ PRIVSQVAM.] vt.ff.eo.l.quicquid.§.fin.& de pig.act.l.ſi neceſſarias. §.ſi annua.

¶ AT SI ITA STIPVLERIS. ¶ CASVS. Suprà vidimus, quòd ille qui promittit,non poteſt cõueniri cũ effectu quouſq; dies venerit.ſed do.quid diceretis de illa ſtipulatione,qua quis mihi promittit.x.quoad viuam?frater,dicit ipſe:iſta ſtipulatio pura eſt:& perpetuò obligatus eſt ꝓmiſſor.vñ ſi pura eſt:poſſum ſingulis annis q̃diu viuã,agere de.x.in principio cuiuslibet anni.& hęres etiã me⁹ de rigore iuris pôt agere:ſed ſummouebit̃ ꝑ exceptionẽ pacti facti de nõ petẽdo , q̃ſi videar tacitè pactũ feciſſe

quòd ego

quòd ego poſsim petere dum viuo: hæres autem meus nõ poſsit. Iſtud autem (vt dicunt) pactũ tacitum eſt inductũ à poteſtate iuris ab iſto verbo in ſtipulatione inſerto: videlicet quoad viuã. Eo enim ipſo, ꝙ fuit mihi promiſſum illud annuũ quoad viuerẽ: ꝑ hoc tacitè videor pactus fuiſſe, ne hæres meus petat. & .h.d. Et legat illud at. ſ. qđ ponitur in principio. §. aduerſatiuè, videlicet ſic: ita eſt, ꝙ illa ſtipulatio in diẽ, quæ eſt in proxi. §. non eſt pura: at pro ſed.

annuos [a], quoad viuã [b], dare ſpondes? & purè [c] facta obligatio intelligitur, & perpetuatur [d]: quia ad tempus nõ poteſt deberi. ſed hæres petendo, pacti exceptione ſummouebitur.

¶ Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, eſt conditionalis. Aretinus.

¶ Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in [e] aliquem caſum differtur [f] obligatio: vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio: veluti, Si Titius conſul fuerit factus, quinq; aureos dare ſpondes?

¶ Conditio negatiua eius quod cotidie poteſt impleri, & eſſe in fieri: impletur per mortem. Aretinus.

¶ Si quis ita ſtipuletur, Si [g] in Capitolium non aſcendero, dare [h] ſpondes? perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet, cùm † morietur [i] ſibi dari.

¶ Stipulatio conditionalis tranſmittitur ad hæredes. Aretinus.

¶ Ex cõditionali † ſtipulatione tantùm ſpes [k] eſt debitum iri: eamq;

Promitto. x. aureos annuos, & ſingulis annis differũt. a Hoc verũ vbi non enumerant anni: ſiue aliqd quod perſonę nõ cohæreat ſi ſit ex parte ſtipulatoris implendũ: ſiue nihil dummodo: ex curſu tẽporis debeat ſtipulatio cõmitti: aliâs ſi in euentum alicuius conditionis: vel expreſſè fuerit anni dinumerati eſt ſecus: vt per Ange. hîc.

† Ratio, quia ex ſtipulatione cõditionali non poteſt agi prius quã conditio ſit purificata: ſed non poteſt purificari ante mortẽ ergo &c. Egi. Perri.

† Vide. j. de inuti. ſtip. §. qs ſub. qui hũc §. declarat. Egi. Perri.

b Niſi expreſſè vel tacitè ex ſtipulãtis paupertate pro alimẽtis deducta cenſerẽtur. & ita ſecundum Bart. poteſt ſaluari gl. in. l. ſtichũ. §. huiuſmodi. ff. eo. licet ſit magna diminutio. Vel dic quòd quoties agiť de multiplicãda obligatione: infinitas eſt euitãda: vt. l. fi deicommiſſa. §. ſi decen. ff. de lega. iij. Ang.

a ¶ Annvos.] aliud ſi dixerit, ſingulis annis. Nam primo caſu in initio cuiuſcunq; anni, ſecundo in fine committitur ſtipulatio: quia ſic eſt in legato ſic relicto: vt. C. quando dies leg. ce. l. j. & ff. qñ dies lega. ce. l. nec ſemel. Vnde verſus. Annua ſi debes: tunc inſpicies caput anni. Anno ſi debes, in fine teneberis anni. vt dices. j. de inuti. ſtip. §. qui hoc anno. & ff. eo. l. qui hoc anno. Sed nunquid eſt vna ſtipulatio, vel plures? Reſpon. vna eſt: vt. ff. eo. l. ſi ſtichum. §. j. [a] licet legata ſic relicta ſint plura: vt. ff. de do. cau. mort. l. ſenatus. §. fi. Sed quę eſt ratio? Reſpõ. quia ſemel in ſtipulatione inſpicit̃ conditio ſtipulantis: vt ſi ſit filius, acquirat patri: & vna eſt actio: vt. ff. eo. l. ſi filius. ſed in legatis pluries conſyderat̃. ſ. ſingulis annis cũ ſingulis annis cedat dies legati, & plures ſint actiones: vt. ff. de an. leg. l. cũ in annos. & qñ di. leg. ce. l. cùm in annos. Sed M. dicebat hãc eſſe differẽtiã, qa in ſtipulatione eſt vna verborũ cõceptio: ſed quantũ ad rei veritatẽ plures ſunt: ſicut legata. & facit pro eo. ff. e. l. pluribus. §. j. Sed ibi certè per alia verba fuit facta, ſcilicet per hæc: annua, bima, trima die. vel dic quòd ibi quorundam ſententia recitatur. Nec obſtat quòd vna eſt conceptio: nam & in legato vna eſt conceptio.

b ¶ Qvoad vivam.] id eſt donec viuam.

c ¶ Pvre facta.] ſcilicet ratione primi anni: ſed ratione ſequẽtium eſt in diem, quo ad quid: quia ante annuum nõ debetur: & conditionalis quo ad aliud. nam aliâs non debetur, niſi viuam: ar. ff. eo. l. hoc iure. & l. in illa. Vel dic, ꝙ eſt pura abnegatiuè. i. non conditionalis.

d ¶ Perpetvatvr.] id eſt donec viuat. ſic. ff. pro ſocio. l. j. ſecundũ quoſdam. imo dic, per omnia ſecula, etiã poſt mortẽ. nam tempore non tollitur obligatio, ipſo ſcilicet iure [b], vt ſequitur: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationũ ferè. §. placet. & ff. de ſerui. l. ſeruitutes, ſed per exceptionem, vt ſequitur, ſed hæres petendo &c. vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. & ff. de ſer. l. ſeruitutes.

¶ Svb conditione. ¶ *Casvs*. Dixi Iuſti. Domine, iam vidi exemplum de primo membro diuiſionis noſtræ. ſ. qualiter fit ſtipulatio purè: & etiã de ſecũdo membro. ſ. qualiter fit ſtipulatio in diẽ. ponatis modò, ſi placet, exemplũ de tertio mẽbro. ſ. qualiter fit ſtipulatio, ſub conditione. Et ad hoc rñdet dominus Iuſti. ꝙ ſub conditione fit ſtipulatio, cũ in aliquem caſum promiſſio differtur: hoc eſt ad aliquid qđ indifferenter ſe habet ad eſſe, & ad nõ eſſe: veluti ſi aliquid factum fuerit, promittis mihi decem: vel ſi aliquid factũ nõ fuerit, promittis mihi decem? Et primo ponit exẽplum conditionis, quæ fit per verba affirmatiua: vtputa ſi Titius factus fuerit conſul: quinq; aureos dare ſpondes? Fran.

e ¶ In aliqvem casvm.] id eſt ĩ aliquã fortunã inopinatã: vt poſſit ſe habere ad eſſe, & nõ eſſe: qđ in futuris tantùm eſt: vt. j. eo. §. conditiones.

f ¶ Differtvr obligatio.] nã ante euentũ cõditionis obligatio ceſſat: vt. ff. ſi cer. pet. l. nõ oĩs. & ſic ea pendẽte nõ eſt debitor: ſicut nec hæres ſub conditione inſtitutus interim eſt hæres: vt. ff. fami. her. l. ſi maritus. Ar. cõtra. C. de cõſti. pe. l. ij. in eo qđ dicit conditionale debitũ poſſe cõſtitui. qđ non poſſet. niſi eſſet debitũ: vt. ff. de cõſti. pec. l. j. Sed dic ꝙ ſufficit debitum ſpe. Item nec illud interim debetur: vt. ff. de conſti. pec. l. id qđ. Item ar. contra. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. in poſſeſsione. & ff. de verbo. ſig. l. creditores. Sed ratione ſpei creditores dicuntur: vt. j. eo. §. ex conditionali. *Additio* Impropriè tñ: propriè aũt creditor eſt qui fidẽ alterius credendo ſecutus eſt. Et ita intelligitur ſtatutũ de eo, qui credidit faciens mentionem. ſecus ſi de creditore ſimpliciter: quia intelligitur quocũq; modo alium habeat obligatũ, dummodo nõ in diẽ, vel ſub conditione. Ang.

¶ Si qvis ita stipvletvr. ¶ *Casvs* Ponit exẽplum cõditionis ꝓlatæ per verba negatiua: di. ꝙ ſi aliquis ita ſtipuletur: ꝓmittis mihi decẽ ſi Capitoliũ non aſcendero. bene valet talis ſtipulatio: ſed perinde eſt ac ſi ſtipulator ſtipulatus eſſet cũ moreret̃, decẽ ſibi dari. nã in vtroq; caſu demũ poſt mortẽ ſtipulatoris poterit illud qđ in ſtipulationẽ deductum eſt, peti cũ effectu. ¶ No. ꝙ conditio alia reſpicit tempus futurũ: vt. ſ. eo. §. ſub conditione. alia præteritum: & alia præſens.

g ¶ Si in capitolivm non ascendero.] ſuprà poſuit in affirmatiua conditione & negatiua: nunc in negatiua tantùm.

h ¶ Dare spondes.] ſcilicet. v. aureos, vel aliquid aliud.

i ¶ Cvm morietvr.] ſimiles ſunt iſtæ duæ ſtipulationes in hoc, quia mortuo ſtipulante in vtroq; caſu committitur vt hæredes agant. nã poteſt obligatio ab hærede ſic incipere: vt. C. vt act. ab hære. & contra hæred. l. j. Diſsimiles in hoc: quia prima conditionalis: ſecunda in diẽ: quem diem certum eſt euenire: vt. ff. de condi. indeb. l. nam ſi. licet neſciamus quãdo: vt. ff. de condi. & demonſt. l. j. & in aut. de nupt. §. deinceps. col. iiij.

ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus [l], ſi prius quàm conditio extet, mors nobis contigerit [m].

¶ Locus ſolutioni adiectus afficit ſtipulationem in illam diem, in qua veriſimiliter poſsit ad locum perueniri: & impoſsibilitas vitiat ſtipulationem. Aretinus.

¶ Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti, Carthagini dare ſpondes? quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipſa habet tempus [n] adiectum, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo, ſi quis Romæ ita ſtipuletur. Hodie Carthagini dare ſpondes? inutilis erit ſtipulatio: cùm impoſsibilis [o] ſit repromiſsio.

¶ Conditio de præterito, vel de præſenti non ſuſpendit obligationem. Aretinus.

¶ Conditiones quæ ad præſens, vel præteritũ tẽpus referũtur, aut ſtatim infirmant obligationẽ, aut oĩno non differũt. veluti, ſi Titius cõſul [p] fuit,

¶ Ex conditionali. ¶ *Casvs*. Aliqs ſtipulatus eſt aliquid ſibi dari ſub conditione quæ pendet: nũquid habet ſtatim aliũ ſibi obligatum, ſcilicet illum à quo ſtipulatus eſt? Et reſpon. quòd nõ imò ex cõditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt in debito: & ſi contingat ipſum decedere antequã conditio exiſtat, ipſe iſtam ſpem tranſmittit ad hæredem ſuum.

k ¶ Spes est.] nõ autẽ ceſſit vel venit dies: ſed in pura ſtatim cedit & venit. ff. de verbo. ſig. l. cedere. ſed in illa quæ eſt in diem, ſtatim cedit dies legati, ſed non venit. ſ. eo. §. in diem.

Diem cedere & venire differunt.

l ¶ Transmittimvs.] ſic. C. de his qui an. aper. tabu. l. j.

m ¶ Contigerit.] ſed quare legatarius cõditionalis legati ſpem ad hæredem non tranſmittit: vt. C. de ca. tol. § ſin autẽ aliquid? Rñ. in ſtipulatione interuenit factum ſtipulantis, volentis ſibi proſpicere: & ſic hæredi: vt. ff. de proba. l. ſi pactum. qđ nõ eſt in legatario: cuius nullum factum interuenit. & eodem modo reſponde in hæreditate conditionali.

Legatarius cõditionalis legati ſpem non tranſmittit.

¶ Loca etiam inseri. ¶ *Casvs*. Suprà dictum eſt, ꝙ in ſtipulationem quãdoq; dies, quandoq; conditio venit. Et non ſolùm illa quæ ſuprà dicta ſunt, poſſunt venire in ſtipulationem: imò etiam loca ſtipulationibus inſeri poſſunt: puta ſi dicam ſic, ꝓmittis te mihi daturũ. x. Carthagine? & tu reſpondeas, promitto. & huiuſmodi ſtipulationes licet puræ videantur: re ipſa tamen habent tacitè tempus adiectũ, quo aliquis ire, vel mittere poſsit, ad locũ illũ, in quo promiſit pecuniam ſe daturũ. vnde ſi aliquis ita ſtipuletur Romæ: hodie Carthagine dare ſpondes? iſta ſtipulatio non valet, cùm repromiſsio ſit impoſsibilis: & ratione huius impoſsibilitatis vitiatur huiuſmodi ſtipulatio.

¶ Loca etiam.] non ſolùm conditio vel dies.

n ¶ Tempvs.] quod bonus iudex arbitratur: quod dic vt. ff. eo. l. continuus. §. cùm ita. *Additio* Nota quòd licet in actibus iudiciariis tempus itinerandi ſit ſtatutũ certum, vt. xx. miliarium ſingulo die: vt. l. j. ff. ſiquis cau. (& dic vt ibi per Bar. & doct.) tamen in contractibus non eſt determinatum: ſed totum reſidet in pectore iudicis: qui multa debet cõſyderare, & locum & periculum, & qualitatem perſonæ: vt. l. cõtinuus. §. j. & ibi vide Bar. & Imo. ff. eo. Ange.

o ¶ Impossibilis.] Ratione enim impoſſibilitatis ſtipulatio vitiatur: vt. j. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſſibilis. niſi vterq; haberet ibi procuratorem, & egiſſet quilibet cum ſuo, vt eadẽ die fieret ſolutio: vt. ff. eo. l. fi. §. ſi inter eos.

¶ Conditiones qvae. ¶ *Casvs*. Quæſiui à Iuſti. domine, ſuprà dictũ eſt, ꝙ ſtipulatio cõditionalis eſt, cùm differtur in aliquem caſum. Sed domine, nũquid omnis ſtipulatio eſt incerta, quæ fit per hanc coniunctionẽ, ſi? Rñ. dñs Iuſti. ꝙ non: nam ea quæ ſunt præſentia, vel præterita, nõ dicuntur pendere: ſed ea quę ſunt futura, propriè dicunt̃ pendere. quaſi diceret: tunc intelligitur ſtipulatio ſub cõditione qñ differtur in aliquem caſum futurum. Quando autẽ in aliquem de præterito vel de præſenti concipitur, tunc non eſt ſtipulatio ſub conditione: imò aut ſtatim valet obligatio, aut nõ valet. Ea enim quæ per rerum naturam certa ſunt: non morantur obligationẽ. Si enim dicam, promittis mihi. x. ſi Mæuius viuit? & tu reſpondeas, promitto. ſi viuit tẽpore conceptæ ſtipulationis: ſtatim valet ſtipulatio. ſi autem non viuat tempore conceptæ ſtipulationis, non valet: imò ſtatim infirmatur: & ita ſtipulationes quæ concipiuntur in aliquem caſum præſentem, vel præteritum: quamquam illi caſus nobis ſint incerti: quia tamen quo ad naturam naturantem ſunt certi: non morantur &c. Franc.

p ¶ Consvl fvit.] ſic. ff. ſi cer. peta. l. itaq;. & l. cùm ad præſens tempus: patet etiam in. l. conditio. ff. de verb. oblig.

a ¶ NATVRAM.] ergo nec futura morantur obligationem. nam etiam illa per rerum naturã certa ſunt: vt. ff. de iud. l. ſed & ſi reſtituatur. §. fi. contra. Sed dic quòd aliud eſt eſſe certũ per rerum naturam, id eſt per naturalem curſum naturę: per quam ſola pręterita & præſentia ſunt certa: & ita hîc accipitur. Et etiam illa futura certa ſunt, quæ nõ habent ſe ad vtrũlibet: vt ſi moriar. nam & hæc non morantur obligationẽ: vt. ff. de condi inde. l. nã & ſi. & l. præce. & ſeq. & ff. de noua. ſi pupillus. §. qui ſub conditione[a]. Et aliud eſt in natura rerum, id eſt in ſcientia Dei: in qua omnia quæ ſunt, vel fuerunt, vel futura ſunt, teſte Boetio, tanquam pręſentia ſunt. Item & aliâs, ſunt mille anni ante oculos eius tã quàm heſterna dies q̃ præteriit. & dicitur prima natura naturata: ſed ſecũda natura naturans: quod idẽ eſt quod ipſe Deus.

Natura eſt duplex.

a Not. ex gl. conditiones in futurum collatas, quę neceſſariã habent exiſtẽtiam nõ differre obligationẽ: qđ verum limita, ſi profe- rantur per tale quid, quod tẽpus ſignificat: promitto cùm morieris. §. id autẽ. j. de inutili ſtipula. Chriſtoph.

vel, ſi Mæuius viuit, dare ſpondes? Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio. ſin autem ita ſe habent, ſtatim valet. Quæ enim per rerum naturã[a] ſunt certa, nõ morãtur[b] obligationẽ, licet apud nos incerta[c] ſint.

¶ Etiam facta poſſunt in ſtipulationem deduci, ĩ qbus vtile eſt adiicere pœnã: ne aliâs ſtipulator habeat ꝓbare ĩtereſſe. arc.

¶ Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta: vt ſi ſtipulemur fieri aliquid, vel non fieri. & in huiuſmodi ſtipulationib⁹ optimũ erit pœnam[d] ſubiicere, ne quantitas[e] ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare[f] quod eius interſit. Itaq; ſiquis, vt fiat aliquid, ſtipuletur: ita adiici pœna debet. Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædam[g] fieri, quædam nõ[h] fieri, vna eademq́; conceptione ſtipuletur quis: clauſula[i] huiuſmodi erit adiicienda: Si aduerſus ea factũ erit[k], ſiue quid ita factum[l] nõ fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

b ¶ NON MORANTVR.] non ſuſpendũt ſiue differũt. Accurſius.

c ¶ INCERTA SINT.] ff. de reg. iur. l. in totũ. cõtra. Solu. illa loquitur in his vbi præſens ſolennitas exigitur: vt. vij. teſtes in teſtamento: vt. ſ. de teſt. §. j. Vel loquitur in illis caſibus, vbi certa ſcientia & intellectus de præſenti exigiť in cõtractibus puris: vt. C. de dona. nec ignorans nec inuitus. hîc autem in cõditionali.

TITVLVS XVII.

De duobus reis ſtipulandi† & promittendi†.

¶ NON SOLVM RES. ¶ CASVS. Suprà dictum eſt de ſtipulationibus quæ conſiſtunt in dando: nunc tractandum eſt de ſtipulationibus, quæ conſiſtunt in faciendo. vnde dcit Iuſti. non ſolùm res poſſunt deduci in ſtipulationẽ, ſed & facta: puta cùm ſtipulor aliquid à te fieri vel non fieri in futurũ: & ſi nõ fuerit factũ ſecundũ ſtipulationem, potero agere cõtra te, & petere intereſſe meũ. & quia difficilè eſt probare intereſſe, propterea dat Iuſti. conſilium ſtipulatori, vt adiiciat pœnam in ſtipulatione, quam petere poterit ſtipulator ſi nõ fuerit factum ſecundũ ſtipulationem. & ita nõ habebit neceſſariò probare quanti ſua intereſt. Et docet in litera qualiter pœna debet ſtipulari: dicens quòd ſi aliquis ſtipuletur aliquid fieri: veluti turrim: ita adiicere debet: & ſi turrim nõ feceris, decem aureos dare ſpondes nomine pœnæ? Contingit autẽ aliqñ, ꝙ in eadẽ ſtip. ſtipuletur quis aliquid fieri, & aliquid nõ fieri: puta, ſtipulor à te vt eas Romam, ſed ꝙ non eas per Florentiam. & in iſtis ſtipulationibus, in quibus ſtipulor aliquid fieri & nõ fieri, ita erit pœna adiicienda: ſi aduerſus ea factũ fuerit. i. ſi ieris per locũ prohibitum: ſeu ita factum non erit. i. ſi non ieris Romam: decem aureos dare ſpondes? & hæc dicuntur vſq; ad finem.

†Reus ſtipulandi eſt reus credendi. i. cui debeť res: nõ quòd ei res credať, ſed quia res credat, vel perinde ſit ac ſi crederet. Egi. Perri.

†Reus promittẽdi, eſt reus debendi. i. qui rẽ ſibi creditã debet, & eã ꝓmitrit ſoluere. & nota quòd re⁹ actiuè eſt reus ſtipulãdi, ſed paſſiuè eſt reus debẽdi ſeu promittendi. Eg. Per.

¶ NON SOLVM.] de ſtipulationibus quæ in dando conſiſtunt, hucuſq; diximus: nunc de iis quæ in facto conſiſtunt. Accurſius.

d ¶ POENAM SVBIICERE.] ſic. ff. de preto. ſtip. l. fi. vbi dať ſimile cõſiliũ.

e ¶ QVANTITAS.] ff. de arbi. l. nõ autẽ. cõtra. Sol. non intereſt quo ad hoc vt valeat compromiſſum: intereſt tamen, quò ad vtilitatem ſtipulationis.

Intereſſe qualis probatur.

f ¶ PROBARE.] ſed quomodo intereſſe probatur? Rñ. per teſtes: vt hîc innuitur, &. C. de ſen. quæ pro eo. l. j. §. j. niſi petatur ex dolo alterius: quia tunc per ſolũ ſacramentũ: vt. ff. qđ vi aut clam. l. ſemper. §. in hoc interdicto. & §. ſeq. &. C. vnde vi. l. ſi quando. &. C. de iur. do. impe. l. j.

g ¶ QVAEDAM FIERI.] puta ire Romam.

h ¶ QVAEDAM NON FIERI.] puta per Florentiam non ire.

i ¶ CLAVSVLA.] ſcilicet pœnalis. Accurſius.

k ¶ FACTVM ERIT.] hoc redditur ſecundo dicto.

l ¶ FACTVM NON FVERIT.] hoc refertur ad primum. Et ſi ex vno capite ſit pœna commiſſa, nõ committetur plus: vt. ff. de arbi. l. ſi duo. §. fi. niſi hoc actum ſit vt pluries committatur vt. ff. de tranſact. qui fidem. ADDITIO Item niſi ſit appoſita ſuper facto iterabili, vel continente plura capitula ſi ratione intereſſe petatur: ſecundũ Io. Fab. hîc. Et nota quòd iuramentum de non contraueniendo habet vim illius clauſulæ: item facit vt actus valeat eo meliori modo quo poteſt. Ang.

Continuatio.

¶ DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI. ¶ *Quia in ſtipulatione de qua dictum eſt ſuprà titu. j. plures perſonæ interueniunt, quandoq; quarum quædam dicuntur rei ſtipulandi: aliæ rei promittendi: ideo dicit de duobus reis ſtipulandi, ac promittendi. Accurſius.*

ET STIPVLANDI &c.] ¶ Totus iſte ti. diuidiť in quatuor partis. Primò, ponit de duobus reis ſtipulandi qualiter fiant. Secũdò de duobus reis promittendi. Tertiò ponitur effectus ipſius obligationis plurium reorũ. Quartò redit ad duos reos promittendi. Secunda ibi. §. duo pluresúe. Tertia ibi, ex huiuſmodi. Quarta ibi, Ex duob⁹. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti. qualiter poſſunt fieri duo plures ve rei ſtipulandi vel ꝓmittendi? Et rñ. di. ꝙ hoc pacto: ſi poſtquam duo ſtipulati fuerint eãdem rem ab eodẽ: ipſe poſt amborum interrogationem rñdeat, vtriq; veſtrum dare ſpondeo. verbi gratia: pone quòd ſum ſtipulatus à Titio in hunc modum: promittis mihi Stichum? & Petrus incontinenti poſt meam ſtipulationem & ante promiſſoris reſponſionem ſtipulatus fuerit ab eodem Titio ſibi dari eundem Stichum: & ipſe poſt ambas interrogationes reſpondeat, vtriq; veſtrum dare ſpondeo: & ego & Petrus effecti ſumus duo rei ſtipulandi. Sed pone, domine quid ſi mihi primo ſtipulanti Stichum promiſerit: deinde Petro ſtipulanti ex interuallo eundem Stichum promiſerit? Rñ. dñs Iuſti. di. quòd nos. ſ. ego & Petrus ſumus duo creditores, in eadẽ re: ſed non ſumus duo rei ſtipula. vnius obligationis, ſed diuerſarum obligationum. Vna enim obligatio mihi eſt acquiſita: & alia Petro ſtipulanti ex interuallo: quia natura duorum reorum ſtipulandi hæc eſt, vt nihil ſit medium inter ſtipul. vnius & alterius. ſed ſi ſtatim poſt vnam ſtipulationem fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex ſequentibus apparebit. Franc.

Diuiſio.

¶ Duo rei ſtipulandi fiunt, quando ſeparatim interrogant debitorem, & ipſe ſimul vtriq; reſpondet. Aretinus.

Et ſtipulandi, & promittendi duo pluresúe rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt oĩm interrogationem promiſſor reſpõdeat, ſpondeo[m]: vt puta cũ duobus ſeparatim ſtipulãtibus ita promiſſor reſpondeat: Vtriq; veſtrũ dare ſpõdeo. Nã ſi prius Titio ſpoponderit, deinde alio interrogãti ſpõdeat[n]: alia atq; alia erit obligatio: nec credũtur[o] duo rei ſtipulãdi eſſe.

¶ Si duo promittant eidem eandem pecuniam: efficiuntur duo rei promittendi. Aretinus

¶ Duo pluresúe rei promittendi ita fiunt: Mæui, decem aureos dare ſpondes? & Sei, eoſdem decem aureos dare ſpondes? ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, ſpondeo[p].

¶ Natura duorum reorum eſt, vt quilibet teneatur inſolidum: ſed vnius ſolutione & receptione tollitur obligatio vtriuſq;. Aretinus.

¶ Ex hmõi obligationibus[q] & ſtipulationibus ſolidũ ſingulis debeť: & ꝓmittentes ſinguli inſolidũ tenentur.

¶ ET STIPVLANDI.] hîc diciť reus ſtipulãdi ille q rem aliquã, vt pecuniã ſtipulať: à re, nõ à reatu dict⁹. Et ecõtrà reus ꝓmittẽdi q aliquã rẽ ꝓmittit: vt. ff. e. l. j. aliâs reus tantũ debitor diciť: vt patet. C. de iur. calũ. l. ij. aliâs diciť reus q cõuenit: vt. C. de iudi. l. ꝓperãdũ. §. & ſi qdẽ. & dic vt. ff. eo. l. j. Põt dici & alio reſpectu reus ſtipulãdi, & ꝓmittendi: vt diciť in gloſ. Accurſius.

Reus ſtipulandi. Reus promitendi.

m ¶ SPONDEO.] hoc adiecto, vt ſint duo rei inſolidum etiam iure veteri: vt. ff. eo. l. reos. §. fi. &. §. cùm in tabulis.

n ¶ SPONDEAT.] ex interuallo, puta ſi diuerterint ad alios actus extraneos: vt. ff. e. l. duos. §. fi. aliâs ſi nõ eſt extraneus actus, cõtradiceret. d. l. ei qđ modò dixerat ibi, nã ſi prius. & qđ diciť. ff. e. l. iij. Acc. ADDITIO. Tu dic ꝙ interuallũ magnũ, puta vni⁹ diei, cũ actu extraneo, vitiat cõſtõnẽ duorũ correorũ, ſi interueniat inter interrogationẽ & rñſionẽ. aliâs ſi ĩter obligationẽ vnius perfectã, & alterius perficiendã, nõ vitiat cõſtitutionem correorũ expreſſam, ſed tacitam ſic, ſaltem in duobus reis credendi.

Reorũ debendi, vel credẽdi. cõſtitutio, an per interuallum impediatur.

o ¶ NEC CREDVNTVR DVO REI.] ſcilicet vt vna ſit obligatio, & vnius rei: ſed ſunt creditores duo. & diuerſarum rerum: vt. j. eo. §. ex huiuſmodi.

¶ DVO PLVRESVE. ¶ CASVS. Dixi Iuſti. Domine. ſ. dixiſtis qualiter fiant duo rei ſtipu. ponatis ſi placet exẽpla de duobus reis promittendi. Rñ. dñs Iuſti. dicens ſic: In duobus reis ꝓmittẽdi, ſunt duo qui ſtipulantur ab eodem. ſed vbi ſunt duo rei ꝓmittendi: vnus ſtipulatur à pluribus. Vnde ſcire debes, ꝙ duo rei ꝓmittendi ita fiunt, ſi fuero ſtipulatus in hunc modũ: Mæui promittis mihi. x. aur? & ipſe rñ. ꝓmitto. & poſteà ſine interuallo dixero Seio: Sei ꝓmittis mihi eoſdẽ. x. au. quos ſtipulatus ſum à Mæuio? & ipſe rñ. promitto. iſti ſunt duo rei debendi vel ꝓmittendi. ſunt enim duo debitores debentes eandem rem. Fran.

p ¶ SPONDEO.] hoc acto vt fiant duo rei, & inſolidũ: vt. ff. eo. l. reos. §. fin.

¶ EX HVIVSMODI. ¶ CASVS. Dixi Iuſti. Iam vidi qualiter fiant duo rei ſtipulãdi & ꝓmittẽdi. ꝓ Deo dicatis mihi, qs eſt effectus earũ obligationũ? Ad hoc rñ. Iuſt. ꝙ ex ſtip. hmõi ſolidũ ſingulis debeť, ſup. reis ſtipulãdi: & ſolidũ debẽt ſinguli. ſ. rei ꝓmittẽdi: qa vterq; eorũ inſolidũ obligať: ſicut ſingulis eorũ ſtip. ſolidũ debeť. ſed licet inſolidũ teneanť, vel ſolidũ ſingulis debeať: tñ vna res ſola ĩ obligatiõe vertiť. vñ ſi fuerint duo rei ſtip. & ita duo creditores: ſi tñ vn⁹ eorũ recipiat illud, qđ deductũ erat ĩ ſtipulationib⁹: ille q recipit, pimit obligationẽ ſingulorũ: vñ ab altero reo ſtipulãdi liberať ꝓmiſſor & ſi fuerint duo rei ꝓmittẽdi, & ita duo debitores eiuſdẽ rei: ſi alter rẽ illã ſoluat, pimit obli. illã, & liberatur alter. Franc.

q ¶ OBLIGATIONIBVS.] hoc refertur ad reos promittẽdi: & qđ ſequitur, & ſtipulationibus,

&ſtipulationibus,ad reos ſtipulandi:vt probatur.j.ſtatim.

Obligatio eadem poteſt eſſe vna & plures.

a ❡IN VTRAQVE.] id eſt vtriuſq; obligatione. nam vna eſt quo ad vnũ effectum:vt.ff.eo.l.iij.in fi.ſed plures ſunt,quia plures tenentur:vt hîc.

b ❡ALTER.] ſcilicet reorum ſtipulandi.

c ❡ALTER.] ſcilicet reorum promittendi.

d ❡PERIMIT OBLIGATIONEM.] ille qui accipit.

e ❡LIBERAT.] ille qui ſoluit.Similis lectio ſeu implicatio verborũ eſt.ff.de arbi.l.ſi duo.in prin.Vel dic ꝙ quilibet iſtorum refertur ad vtrunq; ſupradictum.& poſſunt fieri in ſtipulatione duo rei,& in quolibet genere obligandi:vt.ff.eo.l.eandem.

❡EX DVOBVS REIS &c. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſtin.an vnus de duobus reis promittendi aliter poſsit obligari quâm alius. Et videtur ꝙ nõ,qa videtur ꝙ æqtas omnimodo ſiue paritas debeat eſſe inter duos reos debendi. dicit tamẽ ꝙ ex duobus reis ꝓmittendi alter purè,& alter ſub conditione obligari poteſt: puta.x.fui ſtipulatus à Titio purè,& eadẽ x.fui ſtipulatus à Martino ſub conditione. Iſti duo intelliguntur eſſe duo rei debendi: & licet M.ſub cõditione obligetur:nõ ideo minus petere potero illa.x.à Titio qui mihi purè eſt obligatus, quamquam adhuc pendeat conditio.&.h.d. Franc.

†Ergo põt ſtipulari iacente hæreditate, quia perſonã defuncti repręſentat.Egi. Perrinus.

In vtraq; [a] tamen obligatione, vna res vertitur:& vel alter [b] debitũ accipiẽdo,vel alter [c] ſoluẽdo, oĩm perimit [d] obligationem, & oẽs liberat [e].

❡Etiam diuerſitas temporis adiecti ſolutioni,non facit ceſſare conſtitutionem duorum reorum.Aretinus.

❡Ex duobus reis promittendi, alius purè,alius in diem,vel ſub conditione obligari poteſt [f]:nec impedimento erit dies aut cõditio, quo minus [g] ab eo qui purè obligatus eſt,petatur.

TITVLVS XVIII.

De ſtipulatione ſeruorum.

❡Etiam ſeruus hæreditarius poteſt ſtipulari:& acqrit hæredi futuro.h.d. Aret.

SEruus ex perſona domini [h] ius ſtipulandi habet. ¶ Sed & hæreditas in pleriſq; [i] perſonæ defuncti [k] vicem ſuſtinet:ideoq; † qđ ſeruus hęreditarius ante aditã hęreditatẽ ſtipulatur,acqrit hęreditati [l],ac ꝑ hoc etiã hęredi poſteà facto acqrit.

❡Seruus ſiue filiusfamilias à quocunq; ſtipuletur, & in cuiuſcunq; perſona ſtipulationem concipiat: acquirit domino & patri.Aretinus.

❡Siue autẽ domino,ſiue ſibi [m], ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter [n] ſeruus ſtipuletur: domino acquirit. ¶Idem iuris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis acquirere [o] poſſunt.

❡Si ſeruus ſtipulatur ſibi ire agere licere:ſolus ipſe,non etiam dominus eius ire poteſt.Aretinus.

❡Sed cùm factum [p] in ſtipulatione continebitur,omnimodo [q] perſona ſtipulantis cõtinetur [r]: veluti ſi ſeruus ſtipuletur vt ſibi ire [s] agere liceat.ipſe enim tantùm prohiberi nõ debet:non etiam [t] dominus eius.

❡Seruus communis acquirit dominis ſuis pro portione dominica: niſi iuſſu vnius,aut vni fuerit ſtipulatus. Aretinus.

❡Seruus [v] communis ſtipulando, vnicuiq; dominorum pro portione dominij † acquirit:niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim [x] alicui eorum ſtipulatus [y] eſt. tunc enim ſoli ei acquiritur.

❡Seruus communis ſtipulãdo rem quæ nõ poteſt vni ex dominis acquiri:acquirit inſolidum alteri. Aretiuus.

Obligatio an poſſit imparitatẽ continere

f ❡POTEST.] ſed nõne eſt hîc imparitas? qđ eſſe nõ debet:vt.ff.e.l.eandẽ.§.ſed ſi quis.Rñd.ſecũdum M.qđ ibi regulariter dicitur,fallit hîc:vt.ff.eo.l.ſi ex duobus.§.fi.alij vt P.dicunt ꝙ hîc nõ eſt imparitas:cùm adueniente conditione,vel die ambo æqualiter teneantur: ſed adhuc medio tempore remanet impar tas? quare dic,quòd in quantitate debita,vel re quę debetur,non poteſt eſſe imparitas,vt ibi,ſed in aliis poteſt: vt hîc,&.ff.eo.l.ſi ex duobus §.fina.

Rei debendi in ſolidũ nõ poſſunt cõueniri.

g ❡QVO MINVS.] ſed adueniente cõditione ſociũ poterit cõuenire mandati ſecundũ quoſdã,vel verius neg.geſt.vt.C.e.l.j.Patet ergo cõſtitui poſſe purè duos reos debẽdi,& quẽlibet inſolidũ cõueniri:vt.C.e.l.j.Hodie contra:etiã ſi hoc actum eſt expreſsim:niſi altero abſente,vel inope exiſtente: vt in aut:de duo.reis.§.j.col.ij.& aut.hoc ita.e.tit.C.niſi renuntiatum fuerit illi conſtitutioni:vt.C.de pact.l.pe.&.ff.de mino.l.ſi iudex.

Continuatio.

❡DE STIPVLATIONE SERVORVM. ¶ *Supra ti.j. & tit.præce.dictum eſt de ſtipulatione liberarum perſonarum. Verum quia interdum ſerui ſtipulantur:ideo de his tractaturus intitulauit de ſtipulatione ſeruorum.*

Diuiſio.

SERVVS.] ¶ Totus iſte tit.diuiditur in tres partes. Primò ꝙ ſeruus ſtipulando acquirit domino in cuiuſcunq; perſona ſtipulatio cõcipiatur.Secundò excipit à regula,ꝙ factũ nõ acquiritur.Tertiò,ſi ſint plures dñi pro dominicis portionib⁹ acquiritur.Secunda ibi, Sed cùm factũ.Tertia ibi, Seruus cõis. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti.vtrũ ſerui haberent ius ſtipulãdi?& videbatur ꝙ non,cùm ſtipulatio ſit actus ciuilis:& quantũ ad ius ciuile attinet,ſeruus pro mortuo habetur.& rñ.dñs Iuſti.ꝙ quãquam ſeruus quãtum ad perſonã ſuam propriã pro mortuo habeatur:ex perſona tñ dñi ſui poteſt habere ius ſtipulationis.Sed dicet aliquis:Domine,hoc verum eſt,ſi ſeruus habet dominũ: ſed quando non habet dominum,puta dum hæreditas iacet:nunquid valet ſtipulatio?Et reſpon.Iuſti.ꝙ ſic:quia hæreditas in caſu iſto vicẽ domini ſuſtinet.vnde ſi ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatẽ ſtipuletur:acquirit hæreditati,& ſic hæredi futuro.Fran.

Dominus eſt caput ſerui.

h ❡DOMINI.] qui dñs caput eſt ſerui:vt.j.de noxa.§.oĩs.ex ſua enim perſona nihil põt:vt.ff.de reg.iur.l.ſeruitutem.&.l.qđ attinet.niſi ex quo manumittitur.tunc enim incipit habere caput:vt.ff.de capi.dimi.l.hodie.

Hæreditati furtũ fieri non poteſt.

i ❡IN PLERISQVE.] hoc ꝑpterea dicit,qa hæreditati furtũ fieri nõ põt: niſi ĩ trib⁹ caſib⁹:vt.ff.de fur.l.hæreditariæ.&.l.ſe.Itẽ ꝑpter vſumfr.q ſeruo hæreditario ꝓmitti nõ põt,vt hæreditati quęrat:vt.ff.e.l.vſusfruct⁹. ADDITIO. Et eſt rõ ſcđm doc.qa ſine ꝑſona cui accedit deberi non põt.

k ❡DEFVNCTI.] non hæredis: vt hîc,&.ſ.de hære.inſti.§.ſeruus.&.ff.de acquir.re.do.l.hæreditas.Et quæ ſit ratio quare perſonam defuncti, & non hæredis ſuſtinet, dic vt.d.§.ſeruus.

l ❡HAEREDITATI.] ſic.ff.de iniur.l.j.§.quoties autem.

❡SIVE AVTEM &c. ¶ CASVS. Dixi Iuſti.Dñe,vidi quòd ſi ſeruus ſtipuletur aliqd dari domino ſuo:ꝙ illud dño ſuo acquiretur.ſed ponamus ꝙ nõ domino ſuo,ſed ſibi ſtipuletur aliqd dari: acqrit ne dño ſuo? Et rñ.Iuſti.dicẽs ꝙ ſiue ſeruus ſtipuletur dño ſuo, ſiue ſibi,ſiue conſeruo ſuo,ſiue imperſonaliter id eſt ꝑſona nõ adiecta: oĩbus iſtis modis quatuor dño acqrit.Idẽ iuris eſt & in filio: q qualitercũq; ſtipuletur, patri ſuo acqrit ex his cauſis per quas pater ꝑ filiũ acquirere poteſt, Franc.

m ❡SIVE SIBI.] niſi in caſibus:vt cùm factũ eſt in ſtipulatione:quo caſu dño nõ acquirit: vt.j.ꝑxi.§.& cum operas à liberto ſtipulat[a]:vt.ff.e.l.antepe.& ĩ aliis caſib⁹, quos no.ff.e.l.j.&.l.ſe.ſed nunqd frater põt ſtipulari fratri ſuo in eadẽ poteſtate exiſtenti? Dic ꝙ ſic:quia ſeruus cõſeruo ſuo ſtipulari põt, vt hîc: igitur frater fratri: arg.C.de diuer.reſcrip.l.j.Itẽ quia vox filij vox patris intelligitur: & vox ſerui,vox domini intelligitur:vt.j.de inuti.ſtip.§.ei verò qui.&.§.poſt mortem.

a Nec valet talis ſtipulatio: qa cùm perſonæ cohæreãt, de perſona ſerui in dominũ tranſire nõ poſſunt.Itẽ quia operas nemo, niſi dominus ſtipulatur: valeret tamẽ, ſi eas vel imperſonaliter, vel domino ſtipularetur:vt per Ange.hîc.

n ❡IMPERSONALITER.] nullius facta mẽtione.i.vel ꝑprio noĩe, vel appellatiuo:vel facta mentione de nomine appellatiuo:ſed nõ proprio:vt.ſ.de exhæred.liber.§.j. Accur. ADDITIO. Idem per omnia dici poteſt in monacho ſtipulante.Ang.

† Fallit primò, quãdo ſtipulatur vni ex dominis nominatim.ſecũdò,ſi iuſſus vnius præcedit.tertiò ſi res ſtipulata nõ poſſet acquiri alteri ex dominis. Egi. Perrinus.

o ❡ACQVIRERE.] vt ex cauſa profectitia & aduentitia iſto iure.qđ dic vt.ſ.per quas perſo.no.acquir.§.j.

❡SED CVM FACTVM &c. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt, ꝙ quocunq; modo ſeruus ſtipuletur,ꝙ dño acqrit:ſed hoc eſt verũ,ſi ipſe ſtipuletur aliquid qđ conſiſtat in dando.Sed pone,ꝙ ſeruus aliquod factum ſtipuletur,puta vt liceat ei ire agere:tunc ſeruus per hanc ſtipulationem domino nihil acquirit, ſed ſibi ſoli. vnde ſi dominus vellet ire agere, bene poſſet prohiberi ne iret vel ageret.Fran.de Are.

p ❡CVM FACTVM.] ſed ſi ſtipulatur ſeruus ſibi ſcribi librũ, & ſic factũ: nonne acquirit dño?Rñ.ſic.& qđ hîc dicitur,ſed cùm factũ &c.i.à ſeruo faciendum,& nõ ab alio,vel etiã à dño. ADDITIO. Tu dic ſecũdũ Ang.ꝙ factum ſi perſonæ ſerui inhæreat:à quocunq;, ſiue ipſi ſeruo, ſiue ſibi ab alio ſit præſtandũ,non acquiritur domino.aliâs ſecus.Ioan.Fab.

Stipulari ire & ſtipulari iter differunt.

q ❡OMNIMODO.] ſic.ff.de vſu & ha.l.plenum.§.ſi vſus.

r ❡CONTINETVR.] ſic.ff.de condi.& de.l.qui hæredi. Accurſius.

s ❡IRE AGERE.] hæc verba expone vt.ſ.de ſer.in princ.&.ff.de ſer.ruſti.prædi.l.j.Et no.quia hîc per verba loquitur:aliud ſi per nomen, puta iter. tunc enim domino acquiritur:vt.ff.eo.l.ſi communis.

t ❡NON ETIAM DOMINVS.] ſubaudi,ꝓhiberi nõ debet:quaſi diceret: debet prohiberi.Sed contrà.ſ.per quas perſo.no.acqui.§.non ſolum.&.ſ.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.j.Sed non eſt cõtrà:quia & hîc acquiritur domino commodum.nam ad ſui domini vtilitatem ibit ſeruus.

❡SERVVS COMMVNIS &c. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt, quando ſeruus vnius ſtipulatur.ſed domine,qd iuris eſt,ſi ſeruus cõmunis ſtipulat? Et rñ.Iuſt.ꝙ ſi ſeru⁹ cõis ſtipulet aliqd ſibi dari imꝑſonaliter,vel dñs ſub noĩe appellatiuo:acqrit vnicuiq; dño ꝓ portione dñij,& nõ ꝓ portione virili:niſi vni⁹ ex dñis iuſſerit eũ ſtipulari.tũc enim iubẽti acqrit. vel ſi nullus eorũ iuſſerit ei:ipſe tñ alterũ noĩauerit: puta ſtipulatus eſt Petro domino ſuo:tũc per hanc ſtipulationẽ acquirit noĩato.Si autem vnus iuſſerit,& ipſe alium nominauerit:quid iuris ſit,habes in gloſſ.Fran.

v ❡SERVVS COMMVNIS STIPVLANDO.] imperſonaliter,vel ſibi,vel dominis ſuis ſub nomine appellatiuo:aliud ſi propria nomina expreſſerit. nam tunc acquirit pro virili,non pro portione dominij. Sed quid ſi ꝓpriũ † nomen & appellatiuum? Reſpon.ſi præponat proprium, pro virili.ſi appellatiuum præponat,pro dominica:vt.ff.de ſtip.ſeruo.l.ſi cõmunis ſeruus ita ſtipuletur Lucio Titio.&.ff.de ſtatulibe.l.ita.§.j. Accur.

† Ratio,qa nomina appellatiua ſequẽtia ſtãt demonſtratiuè, nõ diſpoſitiuè. E. Perrinus.

x ❡NOMINATIM.] proprio nomine:vt.ſ.de exhære.libe.§.j.vel appellatiuo.dummodo intelligatur de quo domino dicat:vt.C.de libe.præte.l.ij.& iij.ff.ſi cer.peta.l.certum.Accurſius.

y ❡STIPVLATVS EST.] hoc diſiunctim.i.diuiſim exaudi.Sed qd ſi vn⁹ iuſsit ſeruo,& ipſe alteri ſtipulat⁹ eſt noĩatim? Diſtingue,ex cui⁹ re: vt ſi ex re iubẽtis,ſibi quęrat:aliàs noĩato vt.C.ꝑ quas ꝑſo.no.acq.l.fi.§.fi.&.ff.eo

proinde.§.fi.&.l.ſeq.licet antiqui aliter diſtinguebant.

¶ QVOD SERVVS COMMVNIS. ¶ CASVS. Suprà dictum eſt,quid iuris ſit quādo ſeruus cōmunis ſtipulatur ſibi dari aliqd:& dictū eſt,ꝙ vtriq; dn̄orū pōt acquiri.ſed domine,quid iuris eſt,ſi ſeruus cōmunis ſtipuletur aliquid,qđ alteri dominorū acqri nō poteſt: veluti ſi res quam ſeruus ſtipulatus. eſt,ſit alterius dominorū:cùm res ſua ſibi acqri nō poſsit? Et rn̄. Iuſti. ꝙ tūc neceſſariū eſt ꝙ alteri acquiratur.hoc dicit. Franc.

¶ Quod ſeruus cōmunis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis acqri nō poteſt, ſolidū alteri acquiritur: veluti, ſi res quā dari ſtapulatus eſt,vnius [a] dn̄i ſit.

a ¶ VNIVS DOMINI SIT.] nam cùm ſua ſit, amplius ei quæri nō poteſt: vt.ſ. de leg.§.ſed ſi rem.&.j.de act.§.ſic itaq;.reſtat ergo vt ſoli alteri quæratur. Aliud ſi ex re vnius ſtipuletur: qa tunc oībus,queritur:ſed communni diuidundo reddetur: id eſt cùm aget communi diui. pro iſto ſeruo, poteſt etiam deducere qđ ſocius ſuus lucratus erat ex ſtipulatione facta, ex rebus ſuis:& redditur illi, ex cuius re queritur:vt.ff. eo.l.ſi ex re.§.j.

TITVLVS XIX.

De diuiſione ſtipulationū.

¶ Prætoria[x] ſtipulatio eſt,quæ eſt inducta ab edicto prætoris: iudicialis à iuriſconſultis,vel aliis partibus iuris, quàm à prætore: conuentionalis à ſola partium conuentione:communis quādoq; à prætore,qn̄q; à iuriſcōſultis inducta eſt.Are.

STipulationū aliæ ſunt iudiciales [b],aliæ prętoriæ [c],aliæ cōuentionales [d],aliæ communes [e] tam prætoriæ, quàm iudiciales. ¶ Iudiciales [f] ſunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo [g] cautio,vel de perſequēdo [h] ſeruo, qui in fuga eſt,reſtituēdoúe [i] pretio. ¶ Prætoriæ [k] ſunt,quæ à mero [l] prętoris officio proficiſcūtur: veluti dāni [m] infecti,vel legatorū [n].Prætorias autē ſtipulationes ſic exaudiri oportet,vt in his etiam cōtineantur ædilitiæ [o] .nā & hæ à iuriſdictione prætoris veniunt [p]. ¶ Conuentionales ſunt quæ ex cōuentione vtriuſq; partis cōcipiuntur:hoc eſt,neq; iuſſu iudicis,neq; iuſſu prætoris,ſed ex conuentione contrahentium:quarum [q] totidem genera ſunt,quot(penè [r] dixerim) rerum contrahendarum [s].

Continuatio. ¶ DE DIVISIONE STIPVLATIONVM. ¶ *Suprà dictum eſt de ſtipulationum materia.Verum quia earum multiplex eſt ſpecies:ideo ſubdit de diuiſione ſtipulationum.* Porcus.

Diuiſio. STIPVLATIONVM.] ¶ Totus iſte titu.diuiditur in duas partes principales.Primò ponit diuiſionē ſtipulationis.Secundò,illam per exēpla declarat.Secūda ibi,Iudiciales. ¶ CASVS. Tradidit Iuſti. diuiſionē ſtipulationum:modò ſingula mēmbra diuiſionis per exēpla declarat.Et primò ponit quæ ſunt iudiciales: dicens quòd illæ ſunt iudiciales ſtipulationes,quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur.qđ ſic intellige:ſcilicet quæ ꝓficiſcuntur ab officio iudicis mercenario.& appellatur iudicis officium mercenariū,qn̄ aliqd expeditur per iudicem,ꝓpter qđ iudex principaliter nō aditur.Verbi gratia:Aliqs vſucepit rem meā,quā à nō domino emit bona fide.ego egi cōtra eū rei vēdicatione:& litē cū eo ſum cōteſtatus.lite cōteſtata cōpleuit vſucapionē.non obeſt ei litis conteſtatio quo ad curſum vſucapionis complendæ.Sed ſecus eſt in præſcriptione:quia ſi tantùm cōpleta vſucapione:ꝓbem illā rem meā eſſe, tenetur illam mihi reſtituere:& ita licet quo ad curſum nō noceat ſibi litis conteſtatio,tamē quo ad effectū vſucapionis ei obeſt:& debet iudex ipſum facere cauere,ꝙ nō cōmiſit dolum in re illa,ſeruū forſan petitum alienādo,vel manumittēdo,vel aliquo alio modo:vt.ff.de rei ven.l.ſi poſt acceptam.Et illā cautionem debet iudex facere interponi per officium mercenariū.& ſic accipe qđ litera dicit,mero:quia nunquā prętor viuus,vel mortuus de hoc ſe intromiſit:ſed lege iubente interponitur huiuſmodi cautio: vt in cautione de dolo per.l.prius allega.ff.de rei vend.l.ſi poſt.Et ſubdit exempla duo.Primum eſt veluti de dolo cautio.Secundū dicit̄ eſſe quædā ſtipulatio iudicialis.Si enim ago cōtra aliquē pignoratitia actione,debet iudex ex officio ſuo facere reo interponere cautionē, ꝙ in re pignorata non cōmiſit dolū ſeruitutes amittēdo,vel aliquo modo ius læſerit:vel de perſequendo ſeruo.Si enim aliquis metu abſtulit à me ſeruum meū,& illum poſtea perdiderit:debet iudex facere cauere de ꝑſequēdo ſeruo illo, & de reſtituēdo eius pretio.Prętoria autē ꝓpriè eſt illa ſtipulatio,ꝓpter quā adit̄ iudex viuus ad hoc,ꝙ illud exæquatur,qđ mortuus iudex ꝓmiſit,vel præcepit.Cùm enim prætor mortuus præceperit ꝙ ille cuius domus minatur ruinam,caueat de dāno infecto:ſi adeat̄ prætor viuus ad executionē illius præcepti,hoc eſt ad hoc,vt faciat ipſum cuius domus minatur ruinā,cauere de dāno infecto:iſta cautio,ſiue ſtipulatio prętoria nūcupat̄.In verſi.prętoriæ.Iuſti.manifeſtat per exēpla,quæ ſunt prætoriæ ſtipulationes,quæ ꝓficiſcuntur à mero prætoris officio.i.purè:ita ꝙ nō iudicis officio interponantur:veluti damni infecti cautio,& legatorum.& dicunt ſtipulationes ędilitias ſub prętorijs ſtipulationibus cōtineri:ita ꝙ ſi animal tibi vendā:& de vitiis(ꝓut teneor)caueā:dicit̄ iſta cautio quāquā ſit ędilitia,prętoria.Fr.

¶ STIPVLVTIONVM.] ſimile per omnia.ff. de verbo.obliga.l.ſtipulationum.ij.

b ¶ IVDICIALES.] quando iudex cognoſcit de aliqua cauſa, & pendente cauſa incidenti facit interponere cautionē.& dicuntur iudiciales à iudice.

c ¶ PRAETORIAE.] quādo nō aditur iudex alia cauſa,ſed principaliter vt talis cautio interponatur:veluti dāni infecti,& cautio legatorū præſtandorum.& talis eſt differentia,inter ea quæ dicta ſunt.Sed cùm hìc ponat̄ prætoriæ vt ſpecies oppoſita iudiciali:quare.ff.de præto.ſtip.l.j.in prin.ponit̄ vt genus?Rn̄.ibi aliter accipitur iudicialis:ſcilicet à iudicio:hìc à iudice: vt ff.manda.l.lucius. ADDITIO. Gloſ.iſta non intellexit benè differentiam:ſed melius dicit.j.eo.in verbo,veniunt.Chriſto.

d ¶ CONVENTIONALES.] quæ ex cōuentione partium fiunt:& de his certum eſt & planum.

Cautio rē pupilli ſal. e ¶ COMMVNES.] veluti rē pupilli ſaluā fore:qa principaliter poteſt adiri iudex vt interponatur cautio,cùm pupillus habet tutorē, qui nō ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore:& ſic dicitur prętoria.Poteſt verò adiri iudex non principaliter,vt cautio illa interponatur,ſed ex alia cauſa:veluti cùm pupillus nō habet tutorem,poteſt petere corā iudice:& iudex qui dat tutorem, ex officio ſuo facit interponi cautionē rem pupilli ſaluā fore:& ita dicitur iudicialis.Item quidā dicunt illā cautionē rem ratā haberi.eſſe cōmunem quia quandoq; interponitur à ꝓcuratore actoris:quandoq; à procuratore rei:vt.ff.de procu.l. Pomponius.§.ſed & is qui. Vel alia rōne dicit̄ communis: veluti cùm procuratorio nomine quis alium conuenit: iudex ex officio ſuo debet facere,vt cautio rem ratam haberi, interponat̄: & tunc eſt iudicialis.Prętoria eſt quando quis ꝓmiſit mihi, quòd promitteret rem ratam haberi: modo volo, quòd promittat: & ſic principaliter ad iſtam ſtipulationem vado ad prætorem, vt ipſa interponatur.vt (Reſiduum gloſ. quæ in aliis impreſsionibus hìc communiter ponitur: in finali gloſſa) huius tituli habetur.

uā fore, eſt cōmunis.

Cautio rē ratā haberi, eſt communis.

f ¶ IVDICIALES.] ſcilicet ſtipulationes.

g ¶ DE DOLO CAVTIO.] vt ſi ago pignoratitia:caueas ne ſeruitutes dolo perdideris,vel rei ius in aliquo lęſeris:vt.ff.de pig.act.l.creditor.Item,ſi rei ven.agam pro re quam vſucœpiſti:iā lite conteſtata caues de dolo ne alienaueris vel manumiſeris ſeruum:vt.ff.de rei ven.l.ſi poſt.ſic.&.ff.man.l.ſi procuratorem.§.penul.&.l.ſeq.

h ¶ DE PERSEQVENDO SERVO.] vt ſi metu mihi abſtuliſti ſeruū, quē poſteà perdideris:caueas de eo perſequēdo,vel eius pretio reſtituendo: vt ff.quod met.cau.l.ſi cùm exceptione.§.quatenus.verſic.ꝙ ſi homo. Item emptor qui redhibet,& non habet ſeruum quem reddere debet,quia aufugit:debet cauere venditori de perſequendo ſeruum:vt ſi habere poterit,illi reſtituat.vt.ff.de ædil.edic.l.redhibere.§.fi.ſic &.ff.de condi.cau.da.l.ſi pecuniam.§.pe.

i ¶ VE.] pro vel.

k ¶ PRAETORIAE.] ſtipulationes.

l ¶ A MERO.] id eſt puro:ſic quòd non iudicis officio, ſcilicet tali quali in ſuperiori caſu:vt ſtatim dicam.Accurſius.

m ¶ DAMNI INFECTI.] vt.ff.de dā.infect.l.prætor ait.§.de eo.verſi.in eū qui.Dicitur & alio reſpectu prætoria illa, quæ ab initio exigitur: ſiue ſit prætoria inuentione,ſiue ciuili, ſiue alio quocunq; modo inuenta: ex eo ſcilicet quòd prætor eam approbat:vt.ff.de verb.ſignifi.l.lege.& hoc ſenſu comprehendit prætorias,& iudiciales,& cōmunes, & omnes præter conuentionales: & ita accipitur.ff.de præto.ſtipula.l.j.ſic eſt de adoptione.ff. de adopt.l.ij.

n ¶ VEL LEGATORVM.] vt.ff.vt.leg.vel fideicom.no.ca.l.j.j.reſpon.

o ¶ AEDILITIAE.] ſcilicet ſtipulationes:vt ſi animal tibi vēdo,de vitiis ei* cauere debeo:vt.ff.de ædil edic.l.itaq;.&.l.ſi venditor.

p ¶ VENIVNT.] cùm ędiles erant ex prætoribus:vt.ſ.de iur.na.§.proponebant.Sed quę erit intelligibilis differētia inter prętorias & iudiciales:cùm hoc titu.accipiatur prætoria & iudicialis?Rn̄.quia prætoria à prætore mortuo inducta eſt:ſed iudicialis à iuriſconſultis aliis.Itē prætoria inuenies iudicem ob hoc ipſum principaliter adiri,ſed in iudiciali per cōſequentiā:vt patet ex ſupradictis exēplis.Item iudiciales vagę ſunt per totū corpus iuris, ſed prætoriæ licet & ipſæ ſint vagæ,comprehenſæ tamē ſunt ſimul in vno titu.vt.ff.de præto.ſtipu.l.j.Item potes notare quartam differentiam vt notatur.ff.de verbo.oblig l.v.§.ij. ADDITIO. Hanc differentiā dominus Ioan.addit dicens:quia prætoriæ ſunt quæ per ſolum iudicē ordinarium interponuntur [a];& iudiciales quæ per quemlibet alium iudicem.

Stipulationes prætoriæ & iudiciales multipliciter differunt.

a Hāc quoque dānāt aliqui, vt per Io. Fa. hìc:quia de dam. infec. quāuis ſit prætoria per quemlibet etiā minimum magiſtratū expediri pōt: vt.l.j.&.l. iiij.§.j.ff. de dam. infec. Niſi forte dicas ibi ſpeciale ꝓpter periculum moræ. Ange.

¶ CONVENTIONALES SVNT QVAE &c. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti.quæ eſſent ſtipulationes conuentionales. Et rn̄.ꝙ illæ ſunt ſtipulationes conuentionales,quæ ſunt vel fiunt ex cōuentione contrahentium:hoc eſt neq; iuſſu prætoris,neq; iuſſu iudicis ordinarij. Sed domine, quot ſunt genera conuentionalium ſtipulationum?Reſpon.ꝙ tot fere ſunt, quot dicimus eſſe genera rerum contrahendarum: & in quibuſdam valet contractus:verbi gratia,venditio in quibuſdam valet,in quibuſdam nō valet ſtipulatio.ff.de contrahen.emp.& vend.l.& liberi.&.l.liberi hominis.§. fi.&.j.tit.proxi.j.reſpon. Fran.de Aret.

q ¶ QVARVM.] ſcilicet conuentionalium.

r ¶ PENE.] ideo dicit penè: quia in quibuſdam valet alius cōtractus: vt vendito in libero homine,& ſimilibus:vt.ff.de contrahen.emp.l. & liberi. &.l.liberi hominis:&.j.de contrahen.emp.§.fi.in quibuſdam non valet ſtipulatio:vt.j.tit.j.j.reſpon.§.j.

s ¶ RERVM CONTRAHENDARVM.] ſcilicet eſſe genera.i.quot poſſumus dicere eſſe genera contractuū, tot ſunt genera ſtipulationū.i.vbicūq; poteſt contrahi,ibi poteſt ſtipulatio interuenire.nam ſtipulatio propriè nō eſt contractus:vt.ff.de verbo.ſig.l.Labeo.

Communes.

¶COMMVNES SVNT &c.¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti.quæ eſſent cões ſtipulationes.Et ipſe rñ.dicẽs,ꝙ cões ſtipulationes ſunt,veluti rẽ pupilli ſaluã fore.Stipulatio enim quæ interponiẗ rẽ pupilli ſaluã fore, eſt cõis:qa & prætor mortuus præcepit hãc cautionẽ interponi:& iudex viuus hoc exequiẗ,ſi aliter res hmõi nõ poſsit expediri.Similiter ſtipulatio de rato eſt cõis: quia prætor mortuus præcepit ꝙ caueret de rato à ꝓcuratore actoris:& qñq; præcipit iudex viuus ꝙ caueatur de rato. Alio etiã modo dicitur cautio de rato cõis:quia interponitur à ꝓcuratore actoris propriè:& qñq; à ꝓcuratore rei diciẗ: vel qñq; ĩterponiẗ in iudicio:& qñq; extrà:vt hîc habes in gloſſ.

Cautio petitur à tutore quãdoq; prĩcipaliter quãdoque incidenter.

a ¶COMMVNES.] abnegatiuè lege.i. nõ prætoriæ tãtùm:vel iudiciales tãtùm: vel cõuẽtionales tantùm: ſed partim ex vno,partim ex altero naturã accipiũt.nã ſi nõ cauerit tutor pupillo, hoc ipſum peti põt:& quo ad hoc habet naturã prætoriæ ſi petitur tutor, & per cõſequens præſtatur ſatiſdatio:in hoc habet naturam iudicialis:vt.ſ. de ſatiſd.tut.§.j.Sed de hoc dic plenius:vt.ff.de verb.obli.l.v.§.prætoriæ. vbi eſt hîc tit.de verbo ad verbum.Item ſi petatur hæc ſatiſdatio ab altero tutorũ, vel curatorum:ex conſequentia petitur, & non præcisè: vnde,& in hoc habet naturam iudicialis:vt.ff.de admi.tut.l.iij.j.reſpon. &.ſ.de ſatiſda.tut.vel cura.§.j.&.§.ij.Vel dic communes alio modo: vt.j.eo.§.ſed ſecundum hoc omnis prætoria poteſt eſſe communis. ADDITIO. Dic quòd hæc gl.ſecuta fuit errorem ſuũ,ꝙ illa appellatur cautio prætoria propter quam interponendam iudex principaliter aditur: illa verò appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter,ſed in conſequentiam aditur.quæ opinio ibi fuit reprobata ſecundum Chriſtopho.

¶ Cões[a] ſunt,veluti rẽ ſaluã fore pupillo:(nã & prætor[b] iubet rem ſaluã fore pupillo,caueri: & interdum iudex[c],ſi aliter hæc res expediri non[d] poteſt)vel de rato[e] ſtipulatio.

TITVLVS XX.

De inutilibus ſtipulationibus.

¶Stipulatio rei,quæ non eſt,nec eſſe poteſt in rerũ natura,non valet:ſecus ſi poſſet in noſtro dominio haberi.Areti.

OMnis res quæ dominio noſtro ſubijcitur[f], in ſtipulationẽ deduci põt: ſiue illa mobilis[g] ſit,ſiue ſoli.

b ¶PRAETOR.] ſcilicet mortuus:cuius verba non habemus,ſed ſententiã: vt.ſ.de ſatiſda.tu.in prin.&.§.j.

c ¶IVDEX.] ſcilicet viuus.

d ¶NON POTEST.] quia ſponte non vult ſatiſdare ex præcepto mortui prætoris:vnde inuitus compellitur à iudice viuo.

Cautio de rato eſt cõmunis.

e ¶DE RATO.] hæc eſt communis alia cauſa, quàm ſuperior. nã hæc eſt conuentionalis quãdoq;:vt ſi fiat extra iudicium ex cõuentione:vt.ff.rem ra.hab.l.interdum.Item iudicialis quãdo interponitur à procuratore actoris,cùm dubium eſt,an ſit procurator:vt.C.de procu.l.j.& de ſatiſd.l.j.aliâs non poteſt res expediri,cùm non admittatur:vt.j.de ſatiſda.§.penulti. Alij dicunt eam communem,ſcilicet de rato:quia & à procuratore rei præſtatur quandoque non ſolùm actoris:vt.ff. de procur.l.non ſolum.§. ſi ſtatus &.§.eſt & alius caſus.&.§. vlti.&.l.Pomponius.§.ij. &.l.ſi defunctus.§.vlti. Accur. ADDITIO. Et hæc melior,quòd ideo dicantur cõmunes, quia partim per prætores,vt in procuratore actoris:partim per iuriſconſultos,vt in procuratore rei,fuerint inuentæ:vt hîc.Cautio autem quæ ex forma ſtatuti inducitur: ſi ſit factum à toto populo, vel repræſentantibus ipſum,dicetur ciuilis. Si verò ab epiſcopo, duce vel marchione: dicetur prætoria.Ange.

Cautio à ſtatuto inducta an ſit ciuilis, an prętoria.

Continuatur.

¶DE INVTILIBVS STIPVLA.¶ *Suprà in titu. de uerb. obli.dixit in genere de ſtipulationibus interpoſitis ab uno:uerùm quia tam ex parte creditoris,quàm ex parte debitoris,aliquãdo plures perſonæ interueniũt,& ſunt duo rei:ideo ſubiecit titulum de duobus reis. Verũ quia non tantùm ſtipulatio interponitur à libero,ſed etiã à ſeruo:ideo ſubiecit titulum de ſtipulatione ſeruorum.Verùm quia ſtipulatio non eſt ſimplex, ſed multiplex:ideo poſteà annectit titulum, de diuiſione ſtipulationum:ut ſuprà titu.proxi.Verùm quia aliquãdo ſtipulatio eſt inutilis,& quia hoc poteſt contingere multis modis:ideo ponit hîc iſtum titulum, de inutilibus ſtipulationibus.* Ange.Areti.

OMNIS RES.]¶ Quoniam iſte tit.eſt valde longus,& habet plurimos.§§.& vnuſquiſq; habet materiã de per ſe:ideo nõ diuidam:quia eſſet valde longa diuiſio.¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti.ſuper quibus rebus poſſet fieri ſtipulatio. Rñ. dñs Iuſti.ꝙ ſuper illis quæ dominio humano ſubijci poſſunt:ſiue illa res ſit mobilis,ſiue immobilis: dum tamen ſit ſubijcibilis commercio humano. Sed ſi quis ſtipulatus fuerit ſibi dari,quod non eſt in rerum natura, licet fuerit: puta Stichum iam mortuum:aut rem quæ eſſe non poteſt:puta hippocentaurum:non valet ſtipulatio.h.d.Franc.de Are.

f ¶SVBIICITVR.] i.ſubijci poteſt.Sunt enim quædã res, quæ non poſſunt eſſe in noſtro dominio,vel quia nec ſunt,nec fuerũt,ſcilicet in rerũ natura:vt.j.proxi.§.vel ſi ſunt,impoſsibile eſt de natura:vt in ſole, & luna,& ſimilibus:vt.j.e.§.ſi impoſsibilis.vel de facto vt aureum montem : vt.ff. de ſtat.lib.l.cùm hæres.§.j.vel de hominũ diſpoſitione:vt res ſacræ,& religioſæ,& ſanctæ,& publicæ,& in vſu publico exiſtentes:& aliæ ſimiles:vt liber homo ex ſui natura:vt.j.proxi.§.&.ſ.de rerum diui.j.reſpon.&.§.nullius.& ff.de verbo.obli.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.Accurſius.

Dominiũ in quibuſdam rebus habere nõ poſſumus.

g ¶MOBILIS.] cuius appellatione & per ſe mouentia, vt equi, continentur[a]:vt.ff.de verb.ſig.l.mouentium.Accurſius.

a Iura autẽ & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione continentur:& ſunt quædã ſpẽs de per ſe quę ſecũdum rẽ cui adijciuntur mobilia vel immobilia eſſe iudicantur:ſecũdum Ange.

h ¶IN RERVM NATVRA.] id eſt apud aliquos homines.ſic.ſ.de verbo. oblig.§.conditiones.Accurſius.

i ¶CREDEBAT.] maximè ſubaudi.nam idem ſi ſciret mortuum,niſi mora debitoris præceſsiſſet mortem:vt.ff.de conſti. pec.l.promiſſor. &.ff.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.Stichum.quę eſt contra. ADDITIO. Et tunc res ipſa & in ſtipulationẽ, & in petitionem,& in condemnationem deduci debet:in eius tamẽ æſtimationem fiet executio.l. ſi ſeruum. §. effectus. vbi gl.in verbo,poſsit.& doct.ff.de verb.oblig. Angel.

At ſi quis rem, quæ in rerum natura[h] non eſt,aut eſſe non poteſt,dari ſtipulatus fuerit:veluti Stichum, qui mortuꝰ ſit,quẽ viuere credebat[i]:aut hippocentaurum[k] †, qui eſſe non poſsit: inutilis[l] erit ſtipulatio.

¶ Stipulatio rei,quæ in dominio noſtro non eſt, vel quæ eſt, ſed poſteà deſinit: licet poſsit effici in noſtro commercio, non valet:ſiue purè ſiue conditionaliter fuit concepta. Aretinus.

¶ Idem iuris eſt, ſi rem ſacram[m], aut religioſam[n],quam humani iuris eſſe credebat: vel publicam rem, quæ vſibus[o] populi perpetuò expoſita ſit, vt forum[p], vel theatrum[q], vel liberum hominem, quẽ ſeruum

k ¶HIPPOCENTAVRVM.] animal fortè natum ex equa & tauro: quod nunquam fuit viſum. vnde Horaẗ. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit &c.

† Hippocẽtaurus, eſt homo equomiſtus, ab hippos. i.equus, & centem.i. pungere.vide Diodo. & Verg. in vj. Hiero. in vita Pauli dicit centaurũ ab antonio viſũ. Pli.in. vij. ait ſe vidiſſe Hippocẽtaurum in melle allatũ Claudio principi ex Ægypto. ergo cõtra hũc tex.quũ dicit impoſſibile eſſe centaurum reperiri. tu cogita. Eg. Perrinus.

l ¶INVTILIS.] id eſt vitioſa:quia contra ius eſt.

¶IDEM IVRIS &c.¶ CASVS. Suprà dictum eſt ꝙ inutilis eſt ſtipulatio,ſiquis ſtipulatur dari ſibi hippocentaurum qui eſſe non poteſt. Similiter inutilis eſt ſtipulatio,ſiquis ſtipulatur dari ſibi rem ſacram, vel religioſam,quam credebat eſſe humani iuris:vel publicam, quæ publico vſui deputata eſt:vt forum vel theatrum:vel liberum hominem quẽ ſeruum eſſe credebat:& rem cuius commercium haberi non poteſt: vel rem ſnam ſibi dari.& ſi dicas:videtur quòd iſtæ ſtipulationes non debent eſſe, vel dici inutiles:ſed magis in pendenti,eo quòd illud quod modò publicũ eſt,põt priuatũ fieri,& ex libero hoĩe põt ſeruus fieri:& ſic de aliis:& ſic ſtipulatio poteſt valere:nihil dicis.Stipulatio enim cùm iuribus nitatur: ex præſenti illico valet,vel inutilis eſt.& hoc dicit. Suprà dictum eſt, quòd ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari liberum hominem:non valet ſtipul.licet poſtea factus fuerit ſeruus.vel ſi aliquis fuerit ſtipulatus dari ſibi rem ſuam: licet poſteà aliena facta fuerit,non valet ſtipulatio: vel econuerſo ſi fuerit aliquis ſtipulatus rem alienam ſibi dari:ſi poſtea facta fuerit ſua, non valet ſtipulatio. Similiter ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari rem priuatam, & poſtea fiat ſacra:& ſic de aliis:non valet ſtipula. Quotieſcunq; enim ſine facto promiſſoris illud quod ſtipulatur,deductum eſt in eum caſum à quo incipere poſsit,non valet ſtipulatio.Scire enim debes quòd ſi ego ſtipulor mihi dari rem ſacram,vel religioſam,vel liberum hominem: non valet ſtip. Sed pone quòd ſic dicam promittis mihi Petrum qui liber eſt, cùm fuerit ſeruus,vel rem ſacrã vel religioſam cùm facta fuerit priuata:& ſic de aliis: quid iuris erit? certè non valet ſtipu.Quæ enim de natura ſui à dominio noſtro exempta ſunt:nullo modo in ſtipulationem deduci poſſunt.& hoc dicit.Franc.

¶IDEM IVRIS EST.] ſcilicet vt ſit inutilis.Accurſius.

m ¶SACRAM.] licet nõ valeat ſtipulatio,vt hîc,valet tamen venditio inter ignorantes,vt actio detur:vt.j.de contrahen.empt. §.fi.ff.de cõtrahen.emp. l.& liberi.&.l.ſed Celſus. Sed quæ eſt ratio?Reſpon.quia in venditione nõ eſt neceſſe transferri dominiũ:in ſtipulatione ſic:vt.ff.de cõtrahen.emp. & ven.l.ſi ita.§.fin.& in fi.gl.fi.Et eſt ſimilis ratio quare quis põt rem alienam vendere:vt.ff.de contrahen.empt.l.rem alienam.ſed non obligare: vt C.quæ res pig.ob.poſ.l.qui filios[b].quia in pignore debet ius conſtitui creditori,ꝙ ſibi det hypothecariam actionem:in venditione ſola traditio cum obligatione euictionis ſufficit:vt.ff.de pig.l.& quæ nondum.§.quod diciẗ. & de ac.emp.l.ex empto.Accur.

Sacræ rei vẽditio valet inter ignorãtes. Aliena res vendi poteſt, ſed nõ obligari.

b Niſi ſit bonæ fidei poſſeſſor. vt. l. ab eo. ff. de pigno. & eſt ratio: quia ille reputaẗ quaſi dominus vt. j.de act. §. alius.

n ¶RELIGIOSAM.] hæc verba ſacram & religioſam,expone vt.ſ.de rerũ diui.§.nullius.&.§.religioſum. ADDITIO. Dic hoc verũ, quãdo res in totum eſt ſacra,vel religioſa.ſi autem eſſet pro parte:an valeat ſtipulatio,emptio,vel alia diſpoſitio:vide.l.hãc.&.l.in modicis.ff.de cõtrahen. emp.Ange.

o ¶VSIBVS.] aliàs ſi non eſt in vſu publico,poteſt alienari:vt.ff.de contrahenda emptione.l.ſed Celſus.j.reſpon.&.l. pacta.§.fin.ſic.ff.de via publica.l.viam.

p ¶FORVM.] ſcilicet vbi redditur ius:vt.ff.de iuſti.& iur.l.penulti.vel rerũ venalium.Sed forus eſt burſa. Accur. ADDITIO. Item forus dicitur locus exercendarum litium:vt.c.forus.extrà de verb.ſignifi.Item calcatorium id eſt locus,vbi vua calcatur:ꝙ pede calcantis feriatur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium,ab eo quòd inceſſus ferant. Item ſpectacula, hoc eſt loca erecta vt ex his ſpectetur. Item forus dicitur foramen illud per quod remus immittitur, à forando. Vnde verſus: Cauſatur, venditq; forum ſignificatq; foramen. Alta fori loca ſunt: datq; carina foros. Hoſtien.dicit quòd forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiuſq; iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos homines animaduertere vnde tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi. xvj. quæſt.vij.l. omnes baſilicæ.

Forum & Forus.

q ¶THEATRVM.] expone vt.ſ.de rerum diui.§.vniuerſitatis. Accur.

a ¶ Credebat.] idem ſi ſciebat:vt.ſ.proxi.§.&.ff.de verbo. obliga.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ibi,caſum enim &c.

b ¶ Commercium.] generale nomẽ eſt ad omnes cõtractus. Vnde dicitur aliquis habere cõmercium rei, qñ per emptionẽ, vel alio modo põt eã habere:quare Iudæus nõ habet cõmerciũ Chriſtiani mãcipij:vt.C.ne Chriſtianũ mã.iu.&c.Vnde ſi Iudæus Iudæo promittit tale mãcipium,nõ valet, vel Chriſtianus Iudæo: vt hîc.ſi aũt Chriſtiano promittat Iudæus,valet:vt ff.de verb.obl.l.multũ intereſt.& de le.j.l.apud Iulianum.§.fina.

c ¶ Suam.] nã cũm ſua ſit,plus ſua fieri non poteſt: vt.ſ.de leg.§.ſed ſi rẽ.&.j.de act.§.ſic itaq;. niſi ratione poſſeſſionis apud aliũ conſtitutæ:vt ff.de cõtrahẽ.emp.l.ſi in emptione. §. iij. vel niſi ſub cõditione:dũ tamen adueniẽte conditione ſtipulatoris, res eſſe deſierit:vt.ff.de verb.obli.l.ſi rem meã.&.l. exiſtimo.

d ¶ Protinus.] i. ſtatim:quia pura ſtipulatio ſuſpẽdi nõ poteſt: vt.ff. de ſtip.ſer.l.vſusfructus. ſecus in alijs actib⁹ viuorũ: vt.ff.com.præ.l.ſi. in fin. Accur. *Additio*. Puta per euentũ cõfirmationis,quæ ex poſtfacto fieri poteſt:ſed tamen ipſe actus in veritate non pẽdet,ſicut nec ſtipulatio:ſed interim vel eſt nullus:vel ſola ipſius qualitas,puta dominij translatio,vel cui acquiratur,pendere dicitur.& hæc vera in actibus puris.

eſſe credebat[a], vel cuius cõmerciũ[b] nõ habuerit,vel rem ſuam[c] dari quis ſtipuletur.¶ Nec in pendenti erit ſtipulatio,ob id,ꝙ publica res in priuatam deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & cõmercium adipiſci ſtipulator poteſt,& res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt:ſed protinus[d] inutilis eſt† .¶ Item[e] contrà, licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit,ſi tamẽ poſtea in aliquam eorum cauſam[f] , de quibus ſuprà dictũ eſt, ſine facto[g] ꝓmiſſoris deuenerit: extinguitur[h] ſtipulatio,¶ Ac nec ſtatim ab initio, talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium,cũm ſeruus erit, dare ſpõdes? & ſimilia[i]. Quæ enim natura ſui dominio noſtro exẽpta ſunt, in obligationem[k] deduci nullo modo poſſunt.

¶ Factum alienum non poteſt in ſtipulationem deduci.h.d.Aretinus.

¶ Siquis alium[l] † daturum facturumúe quid promiſerit, non obligabitur[m]:veluti ſi ſpondeat Titium quinq; aureos daturũ. Quod ſi effecturum[n] ſe,vt Titius daret,ſpoponderit: obligatur.

¶ Alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi ei cuius poteſtati ſit ſubiectus.hoc dicit. Aretinus.

¶ Si quis alij,quàm ei cuius iuri[o] ſubiectus ſit ſtipuletur: nihil agit[p].

¶ Poteſt extraneus ſolutioni eſſe adiectus, licet ſibi non quæratur obligatio. Aretinus.

¶ Planè ſolutio,etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, Mihi aut Seio dare ſpondes? vt obligatio quidem ſtipulatori acquiratur[q]:ſolui tamen Seio[r],etiam inuito[s] eo,rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat[t],

e ¶ Item contra.] i.ecõtrario.nã.ſ.dixit qñ ab initio res erat ſacra vel ſimilis,ſed poſtea deſijt.nunc econtrà qñ prius non ſacra,ſed poſtea fit.

f ¶ Eorum cavsam.] i.ſacra,vel religioſa,vel ſimilis:vt.ſ.pxi.§.Acc.

g ¶ Sine facto.] quod eſt cũm erat res aliena:aliás ſi ſua,ſemper ſuo facto factũ videtur,etiã ſi alienauerit poſt tẽpus ſtipulationis. idem & ſi erat aliena:dummodo poſt moram:vt.ff.de verb.obli.l.ſi ſeruum.§.j.&.ij.

h ¶ Extingvitur.] arg.cõtra.ſ.de leg.§.ſi qs debitori.verſic.ꝙ ſi viuo.

i ¶ Similia.] puta rem ſacram cũm erit profana:& ſic de ſingulis: ſcilicet ſacra vel religioſa:vt.ſ.proxi.§.

k ¶ In obligationem.] ſcilicet iſtam:hoc eſt ſtipulationem.

¶ Si qvis. ¶ *Caſus*. Quidam promiſit,quòd dominus epiſcopus daret mihi decem.valet ne iſta ſtipulatio?Dicitur quòd non:quia videtur factum alienum promiſiſſe.ſi tamen promitteret ſe facturũ,vel præſtiturum,vel procuraturũ ꝙ alius aliquid mihi faceret,factũ ſuum promittere videtur:& ideo ſtipulatio valet:& ex ea obligatur. & hoc dicit. Et ad inſtantiam illam quæ ponitur in gl. contra regulam iſtam,de eo qui cauit dominum ſuum rem ratam habiturum:reſpondetur,non videtur factũ alienum promiſiſſe:ſed intereſſe rei qui conuenitur,ſi dominus ſuus pro quo agit,ratum non habeat.& ſimiliter eſt in alijs inſtantijs.Fran.

l ¶ Alivm.] prorſus extraneum.

m ¶ Non obligabitvr.] & eſt ratio:quia nemo alienum factũ promittere poteſt:vt hîc,&.ff.de verbo.obliga.l.ſtipulatio iſta.in prin.niſi pœna promittatur:vt.j.e.§.verſa vice.niſi in caſibus in quibus præſumit lex intereſſe promitti niſi fiat:vt in cautione iudicio ſiſti:vt.ff.de verbo.obliga.l. quoties quis.Item in ſtipulatione iſta,habere licere:vt.ff.de verb. obli.l.ſtipulatio iſta.j.reſpon.[a] Item in ſtipulatione de rato:vt.ff.rem ra.habe.l.in ſtipulatione.Item in ſtipulationibus ædilitijs:vt ſanum eſſe ſeruũ venditum, vel non furem:& ſimilia:vt.ff.de euic.l.ſi ita quis.Item in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore.nam cũm ſit prætoria,exigitur fideiuſſor:vt.ff.de præto.ſtipu.prætoriæ.Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiuſſore:promittis rem meam ſaluam fore per tutorem vel curatorem?nam & his verbis ab eis ſtipulatur:vt.ff.rem pup.ſal.fo.l.j.&.l.cũm pupillus. Præterea nonne quis ſemper promittit per ſe & ſuos hæredes ea facta quæ per alium poſſunt explicari:vt.C.de contrahend.ſtipu.l.fina.licet contra ſit, ſi non poteſt per alium fieri:vt.ff.eo.de verbo.oblig.l.centeſimis.§.id quod. &.C.de caduc.tollen.l.vnica.§.ne autem?Reſpon.Non eſt alius hæres quàm teſtator: imò idem præſumitur:vt in aut.de iureiurand. à mo.præ.§.primo.colla.v. *Additio*. Adde ſecundum Ange.alios caſus:puta quando promittit alium dare vel facere ad quod promiſſor tenebatur. Item quando iurauit:quia facit valere omni meliori modo quo poteſt:vt.l.cũm pater.§.filius.ff.de leg.ij.Ange.

n ¶ Effectvrvm.] tunc enim ſuum factum manifeſtè promittit. idem ſi dixit ſe curaturum vt fiat:vt.ff.ſi cer.peta.l.ſi.§.ſi.

¶ Si qvis alii. ¶ *Caſvs*. Pone ꝙ ego ſtipuler dare ei centũ, cuius iuri nõ ſum ſubiectus:valet ne iſta ſtipu?Et rñ.Inſti.ꝙ non,cõſyderata ſtipulationis natura.Inuenta enim fuit ſtipulatio, vt per ſtipulationem vnuſquiſque ſibimet aliquid acquirat.Sed licet ſtipulãdo extraneo aliquid acquirere non poſſimus:tamẽ in perſonam alterius ſolutionem poſſumus conferre.Verbi gratia:Promittis mihi.x.aut Seio:& tunc benè valet huiuſmodi ſtipulatio.Obligatio enim mihi ſtipulanti acquiſita eſt:ſolutio tamen poteſt fieri adiecto,me inuito.& continget promiſſoris plena liberatio.Cõpetit tamen ſtipulatori contra adiectum actio mandati propter id qđ ſolutũ eſt.hoc dicit.Extra caſum nota ſpecialẽ caſum, in quo ſi ſoluat debitor alij quàm ei cui ſoluere debet: puta adiecto,ſcilicet alternatiuè: liberatur.No.quòd vox patris eſt vox filij:& econtra. Franc.de Aret.

o ¶ Ivri.] id eſt dominio: vt ſeruus domino,cui acquirit: vt.ſ.per quas perſo.nob.acqui.§. item vobis. Item reuerẽtia paterna : vt filius patri: vt.ſ.per quas perſo. no. acqui.§.j. Item obedientia: vt monachus monaſterio cui quærit & ſe & alia: vt in aut.de mona.§.illud.col.j.Idem dicas de ſeruo fructuario. Idem de vſuario. Idem de ſeruo bona fide poſſeſſo: & libero bona fide poſſeſſo: qui ex duabus cauſis quærunt: vt.ſ.per quas per ſo.no.acquir.§.de his.& §.idem placet.

p ¶ Nihil agit.] & eſt ratio: quia inuentæ ſunt &c. vt infrà eo. §.alteri.&.ff.de verbo.obligat.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. Fallit tamen in caſibus. xvj. In primis ,vt ſi ſtipulantis intereſt: quia ſit tutor eius cui ſtipulatur rem pupilli ſaluam fore. Secundò ,quia procuratori ſtipuletur dominus. Tertiò , ſi ſtipuletur creditori : vt infrà eodem.§. ſed ſi quis ſtipuletur. verſicu. & ſi creditori. &.ff.de verborum obligat.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.&.§.ſi quis inſulam. Quartò fallit in omnibus prætorijs ſtipulationibus: vt. ff. de præto. ſtipu.l.in omnibus. vt eſt damni infecti.ff.de damn.infect.l. damni.§. fina. Item iudicatum ſolui, & ſimiles: vt.ff.de procura.l.in cauſæ.§.fina.[b] Item fallit in procuratore præſentis: vt.ff.de verborum oblig.l.ſi procuratori. &. ff. de procur. l. quod procurator[c]. Item fallit in actore municipum: ex cuius pacto quæritur municipibus. Item in curatore furioſi, & conſimilium perſonarum, & tutoribus: vt.ff.de conſtitu. pecu.l.eum qui.§.ſi actori. Item fallit in inſtitore, nam ſibi actio ex pacto inſtituti quæritur : vt.ff. de inſtito.l.prima. in fin.&.l.ſecunda. Item fallit in iudice, vel notario, vel ſimili perſona publica : ex quorum pactis & ſtipulationibus alteri quæritur : vt.ff. rem pupil ſal. fore.l.ſecũda.&.iij.&.iiij.j.reſpon.& in authen. de execu. & his qui con.§. primo. coll.vij.& in authen. de hære. ab inteſta.§.ex his.coll.ix. Item fallit in creditore , ex cuius pacto quæritur actio debitori: vt.ff.de pigno.act.l.ſi cũm venderet.j.reſpon. Item fallit, ſi auus paciſcatur dotem reddi nepti, quam iam in poteſtate non habet: vt.ff. ſolu. matrim.l. Caius Seius. Item fallit in procuratore vendentis: vt.ff. de act. empt.l. Iulianus.§.ſi procurator. Item fallit in deponente, ſi paciſcatur alij rem reſtitui. Item fallit in commodante faciente ſimile pactum: vt.ff. depoſi.l. Publica.l.&.C.ad exhib.l.ſi res. Item fallit in donante ſimile pactum faciente in euentum alicuius conditionis: vt.C. de donat.quæ ſub modo.l. quoties[d]. Item fallit , ſi pater ſtipuletur filio, vel alij poſito ſub ſua poteſtate poſt mortem ſuam: ſcilicet patris . nam & filio quæritur, licet hæres non ſit: vt.ff.de verborum oblig.l. quodcunq;.§. ſi quis ita . Si verò purè, & non poſt mortem : ipſi ſtipulanti quæritur : vt.ff.de verbo.obligat.l. dominus ſeruo . His enim caſibus ex pacto vel ſtipulatione alterius alteri quæritur, non aliás: vt hîc, &.C.per quas perſo.nobis acquir.l.j. Cũm enim ſint ſpeciales, non ſunt trahendi ad conſequentiam:vt.ff.de leg. & ſena.conſul.l.quod verò. Sed M. dicebat hos caſus facere regulam : & ſi quis caſus eſſet contra illud, ſpeciale eſſe: & quod hîc regulariter dicitur, &.ſ.eod. §. alteri. &.C. per quas perſo.nobis acquir.l.j.dicebat iure directo non valere: ſed vtiliter acquiri poſſe.& ſic ſecundum eum ſemper ex pacto alterius quæritur : quod falſum eſt:cũm parum intereſſet,directò,an vtiliter quæreretur:vt.ff.de neg. geſt.l.actio.Accurſius.

q ¶ Acqviratvr.] ſcilicet tantum.

r ¶ Seio.] non tamen hæredi eius:vt.ff.de verb. oblig.l.cũm quis.Item hoc intellige tamen huius adiecti non mutato: aliás contrà : vt.ff.de ſolu.l.cum quis.Item hoc intellige ante litem conteſtatam à ſtipulante:aliás contra:vt ff.de ſol.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem.§.j.Item licet ſolui poſſit adiecto, non tamen agere poteſt adiectus : vt.ff.de conſti.pecu.l.ſed & ſi filiofam.in fi.&.l.ſi verò.

s ¶ Invito eo.] qui ſtipulatur.

t ¶ Contingat.] niſi in caſu : vt.ff.de eo quod certo loco.l.iij.§.idem Iulianus. Sed ibi facta fuit ſolutio alibi quàm fieri debuit: vnde venit intereſſe : vt infrà.de actio.§.loco.in quo non potuit domino præiudicare accipiendo ſortem adiectus: vt.ff.de regu.iur.l.non debet. licet & ipſe dominus

Commerciũ cõprehendit omnes cõtractus.

Stipulatio rei ſuæ an valeat.

† Concor. cũ hoc tex. c.ad audientiam. iũcta gloſſ.ſuper verb. habere.circa medium.extra de ſpon.

Stipulatio pura nõ ſuſpenditur, ſed bene alij actus.

Factum alienum quã que licitè ꝓmittitur. † Et hoc ideo ibi, qa præceſsit cõtractus emptionis, de cuius natura tenetur ex facto omniũ etiam extraneorũ puta de euictione ſe cũdũ Ang. ſecũdũ Io. Fa. contra: quia etiam tunc non niſi de facto ſuo vel hæredis tenet: niſi vel quãti intereſt, vel pœnam promiſerit.

† Facit ad hanc. §. qđ dicit in ca. ex reſcripto.in glo. fi.in fi. extra de iureiuran.

Stipulatur alter alteri. xvj.modis.

b Etiam ſi formet verba perſona domini. & eſt ratio auctoritas iudicialis, per quã interponuntur. ff.de di. ſti pu. circa princ.Ioan. Fab.

c Nec refert in cuius perſona verba concipiãtur: vt per Io.Fa. hîc.

d Hoc operatur dominium rei quod eſt in perſona illius cui ſtipulatur. Ex quo collige ſtipulationẽ alteri factã ſuper re ſua valere & tenere ſecundum Chri. Solutio an poſsit fieri adiecto.

dominus poſſet:vt.ff.de eo quod cer.lo.l.centum.in fin.&.l.fi.in fine.

a ¶ ILLE.] ſcilicet ſtipulator.

Adiectus cui ſoluitur diuerſa actione tenetur.

b ¶ MANDATI.] nunquid adiectus mādati ſemper tenetur? M.dicit quòd ſic,vt hîc,&.ff.de verb.oblig.l.Iulianus.§.fi. Nam ſemper tacitum mandatum,etſi non expreſſum interuenire dicebat,& in abſentia,& ſine nuncio vel epiſtola.quod eſt contra.l.ff. de procu.l.j.§.j. Quare dicemus, ꝙ mandati agitur ſi interceſſit mandatū: vt quia præſente adiecto fuit ſtipulatus: vt hîc,&.ff. de verbo. oblig.l. Iulianus.§.fi.&.ff. mā.l.qui fidē. aliâs agit nego.geſtorū, cùm nō ſit procurator: vt.ff. de ſol.l. verò procuratori.§.interdum. & ĵ.de obliga.quę ex quaſi cōtract.in prin. *ADDITIO.* Nota bene hanc glo.qua actione teneatur.& iſta ſunt vera niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi:vt.d.l. Iulianus.§.j.& ibi Bar.ff. de verb.obliga.In dubio autem nō videtur adiectus animo donandi:vt l.ſi cùm aurū.ff.de ſolu.Ange.

ſed ille [a] aduerſus Seium habeat mandati [b] actionem.

¶ Siquis ſibi & alteri copulatiuè ſtipulatur: dimidia tantùm ſtipulator debetur.

¶ Quòd ſiquis ſibi, & alij cuius iuri ſubiectus non ſit,dari decē aureos ſtipulatus eſt:valet [c] quidē ſtipulatio. ſed vtrum totum debeatur ſtipulatori,quod in ſtipulationem deductū eſt,an verò pars dimidia,dubitatum eſt:ſed placuit non plus [d], quàm dimidiam ei acquiri.

¶ Si pater ſtipulatur filio:acquiritur ſibi. hoc dicit. Aretinus.

¶ Ei verò qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis,tibi acquiris [e]: quia vox tua,tanquam † filij [f] † ſit:ſicuti & filij vox,tanquā tua intelligitur in ijs rebus,quæ tibi acquiri [g] poſſunt.

¶ Diuerſitas in quantitate inter interrogationem & reſponſionem vitiat ſtipulationem quatenus eſt diſcordia: ſed diuerſitas in qualitate vitiat in totum: & reſponſio ſimplex intelligiť, qualis præceſſit interrogatio. h.d. Aretinus.

¶ Prætereà inutilis [h] eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea quæ interrogatus fuerit,

† Filius eſt pars viſcerum patris. Ariſto.in v.Ethic.vn de Chriſt° Ioan.v. Ego.inquit, in patre & pater in me manet. Eg. Perri.

† Quia pater & filius cēſenť vna perſona. & concor. gl. in ca. ſuper eo.ibi,& pater & filius. extrà de teſta. & ca. tua nobis. in gl. ſuper ver. lucro. circa med. extrà de deci.

¶ QVOD SIQVIS. ¶ *CASVS.* Suprà dictum eſt,quòd ſi ſtipuler alteri dari, quàm ei qui iuri meo ſubiectus eſt:non valet ſtipulatio. Sed pone quòd aliquis ſtipuletur aliquid dari ſibi & extraneo: valetne iſta ſtipulatio?Reſpō. quòd ſic.ſed nunquid in totum? Rñ.quòd non, ſed pro parte dimidia, ſcilicet pro parte ſtipulatoris.Super iſto.§.quæri poteſt, quare ita eſt quòd ſi ego emero fundū mihi & extraneo pro.x.valet totus contractus:vt.ff.de contrahen.emp.& ven.l.fundus.ſi autem ſtipulatus fuero.x.dari mihi & extraneo:non valet ſtipulatio in totum:ſed pro parte? Reſpon.contractus emptio.& vend.celebratur tam gratia emptoris,quàm venditoris. vnde tam emptori:quàm venditori expedit quòd valeat cōtractus:& niſi in totum valeret vēditio,contractus qui vtriuſq; gratia celebrari dicitur,in detrimentū alterius partis redundaret: qđ eſſe non debet.Sed ſi dicas:poteſt eſſe quòd non expediet emptori quòd emptio in totum valeat ſemper: Ad hoc dico,ꝙ ſibi imputet.Regulariter enim loquendo,gratia vtriuſq; contractus huiuſmodi dicitur fieri.Non ſic autem eſt in ſtipulatione. Semper enim expedit promiſſori,ꝙ ſtipulatio potius valeat in partem quàm in totum.h.d.Franc.

c ¶ VALEBIT.] ſcilicet pro parte dimidia, vt ſubiicit: vt.ff.de eo qđ certo lo.l.iij.§.ſi quis.Et collige,ꝙ non vitiatur vtile per inutile. ſic.ff.de verbo. obliga.l.j.§.ſed & ſi mihi.arg.contra.ff.de arbi.l.parui.aliàs Pedius.§.j.& dic vt ibi.

Vtile ꝑ inutile non vitiatur.

d ¶ NON PLVS.] vt.ff.de verb.oblig.l.ſi mihi.Sed contra.ff.de contrahē. emp.l.fundi.Sed dic vt ibi.

¶ EI QVI. ¶ *CASVS.* Suprà dictum eſt,ꝙ ſi ſtipulor aliquid dari extraneo:nō valet ſtipulatio.Sed pone ꝙ ſtipuler aliquid dari ei qui iuri meo ſubiectus eſt:vt puta filio vel ſeruo:valetne ſtipulatio iſta? Dicitur ꝙ ſic:qa vox patris,vox filij intelligitur.& hoc verū eſt, ꝙ valet ſtipulatio in rebus illis quæ patri poſſunt acquiri per filium:vt in bonis aduentitiis proficit:in bonis autem caſtrenſibus vel quaſi non valet.h.d Franc.de Aret.

e ¶ ACQVIRIS.] ſic.ff.de verb.obli.l.dominus ſeruo.&.C.de contrahē. & commit.ſtipu.l.ij.&.ff.de pact.l.& hæredi.§.nos autem.

f ¶ FILII SIT.] cùm vna perſona cenſeatur pater & filius:vt.C.de impu. & ali.ſub.l.fin.ſic & in ſeruo & domino eſt eadem vox: vt infrà eodem.§. poſt mortem.

Filius & pater cēſenť eadem perſona.

g ¶ ACQVIRI POSSVNT.] vt profectitio peculio & aduentitio quo ad vſumfructum:vt.ſ.per quas perſo.no.acqui.§.j.Accurſius.

¶ PRAETEREA INVTILIS. ¶ *CASVS.* Dixi Iuſt.Domine,ſuprà dixiſtis multos caſus,in quibus inutilis eſt ſtipulatio:ſed præter illos ſuntne alij caſus in quibus ſtipulatio inutilis ſit? Et reſpon.ꝙ ſic. Quotieſcunq; enim ille qui ꝓmittit,ad ea quæ interrogatus eſt,non reſpondet: veluti ſi dicat aliquis:promittis mihi.x? & tu reſpondeas, promitto.v.vel econuerſo:vel dicat aliquis,promittis mihi.x?& tu reſpondeas:promitto ſi nauis venerit ex Aſia:vel ſi alicui ſtipulanti in diem vel ſub conditione, tu reſpondeas:præſenti die,vel purè:dumtamen illud exprimas:videlicet,pręſenti die,vel purè ſpondeo.non valet ſtipulatio. Si enim ſtipulanti in diem, vel ſub conditione,reſponderes,& nō exprimeres quòd præſenti die, vel purè promitteres:valeret ſtipulatio,& idereris in eandē diē vel purè ſpondiſſe.Non einm neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia repeti,quæ ſtipulator expreſſit,quæ enim in præfationibus dicuntur,in rñſionibus repetita credunť:vt.ff.de verb.ob.l.Titia.§.idē rñdit. Itē dicit,ꝙ ſi ad ea quæ interrogata ſunt,nō rñdeat promiſſor, non valet ſtipulatio.Hoc intelligas, niſi diuerſitas placeat ſtipulanti.Quæ autē diuerſitas vitiet ſtipulationem, vtrum ea quæ eſt in qualitate,vel in quantitate, vel in ſpecie:habes in gl. ordin. non tamen ſufficienter.h.d.Franc.

non reſpondeat [i]; veluti ſi quis decem aureos à te dari ſibi ſtipuletur, tu quinq; promittas, vel contrà: aut ſi ille purè ſtipuletur,tu ſub conditione promittas,vel contrà:ſi modò ſcilicet id exprimas,id eſt,ſi cui ſub conditione,vel in diem ſtipulanti,tu reſpondeas,præſenti die ſpondeo. Nā, ſi hoc ſolùm rñdeas,promitto:breuiter videris in eandē diem,vel conditionē ſpopondiſſe.neq; enim neceſſe eſt,in reſpondendo eadem omnia repeti,quæ ſtipulator expreſſerit [k].

¶ Inter dominum & ſeruum:patrem & filium, non contrahitur ſtipulatio. h.d. Aretinus.

¶ Item inutilis eſt ſtipulatio,ſi vel ab eo ſtipuleris qui tuo iuri ſubiectus eſt: vel ſi is à te ſtipuletur [l]. ¶ Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt [m],ſed ne quidem vlli alij. Filij verò familiâs aliis obligari poſſunt [n].

¶ Mutus & ſurdus omnino nō poſſunt ſtipulationem contrahere.h.d. Aret.

¶ Mutum neq; ſtipulari, neq; promittere poſſe, palàm eſt. quod & in ſurdo receptum eſt:quia & is qui ſtipulatur, verba promittentis: & is

h ¶ INVTILIS EST.] interdum in totum: interdum ꝓ parte.

i ¶ NON RESPONDEAT.] ſcilicet congruè. diligenter tamen attende, ꝙ vbicunq; eſt diuerſitas:ſi incōtinenti placet diuerſitas ſtipulatori,valet ſtipulatio:vt ff.de verb.obl.l.j.§.cùm adiicit.Si autem non placeat [a]:aut eſt in qualitate,aut in quantitate, aut in ſpē diuerſitas. In primo caſu nullo modo valet, vt hîc, ibi, aut ſi ille &c. &.ff.eo.l.j.§. cùm adiicit.&.§.ſi quis ſimpliciter.Si verò in quantitate:in eo qđ cōſonat, valet:ſiue detrahat,ſiue adiiciat [b]: vt.ff.de verb. obl.l.j.§.ſi ſtipulāti.quæ eſt contra.in alio non,vt hîc,ibi,veluti &c.Si autē in ſpecie: aut ꝓmittitur vna ſpecies pro altera:& tunc nō valet:vt.ĵ.eo.§. ſi de alia. aut alia adiecta, & ita copulatiuè: & tūc valet in alia,nō in adiecta: vt.ff.de verbo. oblig.l.j.§.ſed ſi.Si autē plures res ſtipuletur:tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo qđ rñſum eſt.aut diſiunctiuè vt illam aut illam rem ꝓmittis? quo caſu valet,ſiue ad vtrunq;,ſiue ſimpliciter rñdeat, & in vtraq;. Si verò in vna, non valet etiā in ea:licet in ſummis nō vitietur alternatiua, ſi rñdeatur ad vnam tantùm:vt.ff.de verb.oblig.l.j.§.ſi quis.&.l.inter ſtipulantē.§.ſi ſtipulantem.Accur. *ADDITIO.* Et eſt ratio diuerſitatis ſecūdū Io. Fab.quia in ſpeciebus talis rñſio facit diuerſitatem in qualitate:qa in qualibet ſub conditione interrogaſſe videtur.Sed in alternatiua ſummarum minor eſt in obligatione.l.ſi ita ſtipulatus fuero.x.aut quinq;.ff.eo.ideo de ea interrogatum & reſponſum eſſe videtur.

Stipulatio non ſemper vitiatur ex reſponſionis diuerſitate.

a Subaudi nec expreſſè diſpliceat quia tūc nō eſſet locus. d.§.cū adiicit:nec huic materię.Io, Fab,

b Niſi eſſet actū ſtipulationē non valeret niſi ſub toto: vel niſi validitas ſtipulationis noceret ſtipulanti: vt.l. ſi decē &.ff. loca. & hęc vera quando ſtipulatio & reſponſio ē de toto & parte numerabili: aliâs ſi de toto integrali & parte propria vel impropria:dic vt per Ioā. Fab. & Ange.hîc.

k ¶ EXPRESSERIT.] quæ enim in pręfationibus dicunť, in cōtractibus repetita creduntur:vt.ff.de verb.oblig.l.Titia.§.idem reſpondit.

¶ ITEM INVTILIS. ¶ *CASVS.* Non ſolùm in caſibus qui præceſſerunt,eſt inutilis ſtipulatio:ſed etiam in aliis: quia ſi fueris ſtipulatus aliquid ab eo qui iuri tuo ſubiectus eſt,vel ſi is à te fuerit aliquid ſtipulatus:inutilis eſt ſtipulatio.Sed differentia eſt inter ſeruum qui eſt in poteſtate,& filiumfa.qui ſimiliter eſt in poteſtate:quia ſeruus neq; dño,neq; extxaneo ꝓmittendo obligatur.Filius autē fami.patri ſuo non obligatur,præterquàm in voto, & in mutuo.Sed videtur ꝙ filiusfa. ꝓmittendo in voto obligatur,per.l.in auť.de ſan.epiſ.§ interdicimus.Sed poteſt reſponderi diſtinguendo inter votum perſonæ, & votum rerum.In voto rerum, non obligatur: in voto autem perſonæ,obligatur:& ſic loquitur auť.Franc.

¶ ITEM INVTILIS.] quantum ad ciuile vinculum:ſed naturale cōtrahitur:vt.ff.de condi.inde.l.ſi id qđ.&.l.frater à fratre.§.j.vnde fideiuſſor accedit:vt.ĵ.de fideiuſ.in prin.Et hæc vera ſunt,niſi in caſtrenſi peculio vel quaſi.nā tunc eſt loco patrisfamiliâs:vt.ff.ad Macedo.l.ij.&.ff.de col. bo. l.j.§.nec caſtrenſe.tunc enim & cum patre obligatur,& agitur cum effectu: vt.ff.de iudi.l.lis nulla.

Obligatio naturalis inter patrem & filium poteſt conſiſtere.

l ¶ STIPVLETVR.] C.de pact.con.l.pactum dotale.contra.Sol. maximè, ibi poſitum abundat.ſic.C.de teſta.ma.l.fi.§.j.

m ¶ OBLIGARI NON POTEST.] ſcilicet ciuiliter.Accurſius.

n ¶ OBLIGARI POSSVNT.] ex omni cauſa: vt.ff.de iudi.l.tam ex contractibus. & conueniri inſolidum durante patria poteſtate: authoritate tamen patris interueniente: ad quod pater compellitur officio iudicis: vt.C.de bon quæ liber.l.cùm non ſolum.§. primo. [c] & poſteà, niſi in ſex caſibus qui ſunt.ff.quod cum eo.l.ij.Excipe duos caſus, vt in mutua pecunia, ex qua non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani: neq; pater:vt.C.ne filius pro patre.l.j.Item in voto,vel Deo vel reipublicę facto:vt.ff.de polli.l.ſiquis rem.§.voto.nam licet aliâs ſcilicet ex contractu vel quaſi conueniatur à prælato maiore loci illius, hîc tamen non conuenitur: vt.C.de epiſco.& cler.l.nulli,& in auť.de eccle. titu.§. ſi quis .colla.ix.

c Scilicet captis pignoribus. Et ſi nullo modo velit conſentire: ſi filius agat, & pater ſit præſens:repellitur à iudicio. ſecus ſi pater ſit abſens longa abſentia: vel filius cōueniatur, Ange.

¶ MVTVM. ¶ *CASVS.* Quęſiui à Iuſt.vtrū mut° ſtipulari poſſet.Et

reſpondit dicens, quòd mutus neq; ſtipulari poteſt, neq; promittere. & ratio huius eſt: quia ſtipulatio fit vno interrogante, altero reſpondente: & ſic vtroq; loquente. Idem dicit de ſurdo, propter defectū auditus. Qui enim ſtipulatur, exaudire debet promittentē: & qui ꝓmittit, verba interrogantis ſimiliter exaudire debet. & hoc planum eſt. Quod tamen de illo ſurdo intelligitur, qui omnino non exaudit: & non de illo qui tardius exaudit. Qui enim tardè exaudit, promittentem & ſtipulantem poterit exaudire, quamquàm non illico: & ita ſtipulari & promittere poteſt. Item quæſiui à Iuſtin. de furioſo, an poſſet verbalem obligationem contrahere. & dicit quòd non. Nullum enim negotium furioſus rectè gerit: quia non intelligit quod agit. Franc.

qui promittit, verba ſtipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, ſed de eo, qui omnino non audit.

¶Furioſus neq; ſtipulari, neq; aliter contrahere poteſt. Aretinus.

¶ Furioſus nullum negotium[a] gerere poteſt[b]: quia non intelligit quod agit.

¶Pupillus maior infante poteſt alium ſibi obligare, etiam ſine tutoris authoritate: ſed ipſe alij nō obligatur, niſi ſit proximus pubertati, & tutoris authoritas interueniat. Filij verò familiàs, in ætate pupillari nō obligantur: etiam cum conſenſu patris. Aretinus.

¶ Pupillus omne negotium rectè gerit: ita tamen, vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur[c]. Nam alium ſibi obligare etiā ſine tutoris authoritate[d] poteſt. ¶ Sed quod diximus de pupillis, vtiq; de iis verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum. nam infans[e], & qui infantiæ proximus[f] eſt, non multum[g] à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullū habent intellectū. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum, benignior[h] iuris interpretatio facta eſt, vt idē iuris habeant[i], quod pubertati proximi. ¶ Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes[k], ne authore quidem patre[l] obligatur.

a ¶ NVLLVM NEGOTIVM.] ſcilicet obligatorium. Idem in prodigo, cui bonis interdictū eſt. ff. e. de verbo. oblig. l. is cui. quia furioſo ſimilis eſt: vt. ff. de cur. fur. l. j. j. reſpon. & ff. de reg. iur. l. furioſi. idē in mēte capto: * vt. ſ. de cur. §. j.

ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de his qui omnino nihil rationis ſapiunt: aliâs ſecus, ſecundum Angel.

* Tu tamē intellige glo. hanc de prodigo ac mente capto cui bonis interdictū ſit, alioqui obligareſ, quanuis manifeſtè ac apertè ꝓdigus eſſet, ſecūdū Bald.

b ¶ POTEST.] ſcilicet ciuiliter.

¶ PVPILLVS. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſtin. an pupillus poſſet rectè ſtipulari? Reſpon. quòd pupillus omne negotiū rectè gerit, dum tamen tutoris authoritas intercedat: & hoc quando neceſſaria eſt, ſcilicet cùm ſe alteri velit obligare. Alterum tamen, ſine tutoris authoritate bene poteſt obligare. In verſicu. ſed quod diximus. pone ſic caſum. Suprà dictum eſt, quòd pupillus rectè gerit omne negotium. ergo cùm infans ſit pupillus, omne negotium rectè gerit: & ita ſtipulari vel promittere rectè poterit. ſed nō eſt ita ſimpliciter. Et ad hoc reſpondens legiſlator dicit, quod dictum eſt de pupilo, intelligendum eſſe de eo, qui proximus eſt pubertati, & etiam de illo, qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi qui proximi ſunt infantię, non multùm diſtant à furioſis: quia nullum habent intellectum. Sed deinde ſtatim corrigit iam dictum ſuum, quo ad vnum membrum: dicens quòd pupilli proximi infantiæ nō per omnia ſunt cenſendi pubertati proximi, ſcilicet tanquam furioſi: ſed habent idem iuris, quòd cum tutoris authoritate ſe aliis poſsint obligare: & ſine tutoris authoritate ſibi alios obligare poſsint. Sed poteſt ne filiusfamilias. impubes authoritate patris ſui alteri obligari patris authoritate præcedente: ſicut poteſt pupillus tutoris authoritate? Et reſpondetur quòd non. & huius ratio poteſt eſſe: quia ſi tutor malè præſtiterit authoritatem pupillo ſuo, pupillus habebit illum ſibi obligatum: non ſic autem filius patrem. Fran. de Aret.

¶ PVPILLVS.] ſcilicet pubertati proximus: vt ſequitur. & eſt ratio, quia intellectum habet: vt. ff. de reg. iur. l. in negotiis. Accurſius.

c ¶ OBLIGETVR.] ſcilicet alij.

d ¶ AVTHORITATE.] ſic. ſ. de aut. tut. in princip. ſic. ff. de pact. l. contra iuris ciuilis.

e ¶ INFANS.] id eſt vſq; ad ſeptem annos: vt. C. de iur. deliber. l. ſi infanti. j. reſpon.

Proximus pubertati.

f ¶ INFANTIAE PROXIMVS.] id eſt vſq; ad decē annos & dimidiū: & ſic ꝓximus reſpicit infrà. ſed cùm dico pubertati ꝓximū, à decē annis & dimidio ſupra intellige. nā ſic in maſculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nono & dimidio vt. ſ. qui. ex cau. ma. nō licet. §. fi. & ſ. quib. mo. tu. fi. j. rñ.

Hæreditas tranſmittitur per infantem: ſed non per furioſum. Stipulatur quīque infans: non autē furioſus.

g ¶ NON MVLTVM.] nam diſtat aliquātulū, vt in hæreditate, quā tranſmittit infans: vt. C. de iur. delib. l. ſi infanti. §. j. ſecus in furioſo: vt. C. de cur. fur. l. fi. §. ſin autem, & hoc ſecundum Azo. Sed certè ſic poſſet dixiſſe: quia vnus paruus, alter magnus: alter continuū tēpus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, diſtat in ſtipulando in hoc, quia infans ſine intellectu interdum ſtipulatur: ſed furioſus nunquā: vt. ff. rem pup. ſal. fore. l. ſeruū pupilli. Itē dicit nō multū, ꝓpter ꝓximū infantiæ, qui intellectum habet: & ideo corrigitur ſtatim quod hîc dicitur: ibi, ſed in proximis. Accurſius.

h ¶ BENIGNIOR.] quàm ſuprà dictum eſt. Accurſius.

i ¶ IDEM IVRIS HABEANT.] vt alios ſibi obligent: aliis verò non obligentur ſine tutore: vt. ſ. proxi. §.

k ¶ IMPVBES.] aliud ſi pubes: nā obligatur ac ſi eſſet ſui iuris: vt. ff. eo. de verb. obli. l. fi. §. j. niſi in duobus caſibus: vt. ſ. eod. §. item inutilis. diximus.

¶ PATRE.] ſed quę eſt ratio de hoc ad pupillum: cùm tutore authore obligetur? Reſpondent quidam, quòd ob hoc ipſum datur tutor, ſed patria poteſtas eſt ad corrigendum. & eſt pro eis. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. ſin autem. Vel dic, quòd tutorem habet obligatum ſi male authoratur: patrem non: vt. C. de bo. quæ libe. l. eùm oportet. §. ſub hac tamen. ver. non autem hypothecam. Accur.

Filius impubes etiā cū authoritate patris non poteſt obligari.

ADDITIO. Hoc verum, quando de pupillo mere obligando tractatur: ſecus ſi de mera vtilitate: quia poteſt etiā ſine patre. Si verò poteſt eſſe vtilitas & damnum, puta quando vſusfructus, vel aliquid patri quæri poteſt: quo caſu de iure nouo pater legitimam adminiſtrationē habet: ſufficit ipſius authoritas: non in aliis: vt l. ſi infanti. C. de iur. delibe. Ange.

¶Conditio impoſsibilis vitiat ſtipulationem: conditio verò neceſſaria facit eam haberi pro pura. hoc dicit. Aretinus.

¶ Si impoſsibilis conditio obligationibus[m] adiiciatur, nihil valet † ſtipulatio. Impoſsibilis autem conditio habetur, cui natura[n] impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit, Si digito cœlum attigero, dare ſpondes? At ſi ita ſtipuletur, Si digito cœlum non attigero, dare ſpondes? purè[o] facta obligatio intelligitur: ideoq; ſtatim[p] peti poteſt.

† Quia impoſsibilium nulla eſt obligatio: vt hîc, & in c. ad audientiam. iūcta gloſſ. ſuper verb. habere. poſt prī. extrà de ſpō. & ma. Et fa. c. vlt. cū glo. ſuper verb. impoſsibilis. extrà de cōdi. appo.

¶Stipulatio non poteſt contrahi inter abſentes. Et ſi in inſtrumento continetur, partes fuiſſe præſentes, vel ſtipulationi interfuiſſe: ſtatur ſcripturæ: niſi contrarium probetur. Aretinus.

¶Item verborū[q] obligatio inter abſentes[r] concepta, inutilis eſt. ¶ Sed cùm hoc materiam litium cōtentio-

¶SI IMPOSSIBILIS. ¶ CASVS. Suprà habuiſtis multa exempla inutilium ſtipulationum: adhuc ponitur hîc vnum, ſcilicet cùm impoſsibilis conditio ſtipulationi adiicitur: & appello impoſsibilem conditionem, illam ſcilicet cùm natura impedimento eſt: vt puta hominem in ſtatu iſto exiſtentem cœlum digito tangere. vnde iſta ſtipulatio: promittis mihi decem, ſi cœlum digito tetigeris? inutilis eſt. ſed ſi negando conditionem impoſsibilem promittas aliquid alicui ſtipulanti: vt puta, promitto tibi decem, ſi cœlum digito non tetigeris: pura eſt ſtipulatio: & quod ſtipulatur, incontinenti peti poteſt. hoc dicit. Not. quòd impoſsibilis conditio vitiat ſtipulationem. Franc.

m ¶ OBLIGATIONIBVS.] quibuſcunq; vt hîc, &. ff. de act. & obli. l. non ſolum[a]. Secus eſt in vltimis voluntatibus: quia tunc pro non appoſita habetur: vt. ſ. de hære. inſti. §. impoſsibilis.

a Et dum gl. ibi ſoluit cōtrariū de l. ſi militē. C. de cōdi. ob cau. eſt contraria huic gloſſ. iſta tamen eſt verior. Nec obſt. cōtra quia concordat: cùm hîc & ibi cōditio & cauſa impoſsibilis annullet effectū. non enim ad cōficiendum agitur, ſed ſolùm ad reuocāda mādata ſecundū Ioā. Fa.

n ¶ CVI NATVRA.] non ita ſi verborum perplexio ſit: vt. ff. de condi. inſtit. l. ſi titius Ioan. contra. tunc enim quandoq; non diceretur impoſsibilis, licet non poſſet exiſtere: vt. ff. de verb. oblig. l. ſi Titius. ſecundum Azo. & facit ad hunc. §. fi. ff. de reg. iur. l. impoſsibilium. &. ff. eo. l. impoſsibilis. §. j.

o ¶ PVRE.] id eſt ſine conditione: etiam ſi dies eſſet appoſita: vt. ff. eo. l. in illa ſtipulatione. §. fi.

p ¶ STATIM.] cum ſpatio tamen quo ſolui poſsit: vt. j. eo. §. fin. ff. eo. l. eum qui calendis. Et de hoc dixi. ſuprà de verbo. obliga. §. omnis ſtipulatio. Accurſius.

¶ITEM VERBORVM. ¶ CASVS. Suprà dixiſtis domine multa exempla de inutilibus ſtipulationibus: ſed pro Deo, quid ſi inter abſentes fiat ſtipulatio: valet ne ſtipulatio? Rñ. ꝙ nō: ſed eſt inutilis: & hoc, ſcilicet ꝙ ſtipulatio inter abſentes cōcepta, inutilis ſit, hoc ideo eſt, quia viā ſiue materiā altercandi cōtentioſis hominibus præſtabat. Cùm enim aliquis ab aliquo ſibi promiſſum, per ſtipulationē peteret: & inſtrumentū in quo fuit ꝓmiſſum, ꝑ ſe ꝓduceret in mediū: in hmōi caſibus ſolebant promiſſores ſepiſsimè cōtra ſtipulatores talibus vti allegationibus: Frater, quaquam in inſtrumento cōtineatur me tibi hoc, vel illud ꝓmiſiſſe: iſta tamen ſtipulatio nullius eſt momēti: cùm ego nō eſſem præſens tali die in loco, in quo conficiebatur inſtrumentū: vel etiā cùm tu nō eſſes præſens: & ſtipulatio inter abſentes concepta ſit inutilis. Et ideo ꝓpter celeritatē dirimendarum litiū introducta fuit à domino Iuſti. quædā cōſtitutio, quā habes. C. de contrahē. & cōmit. ſtipu. l. optimā. quam ſcripſit ad Cæſarienſes aduocatos: in qua cautū eſt, ꝙ hmōi ſcripturis, quæ partes præſto fuiſſe indicant, omnimodo fides adhibeatur: niſi ille qui talibus vtitur allegationibus. ſ. dicendo aliquam partiū abſentē fuiſſe: manifeſtiſsimis probationibus, veluti per ſcripturam aliam, vel per teſtes idoneos quibus nulla poſsit opponi exceptio, probauerit ſe, vel aduerſarium ſuum, in alio loco fuiſſe, quàm vbi inſtrumentum confectum erat. h. d. Fran.

q ¶ ITEM VERBORVM.] ſicut per conditionem impoſsibilem, ita per abſentiam fit inutilis ſtipulatio.

r ¶ ABSENTES.] ita intellige abſentem, vt audire nō poſsit. Vnde ſi eſt in turri, vel à remotis, & clamet: valet ſtipulatio ſi ſe audiant[b] argu. ff. ad Syll. l. j. §. eo. † aliâs accipitur multis modis: vt. ff. de verbo. ſignific. l. abſentem. & notatur in aut. de fideiuſ. §. j. Sed contrà eſt. ff. de donat. inter virum & vxor. l. ea quæ. Sed ibi interceſſerat ſtipulatio ante abſentiam: cuius verba etiam inter abſentes nunc repetuntur: Item contrà. ff. de pactis. l. Labeo.

b Sub. & intelligant. † Et dicit Bart. illum dici vicinū cuius vox audiri pōt ſi ex oſtio clamauerit. Egi. Perri.

ſis hominib⁹ præſtabat [a], fortè poſt [b] tempus, tales [c] allegationes opponentibus, & non [d] præſentes fuiſſe, vel ſe, vel aduerſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio [e], propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus [f]: per quam diſpoſuimus tales ſcripturas [g], quæ præſto [h] eſſe partes indicant, omnino [i] eſſe credendas: niſi is qui talibus vtitur improbis [k] allegationibus, manifeſtiſsimis [l] probationibus, vel per ſcripturam [m], vel per teſtes idoneos [n] approbauerit, ipſo toto die [o], quo [p] conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel aduerſarium ſuum in alijs locis eſſe [q].

¶ Stipulatio concepta poſt mortem ſtipulatoris, vel ꝓmiſſoris, vel pridie quàm alter moreretur: olim non valebat: hodie valet. Aretinus.

¶ Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat [r], non magis [s], quàm poſt eius mortem à quo ſtipulabatur. ¶ Ac nec is qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius [t] ſtipulari poterat: q͂a patris, vel domini voce loqui videtur [v]. ¶ Sed & ſi quis ita ſtipularetur: pridie [x] quàm moriar: vel, pridie quàm morieris, dare ſpondes? inutilis erat [y] ſtipulatio. Sed cùm [z] (vt iam dictum [a] eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant: placuit [b] nobis etiã in hunc iuris articulum neceſſariam inducere emendationem: vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie quàm moriatur ſtipulator, ſiue ꝓmiſſor, ſtipulatio concepta ſit: ſtipulatio valeat [c].

¶ Ratione præpoſteræ conceptionis non vitiatur ſtipulatio. Aretin.

¶ Item ſi quis ita ſtipulatus erat, *Si nauis ex Aſia venerit [d], hodie dare ſpondes? inutilis erat ſtipulatio: quia præpoſterè [e] concepta eſt. Sed cùm Leo inclytæ recordationis in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reiiciendam exiſtimauerit [f] nobis placuit [g] & huic perfectum robur accommodare, vt non ſolùm

*Si nauis ex Aſia crasve nerit, hodie dare ſpondes.

---

l.Labeo.in prin.Sed aliud in pacto quolibet alio:quod ſine huiuſmodi ſolẽnitate fieri poteſt:ſed ſtipulatio nõ:vt.ff.de pac.l.j.in fi.&.ĩ.de act.§.de conſtituta.Item contrà.ff.de ſponſa.l.iiij.&.l.v.Sed poteſt dici ibi ſpeciale, vt valeant inter abſentes.Vel dic,quòd & per ſtipulationem fieri poſſunt ſponſalia:& tunc inter præſentes : vt hic. Item conſenſu ſcilicet ſolo poſſunt fieri ſponſalia:& tunc etiã inter abſentes:vt.d.l.iiij.Accurſius. ADDITIO. Et hæc vltima cõmuniter tenetur in.l.j.in prin.ff.eo.

Sponſalia inter abſentes & præſentes fieri poſſunt.

a ¶ PRAESTABAT.] antiquitus.

b ¶ POST TEMPVS.] poſt ideo dicit, quia quãdo cõueniuntur poſt tẽpus contractus, talia opponuntur. Accur.

c ¶ TALES.] quales ſubijcit ſtatim, & non &c. Accur.

d ¶ ET NON.] ecce allegationes.

e ¶ CONSTITVTIO.] vt.C.de contrahen. & cõmit.ſtip.l.optimam.

f ¶ SCRIPSIMVS.] loquitur Iuſtin. author illius conſtitutionis.

g ¶ SCRIPTVRAS.] ſed quid ſi vnus proferat inſtrumẽtum, in quo cõtineatur cõtrahentes fuiſſe præſentes Romæ tali die: alter ꝙ Bon̄? Dicunt quidã, ꝙ neutri creditur. Alij ꝙ bonus iudex, debet animaduertere, cui potius credendum ſit: vt ſi ſtipulator ipſo tẽpore tenebat ſcholas Bono. ſtabitur illi inſtrumẽto, quo continetur ipſum fuiſſe Bononiæ.

Inſtrumẽta duo ſi ſint eiuſdẽ diei, ſed diuerſi loci, cui ſtabitur.

h ¶ PRAESTO.] id eſt præſentes.

i ¶ OMNINO.] Nota ſtandum ſcripturæ, niſi cõtra probetur. ſic.C.de proba.l.cum precibus.&.ĩ.e.§.ſi ſcriptũ.&.ĩ.tit.j.§.fi.& hoc quãdo formam habet publicam, aliâs ſi priuatam: ſi pro ſcribente, non valet: ſi contra ſcribentem, valet ſi eſt cum cauſa: vt in aut.de iureiuran.à mo.§.j.&.C.de non nume.pecu.l.generaliter.Accur. ADDITIO Scilicet ſola: ſed cum adminiculis ſic: puta ſi à tribus teſtibus ſit annotata: pro tertio tamen ſi perſona ſcribens ſit legalis: ſcriptura priuata facit ſemiplenam probationem, vt per Ioan.Fab.& Ange.hîc.

Scripturæ an ſemper ſtandũ ſit.

k ¶ IMPROBIS.] ſcilicet prima faciæ. quæ fortè probè apparebunt tandem. ſic.C.de epiſco.& cleri.l.omnes qui.circa prin.ſecundum Io.

l ¶ MANIFESTISSIMIS.] quia contra ſcripturam.

m ¶ SCRIPTVRAM.] ſcilicet aliam: quod eſt melius.

n ¶ IDONEOS.] omni exceptione maiores.i.ꝙ nulla exceptio poterit eis opponi: vt.C.de contrahen.& commit.ſtip.l.optimam.Accur.

o ¶ TOTO DIE.] no.ꝙ dies debet inſeri in inſtrumẽto:& alia ſunt neceſſaria, vt dixi in aut.vt pręponatur nomẽ Imperatoris.& facit.C.de diuer.re.l.ſiqua.Sed qũo hoc ꝓbabitur: cùm dies inſtrumẽti nõ debeat exhiberi: vt ff.de edẽ.l.j.§.editiones? Reſpon. Tribus modis petitur inſtrumẽtũ edi. Primò vt fundet intẽtionem ex inſtrumẽto rei actor: vel reus ex inſtrumento actoris fundet exceptionẽ: cùm neutro caſu aduerſarius vteretur: quod nõ debet eſſe:& tũc nulla pars inſtrumẽti debet exhiberi: vt.C.de edẽ.l.fi.in fi.&.C.de teſti.l.nimis.Secũdò.ſ.qñ aduerſarius vtitur. nã tũc editur, vt videatur an aliquid poſsit ei opponi:& tũc exhibetur, ſed ſine die & conſule: ne materia detur falſum fabricãdi: vt.d.l.ff.de edẽ.l.j.§.editiones. &.ff.quẽadmodũ teſt.ape.l.j.§.j. Tertiò, vt de falſo accuſetur [a]:& tũc etiã cũ die & cõſule eſt exhibendũ: vt hîc,&.C.de cõtrahen.& cõmit.ſtipu.l.optimã.&.C.de fi.inſtru.l.fi. Alijs aũt modis petũtur inſtrumẽta edi, vel tradi per varia genera actionũ: vt.ff.de edẽ.l.quædã perſonæ ſunt. ſed dictis tribus modis petũtur edi.i.demõſtrari. Itẽ, qũo hoc eſt, ꝙ hîc probat reus, cõtra iuris ordinem: vt.C.de edẽ.l.qui accuſare? Reſpõ. hoc ꝓpter præſumptionẽ: quæ eſt cõtra eũ propter ſcripturã: vt.ff.de pac.l.iuris gentiũ.§.quod ferè. Itẽ nunquid duo teſtes hoc probãtes, ſcilicet alterũ cõtrahentiũ abfuiſſe, ſufficiũt? Reſpõ. ſic: vt.ff.de teſti.l.vbi. Sed nõne inſtrumentũ vicẽ duorũ tenet: vt.C.de fi.inſtru.l.in exercẽdis. quare videtur, ꝙ in dubio pro inſtrumẽto ſtetur. Sed certè nõ directè cõtradicitur inſtrumento, ſed per obliquum.ſ.ſe fuiſſe in ſcriptura quadã facta Romæ, vel vt teſtis, vel vt cõtrahens. Si verò contra eam directè dicitur, plures quàm duo exiguntur: vt vincãt ſcripturam: vt.ff.de teſti.l.iij.ibi, aliâs numerus &c. Vel dicas etiã hîc exigi tres. Sed nũquid ſi aliqui teſtes dicant pro inſtrumento, vel in eo ſcripti, vel non: tot vel plures erunt neceſſarij contra inſtrumentum? Reſpon. ſic: quia inſtrumentum per ſe vicem duorum tenet: vt dictum eſt. Item & præter ipſum ſunt probationes, vt ponis: vt.ff.de pign.l.contrahitur. Item ꝙ dicit eo die: idem dicas ſi alio tali: quod hîc eſſe non potuit: vt arg.ſ̃.de verbo.obliga.§. loca. Accur. ADDITIO. Ex hac gl.no.ꝙ duo teſtes probantes per indirectum cõtra inſtrumentũ, faciunt vacillare inſtrumentũ, quia ꝓbant affirmatiuã,& etiã voci viuę, magis creditur, quàm mortuę.aut.ſi quis aliquid.C.de teſti.Chriſtoph.

Inſtrumẽti edictio tripliciter petitur fieri.

a Siue criminaliter ſiue ciuiliter & contra quãcunque partem inſtrumẽti falſitas opponatur ſi alio bono modo probari nõ poſſit. aliâs illa pars tantùm editur contra quã opponitur. debet tamẽ ante exhibitionẽ accuſator ſe ſubſcribere ad pœnam talionis: vt per Ioã.Fa.& Ang.hîc.

p ¶ QVO.] vel etiam alio: dummodo ſit tantùm remotus locus, in quo dicitur fuiſſe tẽpore quo dicitur inſtrumentum eſſe factũ, quod hîc non potuit eſſe: vt.ff.de verb.oblig.l.vlti.§.fi.&.ſ̃.de verbo.obliga.&.§.loca. Accurſius.

q ¶ ESSE.] i. fuiſſe.ſic.ſ̃.de his qui ſunt ſui, vel aliẽ.iur.§.fin.in poteſtate.Accurſius.

¶ POST MORTEM ¶ CASVS. In.§. iſto recitat nobis Iuſtin. antiquã formam ſtipulationum,& eam corrigit. Olim enim ita fuerat quòd ſi aliquis ſtipularetur ita, Promittis mihi.x. poſt mortem tuam? nõ valebat ſtipulatio: eo ꝙ poſt mortẽ ſtipulatoris vel promiſſoris qui q̄d in ſtipulationẽ deductũ eſt, ſolueret vel reciperet: ex iure vetuſtiſsimo q̄d in fine huius.§.corrigitur: neq; ab hęredib⁹, neq; contra hæredes incipere poſſet obligatio. Similiter ſi is qui in poteſtate alicuius eſſet, vt patris vel domini: ſtipularetur ſibi aliquid dari poſt mortẽ patris vel domini, non valebat ſtipulatio olim, ſicut ſi ipſe pater, vel dominus ſtipularetur aliquid poſt mortem ſuam ſibi dari: quia filius vel ſeruus voce patris vel domini loqui videtur. Similiter ſiquis olim ita ſtipularetur: pridie quàm moriar, vel pridię quàm morieris, promittis mihi.x? non valebat ſtipulatio. Sed demum iam dicta corrigit Iuſtin. di.quòd cùm ſtipulationes valeant, quæ cõſenſu contrahentium ſunt conceptæ: ſibi placuit hunc iuris articulũ emẽdare ſtatuens vt ſiue poſt mortem, ſeu pridie quàm moriatur, fuerit quis ſtipulatus aliquid ſibi dari, vel promiſit aliquid ſe daturum: valeat ſtipulatto. Et.h.d. Franc.

r ¶ NEMO STIPVLARI POTERAT.] ſcilicet iurę vetuſtiſsimo: q̄d hodię corrigitur, vt in fi.huius.§.

s ¶ NON MAGIS.] quia nec hæc valebat. Accurſius.

t ¶ EIVS.] ſ.patris vel domini.

v ¶ VIDETVR.] Vnde ſicut patre, vel domino ſic ſtipulante erat ſtipulatio inutilis: ita & ſeruo talia verba dicente vel filio: vt hîc,&.ſ̃.eo.§.ei qui.& facit.C.de impu.& aliis ſubſti.l.fi.

x ¶ PRIDIE.] id eſt die præcedenti mortem: vt.ff.de feri.l.pridię.

y ¶ ERAT.] ſcilicet olim.

z ¶ SED CVM IAM.] nunc corrigitur.

a ¶ DICTVM EST.] ſic.ſ̃.de verb.oblig.§.ſed hæc.

b ¶ PLACVIT.] vt.C.de cõtrahẽ.& cõmit.ſtip.l.ſcrupuloſam. ADDITIO. Et ſic qñ cõſtat de mẽte cõtrahẽtiũ, ſecũdũ eam fit interpretatio etiã in his q̃ ſtricti iuri ſunt. q̄d facit vt ſtatutũ recipiat interpretationẽ extẽſiuã, etiã actiuã: ſi ſic cõſtet de mẽte ſtatuentiũ: aliâs ſecus: vt per Ang: hîc.

c ¶ VALEAT.] ſ.ſtatĩ: efficax aũt erit poſt mortẽ: vñ ab hęrede & cõtra hęredẽ ĩcipiẽt actiões hodie: q̄d olĩ nõ erat: vt.C.vt ac.ab hęrede & cõtra hęr.l.j.

¶ ITEM SI QVIS. ¶ CASVS. Suprà vidimus ſtipulationem vnam, quæ olim erat inutilis:& adhuc recitat vnũ caſum in quo olim erat ſtipulatio inutilis: hodie tñ vtilis eſt. Olim enim ſi aliquis ſtipulabatur ita, ſi nauis venerit ex Aſia, hodie dare ſpondes? inutilis erat talis ſtipulatio ꝓpter præpoſterationẽ. Innuitur enim in iſta ſtipulatione, ꝙ datio euentum cõditionis debeat pręcedere. Sed cũ prępoſterã ſtipulationę in dotibus nõ exiſtimauerit reiiciendã, placuit Iuſt.& huic ſtipulationi nõ obſtante prępoſteratione perfectũ robur accõmodare: vt nõ ſolùm in dotibus, ſed & in aliis valeat ſtipulatio prępoſtera & prępoſterè cõcepta.h.d. Franc.de Aret.

d ¶ VENERIT.] poſt hoc verbũ venerit, eſt pũctũ:& ſubaudi qñq;, vel vſq; ad annũ. ſi aũt eſſet poſt illã dictionẽ hodie, nõ eſſet ſtipulatio inutilis etiã iurę veteri: ſed vtilis & conditionalis: vt.ſ̃.de verb.oblig.§.ſub conditionę.

Dupliciter literam exponit.

e ¶ PRAEPOSTERE.] primò enim debet venire nauis, ſecundũ naturam conditionalis, ſtipulationis vel conditionis, quàm dari hodie.

f ¶ EXISTIMAVERIT.] ſcilicet cùm ita ſtipulabaĩ mulier, ſi ſine liberis deceſſeris, ꝓmittis mihi dotẽ reddere, vt de ea poſsim teſtari? cùm prius teſtari ꝓponebat:& ea mortua dotẽ reddi: vt.C.de iu.do.l.ſi mulier. vel dic ſecundũ Ioan. cùm ſtipulatur maritus ſic, ſi dabis mihi.x. promittis te mihi nupturam? primò enim nubere,& poeſteà dare debebat.

g ¶ PLACVIT.] vt.C.de teſta.l.præpoſteri.

in dotibus, ſed etiã in omnibus[a] valeat hmõi conceptio[b] ſtipulationis.

¶ Stipulatio cùm morietur promiſſor vel ſtipulator, vel poſt mortem tertij, valet etiam de iure veteri. hoc dicit. Are.

¶ Ita autẽ concepta ſtipulatio, veluti ſi Titius dicat, Cùm moriar, dare ſpõdes? vel, cùm morieris: & apud veteres vtilis erat[c], & nunc valet. ¶ Item poſt mortem alterius[d] rectè ſtipulamur.

¶ Verbum promiſiſſe in ſcriptis repertum, importat ſtipulationem. Are.

¶ Si ſcriptum[e] in inſtrumẽto fuerit promiſiſſe aliquem: perinde[f] habetur, atq; ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

¶ Si plures res deducantur in ſtipulationem, & ſimpliciter reſpõdet promiſſor, ad omnes tenetur: aliàs ad eas tantùm in quibus reſpondet. Aretinus.

¶ Quoties † plures res vna ſtipulatione comprehenduntur: ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpõdeat, Dare ſpondeo: propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit[g]: obligatio in ijs, pro quibus ſpoponderit, contrahitur[h]. Ex pluribus enim ſtipulationibus, vna vel quædam videntur eſſe perfectæ. ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus[i].

¶ Stipulatio de dando alteri, non valet, niſi fuerit appoſita pœna.

¶ Alteri[k] ſtipulari (vt ſuprà dictũ[l] eſt) nemo poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi ſtipulationes, vel obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; acquirat ſibi, quod ſua intereſt. cæterum ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſiquis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio, etiam[m] ei cuius nihil intereſt. Pœnam[n] enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur qđ interſit eius: ſed quæ ſit[o] quantitas in conditione[p] ſtipulationis. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, Titio[q] dari? nihil

a ¶ In omnibvs.] ſcilicet obligationibus.

b ¶ Conceptio.] exactio tñ fit poſt cõditionẽ exiſtẽtẽ: vt. C. de teſt. l. præpoſteri. in fi. & facit ad hũc. §. ſ. ꝙ nõ ſit curãdus ordo ſcripturæ. ff. de pecu. leg. l. quidam. in fi. & gl. fi. & ſ. de leg. §. ante. & ff. de ſolu. l. nec enim.

¶ Ita avtem concepta. ¶ Casvs. Suprà dictũ eſt, ꝙ hmõi ſtipulatio, Promittis mihi. x. poſt mortem? inutilis erat olim: hodie tñ vtilis eſt. Sed quid dices de iſta ſtipulatione, cùm moriar, dare ſpondes? Et reſpõdet Iuſti. dicẽs, ꝙ olim hmõi ſtipulatio vtilis erat, & hodie etiã vtilis eſt. Itẽ ſi quis ita ſtipuletur: Promittis mihi. x. poſt mortẽ Titij? bene valet ſtipulatio huiuſmodi. Et hoc dicit. Fr.

c ¶ Vtilis erat.] vt. ff. de bo. aut. iud. poſſ. l. hæreditarium. Accur.

d ¶ Alterivs.] ſcilicet tertij.

¶ Si scriptvm fverit. ¶ Casvs. Scriptũ fuerat in quodã inſtrumẽto Petrũ promiſiſſe Titio. c. poſtmodũ Titio. c. illa petẽti prætextu illi⁹ inſtrumẽti, Petrus opponit in hũc modum: Frater, quãquam cõtineatur in inſtrumẽto me tibi promiſiſſe. c. tñ continetur ibi, ꝙ interrogatio promiſsionẽ nõ præceſſerit, vnde cùm nõ valeat ꝓmiſsio in ſtipulatione, niſi interrogatio præcedat: non poteris per illud inſtrumentũ ad illa. c. agere. Quæſiui ergo à Iuſti. in iſto caſu quid iuris? & reſpondet dominus Iuſti. quòd ſi ſcriptum fuerit in inſtrumẽto quempiam aliquid promiſiſſe: perinde habetur ac ſi interrogatione præcedente promiſsio facta eſſet. cùm enim in inſtrumento contineatur ipſum promiſiſſe: videntur omnia ſolenniter acta. Et hoc dicit. Franciſ.

e ¶ Si scriptvm.] nunquid idem ſit, ſi teſtes dicãt aliquem promiſiſſe: vt etiam tunc intelligatur præceſſiſſe interrogatio? Videtur quòd ſic: vt. C. de fide inſtru. l. in exercendis. Sed tamen contradico: vt. C. de vſur. l. j. in gl. penul. Et eſt ratio ſecundum Io. quia teſtes non ſic in iure inſtructi ſunt, vt inſtrumenta quæ à iuriſperitis fiunt †. Accurſius.

f ¶ Perinde.] niſi cõtra probetur: vt. ff. de pac. l. iuris gentium. §. qđ ferè.

¶ Qvoties plvres res. ¶ Casvs. Quidam ſtipulatus eſt ſibi dari plures res: vt puta Codicem, Digeſtum, & Inſtituta. Quæritur vtrum valet talis ſtipulatio? Et reſpon. ꝙ ſi reſpondeat promiſſor, promitto: omnia videtur promiſiſſe. ſi autem reſpondeat, Inſtituta promitto: pro ſolis Inſtitutis contrahitur obligatio. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. h. d. Fran. de Are.

g ¶ Spoponderit.] aliàs reſpondeat.

h ¶ Contrahitvr.] imò videtur non valere, cùm ſit diuerſitas in reſpondendo: vt. ſ. eo. §. præterea. Sed diſtingue, vt ibi diximus.

i ¶ Respondere debemvs.] ſi volumus in omnibus teneri. aliàs tenemur tantùm in his in quibus reſpõdemus, vt hîc. Item & ſufficit ſimplex reſponſio, vt diximus, cùm æquiparetur ei, quando ad omnes reſpondet. ſic ff. de verbo. obli. l. titia. §. idem reſpondit. & ſ. eo. §. præterea.

¶ Alteri stipvlari. ¶ Casvs. Supra dictum eſt, quòd nemo poteſt alteri ſtipulari: eo quòd inuentæ ſunt huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt: ſed non intereſt ſtipulatoris, ꝙ aliquid alteri detur. Sed ponamus, ꝙ aliquis velit alteri aliqđ ſtipulari, qualiter poterit hoc facere? Et reſpon. quòd pœnam debet ſtipulari: videlicet ſic: niſi ita factũ ſit vt cõprehenſum eſt in ſtipulatione: verbi gratia, promittis Titio. x? promitto. & niſi illa decẽ dederis, promittis mihi viginti? pœna autem adiecta in ſecunda ſtipulatione non facit primam ſtipulationem, quæ primò erat inualida, valere: ſed metu pœnæ, quod in prima ſtipulatione contentum eſt, ſoluit. niſi enim dederit decem in prima ſtipulatione contenta, committitur illa ſtipulatio, ſcilicet in viginti. Cùm autem quis ſtipulatur pœnam, non inſpicitur quid interſit ſtipulatoris, ſed quæ ſit quantitas conditione ſtipulationis. quod ſic intelligunt quidam, quòd pœna non excedat duplum. Alij autem dicunt, quòd non debet excedere quadruplum. Dominus autem Guido ſic diſtinguit: cùm autem pœna interponitur: aut interponitur per verba quantitatem deſignantia: cuiuſmodi ſunt duplum, triplum, quadruplum: & talis pœna non debet excedere quadruplum. aut per verba deſignantia qualitatem: & tũc quantacunque fuerit quantitas, etiam in centuplum, bene valet ſtipulatio. hoc dicit. Franciſc.

k ¶ Alteri.] ſic. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Accurſius.

l ¶ Vt svpra dictvm est.] ſ. e. §. ſi qs alij. hoc tñ fallit in multis caſibus: vt ibi diximus. Et no. quòd hîc tribus modis alteri ſtipulamur. Nam interdum directam acquirimus actionem (ſubaudi alteri ſtipulando) vt filius patri, ſeruus domino, & ecõtrà: vt. ſ. eod. §. ſiquis alij. & §. ei verò qui. quandoq; vtilem: vt tutor pupillo: & in ſimilibus ratione officij: vt ſeruus publicus: vt. ff. de conſtit. pecu. l. eum qui. §. pe. & ff. rem pub. ſal. fo. l. iiij. interdum nullam: & tunc neceſſaria eſt pœna: vt hîc dicitur. Item not. ꝙ hoc vltimo caſu verba ſtipulationis & ſortis & pœnæ poſſunt formari tribus modis. Aut enim ſic dico: promittis mihi, quòd dabis illi, & eodem modo pœnam? Aut ſic: Promittis illi quòd dabis ei, & eodẽ modo pœnam? Et in his duobus caſibus non valet neq; ſortis neq; pœnæ promiſsio. Sed aliud quando deberet vtilis, vel directa acquiri: vt in primis duobus caſibus: vt. ff. de conſti. pecu. l. eum qui. §. ſi actori. & §. Iulianus. & hîc. Aut ſic: Promittis mihi, ꝙ dabis illi? at pœnam mihi tantùm ſtipulor: quia & tunc habet locum quod hîc dicitur. Aut quarto modo dico: promittis quòd dabis mihi recipienti nomine eius? quo caſu valet vtrunq;: & ego illi cedam, cuius nomine ſtipulat⁹ ſum. vt. ff. man. l. ſi procuratorẽ. §. ſi.

Additio. Et hoc verum, ſiue ſim procurator habens mãdatum: ſiue negotiorum geſtor: ſiue ſaltem generalis: vt mihi acquiram, & poſteà cedam: ſicut procurator cum ratihabitione &c. vt. l. fina. C. ad Macedonian. & l. ſi ego. ff. de nego. geſt. vt per Ioan. Fab. & Angel. hîc.

m ¶ Etiam ei.] ſcilicet ſtipulanti, cuius tamen non intereſt dari ei cui fuit ſtipulatus. nec mirum, quia ſibi fuit ſtipulatus pœnam: vt modo diximus. & facit. ff. de recep. arbit. l. cum pœna. Sed contra. ff. de recept. arbit. l. aduerſus. §. ſed ſi cùm. Sed ibi non directò contra arbitrium itur: & ideo inſpicitur an interſit etiam in pœna: cùm ad ea quæ frequenter accidunt, iura ſe referant: vt. ff. de legibus. l. nam ad ea. Item contra. ff. ſi quis in ius voca. l. ij. §. fina. in gloſſ. interſit. Sed ibi in pœna prætoria: hîc autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo non committitur, quia non debuit venire: quia aduerſarij non intererat: & ita per obliquum illa ratio redditur.

n ¶ Poenam enim cvm stipvlatvr.] nota quòd cautè ponit, ſtipulatur. nam ſecus eſt, cùm paciſcitur tantùm: cùm pœna ex nudo pacto etiam incontinenti appoſito, ſicut vſura, non poſſit peti: vt. ff. de ſeruit. export. l. ſeruus. in gloſſ. prima. & C. de vſuris. l. iij.

o ¶ Qvae sit qvantitas.] id eſt quæ ſit quantitas, & quæ ſit conditio. Inſpicitur conditio vtrum ſit poſsibilis, vel probabilis, vel non: vt ſuprà eodem. §. ſi impoſsibilis. & j. eodem. §. quod turpi. Quantitas verò quæ ſit inſpicitur, vt quantacunq; ſit, petatur certi conditione, ſi eſt certa: aliàs ſi ſtipulatio eſt incerta, actione ex ſtipulatu: vt hîc, & ſuprà. de verborum obligat. in principio. Iſta enim nomina, quis & quæ, ſubſtantiæ ſunt ſignificatiua, non quantitatis ſcilicet certè vel taxatæ vel taxandæ: & hoc ſecundum Azo. Sed contrà eſt. j. de actio. §. omnes. Solue vt ibi[a]. Item contra. ff. de euict. l. ſi dictum. in principio. Sed ibi ſic agebatur. Item contra. C. de ſponſa. l. mulier. §. quæ omnia. Sed illud fauore matrimonij, ne in infinitum pœna excedat: vt. C. de inuti. ſtipula. l. ij. Alij, vt M. dicunt vſq; ad duplum: & in hoc conſyderatur hîc quantitas, vt duplum non excedat ſecundum eum: vt. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. l. j. Alij, vt Ioan. diſtingunt inter eum qui ſcienter promittit vltra duplum, cùm ſciat ſe non teneri: vt ille teneatur: aliàs non: vt. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fina. Alij dicunt vſq; ad quadruplum ſemper extendi, & non plus: vt infrà de actio. §. omnes. prima verior eſt. Accurſius. Additio. Quæ procedit vbi datio quãtitatis non eſt in obligatione: vt quia promittis daturum te centum Titio. ad ea enim agere non poſſum: & ſic facti obligationi pœna cenſetur appoſita, ſecundum Ioannem. Fabr. & Angel. hîc.

p ¶ In conditione stipvlationis.] id eſt in pænali ſtipulatione, quæ eſt conditionalis, ſcilicet ſi non pareat promiſſor principali promiſſioni. Accurſius.

q ¶ Titio dari.] vt promittis Titio, vel mihi quòd dabis Titio. Accur. Florentinus.

Ordo ſcripturę attendendus nõ eſt.

† facit ad hũc §. c. ꝑtereà. cum gl. ij. ibi, itẽ ar. extra de verbo. ſignifi.

† Nam ſæpe teſtes ſũt iuris periti tabelliones non: dic ergo quòd id ꝓuenit ex ratione intellect⁹, qa ita cõcept⁹ intellectus indicat in inſtrumento, ſed teſtes non audiũtur ſuper eo quod pcipiunt ratione intellectus, ſed ſuper eo quod percipiunt ſenſu corporeo ad extrã de clarato.

Stipulando alteri quandoque ſibi actionem querimus, quãdoque non.

Stipulatio alteri facta poteſt tribus modis formari.

Pœna ex pacto non poteſt peti.

Quis & quæ ſubſtantiã ſignificant.

a Dic ꝙ ibi loquitur in pœna legali quę nõ excedit quadruplũ: ſed nos loquimur in pœna conuentionali quæ poteſt excedere quadruplum ex diſpoſitione cõtrahẽtiũ. mitius enim agitur cum lege quàm cum homine: vt. l. ſi cũ dies. §. ſi. & l. ſe. ff. de ar. Chri.

Spondes.

a ❡ SPONDES.] ſcilicet mihi:aliâs non valet hoc:vt modò diximus. Accur.

b ❡ COMMITTITVR STIPVLATIO.] ſcilicet pœnæ eo non dante. non autem illa inutilis efficitur vtilis:ſed pœnę metu,& illi ſtatur:vt & aliâs. C. de arbi.l.j.Accur.

agit.Sed ſi adiecerit pœnã: Niſi dederis, tot aureos dare ſpondes [a] ? tunc committitur [b] ſtipulatio.

❡ Stipulatio quòd detur ei,cui dari mea intereſt,tenet.h.d.Aretinus.

❡ Sed & ſi quis ſtipuletur alij, cùm eius [c] intereſſet †,placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is qui pupilli tutelã adminiſtrare cœperat, ceſſerit [d] adminiſtrationẽ contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluã fore: quoniã intereſt ſtipulatoris,fieri quod ſtipulatus eſt: (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio [e]. Ergo & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit, ſtipulatio vires [f] habebit. ❡ Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit:quòd [g] ſua intereſt, ne fortè vel pœna committatur,vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data [h] erant,valet ſtipulatio [i].

❡ Promiſsio facti alieni non valet, niſi appoſita ſit pœna.hoc dicit. Areti.

❡ Verſa [k] vice, qui alium facturum promiſit: videtur in ea eſſe cauſa, vt non teneatur,niſi pœnam [l] ipſe promiſerit.

❡ Nemo poteſt ſtipulari rem ſuam.hoc dicit.Aretinus.

❡ Item nemo rem ſuam futuram [m], in eum caſum quo ſua ſit [n], vtiliter ſtipulatur [o].

❡ Diſſenſus in corpore vitiat ſtipulationem.

❡ SED ET SI QVIS. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt ꝙ nemo alteri põt ſtipulari. vnde quæritur qualiter hoc eſt intelligendũ?Et dicit Imperator,ꝙ hoc eſt ſic intelligẽdũ:niſi interſit eius qui ſtipulatur.nam ſi tutor qui tutelam pupilli ſui cœpit miniſtrare,ceſſerit adminiſtrationem cõtutori ſuo: bene poterit à contutore ſtipulari rem pupilli ſaluã fore:& alteri ſtipulari:cùm eius interſit:eo ꝙ ſi malè adminiſtrauerit contutor tutelã, haberet pupillus tutorẽ,qui primò adminiſtrauit ſibi obligatum. Et eadẽ ratione poterit aliquis aliquid ſtipulari procuratori,qui aliquid certa die à domino ſuo promiſit ſub pœna, ne pœna committatur: vel creditori ſuo,ne pignora ſua diſtrahantur. hoc dicit.Franc.

† Ratio, quia hîc de eſt cauſa finalis, ob quã modus ſtipulationis adhibẽdus eſt, qa qui ſtipulatur quod ſua intereſt. E. Per.

c ❡ EIVS.] ſcilicet ſtipulantis.

d ❡ CESSERIT.] ſic.ſ. de ſatiſd.tut.§.ij.aliâs.iij.

e ❡ TENET OBLIGATIO.] nam vtilis actio pupillo datur: vt.ff. de ma.conue.l.j.§.penult. Item ipſi ſtipulanti directa acquiritur: vt hîc dicitur.

f ❡ HABEBIT VIRES.] intereſt enim mea procuratori meo ſolui, qui in rem meã expendit:vt ĩ.mand.§.j.verſi.tua gratia & mandantis.

g ❡ QVOD SVA INTEREST.] ꝙ.i.quia.

h ❡ DATA.] ab iſto qui nunc ſtipulatur.

i ❡ VALET STIPNLATIO.] non vt procuratori,vel creditori actio cõpetat:ſed qui ſtipulatus eſt,aget actione ex ſtipulatu ad intereſſe quãti ſua intereſt creditori, vel procuratori fuiſſe ſolutum:vt.C.de inuti.ſtip.l.fi.&.ff. de verb.obli.l.liber homo.§.ſi.&.C.de dona.l.cum res. Vel ſecundum nos aget certi condictione ad intereſſe: quod probauimus.ſ.de verbo.obligat. in princi.Accurſius.

❡ VERSA VICE. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt,ꝙ ſi aliquis alteri ſtipuletur,non valet ſtipulatio,niſi fuerit ſtipulatus ſic,ſi ità non factũ fuerit,vt in ſtipu.comprehenſum eſt in caſu contrario.nam ſi aliquis promiſerit alium aliquid facturum,& ſtipulari: non valet promiſsio, niſi pœnam promiſerit,ſi illud non fecerit alius.h.d.Fran.

k ❡ VERSA VICE.] ad ſuperiorem.§.alteri.

l ❡ POENAM.] ſed & tũc ad pœnã tãtùm tenetur.& facit.ſ.e.§.ſiqs alium.

❡ ITEM NEMO. ¶ CASVS. Aliquis ꝓmiſit tibi fructũ fundi in futurum:valet ne hmõi ſtipulatio?Et reſpon.Iuſti. ꝙ non.Nemo enim rem ſuam futuram in eum caſum,quo ſua ſit,vtiliter ſtipulatur.h.d.Fran.

m ❡ FVTVRAM.] vt partum ancillæ,vel fœtum animalium ſuorum,quę ſua futura ſunt:vt.ſ.de rerum diui.§.item ea.Item multo magis ſi ſtipuletur rem quæ nunc eſt ſua:vt.ſ.eo.§.j.

n ❡ QVO SVA SIT.] hoc ideo quia in eo caſu quo ſua futura non eſt,valet ſtipulatio:vt.ff.de verb.obli.l.ſi rem meam.Accurſius.

o ❡ STIPVLATVR.] ſ.dari Et eſt ratio:quia quod ſuũ eſt,amplius ſuũ fieri nõ poteſt:vt.ĩ.de act.§.ſic itaq;.l.reſtitui. tamẽ poſſum ſtipulari: vt.ff.de verb.obl.l.nemo.j.j.reſpõ.&.ff.vſufr.queadmodũ.l.j.§.ſed quod diximus.

❡ SI DE ALIA. ¶ CASVS. Stipulatus fui à Titio in hũc modũ: promittis mihi animal?intelligens de equo:& ipſe reſpon.promitto:intelligens de aſino:valet ne ſtipulatio?Et reſpon.do.Iuſti. quòd non.Cùm enim de vna re ſenſerit ſtipulator,& de alia promiſſor:perinde non valet ſtipulatio,ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet.& hoc dicit.Et iſtum.§.bene intellige:niſi diuerſitas illa placeat ſtipulatori:quia ſi ſic,bene valet ſtipulatio.hoc dicit.Franc.

p ❡ CREDIDERIS.] hoc eſt verum,quando certum eſt eos diſſenſiſſe: vt ff.de verb.oblig.l.continuus.§.j.aliâs autem ſi poteſt ſecundum vtriuſque intellectum valere,valet ſecundum intellectum promiſſoris: vt.ff.de verbo.obli.l.qui ex pluribus.&.l.ſtipulatio iſta.§.cum qui.[a] Nec ob. quod dicitur minorem præſtari debere:vt.ff.de leg.j.l.apud Iulianum.§.ſcio.quia minor eſt,quam dare vult promiſſor:vt.ĩ.de act.§.præterea. Si autem ſecundũ vnius intellectum tantùm valere poteſt,ſecũdum eius intellectum valet:vt hodie dare mihi Bononiæ.x.promittis?ſi enim de hac Bononia in qua ſumus,intelligatur,valet:aliâs nõ:vt ff.de verb.oblig.l.quoties in ſtipulationibus.& de reb.du. l.quoties.ij.

[a] Niſi fa-uorabilius eſſet ſecundũ ſtipulatorẽ interpretari.l.in ambiguo. ff.de re.iur.

❡ Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor:perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris [p].

❡ Sipulatio turpis,vel ex turpi cauſa deſcendens,non valet. Aretinus.

❡ Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt [q],veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet [r].

❡ Stipulatio conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulatoris & promiſſoris. Aretinus.

❡ Cum quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit: licet ante conditionem deceſſerit, poſteà exiſtente conditione, hæres eius agere [s] poteſt. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

❡ Qui promittit certo tempore dare: non poteſt conueniri, niſi totus terminus ſit elapſus.

❡ Qui hoc anno [t], aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt:niſi omnibus partibus anni, vel menſis præteritis [v], non rectè † petet.

❡ Promiſſori datur tempus habile ad ſoluendum.Aretinus.

❡ Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere,niſi tantùm ſpatium præterierit,

❡ QVOD TVRPI. ¶ CASVS. Stipulatus fui ſic: promittis mihi.x. ſi Titium occidero, vel ſi furtum fecero?valet ne huiuſmodi ſtipu? Rñ.quòd non. Quod enim ex turpi cauſa ꝓmiſſum eſt &c.Frã.

q ❡ PROMISSVM EST.] ſiue dicam,promittis homicidiũ facere?ſiue dicam,promitto decem,quia promiſeſeris facere homicidiũ: vt.ff.de verb.oblig.l.generaliter.

r ❡ NON VALET.] huiuſmodi enim cõditiones turpes, impoſsibiles præſumuntur à iure: vt ff.de condi.inſtit.l.ſi filius.vnde non valet ſtipulatio:vt.ſ.eod.§.ſi impoſsibilis. Circa qđ tamen dic, ꝙ aut ipſum quod ꝓmittitur,eſt turpe: vt facere homicidium.& tunc nõ valet, nec etiam pœna appoſita:vt.ff.de verbo.oblig.l. generaliter. &.l. veluti. &.l.ſi plagij.idẽ dico, & ſi ſub conditione turpi:vt hîc. Aut ſi honeſtũ promittatur, ſed tamen turpiter, vt dare decem, ſed per metum, vel per dolum: tunc valet quidem promiſsio facta,ſed exceptione eliditur: vt C.de inuti.ſtipula.l. dolo.niſi in caſu vbi ipſo iure non valet promiſſio facta per metum:vt.ff.quod met.cauſa.l.ſi mulier.§.ſi dos.ſecundũ Io.

Stipulatio an vitietur propter turpitudinem,

❡ CVM QVIS. ¶ CASVS. Stipulatus fui à Titio dari mihi.x.ſub aliqua cõditione.antequã exiſteret conditio, deceſsi. poſtmodũ exiſtente conditione,quæritur vtrum meus hæres agere poſsit ex iſta ſtipulatione? & reſpon.Iuſti.ꝙ ſic.Et eodẽ modo ſi me ſtipulatore viuente demum ante conditionis euentum decedat promiſſor:poſtmodùm ſi exiſtat conditio, potero agere contra hæredes promiſſoris. Fran.

s ❡ AGERE POTEST.] hoc in cõtractibus:vt hîc,&.ſ.de verb.ob.§.ex conditionali.aliud in relictis:vt.C.de cad.tol.§.ſin autẽ aliqd.&.ff.de ma.teſt. l.ſi ita ſcriptũ fuerit.in fi.l.Et facit ad hũc.§.ff.de pericu.& cõmo.rei.vendi. l.neceſſario.§.quod ſi pendente.j.reſpon.

† Nota quia hoc tẽpus additũ eſt fauore promiſſoris, vnde debet interpretari in eius fauorẽ vt demum anno finito teneatur: ſecus ſi dixiſſet annum promitto: quia hoc tẽpus eſt appoſitum fauore ſtipulatoris.Eg.Per.

❡ QVI HOC ANNO. ¶ CASVS. Stipulatus fui à te dari mihi x.hoc anno vel hoc mẽſe:q̃rit̃ qñ poſsim iſta.x.petere?Et rñ.Imper.ꝙ oĩb⁹ partib⁹ anni vel mẽſis pręteritis poſſum petere.Aliud autẽ eſt,ſi ſtipulatus fui mihi dari aliqđ annuũ:qa tũc ĩ principio anni peti põt.h.d.Fran.Are.

t ❡ QVI HOC ANNO.] id eſt qui ſtipulatus eſt his verbis promittis hoc anno:vel hoc menſe.Et no.quòd iſte.§. eſt lex.ff.de verb.oblig.& incipit,Qui hoc anno.Accurſius.

v ❡ PRAETERITIS.] id eſt elapſis.ſed ſecus eſt in relictis,fauore vltimę voluntatis.nã in capite anni pręſtatio fit:vt,C.qñ di.le.ce.l.j.Vel diſtingue: aut promittit ꝑ hęc verba,hoc anno,vel quolibet anno.& tũc ĩ fine anni fit ſolutio:vt hîc,&.ff.de verb.obl.l.q hoc anno.&.l.eũ q certarũ. Aut annuũ: & tunc in capite anni fit ſolutio,ſiue legatũ ſit,ſiue in cõtractu fiat ꝓmiſſio:ſecundũ Io.& B.vt.ff.de cõdi.& demõ.l.ſi in annos.&.ff.qñ di.leg.ce. l.nec ſemel.Vñ verſus.Annua ſi debes.tũc inſpicies caput anni.Anno ſi debes:in fine teneberis anni.Sed quid ſi vſq; ad forũ rem promiſeris? Videt̃ ꝙ ſtatim incepto foro poſsit agi:vt.ff.ad Treb.l.qui filiũ.§.Sabin⁹. ADDITIO. Et hanc approbat Ang.hîc propter dictionem vſq;, quæ de proprio ſignificato excludit:vt.l.j.ff.de pig.act.ſecundum Ange.

Solutio qñ fiet ſi hoc anno promiſſum ſit.

Verſus.

❡ SI FVNDVM. ¶ CASVS. Promiſiſti fundũ,& hominẽ purè. quæro ergo cùm iſta ſtip.ſit purà.vtrũ ex ea incõtinenti poſsim agere? Et rñ.Iuſti.ꝙ non,niſi tantũ tẽpus pręterierit quo traditio fieri poſsit.&.h.d. Super autẽ iſto tit.ſolebat aliqñ à qbuſdã fieri tale quare:quare apud antiquos iſta ſtipulatio,promittis mihi pridie quàm moriar, erat inutilis? hæc aũt,ꝓmittis mihi.x.cũ moriar, apud antiquos erat vtilis. quidã iſtud quare reputãt ꝑ trufa,cũ ius antiquũ hodie ſit correctũ.ſic tñ rñdetur, Incer-

tior eſt dies mortem præcedés, quàm dies mortis dicatur, vt in pluribus: & propter maiorē incertitudinē dies ꝓxima morti dicebatur apud antiquos ſtipulatio in diem proximã morti: non ſic autem in diem mortis. Fran.

Promiſſor an ſtatim conueniri poſsit.

a ¶ FIERI POSSIT.] cum commodo promiſſoris: vt. ff. de verbo. ſig. l. nepos proculo. nec tamen nimiùm expectatur, licet prius non poſsit ſoluere: vt. ff. de ver. obli. l. continuus. §. illud. Itē etſi incontinēti poteſt, non tamen ideo ſtatim exigit: vt. ff. de ſol. l. quod diximus. quoddã ergo tempus medium exigimus, ſcilicet. x. dierum ſecundum quoſdã: vt. ff. de cõſtit. pe. l. promiſſor. Vel dic, arbitrio iudicis: cùm lege non ſit determinatum: vt. ff. de iur. delibe. l. j. in fi. qui iudex ſtatuet tempus quoddam, nec nimium nec modicum: vt. ff. de ſol. l. ratũ. et rem rat. habe. l. quo enim §. j. &. j̄. de offic. iudi. j. reſpõ. Item nũquid idē in quãtitatibus quod in ſpeciebus hîc dicitur? Reſpon. non: imo tempore tanto quãtum iudicatis datur, expectatur: vt. ff. de iud. l. ſi debitori. ſcilicet. iiij. mēſium[a]: vt. C. de vſur. rei iudi. l. ij. ſecũdũ quoſdã. vel verius dic, vt notatur. s̄. de verbo. obli. §. omnis. in gl. j. ſtatim &c.

a Quibus pēdentibus capi poterit, niſi ſatiſdet quòd adueniente termino ſatiſfaciet: nec interim cõpenſare, vel aliquid exponere poterit: quia tale tempus miſeratio-nis cauſa cõceditur: ſecũdũ Ang.

quo traditio fieri[a] poſsit.

TITVLVS XXI.

De fideiuſſoribus.

¶ Fideiuſſor eſt qui acceſſoriè obligatur ad maiorem cautelam creditori. Aret.

Pro eo qui ꝓmittit[b], ſolēt alij obligari, qui fideiuſſores appellanĩ: quos homines[c] accipere ſolent[d], dũ curant, vt diligentius ſibi cautum[e] ſit.

¶ Omni obligationi accedere poteſt fideiuſſor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero, ſed etiam pro ſeruo. Aretinus.

¶ In[f] omnibus autem obligationibus aſſumi poſſunt, id eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu[g] cõtractę fuerint. At nec[h] illud quidem intereſt, vtrum ciuilis[i], an naturalis[k] ſit obligatio, cui[l] adijcitur fideiuſſor: adeò[m] quidem, vt pro ſeruo[n] quoq; obligetur[o], ſiue extraneus ſit qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus[p], in id quod ſibi naturaliter debetur.

¶ Obligatio fideiuſſoria, eſt tranſitoria ad hæredem. Aretinus.

¶ Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredē relinquit[q] obligatum.

¶ Fideiuſſor poteſt adhiberi, etiam pro futura obligatione. Aretin.

¶ Fideiuſſor[r] & præcedere obligationem, & ſequi poteſt.

¶ Si plures pro eodem fideiubeant, quilibet tenetur inſolidum: ſed beneficio epiſtolæ, fit diuiſio inter eos, qui ſoluendo ſunt, tempore litis conteſtationis. Et ſi vnus ex fideiuſſoribus, qui ſit ſoluendo, ſoluat inſolidum à fideiuſſore repetere poteſt.

¶ Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli inſolidũ tenentur[s]. Itaq; liberũ eſt creditori à quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola[t] diui Hadriani, cõpellitur creditor à ſingulis, qui modò ſoluendo ſunt litis cõteſtatæ tempore, partes[v]

¶ DE FIDEIVSSORIBVS. ¶ *Continua ſic: Viſum eſt de his qui principaliter obligantur ex pluribus cõtractibus. Verũ quia (ut hîc dicit tex. in prin.) pro eo qui obligatus eſt, ſolet accedere fideiuſſor: ideo poſt illos tit. ſubijcitur iſte de fideiuſſoribus. Aretinus.*

Diuiſio.

PRO EO.] ¶ Totus iſte tit. diuiditur in quinq; partes. Primò, qualiter fideiuſſores accipiũtur. Secũdò, in qua obligatiõe accedere poſſunt. Tertiò, quãdo ſunt plures fideiuſſores: an inſolidum vel pro parte quilibet obligetur. Quartò, ꝙ nõ poteſt fideiuſſor in plus obligari, quàm principalis: & quãdo dicitur in plus obligari. Quintò, quãdo ſolennitas intrinſeca præſumitur. Secũda ibi, In omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiuſſores. Quinta ibi, In ſtipulationibus. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti. vnde procederent fideiuſſores, ſiue ortum haberent. Certē, dicit ipſe, ſæpe contingit, quòd vnus principaliter obligaĩ: & alius pro eo intercedēdo obligatur: qui fideiuſſor appellatur. & fideiuſſores iſtos accipiũt creditores, dũ curant vt tutius ſibi caueatur. Frã.

b ¶ PROMITTIT.] ſcilicet principaliter ſcilicet per ſtipulationem. & idem ſi quocunque alio modo quis obligetur: vt. j̄. e. §. j. &. ff. e. l. j. Nũquid autem acceſſoriè obligationi accedere fideiuſſor poteſt? Reſpon. ſic: vt. ff. e. l. græcæ. §. fi. & de pig. act. l. ſi rem. §. j.

c ¶ QVOS homines.] id eſt fideiuſſores.

d ¶ SOLENT.] ſcilicet creditores.

e ¶ CAVTVM SIT.] & eſt cautum ſine dubio: vt. j̄. de repli. §. fi. ADDITIO Vnde plena cautio dicitur cum fideiuſſoribus: ſed plenior cũ pignoribus. ſimpliciter verò prolata ab homine, intelligitur ſine fideiuſſoribus: ſecus ſi à lege, vel à prætore: niſi procederet vltra declarãdo nudam cautionem ſufficere. Angelus.

¶ IN OMNIBVS. ¶ CASVS. Quæſiui ab Imper. an fideiuſſor accipi poſsit ſolũmodo à debitore, qui eſt verbis obligatus? Reſpon. dicens, ꝙ fideiuſſor poteſt accipi in omni obligatione: ſiue ſit obligatio cõtracta re, ſiue verbis, ſiue cõſenſu. & plus dico, quòd fideiuſſor poteſt dari pro obligatione ciuili tantùm, & pro naturali tantùm: & pro ciuili & naturali. vnde cùm ſeruus dño ſuo poſsit naturaliter obligari, poteſt & dare fideiuſſorem domino ſuo, in id quod ei naturaliter debet, & etiam extraneo: & erit ille fideiuſſor à ſeruo datus dño naturaliter, & ciuiliter obligatus: cùm tamē debitor principalis ſit tantùm naturaliter obligatus: quod mirũ videtur: cùm plus non debeat eſſe in acceſsione, quàm in principali obligatione: vt. j̄. eo. tit. §. fideiuſſores. Ad quod reſpondet, quòd plus loco, vel tempore, vel re, vel cauſa non poteſt eſſe in fideiuſ. quàm in principali debitore. tamen circa illud idē, quòd debet eſſe principalis debitor, poteſt eſſe efficacior obligatio fideiuſ. quàm principalis debitoris. Franc.

f ¶ IN OMNIBVS AVTEM OBLIGATIONIBVS.] id eſt in omni ſpecie obligationum: dummodo non ſit contra legem: vt. ff. eo. l. cum lex. Sed contra. C. ne fideiuſ. do. dentur. l. j. Solu. illud ſpeciale eſt[b]. Item in præſentibus & futuris negotiis poteſt accedere fideiuſſor: vt. ff. de iudi. l. non quemadmodum. &. j̄. eo. §. fideiuſſor.

g ¶ CONSENSV.] ſiue etiam ex maleficio vel quaſi: vt. ff. e. l. Græcæ. §. ſed & ſi ex delicto.

h ¶ NEC.] id eſt non.

b Hoc verum in fideiuſ. de dote conſeruãda propter perfidiam euitandam inter eos: vt ibi dicit tex. Quid autē de dote reſtituēda, vide in. l. conſtante. §. quoties. ff. ſol. ma. Ange.

i ¶ CIVILIS.] ſcilicet tantùm: vt pro eo qui fuit confeſſus ſpe futuræ numerationis: vt. j̄. ti. proxi. habet tamen eandē exceptionē quã reus: vt. C. de non nu. pec. l. pe. in fi. &. l. tã mandatori. Et ſic nota ciuili tantùm obligationi: accedere fideiuſſorē: vt hîc. &. d. l. dicĩ, &. ff. eo. l. fideiuſſor obligari. §. ij.

k ¶ NATVRALIS.] ſcilicet vt pro ſeruo: vt ſubiicit, &. ff. eo. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor accipi. ergo quantum ad dationem fideiuſſoris non intereſt: ſed quo ad alia multa intereſt: ſcilicet inter ciuilē & naturalem obligationem: vt. ff. de conſtitu. pec. l. j. §. debitum. &. l. quòd ſi maritus. §. ſiquis autem. Accurſius.

l ¶ CVI.] ſcilicet obligationi.

m ¶ ADEO.] id eſt in tantùm.

n ¶ PRO SERVO.] quĩ ſeruus de iure naturali tenetur tantùm, non ciuili: vt. ff. de condi. indeb. l. ſi id qđ. &. s̄. de liber. §. j. &. s̄. de inutil. ſtipul. §. itē inutilis. & huic naturali accedit hîc fideiuſſor. At ipſe ſeruus fideiubere non poteſt: vt ff. eod. l. ſeruus inſcio. &. l. ſeq.

Seruus ciuiliter nequit obligari.

o ¶ OBLIGETVR.] fideiuſſor qui pro eo intercedit.

p ¶ DOMINVS.] non idem econtra, vt dominus ſeruo poſsit fideiuſſorem dare. Et eſt ratio, quia talis fideiuſſor obligando ſe ſeruo, per conſequens domino obligatur. Item pro eodem ſcilicet domino obligatur: quod eſſe non poteſt: vt idē pro eodem & apud eundem poſsit obligari: vt. ff. eod. l. ſiquis pro eo. §. j. &. l. Vranius. &. ff. ad Velleian. l. tutor. Accurſius.

¶ FIDEIVSSOR. ¶ CASVS. Si aliqs pro debitore aliquo fideiubeat: nõ ſolùm ipſe eſt obligatus, quãdiu viuit: ſed etiã ſi deceſſerit relinquit hæredē obligatũ: & huius ratio eſt: quia ex cõtractu tenētur hæredes.

q ¶ RELINQVIT OBLIGATVM.] ſiue hoc dictũ ſit, ſiue nõ. & idē ĩ omni obligatione ex cõtractu, vel quaſi in ipſa re principali: vt hîc, &. ff. de act. & obli. l. ex contractibus. Sed qđ ſi ad pœnã furti obligatus eſt, vel alia actione vel obligatione, quæ nõ tranſit ad hæredes? Rñ. Non puto teneri ex hoc caſu hæredem: quaſi naturã mutet hoc caſu ſtipulatio: vt arg. ff. ſiquis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. &. j̄. de actio. §. fuerat autem[c]. & facit ad hunc. §. ff. co. l. iiij. §. fin.

Fideiuſſor an ſemper relinquat hæredē obligatum.

c Hoc verum intellige, quando ſimpliciter pro tali actione, vel delicto fideiubet: ſecus ſi pœnam, vel certam ſummã: licet pro delicto promiſerit: vel ꝓ eo qui iam erat condēnatus: quia contra hæredem tranſit, niſi ſub conditione ꝓmiſſiſſet: vt Ioã. Fa. & Ang. hîc.

¶ FIDEIVSSOR. ¶ CASVS. Pone ꝙ aliqs ita fideiuſsit pro Titio: fideiubeo ꝓ Titio in id qđ ſibi credes: vel in id qđ ſibi credidiſti. valetne talis fideiuſsio? Rñ. ꝙ ſic. & hoc eſt qđ in iſtis duobus. §§. dicitur. Franc.

r ¶ FIDEIVSSOR ET PRAECEDERE.] puta fideiubeo in id quod ſibi credes: vel credidiſti: vel credis. nam his tribus temporibus poteſt accipi: vt hîc, &. ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu con. l. quoniam. §. fi.

¶ SI PLVRES. ¶ CASVS. Pone ꝙ pro quodã debitore penes ſuum creditorē quatuor fideiuſſerunt. nunquid iſti plures fideiuſ. tenētur inſolidum? Rñ. Iuſti. ꝙ ſic: & liberũ eſt creditori à quo petat ſi velit exigere ſolidum, de rigore iuris primitiui: ſed poſteà inuēta fuit epiſtola diui Hadriani, in qua cauetur, ꝙ inter omnes fideiuſ. qui ſunt ſoluendo tempore litis conteſta. diuidatur obligatio. ſed ſi tēpore litis conteſta. vnus inueniatur non ſoluendo, cæteros onerat. Sed pone, cùm quatuor ſunt fideiuſ. ꝙ vnus conuentus à creditore, ſolidum ſoluerit: quid iuris in iſto caſu? Rñ. Iuſti. ꝙ ſi principalis debitor non ſit ſoluendo, hoc erit ſuum detrimentum: & ſibi debet imputare quare totum ſoluit: quia potuiſſet ſe iuuiſſe epiſtola diui Hadriani. h. d. Fran.

s ¶ TENENTVR.] idem eſt in pluribus mandantibus, vel iubentibus: vt. ff. qđ iuſſu. l. fi. Sed videtur iure nouo, ꝙ pro parte ſua tantùm quilibet teneatur ipſo iure: vt iam nõ ſit neceſſaria epiſtola de qua ſubiicitur hîc: niſi expreſſe inſolidum promittatur. & ſic videtur corrigi quod hîc dicitur: vt in aut. de duobus reis. §. j. coll. vij. Vel verius (vt puto) dicta aut. loqtur in pluribus reis debendi: in quibus etiam iure veteri videtur fuiſſe cautum vt pro partibus teneãtur: vt. ff. de duo. re. l. reos. At ſecus fit in fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur inſolidum, vt ipſe reus pro quo intercedit, & ita habebit locum epiſtola hodie vt olim. ADDITIO Et iſta communiter approbatur adhibentur enim iſti pro ſecuritate: vt. s̄. eo. in prin. ſecus in duobus reis: ideo &c. Io. Fa. & Ang.

t ¶ EX EPISTOLA.] ſed vbi eſt hæc epiſtola? Rñ. non habemus eam ſcriptam. multoties tamen de ea mentionē facit lex: vt hîc, &. C. de conſti. pecu. l. fi. &. ff. eo. l. inter fideiuſſores. &. l. ſeq.

v ¶ PARTES.] hæc tñ epiſtola fallit in quinq; caſibus: vt in fideiuſſoribus tutorũ, qui nõ implorant bñficiũ, licet tutores implorent: vt. ff. rem pu. ſal. fo. l. fi

Exceptio diuiſionis fallit in quinque caſib[9].

ſo.l.fi.&.ff.de tu.& ra.diſt.l.j.§.nunc tractemus.Item fallit in fideiuſſore fideiuſſoris: vt.ff.eo.l.ſi plures.§.fi.Item fallit,quãdo cæteri fideiuſſores ſoluendo non ſunt tempore litis conteſtatæ : vt.j.ſubiicit ſtatim.Item fallit, quando eiuſdem ſummæ ſunt fideiuſſores : ſed non pro eodem debitore: vt.ff.eo.l.ſi à Titio.Item & quando inficiantur : vt.ff.eod.l.ſi dubitet.§.ita.

petere. Ideoque ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit, hoc cæteros onerat[a].Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſecutus fuerit: huius ſolius detrimentum erit, ſi is[b] pro quo fideiuſsit, ſoluendo non ſit : & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari[c] ex epiſtola diui Hadriani,& deſiderare,vt pro parte in ſe detur actio.

¶ Fideiuſſor non poteſt in plus obligari quàm principalis. Et in plus obligari dicitur, etiam qui citeriori tempore obligatur. Aretinus.

¶ Fideiuſſores ita obligari non poſſunt,vt plus debeant, quàm debet is pro quo obligantur[d]. Nam eorum obligatio , acceſsio eſt principalis obligationis : nec plus[e] in acceſsione poteſt eſſe, quàm in principali re. At ex diuerſo , vt minus debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit , fideiuſſor in quinque rectè obligatur : contrà[f] verò obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt : contrà[g] verò non poteſt . Non ſolùm autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus[h] eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt tempus dare.

¶ Fideiuſſor ſoluens pro reo,habet contra eum mandati actionem Aretinus.

¶ Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit[i],eius recuperandi cauſa habet cùm eo mandati[k] iudicium. ¶ Græcè[l] etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίςει κελεύω ἐγώ. ſed & ſi dixerit θέλω, ſiue βούλομαι,ſed & φημί: pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω.

¶ In ſtipulationibus ſolẽnitas intrinſeca præſumitur. Aretinus.

¶ In ſtipulationibus fideiuſſorum ſciendum eſt hoc generaliter accipi, vt quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum , videatur etiam actum[m]. Ideoq́; conſtat , ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſsiſſe : videri omnia ſolenniter[n] acta[o] †.

ITVLVS XXII.

De literarum obligationibus.†

¶ Scribens ſe debere ex mutuo quod non recepit, ſperans recipere : obligatur literis cum effectu:olim poſt quinquennium hodie poſt biennium.

Sed nunquid hæc exceptio epiſtolæ eſt peremptoria, vel dilatoria? videtur peremptoria:quia prorſus perimit id in quo opponitur.Itẽ econtrà videtur dilatoria: ꝗa ante litem conteſtatam opponi debet,vt hîc:quare videtur dilatoria : vt C.de probat.l. exceptionem. Sed dico eam quaſi anomalam, cùm nec peremptorias prorſus imitetur.quæ vſque ad ſententiam opponũtur, nec dilatorias quæ tantum differunt:vt infrà de except. §. hæc exempli. & C.ſenten.reſcin.non poſ. l.peremptorias[a]. Sed ꝗd ſi ſoluit : nunquid repetet quaſi ſit fauorabilis exceptio? Videtur quòd ſic : vt in Velleiano : vt ff.de conditi.indeb.l.qui exceptionem. &.ff.eo.l. ſi contendat.Sed contradico : quia non inuenio quòd ſit ſic fauorabilis: & quia ſuum recipit : vt ff. de conditio. indebi.l. repetitio.

Exceptio epiſtolę Hadriani eſt anomala.

a Tu dic ꝙ etiã vſque ad ſentẽtiã poteſt opponi:vt no. glo.in.l.fi. deiuſſor. C.e.an autẽ poſt ſententiã,vide Ange.hîc.

a ¶ Onerat.] arg.contra.ff.ad legẽ Rhod.de iact.l.ij.§.ſiquis.Accur. *Additio.* Solu.ibi non erat fideiuſſor obligatus niſi ꝓ ſua parte.

b ¶ Si is.] ſcilicet reus.

c ¶ Iuuari.] facit.ff.eo.l.vt fideiuſſor.

¶ Fideiussores. ¶ *Casus.* Quæſiui à Iuſtin. vtrum fideiuſſores ita poſsint obligari, quòd plus debeant quàm debeat debitor principalis?Et reſpon.Iuſti.quod non.Obligatio enim fideiuſſoria acceſſoria eſt principali obligationi.plus enim non debet eſſe in acceſsione, quàm in principali obligatione:ſed econuerſo bene poteſt eſſe.Si enim principalis debitor obligetur in decem : bene poteſt fideiuſſor obligari in.v. quòd fideiuſ.obligetur in.xx.hoc eſſe non poteſt.In verſi.Itẽ ſi ille,caſus eſt talis. Suprà dixi,ꝙ in maiori quãtitate non poteſt teneri fideiuſ.quàm debitor principalis.idem dico in tẽpore.Non enim poteſt eſſe, ꝙ fideiuſ. teneatur purè,quãdo principalis debitor ſub cõditione obligatur:quia ſic in plus teneretur fideiuſ.quàm debitor principalis:quia plus intelligitur nõ ſolùm in quantitate,ſed etiam in tempore minus & plus intelligitur.econuerſo autem non poteſt obligari purè.hoc dicit.

d ¶ Obligantur.] ſed nunquid in idipſum in quo reus tenetur, ſaltem remanet obligatus quãdo in plus fideiuſsit?Quidam dicunt ꝙ ſic:pro quibus eſt hoc generale.Vtile per inutile non vitiatur:vt.ff.e.l.ſi à reo.§.j. &.C.de do.l.ſi quis argentum.§.ſed in his omnibus.Nos cõtra,ſcilicet ꝙ in nihilũ teneatur:& eſt pro nobis.ff.e.l. Græcè.§.illud. *Additio.* Collige ex gloſſ. duas opinio. Prima quòd vbi fideiuſſor fideiubet in plus quàm reus principalis debet, obligatur pro occurrente quantitate. & pro hac ſententia allegatur primo.l.ſi à reo. ff. eodem.l.hactenus. in fine.ff.de conſtitu.pecu.l.rogatus. in fine.ff.mandat. allegatur vulgaris regula : quia vtile per inutile vitiari non debet.regula iur.vtile. libro ſexto. Chriſtophorus.

e ¶ Nec plus.] contra hãc regulã eſt.ſ̃.de rerũ diui.§.ſi tamẽ rem alienam.Item.ff.de contrahen.emp.l.ſi in emptione.in princ.ibi,nec refert,Itẽ ff.de ſolu.qui res.§.mihi decem.&.§.qui ſtipulatur.&.§.mihi Romæ. Sed his omnibus da generalem ſolutionem,vt ſic exponas hanc literam : non plus eſſe poteſt in acceſsione &c.id eſt in acceſſoria obligatione, ſecundum Ioan.Item contra.ff.de iud.l.non quemadmodum. Solut. ibi non eſt plus: quia licet fideiubeat ante reum:non tamen plus tenetur. Item contra.ſ̃.eo. §.j.verſi.at nec.Sed ibi nõ eſt plus eo modo quo dicitur plus.Dicitur enim plus quatuor modis,quorum nullus eſt ibi:vt.j.de act.§.plus autem. Accur. *Additio.* Et eſt ratio : quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris, ideo ſibi imputet.Diſparitas verò in efficacia ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit : ideo ſibi magis ſuccurritur.

f ¶ Contra.] id eſt ſi reus.v.promiſit:fideiuſſor.x.

g ¶ Contra vero.] ſi reus ſub conditione promittat:& fideiuſſor purè.Accurſius.

h ¶ Plus est enim.] facit ad hoc.ff.de verb.ſignifi.l.ſi cui.§.fi.&.j.de act.§.plus autem.&.ff.de ſolu.l.ſolidum. &.ff.ſolu. matri.l. ſi conſtante.§. quoties.Accurſius.

¶ Si quid. ¶ *Casus.* Suprà dictum eſt,quòd inter fideiuſſorem,& creditorem eſt obligatio verborum.ſed quæ eſt obligatio inter fideiuſſo. & principalem reum? Et reſpon.Iuſtiñ. quòd ſi aliquid fideiuſſor pro reo ſoluerit : habet contra eum actionem mãdati,& ita quãquam verborum obligatio, quæ eſt ſtricti iuris ſit inter fideiuſſ. & principalem debitorem, eſt obligatio mandati, quæ eſt bonę fidei.Fran.

i ¶ Solverit.] ſiue per iudicem , ſiue non: vt.ff. manda. idemq́;. §. fideiuſſores.Sed etiam in caſibus quatuor antequam ſoluat,agit mãdati : vt ſi hoc dictum ſit,vt ad tẽpus teneatur: item ſi fuerit condemnatus:item ſi cepit bona ſua diſsipare reus : item ſi diu ſtetit fideiuſſor in obligatione : vt . C. mand.l. ſi pro ea. &.ff. manda.l. Lucius [b]. aliâs non agit antequam ſoluat,ſed ſoluere debet: vt ff.de condi. indebi.l.indebitam . Sed etiam in caſibus nullo modo agit:vt ſi pro inuito : aut donandi animo , aut in rem ſuam fideiuſsit: vt ff. man.l.ſi remunerandi.§. ſi paſſus. &.l.ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit , vt non agam : vt. ff. manda.l.ſi remunerandi.§.Marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium:vt.j. mand.§.illud. Item & ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptionem, quàm debuit opponere: vt.ff.manda.l.ſi fideiuſſor. Accurſius.

Fideiuſſor in quatuor caſibꝰ agit antequam ſoluerit.

b Intellige de arbitrio iudicis : ſecũdũ cómunem opi. & no.quia debuit ſtetiſſe in obligatione : nec ſufficeret ꝙ ſtetiſſet in promiſſione tãtũ vel fideiuſsione. Et alios caſus adde ad iſtã gloſſam.vt per Ange. hîc.

† Sic etiam præſumitur pro ſententia iudicis ꝙ ſit ſolenniter lata. vide tamen de hoc in ca. quoniã cõtra. ĩ gl. fi. extrà de proba.& in c.ſicut nobis. in gl.ſuper ver.exprimatur poſt med. extrà de re iudi.

† Sic. C.de nõ nu.pec.

Expoſitio Græci.

k ¶ Mandati iudicium.] id eſt actionem , ſi interceſsit mandatum : vel etiam eo præſente fideiuſsiſſet : vt.ff.manda.l.qui fide.&.l.ex mandato.

l ¶ Graece.] facit.ff.eo.l.Græcè.j.rñ.&.j.quib.mod.tol.obli.§.j.verſi.ſed & Græcè.&.ſ̃.de verbo.oblig.§.vtrum autem.Accur. *Additio.* Græcum quod in textu habetur ſic exponitur : ti emi piſti cœleuo ego.ti emi,mea:piſti,fide:cœleuo,iubeo:ego.quid autem hîc ſignificet iubeo,nemo vel paulo humanior ignorat.deinde ſequitur, ſed & ſi dixerit thelo.i. volo:ſiue bulome.i.volo:ſiue phemi.i.animaduerto,dico:pro eo erit, ac ſi dixerit,lego.i.dico.

¶ In stipulationibus fideiussorum. ¶ *Casus.* Stipulatio autẽ in fideiuſſo.poteſt eſſe cauta:& nõ cauta.ſi autem cauta non ſit:vt ſi inſtrumentũ dicat quòd ipſe promiſerit creditori interroganti:nihilominus omnia præſumuntur ſolẽniter acta,quaſi interrogatio promiſsionẽ pręceſsiſſet.h.d.vſq; ad fi. Fran.

m ¶ Etiam actum.] quaſi dicat.ſi ita dicit ſcriptura ac ſi verè ita fuiſſet factum,quod fortè fuit vel non fuit actũ,certè præſumitur pro ſcriptura,vt ſic videat̃ actũ:& eſt hæc ſcriptura priuata.dicit enim , ſiquis ſe &c. & ex cauſa vnde incontinenti præiudicat:niſi contra probetur : vt.ff.de nõ numerata pecunia.l.generaliter.Et facit ad hunc.§.ff.de verb.oblig.l.ſciendum.&.C.de contrahen.ſtipula.l.j.&.ſ̃.tit.j.§.ſi ſcriptum. In ſcriptura autẽ publica cõſtat ei ſtandum multo magis,niſi cõtra probetur:vt.C.de probationibus.l.cùm præcibus.& in authen.de fide inſtru.§.ſi verò moriantur.in prin.§.col.vj.[c] Item not.hîc præſumi omnia ſolenniter acta : quod probant ſupradictæ.ll. Accurſius.

c Nota ſecũdũ Ang. hîc ꝙ falſitas inſtrumenti,item ſolemnitas, vel error ſcribẽtis poſſunt probari ꝑ teſtes. Itẽ in ſimulatione: dũmodo contractus fuerit ſine ſcriptis celebratus . licet in ſcriptis redactus fuerit . aliâs ſi in ſcriptis ſit celebratus:non reprobatur niſi per cõtrariã ſcripturã . De qua materia vide.ſ̃.ti.j.§. item verborum.Ange.

n ¶ Solenniter.] id eſt etiam interrogationem factam fuiſſe:quam neceſſe eſt præcedere:vt.ſ̃.de verbo.oblig.in prin.&.C.de contrahen.& commit.ſtipu.l.j.

o ¶ Acta.] ſed contra.ff.de publi.in rem actio.l.quæcunq;.§.fin.Solu.ibi ſunt extrinſecæ ſolennitates de tutore & iudice qui debent adeſſe cùm pupillus vendit.At hic actus promiſsionis nullus eſt ſine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi,fideiubeo,vel promitto, intelligitur interrogatio facta eſſe, quaſi pars promiſsionis : & ſic non eſt extrinſeca ſolennitas , cùm ſit pars ſtipulationis.

¶ De literarum obligationibus. ¶ *Iſta rubrica continuatur ad præcedentia.Quia ſuprà viſum eſt de obligationibus quæ contrahuntur re & verbis:ideo nunc ponit de his quæ contrahuntur literis.Aretinus.*

Lim ſcriptura[a] fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur: quæ noīa hodie non ſunt in vſu. ¶ Planè[b] ſi quis[c] debere[d] ſe ſcripſerit[e], quod ſibi numeratum[f] non eſt: de pecunia minimè numerata, poſt multum[g] temporis exceptionem[h], opponere non poteſt. hoc enim ſæpiſsimè conſtitutū[i] eſt. Sic fit, vt & hodie[k], dum[l] queri non poteſt, ſcriptura[m] obligetur[n]: & ex ea naſcatur condictio,[o] ceſſante ſcilicet verborum obligatione[p]. ¶ Multum[q] au-

Diuiſio.

OLIM SCRIPTVRA.] ¶ Totus iſte ti. diuiditur in duas partes. Primò ponit qualiter olim ſcriptura obligabat, & eius correctionē, & nouū ſtatutū. Secundò ponit intra quātū tēpus olim & hodie poteſt opponi exceptio nō numeratæ pecuniæ. Secūda ibi, multū. ¶ CASVS. Quæſiui à dño Iuſti. quid eſſet obligatio literarum? Et rñ. di. ꝙ obli. literarū eſt illa quæ neq; cōſtat re, neq; verbo, neq; cōſenſu: ſed literis ſiue ſcriptura. Iſta obligatio literarū fiebat olim cū quadā ſolēnitate, quā hodie non habemus. Obligatio tñ iſta inefficax eſt, quādiu ei poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſcilicet olim vſq; ad quinquennium: ſed hodie intra biēnium. Ex iſta autē obligatione naſcitur actio, quæ vocatur cōdictio ex lege. ſ. tūc quādo non habet locū exceptio nō numeratæ pecuniæ: cùm nō ſit verborū obligatio. ſi enim eſſet verborū obligatio, nō haberet locū tit. iſte: ſed ad præcedētes tit. eſſet recurrendū. Ad intellectū tñ tàm tex. quàm gloſſarū iſtius. §. ſciēdū eſt, ꝙ ſi aliquis cōfiteatur in iudicio ſe debere aliquid alicui, tūc valet iſta cōfeſsio, etiā ſi ſine cauſa cōfiteatur: cùm authoritas iudicis ſiue iudicij vicē cauſę ſuppleat: vt. ff. dę inter. act. l. j. & iij. ſi autē extra iudiciū facta ſit cōfeſsio: aut eſt facta ſine cauſa, & tunc nō valet. aut cum cauſa, & tūc diſtingue: quia aut apponitur cauſa mutui, & tūc in odium fœneratorū poterit opponi exceptio non nume. pecuniæ intra bienniū: & cōpelletur fœnerator probare pecuniā ſe numeraſſe. aut opponitur cauſa dotis, & tunc intra mēſem, vel annū poterit opponi exceptio nō numeratæ dotis. ſi autē ex alia cauſa cōfiteatur ſe debere, veluti cauſa emptionis: ſimiliter incōtinēti præſumitur cauſa vera, & ſic cōfitēti præiudicat. Itē quærit, cùm qs cōfitet in ſcriptura ſe debere: quare nō ſtatur ſcripturæ præciſè: ſed pōt opponi cōtra eā exceptio nō nu. pecuniç? Dicas ꝙ multū refert, vtrū in ſcriptura iſta cōtineatur ſic: Noueritis M. in noſtra præſentia cōſtitutū cōfeſſum fuiſſe ſe debere tali ex cauſa mutui. c. Hęc enim ſcriptura non dicit pecuniā ſibi numeratā fuiſſe: ſed cōfeſſum fuiſſe ſe debere tali: quod forſan ſpe futuræ numerationis fecit: quę forſan nō fuit ſubſecuta: & ꝓpterea cōtra talē ſcripturā bene pōt opponi exceptio nō numeratæ pecunię: nec ſequitur ꝙ de neceſsitate tali ſtetur ſcripturæ: vt pōt ſubtiliter indagāti liquere. Si autē ita contineatur in ſcriptura: Noueritis ꝙ talis in præſentia noſtra cōſtitutus numerauit, vel numerari fecit tali. c. hîc fit mētio pręciſè in ſcriptura de numeratiōe facta: ideo ſcripturę ſtare oportet: quia nō poteſt hmōi literis exceptio nō nume. pecuniæ opponi. Itē ſcire debes, ꝙ ꝓpter tres gradus exiſtētes in ſcriptura. ſ. ſcripturę ſtipulationis, & iuramēti: dicunt quidā ꝙ tres ſunt excep. reſpondētes iſtis tribus gradibus. Aut enim cōfitetur quis ſe debere aliquid in ſola ſcriptura, ſcilicet ſine ſtipulatione, & iuramēto: & cōtra iſtā ſcripturā habet locū exceptio non numeratæ pecuniæ. aut in ſcriptura in qua cōtinetur ſtipulatio: & cōtra iſtam opponit exceptio in factū, aut in ſcriptura in qua cōtinetur iuramentū & cōtra iſtā opponit exceptio doli. Alij dicūt ꝙ exceptio nō nu. pec. nō eſt exceptio ſpecialis, ſed gñalis cū qua cōcurrit exceptio doli ſpecialis: ſed qa exceptio doli non habet locū contra patrē vel patronū, ideo adinuēta fuit exceptio in factū, quæ poterit opponi contra ſcripturas in tali caſu. Multi autē dicunt, quòd ſi debitor ante biēnium exceptionē non nume. pec. opponat, & arctet creditorē ad probādum pecuniam fuiſſe numeratā: poſt bienniū etiam poterit ipſam opponere, ſed non cum tanto effectu: quia tūc neceſſe habebit probare pecuniam non fuiſſe numeratam. hoc dicit. Franc. de Are.

a ¶ SCRIPTVRA.] id eſt ſolennitate quadam ſcripta, quæ per quædam nomina ſpecialia fiebat, vt ſubiicit.

b ¶ PLANE.] licet dicta verba in vſu eſſe deſierint: planè &c.

c ¶ SI QVIS.] ſ. homo priuatus. Idem eſt & ſi fiat per alium: dūmodo per publicā perſonā. aliud ſi per priuatā: vt. C. de proba. l. inſtrumēta. ar. tamen cōtra. ff. de pig. l. fideiuſſor. §. j. Sed ibi in ſcribentis præiudicium creditur. ADDITIO. Nota regulariter ſcripturā priuatā non facere fidem. Fallit quādo hæc ſcriptura aliquid continet cōtra ſcribentem: quia non eſt veriſimile aliquem ſcribere contra ſe, quod veritati non innitatur: arg. in. l. exemplo. cum ibi no. C. de proba. Fallit ſecūdò, ſi talis ſcriptura priuata habet ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum. aut. ſiquis vult cautè deponere. C. qui po. in pig. hab. Chriſtoph.

d ¶ DEBERE.] ſ. ex cauſa mutui & ſine ſtipulatione. Hæc enim verba non ſunt apta ad ſtipulationē: vt. ſ. de ver. obl. §. j. Si autem ſine cauſa, non præiudicat: vt. ff. de proba. l. cum de indebito. in fi. Quid ſi ſtipulatio interuenit? Reſpon. & tunc habet locum effectus huius tit. nam exceptionem in factū poteſt opponere: vt. C. e. de non nume. pecu. l. cum vltra. & hoc ſi ſpe futurę numerationis: aliâs ſi tanquam iam eſſet debitum cùm non eſſet, ſcienter cōfitetur: videtur donare. aliâs. i. ſi nō vult donare: ſed quia credit ſe ei debere, non valet ſtipulatio: quia obiicitur exceptio: vt. ff. de reg. iur. l. cuius. & ff. de excep. do. l. ij. §. ij. Et no. cautè hîc quòd per verba præſentis temporis fit hæc obligatio: vt per hæc, ſcribo me debere: vel, cōfiteor me debere: vt hîc dicitur. & ſic eſt contra opinionem noſtram, qua dicimus obligationē literarum debere fieri per verba futuri temporis tantùm: vt. C. de poſtu. l. ſi ſub ſpecie. vt ſcribo me daturum tibi. x. ex cauſa mutui: ad inſtar ſtipulationis quæ per verba futuri temporis tantùm fit: vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulationum. j. §. ſtipulatio. Sed certè nec hîc dico, quòd per hæc verba naſcātur nunc & vt nunc: ſed quaſi etiam prius nata ſit, ſi confiteor per verba præſentis, vel præteriti temporis. & facit. C. de epiſco. audien. l. ſi præſens. & C. eo. de nō nu. pec. l. in cōtractibus. in prin. Vel apertius, nō faciunt hæc verba vt obliger: ſed vt obligatus preſumar: licet habeam exceptionem. Vel verius, licet apponam verba præſentis vel præteriti temporis: tamen ſemper intelliguntur futura. Quid enim prodeſt dicere, confiteor me accepiſſe. x. vel debere. x. ex cauſa mutui: & hoc ſcribam, niſi intelligatur: & ideo reddam? Item quid ſi dicam, recepi ab illo. x. ex cauſa mutui: & hoc ſcribam? Reſpon. quidam non teneri, propter ſupradictam rationē: quia per verba futuri temporis debet fieri. Sed certè ſatis puto quòd præſumar obligatus: ſicut & cùm ſcribo me debere: vt hîc. nec enim verbis, imò rebus legem imponimus: vt. C. communia de leg. l. ij. Vel dic quòd ibi intelligitur futurum, vt prædixi.

Stipulatio tātū fit per verba futuri tēporis.

Obligatio tantùm per verba futuri tēporis.

Lex eſt imponenda rebus.

e ¶ SCRIPSERIT.] id eſt ſcriptura confeſſus fuerit.

f ¶ NVMERATVM NON EST.] aliâs enim ſi numeratum eſſet: non literis, ſed re obligatus eſſet. vt. ſ. qui. mo. re contrahi. ob. j. reſpon.

g ¶ MVLTVM.] hoc exponitur. j. proxi.

h ¶ EXCEPTIONEM.] ſcilicet non nu. pecu. quæ poteſt proponi ſiue petat actor, ſiue non: vt ar. C. e. de nō nu. pecu. l. ſi quaſi. & in ſcriptis ſecundum quoſdam: vt in aut. de tem. non ſo. pe. ſuper dote. §. j. col. vij. Vel fortè illud ſpeciale in dote. Primum tamen ſecundum Ioan. verius eſt. Accur. ADDITIO. Et hoc verum, vbi nō prouocatus oppoſuit. Et eſt ratio: quia tunc obtinet vicem actoris: aliâs ſecus. Angelus.

i ¶ CONSTITVTVM EST.] à multis Imperatoribus, qui fecerunt leges tales. C. eo. per totum vſq; ad. l. generaliter. nam poſteà Iuſtiniani ſunt.

k ¶ HODIE.] ſic loquitur quaſi ſupradicta loquantur ante tempora Iuſtiniani: & nunc ſubiicit, ꝙ hodie ſit idem. Vel dicit hodie. i. poſtquam cucurrit hoc tempus, ſcilicet quinquennium olim, hodie biennium: vt. j. proxi. & ſecundum hoc non debet eſſe &, in textu. Accurſius.

l ¶ DVM QVERI NON POTEST.] id eſt dum querimoniam proponere non poteſt de exceptione non nume. pecu. quia ex quo cucurrit tempus, obligabitur per ſcripturam ad dandam pecuniam non numeratam.

m ¶ SCRIPTVRA.] id eſt per ſcripturam. Sed certè videtur neminem ſcriptura vel literis obligari: ſed intellectu, qui ex literis percipitur & verbis. ff. de ac. & obli. l. non figura. qđ quidā cōcedunt. Sed certū vtrunq; facit ad obligationē, & ipſa figura literarū, & cōſenſus quē exprimunt: & qđ dicta. l. dicitur nō figura. ſ. ſola. Item nunquid & per cōtrariā ſcripturā obligatio ciuilis nata poterit tolli: vt ſi creditor ſic ſcribat: Cōfiteor me nō numeraſſe: vel te confeſſum nō fuiſſe: vel illum ſoluiſſe? Rñ. ſic: vt. ff. de re. iu. l. nihil tam naturale eſt. Accur.

Literarū obligaio tolli pōt per contrariam ſcripturā.

b ¶ OMNIS OBLIGATIO.] ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue cõſenſu nã de his.ſ. dictũ eſt à tit. de obli. vſque huc. Sed nũquid eſt idẽ in ijs, q̃ ex maleficio ſunt vel quaſi? Rñ. ſic †. Itẽ hæc ſunt vera ſiue ciuilis & naturalis fuerit obligatio ſimul, ſiue naturalis tantũ: vt hîc, & .ff. ad.l. Fal.l. ſi pupillus. in prin. Sed nunquid ciuilis tantũ tòllitur ſolutiõe eius qd̃ debet̃: videt̃ ꝙ non vt.ff. de ſo.l. q hominẽ.§.fi. & hoc qdã dicũt. Sed cõtradico. ſi enim ſciẽs me debere ciuiliter tãtũ, ſoluã, ſicut ecõtra ſi nudo pacto tibi. x. debeã, & ſoluã cã meæ fidei implẽdæ: quare nõ liberor vt.ff. de cõdi. inde.l. fideicõmiſſum Quod aũt in.d.l. q hoĩem. dicit̃: iõ eſt qa aliud operabat̃ ſolutio quã crederet ſoluẽs.ſ. repetitionẽ: cũ errabat credẽs ſe teneri naturaliter. nõ ergo mirũ ſi nõ facit quod credebat ſoluẽs.ſ. liberationẽ. Itẽ eſt cõtra ad hoc.j. rñ. in aut. vt ij q ob. ſe hab. ꝓ. res.§. ſi verò tacuerit. col. vj. [a] Sol. illud ſpãle eſt. Itẽ contra.ff. de ſol.l. ſi rẽ meã. Itẽ contra.ff. de verb. obl.l. Iulianus.§. qui fundũ. Itẽ cõtra.ff. cõmo.l. iij.§. ſi reddita. Sed his legibus licet fuerit facta ſolutio: non tñ fuit facta ſicut debuit fieri: vñ ꝓ nõ facta, quãtũ ad hoc habetur. Itẽ contra ad id qd̃ ſubiicit, ꝙ demũ ſciẽte creditore ſoluitur aliud ꝓ alio. ff. de leg. j.l. nõ amplius.§.fi. & .l. ſi domus.§. ij. & iij. & .ff. de aur. & ar. le.l.j.§.fi. & .C. de dona.l. ſi quis argentũ. ff. de ſol.l. q hominẽ. & .ff. de verb. obli.l. inter ſtipulãtẽ.§. pe. & .l. ſi ſeruus. in qbus.ll. dicitur, ꝙ liberatur quis ſoluẽdo aliud pro alio. Sed hæc ſpecialia ſunt: hoc aũt regulare.

Obligatio ciuilis tãtũ ſolutione tollitur.

a Dic ꝙ ideo in prædictis legibus ſolutio non parit liberationẽ: quia fuit facta, aut aliter quã debuerit: aut alteri quàm debuiſſet. formãda ẽ igitur regula per hunc modũ: ſolutione eius quod debetur facta pleno iure perſonę cui debetur, debitor liberatur. & ceſſa bũt omnia contraria. Chriſtoph.

c ¶ CONSENTIENTE CREDITORE.] interdũ tñ ẽt aliud pro alio ſoluit̃ creditori etiã inuito: vt dixim⁹ in aut. de fideiuſ.§. penul. in gl. coactũ. col.j. & quoſdã ex his notauimus.ſ. proxi.

d ¶ SOLVTIO FIAT.] patet hîc ꝙ beneficiũ cõfertur in inuitũ. Sed cõtra.ff. de reg. iur.l. inuito. Sol. illa regula in priuilegijs loquitur: hæc autẽ in alijs. Vel dic, ꝙ nõ põt directo: põt tñ per mediũ. prima verior eſt [b]. Sed nũquid econtrà põt fieri alij ſolutio inuito creditore: rñ. nõ: vt.ff. de noua.l. ſi Stichũ.§.fi. niſi creditori creditoris ſoluatur: vt.ff. de ne. geſt.l. ſi liber, vel ꝓ curatori creditoris, vel ei cui extiterit heres creditor vel futuro debitori, vel ſimilibus perſonis: quæ numerantur. ff. de ſolu. ſolutam. & .ff. de pig. ac.l. ſolutum.§. ſolutam.

b Tu dic quòd con-

e ¶ INTERVENERVNT.] vt ſunt fideiuſſores, mãdatores, & ſpõſores: vt ff. de excep.l. omnes. & .C. de non nume. pecu.l. iij.

f ¶ IPSE ſolus liberatur.] ſ. fideiuſſor. & ſi quidẽ ſoluat noĩe ſuo [c], liberat̃ ipſo iure: reũ aũt liberat per exceptionẽ: vt.ff. mã.l. ſi qs. in fi. & .l. Papinia. & ff. de pe. hę.l. ſi quid poſſeſſor. in prin. Si verò nomine rei, liberat ipſo iure reũ: vt.ff. de nego. geſt.l. ſoluendo. & .ff. de noua.l. ſi ſtichũ.§. ſi. Sed ſi hoc verũ eſt, ꝙ liberatur re⁹ ſoluente fideiuſſore: quõ cedet actionem creditor fideiuſſori: quod facere debet, vt.ff. de ſo.l. modeſtin⁹. & .ff. de fideiuſ.l. fideiuſſoribus. quæ ſunt contra hanc legem: Rñ. illud põt fieri ante ſolutionem.ſ. ceſsio: vel etiã poſteà: hoc acto pri⁹ quia videt̃ ineſſe. probatur hæc ſolutio. ff. de fideiuſ.l. cũ is. Item nota hîc vnam ſolutionẽ parere plures liberationes & facit.ſ. de duo. reis.§. ex huiuſmodi. & .ff. de argu.l. ſi duo. Accur.

trarium loquit̃ vbi beneficium reſpicit commodum cõtradicentis tantùm: ſecus ſi etiam alterius in toto ti. de mune. & hono. & hîc Ange.

c Quod in dubio præſumitur: niſi eſſent æquè principaliter obligati: vt duo rei, & duo tutores: qa tunc ſimpliciter ſoluendo: totalem actionem quę ambos ligat, diſſoluit: ſecũdũ Ang.

¶ Per acceptilationẽ tollitur obligatio verbis contracta: aliæ autem poſſunt in ſtipulationem deduci per Aquilianam ſtipulationem: & demum per acceptilationem in totum, vel pro parte tolli: cuiuſcunque formæ, vel materiæ exiſtant. hoc dicit. Are.

¶ Item per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria [g] ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur [h] hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habes ne acceptum? & Titius reſpondeat, Habeo. ¶ Sed & Græcè [i] poteſt acceptilatio fieri dummodo ſic fiat, vt latinis verbis ſolet exigi: ὅπερ ὑπεσχέθην σοι, ἔχεις πρόσδεκτον; ἔχω. † Quo genere (vt diximus [k]) tantũ eæ ſoluũtur obligationes, quæ ex verbis conſiſtunt, non etiam cæteræ [l]. Conſenta-

† Aliàs, ἔχεις λαβὼν δηνάρια τοσαῦτα; ἔχω λαβών. i. tot donarios acceptos habes? acceptos habeo.

debitor

¶ ITEM PER ACCEPTILATIONEM. ¶ CASVS. Iam vidiſtis, vnũ modũ principalẽ oblig. tollẽdæ. eſt & alius modus obli. tollẽdæ principalis, vt ꝓ accep. Sed dñe, qd eſt acce. & rñ. di. ꝙ accep. eſt imaginaria ſolutio. Si enim creditor debitori ſuo illud quod ſibi debet ex ver. obli. remittere velit, poterit hoc facere in hunc modum, ſi patiatur debitorem hæc verba dicere: Dñe creditor, qd̃ tibi debeo per ſtipulationẽ habes ne acceptũ, & reſpondeat creditor, habeo: liberatus eſt debitor ac ſi creditor ſoluiſſet ei qd̃ debuiſſet. Item videbatur aliquibus, ꝙ ſtipulatio poſſet fieri per verba latina tantùm, & non per verba græca. & quaſi ad iſtã dubitationem rñ. Iuſti. dicẽs ꝙ nõ ſolũ per verba latina, ſed etiã per verba græca põt fieri acceptilatio dũ tñ per verba græca ſic fiat ſicut exigitur ꝓ verba latina. & diſſoluũtur ꝓ acceptilationẽ obligationis verbis ſolũmodo cõtractę qa cõſentaneũ eſt iuri, obligationẽ verbis cõtractã, verbis poſſe diſſolui. Ad intellectũ finis notulæ ſignatæ ſuper illo verbo certè, diſtinguere debes, vtrũ acceptilatio ſit inutilis rõne rei ſuper qua cõcipitur vt ſi ſuper debito cõditionali cõcipiat̃: qa talis acceptilatio inutilis eſt. & quãquã nõ habeat hãc vim acceptilationis, attñ habet vim pacti: & ſic intellige illas leges. ff. de reſcin. ven.l. cũ emptor. & .ff. de accep.l. acceptilatio. aut rõne cõceptiõis ineptæ: vt ſi tibi dicã: qd̃ ego tibi debeo, habes ne acceptũ in diẽ? & tuipſe reſpõdas, habeo acceptũ. & talis acceptilatio inutilis nõ habet vim pacti. & ſic intelligo.l. ff. de acce.l. an inutilis. ¶ In ver. Sicut aũt. caſus eſt talis. Quæſiui à legiſlatore, an accep. poſsit fieri in parte debiti: ſicut ſit in totó: Et rñ. di. ꝙ accep. põt fieri pro ꝑte debiti, ſicut põt fieri pro toto. h.d. & ſumus in ver. eſt aũt ꝓdita. in quo dic. Tractatũ eſt.ſ. ꝙ oblig. alia à verbali poteſt deduci in ſtipulationẽ: & tunc tolli poteſt per acceptilationẽ. hîc aũt dicit ꝙ eſt ꝓdita q̃dã ſtipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur. Aquilius enim qui valde fauorabilis erat ad ſtipulationes diſſoluendas, adinuenit iſtum modum diſſoluendi, & liberandi per acceptilatonem debitorem illum, qui ex quocunque contractu alio teneret̃, quã ex contractu verbali: ſicut põt liberari ꝓ acceptilationem is q verbis eſt obligat⁹. Adinuenit enim ſtipulationẽ quãdã, in quã poſſent deduci oẽs aliæ obligatiões, q̃ in ſtipulationẽ deductę ꝓ acceptilationẽ tolli pñt. Stipulatio enim Aquiliana oẽs obligatiões nouat. Qualiter aũt cõfici debeat hæc ſtipulatio, narrare magis laborioſum eſt, quã ſubtile. Apertiſsimè enim de hoc tradit̃ in litera. Et.h.d vſq; ad illũ.§. prætereà.

Acceptilatio quid.

g ¶ IMAGINARIA.] i. ficta. ſic. ff. de re. iur.l. imaginaria. Vel dicitur imaginaria. i. per momẽtũ duratura. ſic in aut. quõ opor. epiſ. circa prin.§. neque enim idiota. in gl. nec imaginariã. col.j. & in pſal. In imagine ꝑtrãſit homo &c. ADDITIO. Ipſa tñ acceptilatio habetur ꝓ ſolutione: vt.l. ſi ex pluribus. ff. de accep. vt in ſimili etiã diximus de iuramento qd̃ habetur loco ſolutionis inter deferentẽ & iurantẽ: nõ tñ etiã eſt propriè ſolutio. vt.l. duobus.§.j. & ibi gl. in verbo, ſolutionis. & do. ff. de iureiur. Ang.

Pſalmus xxxviij.

h ¶ VT PATIATVR.] & etiam reſpondeat ei: vt ſequit̃.j. eo.§. eſt aũt. in fi.§. nã ſola patientia non prodeſt. Accur.

i ¶ SED ET GRAECE.] nõ ſolũ latinus, ſed ẽt Græcis verbis, dũ tñ aptis ad hoc: vt ſeqtur. & facit.ſ. de ver. obli.§. vtrũ. & .ff. de verb. obl.l.j.§.fi. Accur. vnde † verba græca in textu poſita ſunt huic ꝓpoſito apta, ſi rectè exponãtur. Sũt aũt talia. Oper hypoſcheſtin ſoi: echeis ꝓſdectõ? echo. Et ſic intelligũtur: Oper hypoſcheſtim ſoi. i. quod promit tibi: echeis pro ſdecton. i. habes acceptum: & reſpondeatur, echo. i. habeo.

† Hoc glo. reſiduũ nõ eſt Accur. qui ne Grę ca quidem elementa nouit: vt nota.ſ. de emp. & vẽ.§. item pretium. in gl. his verbis. Egi. Perri.

k ¶ VT DIXIMVS.] ſ. eo.§. ibi, quod enim ex verborum. Accur.

l ¶ CAETERAE.] ſ. quæ ſunt de iuregẽ. cũ acceptilatio quæ eſt ciuilis act⁹: vt.ff. de reg. iur.l. actus. nõ poſsit iuragen. tollere, vt.ſ. de legi. agna. tu.§. fin. quæ ſunt vetuſtiora & firmiora: vt.ſ. de rebus. diuiſio.§. ſingulorum. Sed nunquid

Aceptila-

tio non tollit obligationes iuris gentium.

nunqd alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio:vt literarũ,& émphy.& ſimiles,vt diximus.ſ.de iure nat.gen.& ciuili.§.ius aũt? Rñdetur,nõ cũ ſolam obligationem verbis inductã tollat:vt hîc dicitur.Sed certè licet non poſsint tolli iure acceptilationis.ſ.obligatio iuris gentium,& aliæ ciuiles:tñ pñt iure pacti etiam acceptilatione facta ſecundũ Io.vt.ff. de reſcind. vẽ.l.emptio,&.l. cũ emptor. Quod generaliter etiam,dicebat M. quòd vbicũque fieret acceptilatio inutilis, ꝙ habeat vim pacti.& facit ꝓ eo. ff.de pactis.l. ſi vnus.§. pe.vbi de hoc.At B. totũ cõtrariũ.& erat pro eo. ff.de accept.l.an inutilis. j.rñ.&.ff.de cõſti.pecu.l. j.§.eum qui.Sed nos dicim⁹ idẽ quod M.vbi fuit inutilis ratione rei: vt dictum eſt.Itẽ idẽ quod Bul.vbi eſt inutilis rõne cõceptionis.& facit ꝓ nobis.ff.de except.l.ſi acceptolatum.Acc. ADDITIO. Et eſt rõ diuerſitatis:quia minus eſt pactũ quod prouenit ex alieno facto,vt in primo caſu,quã quod prouenit ex propria culpa,vt in ſecũdo caſu. Io. Fab.

Acceptilatio inutilis ratione rei habet vim pacti. ſecus ſi eſt inutilis ratione conceptionis ineptæ.

neum [a] enim viſum eſt,verbis factã obligationem,aliis poſſe verbis diſſolui. ¶ Sed & id quod alia [b] ex cauſa debetur,poteſt in ſtipulationẽ deduci, & per acceptilationẽ diſſolui [c]. ¶ Sicut autem quod debetur pro parte rectè ſoluitur [d]:ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt. ¶ Eſt autem prodita ſtipulatio quæ vulgò Aquiliana appellatur:per quã contingit,vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur,& ea per acceptilationem tollat̃.Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes:& à Gallo Aquilio ita [e] compoſita eſt: Quicquid te mihi ex quacũq; cauſa dare [f] facere oportet,oportebitúe,præſens in diẽúe,aut ſub cõditione: quarũcũque rerũ mihi tecum actio [g],quæq; abs te petitio [h],vel aduerſus te perſecutio eſt vel erit:quodq́ue tu meum habes,tenes,poſsides,doloúe [i] malo feciſti quo minus poſsideas,quãti quęq́ue earum rerum res [k] erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus [l] eſt Aulus * Agerius:ſpopondit Numerius

* Aliâs, Augeri⁹.

a ¶ Consentaneum.] & facit ad hoc .j. eo.§.fi.&.ff.de regu.iur. l.nihil eſt tam.&. C. qñ li.ab emp.di.l.ij.&.ff. de pact.l.ab emptione.

b ¶ Ex alia causa.] ſcilicet quàm verbis.

c ¶ Dissolvi.] ſ.ipſum debitũ.Et notà mirabilem proditionem. nam cũ non pateretur cõtractus alius tolli ſuo cõtrario actu.ſ.per acceptilationem, decipitur:& deducitur in quãdam non prorſus contrariũ actum:vt in ſtipulationem:quod eſt obligatoriũ:& ſic fit nouatio indiſtinctè iure iſto:vt. j.eo.§.præterea.&.ff.de act.& obli.l.obligationũ ferè.§.fi.& ipſa ſtipulatio patitur ſe tolli per acceptilationem:vt hîc dicitur.

Solutio particularis an creditore inuito poſsit fieri.

d ¶ Recte solvitur.] ſ.volente creditore.Sed nũqd eo inuito debiti pars ſoluitur? Rñ.aut cõfitetur de toto debitor:& tunc non poteſt ſoluere niſi totum:vt.ff.de vſur.l.tutor.§.lucius.quæ eſt huic contra.niſi volenti creditori:vt hîc dicitur.Aut diffitetur,& tunc pars confeſſata tantum recipietur ab inuito:vt.ff.ſi cer.pe.l.quidam exiſtimauerunt.& hoc etiam caſu poteſt intelligi quod hîc dicitur.

e ¶ Ita composita est.] i.his verbis q̃ ſequũt̃:quicquid te &c. Idẽ habes.ff.de acce.l.& vno.§.eius rei.Et no.ꝙ nõ põt ſic legi,quin aliqua verba ſint hîc ſuperflua.Itẽ nũquid vnũ ſolum ex his duobus.ſ.dare vel facere ſufficit.ſ.dare:cũ ſolum quod erat dandũ,in hac ſtipulatione deducitur:vt j.ibi,tantam pecuniã &c? Reſpon.ſic.arg.ſ.de verb.obli.§.ſed hæc ſolẽnia. &.C.de dona.l.fi.

f ¶ Dare.] vbi debet dominiũ transferre:vt.j.de act.§.ſic itaq;.&.ff. de verb.obli.l.vbi autem non apparet.§.fi.

Perſecutio continet actionem & petitionẽ.

g ¶ Actio.] in perſonam:at petitio in rem: perſecutio vtrunq; continet: vt.ff.de actio.& obli.l.actio in perſonam.

h ¶ Petitio.] in rem.

i ¶ Ve.] pro vel.

k ¶ Res.] id eſt æſtimatio.

l ¶ Stipulatus.] nunc mutat perſonas:de ſecunda enim trãſit ad tertiam.Et nota ꝙ etiã realis actio deducitur in ſtipulationem,facta rei æſtimatione.& ita ipſa pecunia ſiue rei æſtimatio deducitur in ſtipulationem,& in acceptilationem.Nam ipſa res nõ põt:cũ nemo rẽ ſuã poſsit ſtipulari ſibi:dari vt.ſ.de inuti.ſti.§.ij.Sed quomõ deducã æſtimationẽ,cũ nõ debeat? Rñ.imò quaſi debita eſt.liberatur enim exceptione quaſi à rei vendicatiõe ſi præſtat æſtimationẽ:vt.ff.de rei ven.l.eius.&.l.ſe.Si autem ipſam rẽ in acceptilationẽ deducã,valet iure pacti ſecũdũ B.vt diximus.ſ.eo.§.quo genere.Accur. ADDITIO. Tu dic,ꝙ quãuis actio realis nec obligationẽ,nec officiũ iudicis præſupponat:pſupponit tñ quandã æquitatẽ,ex qua datur actio:& illa æquitas nouat̃ per acceptilationẽ.Ang.

Actio realis poteſt in ſtipulationẽ deduci.

¶ PRAETEREA NOVATIONE. ¶ CASVS. Iã vidiſtis ꝙ duob⁹ modis tollitur obli.tollit̃ etiã tertio mõ.ſ.p nouationẽ volũtariã:veluti ſi illa decem q̃ debes Seio,Seius ſtipulat⁹ ſit ab aliquo alio quã à te:aĩo nouandi:quia tunc tollitur prima obligatio interuentu nouæ perſonæ:& noua naſcitur obligatio,prima obligatione translata in poſteriorem:adeò etiam ꝙ ſi non valeat noua obligatio,prima per ſecundã nihilominis tollit̃ veluti ſi à pupillo ſine tutoris authoritate fueris ſtipulatus illud quod tibi debebam.Omnino enim amittitur actio tua, eo quòd prima obligatio ſublata eſt:& ſic inutilis eſt actio quo ad effectum experiendi,eſt tamen aliqua ſcilicet naturalis.Sed pone,Suprà dictum eſt,quod ſi credi.ſtipulatus fuerit à pupillo id quod debitor pupilli ſibi debet:tollitur obligatio ipſius debitoris.Sed ſcire debes,quòd non idem iuris eſt,ſi creditor ſtipulatus eſt à ſeruo alicuius aĩo nouandi illud quod debitor ſibi debet.cũ enim ſecunda obligatio nulla ſit ipſo iure neq; naturali,neque ciuili:perinde remanet prior debitor obligatus,ac ſi nõ eſſet aliqua nouatio facta.verbi gratia. Vbi enim per ſecundam obligationẽ debet tolli prima:oportet ꝙ ſecũda ſit aliqua puta naturalis vel ciuilis.Item in ver. ſed ſi eadem.caſus eſt talis. Suprà dictũ eſt,ꝙ interuentu nouæ perſonę,noua naſcit̃ obligatio. ſed po.ꝙ ſtipulatus fuit à debitore meo ꝙ ex alia quacunq; cauſa quã ex ſtipulatione mihi debebat: dicetur ne in hoc caſu fieri nouatio:cũ in hoc caſu noua perſona non interuenerit? & rñ.ꝙ ſic,ſi aliquid noui interuenerit in ſecunda obligatione.i.in ſtipulatione iſta: veluti ſi cõditio,vel dies vel fideiuſſor obligationi adijciatur. Scire tñ debes,ꝙ ſi conditio in nouatione addita exiſtat: valet nouatio.ſi autẽ nõ exiſtat:nõ valet.& ſum⁹ in ver.ſed cũ.in quo dic. Suprà dictũ eſt,ꝙ nouatio fit interuentu nouę perſonæ,vel etiã eiuſdẽ dũmodo fiat per diei vel conditiõis adiectionem vel ſubiectionem.ſed ſcire debes ꝙ apud antiquos hoc verum erat,ꝙ his modis fiebat nouatio dũtamen animo nouandi fieret:& ita quàm ſæpe diuerſæ præſumptiones inducebantur, ad probandumquòd animo nouandi fieret.vnde ſuper hoc apud antiquos magna fuit altercatio. & propter hoc dicit dominus Iuſti.fecimus quandam conſtitutionem ad huiuſmodi altercationes tollendas:in qua cauetur:quòd tunc demum intelligatur fieri nouatio interuentu nouæ perſonæ,vel etiam eiuſdem perſonæ,(vt dictum eſt) qñ hoc expreſsè actum eſt inter contrahentes,quòd propter nouationẽ prioris obligatio hoc fiat.alioqui ſi hoc non fuerit expreſsè actũ,nõ intelligitur fieri nouatio interuentu nouæ perſonæ:ſed accidit ſecunda obligatio primæ,& manet vtraq; obligatio.Franc.

Nigidius * quod Numerius Nigidi⁹ Aulo Augerio ſpopõdit id haberet ne à ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Augerium rogauit: Aulus Augerius Numerio Nigidio acceptũ fecit.

*Itẽ ex diuerſo Numeri⁹ Nigidius ĩterrogauit Aulũ Augerium.Quicquid tibi hodierno die ꝑ Aquilianam ſtipulationem ſpopondi, id ne omne habes acceptum? Reſpondit Aul⁹ Augeri⁹, habeo,acceptumq́ue tuli.

¶ Interuentu nouæ perſonæ olim fiebat nouatio, etiam ſi à pupillo ſtipuler quod alius mihi debet,nõ autem à ſeruo. hodie verò non præſumitur nouatio niſi expreſsè hoc agatur.hoc dicit.Aretinus.

¶ Præterea † nouatione [m] † tollitur obligatio:veluti ſi id quod tibi Seius debebat,à Titio dari ſtipulat⁹ ſis. Nam interuentu nouæ [n] perſonæ noua naſcitur obligatio,& prima tollitur,translata in poſteriorem: adeò vt interdum licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit tamen prima nouationis iure tollatur,veluti ſi id quod tu Titio debes, à pupillo [o] ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit. Quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt [p]. Non [q] idem iuris eſt, ſi à ſeruo quis fue-

† Hic. §. reſpõdet ti. de noua. ff.

†Nouatio eſt prioris obligatiõis in aliã trãſmiſsio : vt prior perimat̃,& noua cõſtituatur.l.j.ff.de noua. Egi, Perrinus,

¶ Praeterea.] non ſolùm ſolutione vel acceptilatione: vt dictum eſt ſuprà.

m ¶ Novatione.] ſi fiat per ſtipulationẽ:& ſubiicit,ſiue per iudiciũ: vt ſi aliquis nomine meo iudicium ſuſcipiat animo nouandi,vt.ff.de ſolu.l.ſolutionem.&.ff.de in rem ver.l.ſi pro parte.&.ff.de verb.ob.l.ſcire debem⁹ in fi.j.reſpon.

n ¶ Novae persone.] etiã ſi hoc non agitur,vt fiat nouatio iure iſto: hodie contrà:vt.j.eo.§.ſed cùm.

o ¶ A pupillo.] qui naturaliter tenet̃:vt.ff.de nouationib.l.prima in fine. ſi eſt maior infante,aliàs nec naturaliter:vt.ff.de actionib.& obli.l. pupillus.

p ¶ Nulla est.] ſed nunquid reſtituitur creditor in priorem debitorem? Quidã dicunt,ꝙ ſic:vt.C.de repu.l.j.§.j,&.ff.de fideiu.l.Titius.§.huic, quæ eſt contrà.& quod hîc dicitur,res amittitur.ſ.iure cõmuni ſed non per reſtitutionem,vt dictum eſt.Alii vt Pla.dicũt hanc in impuberẽ:(quaſi ſtultè acceperit hîc creditor tam paruulũ) illam impuberẽ loqui.Vel verius,refert an minor iuuetur vt non teneatur,per beneficium reſtitutionis:& tũc etiam reſtituitur creditor in veterã debitorẽ:vt ibi.An verò non reſtituat̃, quia non eſt neceſſe:cùm tantùm naturaliter ſit obligatus [a]:vt.ff.de noua. l.j.in fi.& tunc non creditor reſtituitur,vt hîc:nec etiam tunc quando doli creditoris minor fuit obligatus:vt,ff.de fideiuſ.l.ſi Titius.§.fi.(Vnde † huic doloſo non ſuccurritur:quia fruſtra legis auxiliũ inuocat,qui committit in legem.ff.de mino.l.auxilium.in fin.&.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.& ad Velleianum,ſi decipiendi.) Quod etiam in muliere .diſtinguitur.nam reſtituitur in primũ debitorem actio ea ſubducta per Velleianũ:vt.C.ad Velleia. l.ſi mulier.niſi fuerit dolo inducta:vt.ff.ad Velleia.l.quidam.&.d.l.ſi Titi⁹. in fi.At ſecus eſſet,vbi nulla eſſet ſecunda obligatio: vt in ſeruo ſubijcitur: q nõ põt etiã naturaliter teneri fideiubẽdo vel intercedẽdo quoquo mõ:vt ff. de fideiuſſorib.l.ſeruus inſcio.&.l.ſequenti.Idẽ etiam in infante dicam, qui ſecundo ſe obligauerit.Nam cùm nulla ſit:non tollitur prima,cùm non habeat in quem tranſeat.Quidam tamen dixerunt naturaliter ſeruum teneri etiam fideiubendo: quod falſum eſt.nam nec aliter tenetur niſi naturaliter:cuius occaſione dominus tenetur de peculio.at hîc non tenetur:vt.ff.de peculio l.iii.§.ſi filius & facit ad hunc.§.ff.de fideiuſſorib.l.ſi titius.§. huic ſimilis.

a Et ita cõmuniter tenetur, niſi virtute talis naturalis obligationis ſolu.ſſet quia tũc cõtra ſolu. & contra obligat reſtitueret. Ang.

†Hęc clauſula vnde &c. vſque ad illam qđ etiam, non eſt Accurſij,E. Per, Seruus nõ poteſt obligari fideiubendo,

q ¶ Non idem.] ſed q̃ eſt rõ diuerſitatis inter hunc.§.& ſuperius rñſum?

Rñ:quia ibi ſaltẽ naturalis obligatio fuit hîc nulla in ſeruo:vt ibi dixim⁹.Itẽ hoc ideo,quia pupillus potuit obligari naturaliter,& ciuiliter cũ authoritate tutoris:& per eũ.ſ.creditorẽ ſtetit:quare ſibi imputet.Vñ prior actio tollitur & poſterior non manet.Seruus aũt nullius autho ritate põt obligari ciuiliter,ideoq; non imputatur.ſ.creditori.vñ etiã actio prior durat. ADDITIO. Dic ꝙ ſeruus non poteſt eſſe fideiuſſor alicuius,niſi ex cã peculiari:vt.l.iij.§.filiuſfamilias.ff.de pec.Ang.

a ❡ STIPVLATVS.] i. interrogatus. Stipulor enim.i.interrogo,ſecundũ Priſcianũ.ſic accipit.ff.de condi.inde.l. ſi nõ ſortẽ.§.ſi decẽ.

Stipulor ſignificat interrogo.

b ❡ NOVATIO FIT.] nota hîc tria iura circa nouationẽ.Antiqſſimũ, vbi etiam ſi nihil noui ĩteruenireт,fiebat tñ nouatio:vt.ff.de actioni.& oblig.l. obligationum ferè.§.ſi.Item nouum vbi nouatio præſumptiuè fiebat quoties noui quid interueniret: & ſemper intelligebatur hoc agi: vt hîc,&.ff.de noua.l. ij. Itẽ tertium, quãdo hoc expreſsim diceretᷓ vt. C. de noua.l.fi.Vel dic tantũ (& verius) duo eſſe. Primò fiebat ſi hoc agebatur expreſsè vel tacitè vt.ff.eod.de noua.l.ij & nouo iure(ſi id exprimatur:vt.j.§.proxi.& in. d. l.obligationum ferè)nouum interueniebat,ſcilicet ſtipulatio pœnalis: & facit ad hoc.ſ. qb.mo.teſt. infir.§.j.&.ff. de re iudi.l.iiij.§ ſi ex cõuẽtione.&.§.ſed & ſi pignora. ADDITIO. Et nota ꝙ caſus in qbus olim ex verbis expreſsis inſurgebat tacita cõiectura nouatiõis hodie nõ corriguntur:quia in illis fit nouatio ſaltẽ ope exceptionis.Ang.

Nouatio triplici iure fit.

rit ſtipulatus.nam tunc prior perinde obligatus manet,ac ſi poſteà null⁹ ſtipulatus [a] fuiſſet.Sed ſi eadẽ perſona ſit,a qua poſteà ſtipuleris:ita demũ nouatio [b] fit, ſi quid in poſteriori ſtipulatione noui ſit: fortè ſi conditio, aut dies,aut fideiuſſor adijciatur, aut detrahatur.¶ Quod [c] aũt diximus, ſi cõditio adijciatᷓ,nouationẽ fieri: ſic intelligi oportet,vt ita dicamus factã nouationẽ,ſi conditio extiterit: alioq ſi defecerit,durat prior obligatio.Sed quoniã hoc quidẽ inter veteres cõſtabat,tũc fieri nouationẽ,cũ nouandi [d] aĩo in ſecũdã obligationẽ itũ fuerat: ꝑ hoc autẽ dubium erat qñ nouãdi [e] aĩo videretᷓ hoc fieri:& quaſdã de hoc ꝓſumptiones alij in alijs caſibus introducebãt [f] :iõ noſtra proceſsit cõſtitutio [g],q̃ apertiſsimè definiuit,tũc ſolũ nouationem prioris obligationis fieri,quoties hoc ipſum inter cõtrahentes expreſſum fuerit,ꝙ ꝓpter nouationem prioris obligationis conuenerũt:alioqui & manere priſtinã obligationẽ,& ſecundã ei accedere [h],vt maneat ex vtraque cauſa obligatio ſecundũ noſtræ conſtitutiõis definitionẽ, quã licet ex ipſius lectione aperti⁹ cognoſcere.

❡ Contractus qui conſenſu contrahitur contrario conſenſu re nõ ſecuta diſſoluitur.Aretinus.

❡ Hoc amplius,eæ obligationes quę conſenſu [i] contrahuntur, contraria voluntate diſſoluũtur.Nã ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis,deinde re nõdum ſecuta, id eſt,neq; pretio [k] ſoluto, neque fundo tradito placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione: inuicẽ liberantur.Idem eſt in conductione & locatione,& in omnibus contractibus, qui ex cõſenſu deſcẽdũt: ſicut iã dictũ eſt [l].

c ❡ QVOD AVTEM.] facit.ff.de noua.l. quoties.

d ❡ CVM NOVANDI.] expreſsè,vel tacitè.

e ❡ QVANDO NOVANDI.] ſ.tacitè.

f ❡ INTRODVCEBANT.] & alij in alijs vt quia fortè aliquid noui in obligatione erat adiectum:vt.ſ.hoc.§.ver.ſed ſi eadem.

g ❡ CONSTITVTIO.] vt.C.de noua.l.fi.Accur.

h ❡ ACCEDERE.] fit tñ exacti. tãtũ ſemel de.e.vt.ff.de re.iu.l.bona fides.

❡ HOC AMPLIVS ¶ CASVS.Iã vidiſtis tres modos prin.tollẽdæ obligatiõis.quarto etiã mõ obligationes,q̃ cõſenſu naſcũtur,cõtrario cõſenſu tollũtur:veluti ſi cõuenerit inter me & Titiũ vt fundũ Tuſculanũ hab eã emptũ ꝑ.c.deinde nõdũ ꝑtio ſoluto, nec fundo tradito,placuerit inter nos,ꝙ ab emptiõe,& vẽditiõe diſcedatᷓ,inuicẽ liberamur:& ſic ꝑ cõtrariũ cõſenſum tollitur obligatio cõſenſu cõtracta.idẽ etiã intelligas in omnibus aliis cõtractibus ex cõſenſu deſcendẽtibus.h.d.vſq; ad fi.

i ❡ QVAE CONSENSV. †] ſ.ſolo.ſed q̃ ſunt hæ?Rñ enumerãt.ſ.de obli.ex cõſenſu.Itẽ in quibuſdã ex maleficio,vt nudo cõſenſu ẽt tollãtur ipſo iure vt iniuriarũ,itẽ furti:& ſimiles:vt.ff.de pact.l.ſi tibi.x.§.q̃dã actiões [a]. aliæ non ipſo iure tollũtur cõſenſu.ſ.pacto de non petẽdo, ſed per exceptionem:vt.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus. Accur.

† Obligationes quæ ſolo cõſenſu cõtrahũtur,ſolo diſſẽſſu ſoluũtur. l. nihil tam. ff. de regu.iu. E. Perrinus.

a Hoc verum intellige quo ad præiudiciũ partis: non fiſci vel rei pu. ſicut e. cõtra princeps faciendo gratiam malefactori,non tollit ius pœnę quæſitę parti. Ang.

k ❡ NEQVE PRETIO SOLVTO.] ſed qd ſi partẽ ꝑtii ſoluat?Rñ non eſt res integra,& ideo non ceditur nudo conſenſu:ſed ita demũ ſi hincinde facta ſit retrotraditio:vt.C.qñ liceat ab empt.diſ.l.j.&.ff.de pactis.l.ab emptione.& eſt ratio vtrobiq;,quia nihil eſt tã cõueniẽs naturali æquitati quã eodẽ genere quodq; diſſolui,quo ligatũ eſt:v t.ff.de reg.iur.l.nihil.

l ❡ DICTVM EST.] ſ.e.§.& no.ĩ fi.hui⁹ ti.xii.eſſe modos ꝑ quos tollitᷓ obligatio tã ciuilis quã naturalis ipſo iure,vt nullæ maneãt reliquię.Per ſolutionẽ:vt.ſ.eo.in prin.Itẽ per acceptilationẽ:vt.ſ.e.§.item per accptilationem. Item per nouationẽ volũtariã:vt.ſ.eo.§.præterea.&.ſ.proxi.§.Item per nouationẽ neceſſariam:vt per ſententiam & conteſtationẽ litis:vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi, & liberandi me:vt.ff.de noua.l. delegare.j.§.j.&.l.aliam Item per cõpenſationem:vt.j.de act.§.pe.& §.in bonæfidei.Itẽ per delegationẽ:vt. ff.de noua.l.delegare.j.j.rñ.Item per confuſionẽ debiti:vt.ff.de fideiuſ.l.ſi debitori creditor [b].Item per obligationem:cõſignationẽ,& depoſitionem:vt.C:de ſolu.l.obſignatiõe.& etiã ipſo iure:vt.ff.depoſiti.l.j.§:ſi pecunia:in fi.§.Item per interitum ſpeciei: vt. ff. de verbo.oblig.l.ſi ex legati.Item maleficio ſuo mora nõ præcedẽtẽ,vt per conſtitutionẽ.l.ſi quis in tantã.vel per edictũ diui Marci:vt.C.vnde vi.l. ſi quis in tãtã.&.ff.quod me.cau.l.extat.&.ff.ad.l.iul.de vi pri.l.pe. Itẽ nudo conſenſu qñque:vt in hoc.§.Itẽ nudo pacto:vt in maleficiis.Sed & alijs modis tolliᷓ,nõ vtraq; ſcilicet ciuilis & naturalis: ſed interdũ ciuilis tãtũ:& remanet naturalis:vt ꝑ ſententiam:vt.ff.de cõdi.inde.l. Iulian⁹ Itẽ remanet ciuilis, & tollitur naturalis vt per pactũ:& chirographi redditionẽ,& iuſiurãdũ: vt ff.de ſol.l. ſtichũ.§. naturalis.Ipſa etiam ciuilis ſic eliditur, vt non habeat vigorẽ:vt.j.de excep.§. pręterea.Item ſunt & alij modi quibus tollitur obligatio ꝑ exceptionẽ:quos habemus.j.de except. per totum.Accur.

b Intellige facta cõgruo loco & tempore & ſola ſufficit in iudicio.idem extra iudiciũ ſi res ſit immobilis: aliâs ſecus: quia requiritur cõſignatio & depoſitio. Ange.

Obligatio naturalis ſola quandoque tollitur.

† Sic. ff. de fur. E. Per.

FINIS TERTII LIBRI.

INSTITVTIONVM LIBER QVARTVS.



TITVLVS I. De obligationibus quæ ex delicto naſcũtur†.

❡ Omnis obligatio ex delicto, naſcitur ex re, id eſt ex maleficio. Aretinus.

CVm expoſitũ ſit libro ſuperiori de obliga-

❡ DE OBLIGATIONIBVS QVAE EX DELICTO NASCVNTVR. ¶ Hãc continua vt in prin.huius ti.continetur.Dictũ eſt. ſ. de obligatiõibus ex contractu,& ex quaſi cõtractu.Verũ quia eſt reperire obligationes q̃ ſunt ex delicto:& ex q̃ſi delicto iõ vidẽdũ eſt de ipſis.Sed quia obligationes ex delicto ſunt maiores & generaliores,ideo de ipſis prius videndum eſt.

Continuatio.

Diuiſio.

CVM STI]¶ Tot⁹ iſte ti.in nouẽ ꝑtes diuiditᷓ.Primò cõtinuat iſtũ librũ ad librũ ꝓcedẽtẽ.Secũdò ponit definitionẽ,alluſionẽ & diuiſionẽ furti:ibi Furtũ eſt cõtrectatio.Tertiò ponit duo genera furtorũ eorũ pœnã annectẽdo:ibi:Manifeſtũ eſt.Quartò in quibus reb⁹ fiat furtum, & qñ fur excuſetur:ibi,Furtũ autem fit.Quintò qñ quis ꝓſtat opem:ibi, interdũ furti.Sextò quando illi q ſunt in poteſtate alterius,dño vel patri furantur:ibi,Hi qui.Septimò cui competit actio furti:ibi,Furti autem actio.Octauò an impubes cõmittẽs furtũ teneatᷓ:ibi, In ſumma.Vltimò ponit,quæ ſit vera pœna furti manifeſti.¶ CASVS. Cũ igitur in ſuperioribus ſatis dictũ ſit,de obli.quæ ex contractu,vel quaſi contractu naſcuntur:nunc tractandũ eſt de oblig.quæ ex maleficio vel quaſi deſcendunt.Scire tñ debetis,ꝙ obligationes,quæ naſcuntur ex contractu, in quadruplici genere reperiuntur:vel in quatuor genera diuiduntur. obligationes tñ,quæ naſcuntur ex maleficio,in vno genere reperiuntur. ſemꝑ enim naſcuntur ex re ipſa.i.ab ipſo delicto perpetrato.veluti ex furto,aut dãno,aut iniuria.h.d.Sed ſuper.§.iſto dubitari põt ſuꝑ id quod dicit,ꝙ obligationes ex contractu,in quatuor genera diuiduntur:obligationes tñ quę ex maleficio naſcũtur ſunt vnius gñis.Et qa ſicut obligationes quæ ex contractu naſcuntur:aliqñ ex re,aliqñ ex verbis,aliqñ ex literis,aliquãdo ex cõſenſu naſcũtur:ſic obli.quæ ex maleficio oriuntur,aliqñ fiũt re,vt patet in furto:aliqñ verbis,vt patet in contumelia:aliqñ literis,vt patet in libello famoſo ad infamiã alicui⁹ cõpoſito:qd eſt ergo ꝙ dicit obli.ex maleficio eſſe vni⁹ generis magis quã obligationes ex conctratu Si dicas,ꝙ oẽs naſcunᷓ ex re ipſa.i.ex.maleficio ipſo:ſic ſimiliter & ex alia ꝑte,oẽs obligatiões ex cõtractu naſcũtur. Ad hoc dicas,ꝙ ex vno fonte naſcũtur obli.ex maleficio:ideo que omnes ſunt eiuſdem generis.vñ licet oẽs ſint odioſæ,& ſtricti iuri,& diuerſam habeant pœnã:ſecus tñ eſt in obli.q̃ naſcũtur ex cõtractu:quia diuerſam ſortiũtur naturã ſecũdũ diuerſam cõtractuũ qualitatẽ.Quædã enĩ ſunt obligationes bonæfidei:quædam ſtricti iuris.Item obligatio.quæ fiũt ex maleficio, ſtatim obligant maleficio commiſſo. ſic autem non eſt in obligationibus quæ naſcuntur ex contractu.Sed diceret aliquis: Nonne actio iuniuriæ diſsimulatione aboletur? quare ergo ipſo maleficio non videtur malefactor obligatus? Reſpond!. imò deberes contrarium concludere. ſi enim aboletur diſsimulatione,ergo nata fuit.h. d. Franciſcus.

tionibus ex contractu [a], & quaſi [b] ex contractu: ſequitur, vt de obligationibus ex maleficio, [c] & quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed illæ [d] quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur [e]. hæ [f] verò vnius generis ſunt. nam omnes ex re naſcuntur, id eſt ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria [g].

¶ Hic ponitur definitio & alluſio furti.

¶ Furtum [h] eſt contrectatio fraudulosa [i] lucri faciendi gratia, vel [k] ipſius rei [l], vel etiam vſus [m] eius, poſſeſſionis [n] vé: quod lege [o] naturali † prohibitum eſt admittere. Furtum autem vel à furuo, id eſt nigro dictũ eſt, ꝙ [p] clàm & obſcurè fit, & plerunque nocte: vel à fraude: vel à ferẽdo id eſt auferendo [q]: vel à Greco [r] ſermone, quo fures appellantur φῶρες Imò & Greci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

¶ Hîc ponuntur duo genera furtorum. Et fur dicitur manifeſtus, qui cũ furto inuentus eſt, vel in loco priuato, vel publico antequàm perueniat ad locum deſtinatum, pro reditu. & ex hoc facilè cognoſcitur fur non manifeſtus.

¶ Furtorum autem duo ſunt genera: manifeſtum, & nec manifeſtum.

¶ Nam conceptum & oblatum, ſpecies [s] potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: ſicut inferius apparebit [t]. ¶ Manifeſtus fur eſt, quẽ Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ † appellant: nec ſolùm is qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum factum ſit: veluti qui in domo † furtum fecit, & nondum egreſſus ianuã deprehenſus fuerit: & qui in olìueto, oliuarum: aut in vineto, vuarum furtum fecit, quamdiu in eo olìueto aut vineto deprehenſus fuerit. ¶ Imò vlterius furtum manifeſtum extendendum eſt, quamdiu eam rem fur tenẽs viſus, vel deprehenſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato, vel à domino, vel ab alio [v], antequàm eò peruenerit, quò deferre, vel deponere [x] deſtinaſſet. Sed ſi pertulit quò deſtinauit: tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec [y] manifeſtum furtũ quid ſit, ex ijs quæ diximus, intelligitur. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt.

¶ Actiones furti concepti, & furti oblati, & furti prohibiti, & furti non exhibiti, receſſerũt ab vſu. Et qui ſcienter rẽ furto ſubtractã recipit & occultat: tenetur furti non manifeſti. Aretinus.

¶ Cõceptũ furtũ dicitur, cùm apud

a ¶ Ex contractv.] vt. ſ. de obliga. ex contractu. vſque ad titu. de obliga. ex quaſi contractu.

b ¶ Qvasi ex contractv.] vt. ſ. de oblig. quæ ex quaſi cõtractu. Acc.

c ¶ Ex maleficio.] caue tibi: quia licet hîc promittat dicere de omnibus his[a], nõ tñ dicit in hoc tit. de ijs quæ ſunt ex quaſi maleficio: ſed dicet. ĩ. de obliga. ex quaſi maleficio. Nec etiã de omnibus quæ ex maleficio: ſed de ſolo furto agitur in hoc titu. ſicut & aliâs rubrica eſt generalior quàm ſit tex. vt. ff. ſi cer. peta. & de cer. con. & C. de reb. cre. & iureiu. Nã nõ dicit ibi de re. cre. ſed in ſequẽtibus ti. poſt illũ. *Additio.* Nota ꝙ nõ eſt inconueniẽs, ꝙ rubrica ſit aliquando generalior textu: de quo dic vt dictum eſt. ſ. in rubrica proœmij. Ang.

d ¶ Sed ille.] ſcilicet quæ ſunt ex cõtractu: nõ autẽ repetit eas quę ſunt ex quaſi contractu.

e ¶ Dividvntvr.] ſcilicet re, verbis, literis, & conſenſu: vt. ſ. de obliga. §. finali.

f ¶ Hae.] ſcilicet quæ ſunt ex maleficio, vel quaſi.

g ¶ Inivria.] ſed nonne ſit iniuria verbis & cõuicio: vt. ff. de iniurijs. l. j. §. iniuria. itẽ literis infamatorijs: vt. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. ſiquis librum. & ĩ. de iniur. §. j. Sed certè & tunc ex maleficio fit, & ſic re fit: ꝗa maleficium fit verbis vel literis: & ſic habet locũ quod hîc dicitur. Accur.

¶ Fvrtvm &c. ¶ Casvs. Quæſiui à legiſlatore quid eſſet furtũ, & quid rapina &c. Et ipſe primò ponit definitionem de furto: dicens, quòd furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. & exponit hoc nomẽ rei, di. ſiue ipſius rei, id eſt proprietatis, ſiue poſſeſſionis. & iſtud furtum communiter fuit prohibitum à lege diuina: ſcilicet per præceptum illud, Non furtum facies. h. d. Fran.

h ¶ Fvrtvm est contrectatio &c.] & facit extra de ele. c. dudum. ij. circa princi. in ver. & retinendo. & ibi glo. furtum. hæc † exigitur in furto: & ſine ea non fit furtum: licet voluntas vel alia verba, vel ſcriptura interueniat: vt. ff. eod. l. ſiquis vxori. §. ſiquis aſinum. & l. inficiando. in princip. & l. j. §. ſola. Quandoque tamen ſine contrectatione: vt in charta raſa: vt ff. e. de fur. l. qui tabulas. §. fi. & l. ſi quis vxori. §. ſiquis aſinum. Sed certè ibi contrectatio interceſſit: cùm generaliter contrectationem accipiamus: licet non fuerit ibi amotio. Accurſius.

i ¶ Fravdvlosa.] hoc ideo dicit, quia ſi credat ſibi licere, non facit furtum: vt. ĩ. tit. j. §. quia tamen. Item ſi credat dominum permiſſurumn, non facit furtum. ĩ. eo. §. placuit. In duobus tamen caſibus videtur furtum fieri etiã ſine fraude furandi: vt in eo qui ſaccum pecuniæ ſurripuit. Nam etiam ſacci nomine furti tenetur: licet ſaccum non propoſuerit furari, ſed pecuniam: vt. ff. e. l. qui ſaccum. Sed certè licet non principaliter, ſecundariò tamen voluit ſaccum ſurripere. Alius caſus eſt: vt. ff. de condi. cau. da. l. pe. §. ſed ſi tuus. in glo. fi. Item ſubaudi ad definitionem, quæ fit inuito domino: nam eo volente non poteſt committi furtum: vt. ĩ. e. §. placuit.

k ¶ Vel ipsivs.] ſcilicet rei, id eſt proprietatis ipſius rei.

l ¶ Rei.] ſubaudi mobilis. nam de immobili non poteſt fieri furtum: vt. ſ. de vſuſcã. §. quod autem. niſi in caſu: vt in creta. Sed certè iam illa eſt mobilis: vt. ff. eod. de fur. l. ſi cretæ. Item ſubaudi, corporalis. nam de incorporalibus non fit furtum: cùm nec contrectatio in his eſſe poſſit: vt. ff. de acquiren. re. do. l. ſeruus. §. incorporales. Item ſubaudi, alienæ: quia rei meæ non facio furtum, in eo quod eſt meum. ſed ſecus in communi: vt. ff. eo. l. ſi ſocius[b]. Idẽ & ſi eſt nullius. vt hæreditariæ rei non fit furtum: vt. ff. eo. l. hæreditariæ. & ideo dixi ſubaudiri, alienæ.

m ¶ Vsvs.] vt habes exemplum. ĩ. e. ti. §. furtum autẽ fit. Sed qualiter quadruplicatur hîc? Reſpon. vſus æſtimatio tantùm quadruplicabitur, vt non plus extendatur pæna quàm delictum: vt. C. de pœ. l. ſancimus. in fi. & facit. ff. eo. l. vulgaris. in fine. & l. ſiquid fur. j. reſpon. §. j. & §. ij. & l. verum eſt. Alij dicunt etiam ipſam proprietatem debere æſtimari: quia non poteſt ſeparari vſus à proprietate: vt. ff. eod. l. qui iumenta. & l. ſi vendidero. §. cùm autem. Prima tamen verior eſt: vt nota. in. l. ij. C. de ſer. fugiti. *Additio.* Dic primam opinio. quòd vſus tantùm quadrupletur, tenet gloſſ. in. l. ij. C. de ſer. fugi. & ibi Cyn. & docto. in gloſſ. in. l. qui furtum. ff. de condi. fur. & iſtam opi. ſequitur Bar. in dicta. l. qui iumenta. ff. eodem. Angelus.

n ¶ Possessionis.] ex hoc dico ipſam poſſeſſionẽ duplicari, cùm aliud ſit pretium rei, aliud poſſeſſionis: vt. ff. vti poſ. l. ſi duo. §. fi. & ſubaudi quòd hoc fecerit animo lucrandi: aliâs non eſt furtum: vt. ff. eo. l. j. §. j. Accurſius.

o ¶ Lege natvrali.] id eſt diuina. vnde illud, non facies furtum &c. Itẽ illud, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

p ¶ Qvod.] id eſt quia.

q ¶ Avferendo.] ꝗa fur aufert.

r ¶ A Graeco †.] phor. græcè, dicitur fur latinè. & phoras id eſt fures. & epautophoro. id eſt manifeſtus fur. ſ. qui cum re deprehẽdit. & eſt indeclinabile. nã apud Græcos aduerbium eſt, aliâs dicĩt autophoros.

¶ Fvrtorvm avtem &c. ¶ Casvs. Satis. ſ. dictum eſt quid eſt furtũ, & vnde dicatur: modò dicendũ eſt, quot ſunt genera furtorũ: & dicitur ꝙ duo: ꝗa furtũ aut eſt manifeſtũ, aut non manifeſtũ. Imò diceret aliquis, quòd quatuor ſunt genera furtorum. Aliud eſt manifeſtum: aliud non manifeſtum: aliud cõceptũ: & aliud oblatum. Et reſpon. quòd nõ eſt ita: quia cõceptum & oblatum ponunt ſpecies potius, quàm genera. Et dubitatur ſuper hoc quod in iſto. §. dicitur, quòd ſi extraneus viderit furẽ, rem meã furtiuè aſportantem, quòd propter viſionem extranei, fur ille dicitur manifeſtus: & ita actione furti manifeſti tenetur mihi ad quadruplũ: & ita viſione extranei mihi acquiritur act. quod eſt contra illud generale: per liberã perſonam nihil nobis acquiri. Ad hoc dicunt quidam, quòd hoc eſt ſpeciale, in odium furti: ſicut & in odium furis hoc introductum eſt, quòd aliquis teneatur act. furti perpetuò: tamen aliæ prætoriæ actiones pœnales ſunt annales. Alij dicunt, quòd in iſto caſu mihi acquiritur act. non per liberam perſonam: ſed ex delicto furis mihi acquiritur, cùm exinde vtatur. hoc dicit Franci.

s ¶ Species.] id eſt caſus. Accur.

t ¶ Apparebit.] vt. ĩ. e. §. conceptum. & §. oblatum. Accur.

v ¶ Ab alio.] per hoc videtur infringi regula per liberam perſonam nihil acquiri: vt. C. per quas perſo. no. acqui. l. j. quod falſum eſt: quia magis ex delicto ſuo proprio quàm alterius facto hoc euenit: vt. ff. de vſuris. l. ſiquis ſolutioni. §. fi. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere. Et ſunt hæc vera, niſi in caſu: ſcilicet cùm ſe occultauit ille cui fiebat. Nam licet fur viſus fuerit, tamẽ eſt fur non manifeſtus: vt. ff. de fur. l. ſiquis in ſeruitute. §. cæterum. Accur.

x ¶ Deponere destinasset.] intantum ſecundum Hugo. vt ſi vltra montes perferre deſtinaſſet: tamen ſi deprehendatur antè, erit fur manifeſtus.

y ¶ Nec manifestvm.] ſcilicet quia contrariorum eadem eſt diſciplina: vt. ſ. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. j. & facit ad hunc. §. ff. e. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

¶ Conceptvm fvrtvm &c. ¶ Casvs. Dixi Iuſt. Dñe, ſatis vidi quid eſt furtum manifeſtum: & ex conſequenti, quid eſt furtum non manifeſtum. ſed intellixi à vobis, fieri mentionem de furto concepto & oblato. vnde quæro: Domine, quid eſt furtum conceptum? Et dicit Impe. Frater: hodie furtum conceptũ non eſt in vſu: olim tamen erat talis eius natura, quòd ſi aliquis credebat rem furtiuam in domo alicuius eſſe, ad eã cũ magna pompa conueniebat: & ſi dominus domus eam reſtituere nolebat: quanquam non eſſet fur, dabatur tamen domino rei contra eum actio furti concepti. Olim quoque erat alia ſpecies furti, quæ vocabatur oblatum: & habebat olim locum actio furti oblati in tali caſu. Pone ſic. Quidam erat amicus meus ſpecialis: & penes eum erat res furtiua depoſita. Ipſe autem videns, quòd res furtiua cum magna diligentia quærebatur, plus diligẽs ſuam honeſtatem, quàm meam, penes me rem illam furtiuam depoſuit. deinde fuit res illa furtiua penes me inuenta. vnde teneor ego actione furti concepti: & ille qui penes me rem illam depoſuit, tenetur mihi act. furti oblati, ad reſarciendum quicquid illis ſoluero conuentus act. furti concepti. Fuit etiã olim quædam actio, quæ vocabatur actio furti prohibiti: quæ dabatur contra eum qui me quærere prohibuit, teſtibus præſentibus rem furtiuã, quam

a Dic ꝙ iſta gl. non fuit neceſſaria: quia Imperator nõ dicit, ꝙ in iſto tit. ſit de omnib⁹ maleficijs tractaturus ſed in iſto libro. Ang.

† Furtum prohibitũ eſt iure naturali, vt hîc, & l. j. ff. eodem Iuſtinus li. & Nullum crimẽ apud Scythas furto graui⁹, ꝗ iure naturali tantũ vtebãtur, idem dicitur iure diuĩo. Exo. ij. Non furtum facies. & Leuiti. 19. & Deuteron. 5 & Exod. 21. Qui furat⁹ fuerit hominẽ, & vendiderit morte moriat. vide gl. in. l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. Eg. Per.

† Hîc incipit glo. Accurſij: quod precedit nõ eſt ipſius. Egi. Perri.

b Dic tamẽ quòd licet ſocius poſſit committere furtum: tamen non præſumitur: vt. l. merito. ff. pro ſoc. qđ eſt verũ qñ ſocius vtitur ad eum vſũ ad quẽ eſt deſtinata: vt. l. Sabinus. & l. ſi ædes ff. cõmuni diui. ſecus ſi aliter vteretur: ita ꝙ aufertur ſocio cõmoditas partis ſuæ: vt d. l. Sabinus. ita dixit Bart. in d. l. ſi ſocius: Ang. Furari non poſſum rẽ immobilẽ incorporalẽ & meã.

† κλέπτην φανερὸν legit hic Andreas Alci. lib. prætermiſ. ij. ti. de furtis.

† Hæc gl. nõ eſt Acc.

† Duo faciunt furtũ manifeſtũ: loc⁹ in quo furtũ commiſit, & apprehenſio ſeu clamor antequàm peruenerit ad locum deſtinatũ. Egi. Perri.

Libera perſona alij non acquirit.

Diſciplina eadẽ eſt cõtrariorum.

in domo ſua eſſe dicebã,& adhuc ex edicto prætoris fuit inſtituta act. furti non exhibiti aduerſus eum,qui rem furtiuam quæſitam & penes eum inuentam non exhibuit.ſed omnes iſtæ actiones videlicet furti concepti,oblati,prohibiti,non exhibiti,quæ propter inquiſitionem rei furtiuæ olim erant adinuentæ, hodie in deſuetudinem abierunt: quippe cùm hodie requiſitio rei furtiuæ locum non habeat, eo quòd hodie omnes qui rem furtiuã ſic receperint, & occultauerint, furti non manifeſti teneantur. Itẽ quæſiui à Iuſti.quę eſſet pœna furti manifeſti? Reſpõ.Iuſti.quòd pœna furti manifeſti eſt quadruplum:non manifeſti autem duplum.Franciſ.

a ¶ Testibvs praesentibvs[a].] Nota ꝙ magis dicitur notus ille qui præſentibus teſtibus in delicto deprehenditur.facit. l. hæredes palã.in prin.ff.de teſtibus. Angelus.

a Iſta glo. non eſt Accurſij.

b ¶ Constitvta est.] ſcilicet.olim. Accurſius.

c ¶ Non fiat.] imò fit:vt.ff.de ſer.fugi.l.j.§. hoc autẽ.ſed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui.

d ¶ Ex conseqventia.] hæc non eſt ſemper bona conſequentia, vt ſublata ſolennitate, ideo id tollatur quod cũ ſolẽnitate fit:vt.ſ.de ver. oblig.§.ſed hæc.&.C. de formulis et impe.ſub.l. j.&.ij.Accur.

e ¶ Poena manifesti.] quæ eſt de iure prætorio: vt.j.de perpe. & tempo.act.§. j. Accur.

f ¶ Ex servi.] hoc tamẽ caſu ſeruus pro noxa dari poterit.vt.j.de nox. ac.in prin.

Prętor plus punit, quã lex.xij. tabularum.

g ¶ Nec manifesti.] ſcilicet quæ deſcendit ex lege.xij.tab.vt j.de noxa.§.ſunt autem. Sed quare minor pœna iure.l.xij.tab.imponitur, quàm per prætorẽ? Reſpon.quia maius delictũ eſt.vt.j.ti.proxi.in princ. præterea tempore. l. xij. tab. pauperiores erant homines: vnde minores pœnæ imponebantur:vt j.de iniur.§. pœna. Acc.

† Sic Lucę 19. Si aliquẽ defraudaui, quadruplũ reddo. Et Exod. 22. Si quis furatus ſit bouẽ aut ouem, quinque boues pro vno,& quatuor oues pro vna reſtituet; ſi non habuerit quod ꝓ furto reddat, ipſe venundabitur. & nota ꝙ pro furto quęſitis nõ debet fieri eleemoſyna, exẽplo Zachęi, ſed potius reddi domino cũ quadruplo:vt.c. fi. xiij.q.v. E. Perrinus.

h ¶ Dvpli.] niſi in caſu:vt.C.de ſeruis fugiti.l. mancipia.Accurſius.

¶ FVRTVM AVTEM FIT &c. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſti. qualiter fieret furtum.Reſpon.dicens,quòd non ſolùm fit furtum quando animo intercipiendi, id eſt intrandi proprietatem aliquis quippiam amouerit:ſed etiam cùm aliquis rẽ inuito domino cõtrectat.vnde ſi creditor pignore vtatur,vel depoſitarius re depoſita penes ipſum:vel res quæ ad vnũ vſum cõceditur,in aliũ trãsferatur,quàm cuius gratia data eſt:omnibus his caſibus furtũ fit.Vnde ſcire debes,ꝙ illi qui habẽt rem ſibi ad vnum vſum cõmodatã:ſi in aliũ vſum conuertant,ita demũ furtũ cõmittunt, ſi ſe intelligant inuito domino hoc facere.Sed pone:quid ſi non credant ſe inuito domino hoc facere,ſed dominus hoc ratum habeat: fit ne furtum in hoc caſu? Reſpon.quòd non.Vnde ad hoc,quòd commodatarius conuertẽs rem ſibi commodatam in alium vſum, quàm in eũ ad quẽ cõmodata erat, furtum faciat,duo exiguntur:videlicet ꝙ credat ſe inuito domino hoc facere,& credat eum non permiſſurum.hoc dicit vſque ad.§.ſed & ſi.Franciſcus.

i ¶ Invito domino.] & quandoque volente:vt.infrà eodem.§.vnde illud.Accurſius.

k ¶ Gestandi cavsa.] id eſt ducendi. ADDITIO. No.contra illos qui accipiunt in commodatum equum,vſque ad villam: & poſteà ducunt eum Bononiam:quia furtum committunt.Ange.

l ¶ Perdvxisset.] idem eſt & ſi alij commodauit.ſpecies enim furti eſt de alieno largiri:vt.ff.eo.l.ſi pignore.§.j.

Furtũ facit, qui de alieno largitur.

† Hoc non eſt Accur. Egi. Perri.

aliquẽ teſtibus præſentibus[a] furtiua res quæſita,& inuenta ſit. nam in eũ propria actio cõſtituta[b] eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. ¶ Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit,eaque apud te cõcepta ſit:vtique ſi ea mẽte tibi data fuerit,vt apud te potius,quã apud eum qui dederit, conciperetur. nam tibi apud quem cõcepta ſit,propria aduerſus eũ qui obtulit,quamuis fur non ſit,cõſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati.¶ Eſt etiam prohibiti furti actio, aduerſus eum qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit. ¶ Prætereà pœna cõſtituitur edicto prætoris,per actionem furti non exhibiti, aduerſus qui furtiuam rem apud ſe quæſitam, & inuentã nõ exhibuit.¶ Sed hæ actiones,ſcilicet concepti,& oblati, & furti prohibiti,necnon furti non exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Cùm enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundum veterem obſeruationem nõ fiat[c],meritò ex conſequentia[d] etiam præfatæ actiones ab vſu communi receſſerunt: cùm manifeſtum ſit, quòd omnes qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt. ¶ Pœna[e] manifeſti furti,quadrupli† eſt,tã ex ſerui[f],quàm ex liberi perſona.nec manifeſti[g],dupli[h].

¶Contrectatio rei alienæ inuito domino,furti actionem parit, hoc dicit.Aret.

¶Furtum autem fit, nõ ſolùm cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet:ſed generaliter,cùm quis alienã rem inuito[i] domino contrectat. Itaque ſiue creditor pignore, ſiue is apud quem res depoſita eſt, ea re vtatur:ſiue is qui rem vtendam accepit, in alium vſum eam transferat,quám cuius gratia ei data eſt, furtum committit: veluti ſiquis argentum vtendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam inuitaturus,& id peregrè ſecum tulerit:aut ſi quis equum geſtandi[k] cauſa commodatum ſibi, longius aliquò duxerit: quod veteres ſcripſerũt de eo,qui in aciẽ equũ perduxiſſet[l].

¶Contrectans rem quã contrectare credit, probabiliter domini voluntate, furti non tenetur.

¶Placuit tamen eos,qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere,ſi ſe intelligant[m] id inuito domino facere:eumq́ue, ſi intellexiſſet, nõ permiſſurum[n]. at ſi permiſſurũ credant,extra crimen videri, optima ſanè diſtinctione:quia furtum ſine affectu furandi non committitur[o].

¶Contrectans rem domini voluntate,licet credat dominum inuitum:furti non tenetur:niſi in vno caſu ſcilicet in corrumpente ſeruum alienum.Aretinus.

¶ Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem commodatam ſibi contrectare, domino autem volente id fiat:dicitur furtum[p] nõ fieri.¶ Vnde illud quæſitum eſt,cùm Titius ſeruũ Mæuij ſolicitauerit, vt quaſdam res domino[q] ſurriperet, & ad eum[r] perferret:& ſeruus id ad Mæuium pertulerit[s]: Mæuius autem dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere,permiſerit ſeruo quaſdam res ad eum perferre: vtrum furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et quũ nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentum ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſerui corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodo:Nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem[t] ſancimus, non ſolùm

m ¶ Intelligant.] & eſt ratio:quia voluntas diſtinguit maleficia, vt.ff. eo.l.qui iniuriæ.in fi.j.reſpon.& facit.C.ad.l.cor.de ſic.l.j.&.ff.ſi cer. peta.l. quod te†.patet in cap.cum voluntate.extrà de ſen.excommu.

n ¶ Permissvrvm.] quid ſi hoc credidit,ſcilicet dñm permiſſurũ:ſed ſtultè credebat? Rñ.furti nõ tenetur:cùm nõ fiat furtũ abſque affectu:vt hîc ſubiicit, &.ſ. de vſuſcap. §.item ſi is.& facit.ff. de furtis.l.inter omnes.§. rectè.Sed actione ex eo cõtractu, vt cõmodati vel ſimili, bene tenetur: vt ff.e.l.qui re ſibi commodata. Sed ſecus ſi ſtultè opinor te permiſſurum rem tuã acciperes vt.ff. de fur.l.qui vas. §. vetare. Accur. ADDITIO. Quid autem in filiofamiliâs, vxore, viro,vel monacho corruptis: an habeat locũ pœna iſtius.§.dic vt per Angelum.hîc.

o ¶ Non committitvr.] niſi in duobus caſibus:vt dixi.ſ.eod.§.j. Accurſius.

¶ SED ET SI. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt, quòd furtum nõ fit niſi cõtrectatione rei alienæ, & domino inuito. & ita neceſſe eſt,ꝙ duo cõcurrant, ſcilicet ꝙ cõtrectãs credat ſe inuito domino cõtrectare:& ꝙ domino inuitõ cõtrectet. & quia ita eſt:ideo quęritur vtrũ verum eſſet furtum cõmiſſum in tali caſu:Titius acceſsit ad ſeruum meũ,& eũ ſolicitauit hoc modo:Domine ſerue nequam,vade furare domino tuo res iſtas, & cũ eis venias ad me ad caſtrũ meũ:& ego bene defendam te cõtra dominum tuũ.Seruus autem ille acceſsit ad me dominum ſuum, & intimauit mihi omnia hæc.Ego autẽ volẽs Titiũ in furto deprehendere, dixi illi ſeruo meo:Serue bone, & fidelis,ſuper multa te conſtituã.vnde volo, ꝙ res illas capias & fugias ad Titium ſolicitatorẽ.Seruus autem ille de volũtate mea res illas detulit ad Titium. venio poſteà, & res meas furtiuas ſeu furatas ſimul cum ſeruo meo inuenio apud Titium.facio eum in iudicium conueniri, & intento contra eum tam actionem furti,quàm ſerui corrupti.Ex aduerſo aduocati Titij ipſum viriliter defendentes,dicunt ſe paratos eſſe oſtẽdere,quòd neutra iſtarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas.Actione enim ſerui corrupti nõ tenetur,dicũt ipſi : quia ſeruus non eſt corruptus: quia non habet res illas me inuito:ſed magis me volente:& iuſſu meo fuerunt ſibi deportatæ.Super iſta quæſtione olim fuit magna dubitatio:conſtitutio tamen domini Iuſti.ſtatuit ꝙ teneatur actionibus ambabus:quia quantum in eo fuit,ipſe res illas inuito domino cõtrectauit & etiam ſeruum corrupit.Et propter hoc ſtatuit Iuſti.quòd prædictis duabus actionibus teneatur:vt auferatur occaſio delinquendi:ne fortè ſi in caſu iſto impunitus remaneret: ex huius impunitate alij tentarent ſeruos alienos corrumpere, qui de facili poſſent corrumpi, quanquam iſte bonus non fuit corruptus.hoc dicit,& litera plana eſt vſque ad.§. interdum quoque furti.Franciſcus.

p ¶ Fvrtvm.] vt furti actio naſcatur:furtum tamen fit, ſecundum quoſdam.Sed certè imò nec furtum fit:vt.ff.e.l.inter omnes.§.penul.

q ¶ Domino.] ſcilicet Męuio.Accurſius.

r ¶ Et ad evm.] ſcilicet Titium.

s ¶ Pertvlerit.] id eſt domino hoc renũciauerit:vt.C.de furtis.l.ſiquis ſeruo alieno perſuaſerit.

t ¶ Decisionem.] vt.C.de fur & ſer.corru.l.ſiqs ſeruo alieno ꝑſuaſerit.

Furti.

furti actionem[a], ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licet[b] enim is ſeruus deterior à ſolicitatore minimè factus ſit, & ideo non concurrant regulæ[c], quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem[d] probitatis ſerui introductũ eſt, vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquã ſi re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate[e] & in alium ſeruum, qui facilè poſsit corrũpi, tale facinus à quibuſdam[f] perpetretur.

¶ In filijs in poteſtate, poteſt etiam furtum committi. hoc dicit. Areti.

¶ Interdum etiam liberorum hominum furtum fit[g]: veluti ſiquis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſurreptus fuerit.

¶ Debitor qui ſurripit rem pignoratam creditori, furti tenetur.

¶ Aliquando autem, etiã ſuæ rei furtum quis committit, veluti ſi debitor rem quam creditori pignoris cauſa dederit, ſubtraxerit[h].

¶ Non ſolùm principalis furtum cõmittit, ſed etiã opẽ præſtãs furti tenetur. Sed qui per laſciuiam, nõ vt furtum fiat, furto præſtat opem, non obligatur furti. Areti.

¶ Interdum quoq; † furti tenetur[i], qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is, cuius ope, & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi nummos excuſsit, vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius[k] rem tuã exciperet: aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres ſcripſerũt de eo, qui panno rubro fugauit armẽtum. Sed ſiquid eorum per laſciuiam[l], & non data opera, vt furtum admitteretur, factum eſt: in factum[m] actio dari debet. At vbi[n] ope Mæuij Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. ¶ Ope † & cõſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit[o], aut ipſas feneſtras, vel oſtium effringit, vt alius furtũ faceret: quive ferramenta ad effringẽdum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciẽs cuius rei gratia commodaret. ¶ Certè qui nullam opem ad furtum faciendũ adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti[p].

¶ Filius & ſeruus ſurripiẽdo patri, vel domino furtum committunt, & res efficitur furtiua: licet actio furti non naſcatur: qui tamen opem, vel conſilium dederit, tenetur furti.

¶ Ii qui in parentum vel dominorũ poteſtate ſunt, ſi rem eis ſurripiant, furtum quidem faciunt, & res in furtiuã cauſam cadit (nec ob id[q] ab vllo vſucapi poteſt, antequàm in domini poteſtatem reuertatur) ſed furti actio non naſcitur[r]: quia nec ex alia vlla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si verò † ope, & conſilio alterius furtũ factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum eſt, ope, & conſilio eius furtum factum eſſe.

¶ Actio furti competit illi, cuius intereſt furtum factum non eſſe. Aretinus.

¶ Furti autem actio ei cõpetit, cuius

a ¶ FVRTI ACTIONEM.] ſpeciale eſt quod hîc dicitur: aliâs non fit furtũ volenti: vt. ſ. proxi. §. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. de eo. in fin. quæ eſt contrà. Sed videtur quòd nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale: vt. C. de ſer. fugiti. l. quicunque. §. fina. Sed ibi incœpit malitia à domino: hîc autem ab ipſo corrumpente. Accurſius.

b ¶ LICET.] ideſt quãuis. Accurſius.

c ¶ REGVLAE.] quas regulas habemus. ff. de ſeruo corrup. l. j. in prin. & per totum titu.

d ¶ PERNICIEM.] id eſt deſtructionem.

e ¶ IMPVNITATE.] ſic j. tit. j. §. ſed ne dum talia.

f ¶ QVIBVSDAM.] itẽ & vt vnius pœna ſit metus multorũ: vt. C. ad. l. iul. repe. l. j. Et nota in hoc. §. puniri affectum, & ſi non ſequatur effectus †. ſic. C. de epiſ. & cle. l. ſiquis non dicã. & C. de his qui ad eccle. cõfu. l. præſenti. Arg. contra ff. de pœnis. l. cogitationis. Sed certè hæc cogitatio iam deuenerat ad aliquem actum: vnde non erat nuda. Accurſius.

ADDITIO. Tu dic circa iſtam materiã, quòd aut quis nõ cogitat delinquere: nec agit, nec perficit: & regulariter nõ tenetur. fallit in caſu. l. quiſquis. C. ad. l. iul. ma. & l. ij. C. de lib. & eo. li. aut cogitat tantùm: & iure poli punitur, nõ fori. Aut cogitat & agit, ſed non perficit: & tunc ciuilis actio non datur: niſi delictũ de facili tranſeat in exemplum: vt hîc. In criminali autem diſtingue: quia pro delicto acceſſorio, puta quia fregit oſtium, vel feneſtras, punitur: nõ pro principali, niſi ꝓceſſerit ad actũ proximum ipſi delicto. quod ex facti impedimẽto nõ perfecerit. Aut egit & perfecit, ſed non cogitauit: & tunc ſiue culpa id euenerit, ſiue caſu: ſemper tenetur: dummodo culpa præceſſerit caſum: mitius tamen punitur, quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quando autem agit, cogitat, & perficit: clarum eſt ipſum fore puniendum: nec eſt locus pœnitentiæ. l. qui ea mente. ff. e. fallit in. l. ij. ff. de crimi. ſtellio. Angelus.

g ¶ FVRTVM FIT.] non ratione dominij, ſed maleficij: & ideo ex hoc maleficio non ciuiliter, ſed criminaliter agitur. Nam cùm ſit liberum corpus, non recipit æſtimationem: vt. j. de obli. quæ ex quaſi delic. §. ob hominem. criminaliter autem extra ordinem ageretur: vt. ff. e. l. fi. & de priua. deli. l. fi. mater verò non agit, ſed & pater non agit condictione furtiua: cùm ipſa ad poſſeſsionem, vel proprietatem competat: quorum neutrum in filio habet locum: vt. ff. e. l. eum qui. §. an pater. verſi. ſi filius. & l. mater. in princ. & §. liberorum. & ff. de ac. poſ. l. cum hæredes. §. fi. & ff. de rei ven. l. j. §. per hanc.

ADDITIO. Iſtam glo. reprobant doc. quia imò ciuiliter agitur, & duplicantur operæ, vel dãna quæ pater ſuſtinuit: qui licet nõ propriè, largo tamen modo habet in filium dominium & poſſeſsionem: quod patet, quia habet rei ven. de iure Romano: vt. l. j. §. j. ff. de rei ven. Accurſius.

h ¶ SVBTRAXERIT] ſed hæc res non efficitur furtiua: vt. ff. de vſuſca. l. ſequitur. §. ſi rem. & ff. pro empt. l. ſi rem. Vnde dic, quòd quandoque eſt res furtiua, & fit furtum, & naſcitur actio furti: vt ferè in toto hoc titu. & ff. eodem & C. eo. Interdum nullum eorum eſt: vt ſi re mea vtar. Interdum furtum fit & res furtiua, ſed actio furti non naſcitur: vt. j. eo. §. hi qui. Interdum furtum fit, & actio naſcitur, ſed non fit res furtiua: vt hîc dicitur.

¶ INTERDVM QVOQVE FVRTI ¶ CASVS. Scire debes, quòd quandoque tenetur ille qui furtum non facit: & hoc reperitur in illo cuius ope, & conſilio furtum factum eſt: cuiuſmodi eſt ille, qui de manu tua pecuniam, ſeu nummos excuſſerit, vt ab alio ſurriperentur: & etiam qui tibi volenti euadere reſiſtit, vt alius res tuas raperet: necnon & ille, qui pãno rubro, vel aliquo alio modo oues vel boues fugauerit, vt alius abigẽs eas ſurriperet. Et hoc verum eſt ſi hoc eo animo fecerit, vt alius eas ſurriperet. ſi enim per laſciuiam hoc fecerit, & non vt ab aliquo alio ſurriperentur, tunc non tenetur act. fur. ſed. l. Aquil. Cùm autem ope vnius, alter fur. fecerit, ambo act. fur. tenentur. Et caue tibi, quòd bene ſcias literam, & naturã diſtinguere: quia quod iam dictum eſt, quòd ille cuius ope fit fur. tenetur act. fur. intellige de eo qui opem expreſſam præbuit: ſicut ſi aliquis furtum volentem facere, ſciens quid ipſe facturus eſſet, accommodauit ſcalas, vt feneſtram aſcẽdat, & frangat. nam aliter vult litera ſequens, ſcilicet quòd ille qui præbet cõſilium tantùm faciẽti furtum, act. fur. non teneatur: veluti ſi aliquis ſolum conſilium dederit alicui facienti furtum: quia tunc act. fur. non tenebitur. h. d. Et ita habes in hoc. §. tres caſus. vnus eſt, quando aliquis opem, vel conſilium expreſſum præbuit furtum facienti. ſecundus quando opẽ, vel conſilium tacitum. tertius quando ſolum conſilium, & non opem. In primis duobus caſibus tenetur act. fur. in tertio. non tenetur. h. d. Franciſ.

i ¶ FVRTI TENETVR.] nõ manifeſti: licet etiam deprehendatur: vt. ff. e. l. is qui.

k ¶ ALIVS. facit ad hoc ff. ad legẽ Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſiquis de manu mihi. & ff. eo. l. furti. §. penul. & l. qui ſeruo.

l ¶ PER laſciuiam[a].] id eſt ſtultitiam.

m ¶ IN FACTVM.] id eſt vtilis legis Aquiliæ, ſi corpora læſa ſint: alioqui ſubſidiaria: vt. j. ad. l. aquil. §. fi. & §. penulti.

n ¶ AT VBI.] aduerſatur proximo dicto vbi dixit dari in factum.

o ¶ SVPPONIT.] Nota hîc dari conſilium ſolo facto. aliâs dicitur conſilium hominis intentio, vel propoſitum: vt. ff. e. l. ſi quid fur. §. j. Item dicitur cõſilium quod alij datur bonum vel malũ: vt. ff. eo. l. in furti. §. pe. in fin. Item conſilium dicitur, quod capitur à multis: vt. C. de leg. & conſti. l. humanum.

p ¶ NON TENETVR FVRTI.] cùm aliâs eſſet facturus furtum etiam ſine conſilio huius: aliâs, id eſt ſi non erat aliâs facturus tenetur vterque. ff. de fur. l. qui ſeruo. & de ver. ſig. l. ſæpe[b]. Aliud videtur in actione ſerui corrupti: vbi tenetur etiã ſi aliâs eſſet facturus. nec enim oportet laudando augeri malitiã: vt. j. ad. l. Aquil. §. cæterũ. & j. de act. §. in quadruplum. & ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. Sed quæ eſt ratio? R̃n. quia hîc agitur de delicto ſecuto poſt perſuaſionẽ: nõ autẽ ex ipſa perſuaſione. Et ideo diſtinguitur, an erat aliâs facturus, vel nõ: ſed in alijs caſibus ex ipſa perſuaſione agitur, quicquid poſteà ſequatur: vt. ſ. e. §. vnde illud. dummodo non ex interuallo nimio ſequatur: vt. ff. de ſer. cor. l. in hoc. & l. Neratius. Item eſt contra. j. de iniur. §. non ſolum. Sed ibi non erat aliâs facturus & fecit.

¶ II QVI IN &c. ¶ CASVS. Meus filius vel ſeruus meus codicem meum mihi ſurripuit: nunquid poſſum contrà eum agere act. furti? Reſpon. quòd non. res tamen ipſa in furtiuam cauſam deuenit: vnde nec vſucapi poteſt antequam in domini poteſtatem reuertatur. Si tamen aliquis filio meo, vel ſeruo mihi furtum facienti ipſe conſilium, & opem dederit: tenebitur actione furti. Fran.

q ¶ NEC OB ID.] quod verum eſt, ſcilicet rem furtiuam non poſſe vſucapi, niſi fuerit lis æſtimata: vel dominus vendiderit furi[c]. vt. ff. eo. l. quamuis. in fi. titu. Accurſius.

r ¶ NON NASCITVR.] niſi ſit filius habens caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe: vbi filius tenetur patri, & pater filio. Idem de vxore quod hîc de filio dicitur: vt. ff. eo. l. ſiquis vxori. in prin. & in. §. j.

¶ FVRTI AVTEM ACTIO &c. ¶ CASVS. Dixi legislatori: Domine, iam bene video in quibus poteſt fieri furtum: quia nedum in re aliena, ſed & in re propria. Sed domine, pro deo cui competit act. fur? Ipſe reſpon. dicens, quòd act. fur. competit ei cuius intereſt rem non fuiſſe ſurreptã, quãuis non ſit dominus rei ſurreptæ: quia etiam ipſi domino rei non competit, niſi eius interſit furtum factum non eſſe. vnde ſi creditori res obligata

Furtũ non fit volenti.

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus.

† Sic Metellus Celer Sergiũ dãnauit, & non factũ ſed animus in queſtionem deductꝰ eſt: pluſque voluiſſe peccare nocuit, quã non peccaſſe profuit. Valeri. maxi. li. 6. de Pudici. Eg. Perri.

† De materia huiꝰ. §. vide in. c. q cũ fure. iuncta glo. extrà de fur.

Corpus liberũ eſt ineſtimabile. Condictio furtiua ad poſſeſsionẽ vel proprietatem cõpetit.

Fur, furtiua res & condictio furti quãdoque ſeparantur.

† Concor. cũ hoc. §. c. ſi culpa. iũcta gl. ſuper verb. tuliſti. extrà de iniur. & dam. da.

a Quid ſit laſciuia puꝛchrè Bud. in adnot. ad pandectas: tit. de loc. & condu. l. ex cõduc. §. ſed & ſi labes.

Conſilium ſumiť multipliciter.

† Sic licet aliâs vbi principale non tenet, nec acceſſoriũ. l. græcè. §. illud. ff. de fideiu. hoc tamen fallit hîc: qa licet principalis faciẽs furtum nõ teneatur, tenetur tamẽ perſuaſor. Vide Bart. in. l. ſi quis ſeruo. ff. eo. E. Per.

b Diç vt p Bar. in. l. nõ ſolum. §. ſi ex mandato. ff. de iniur. aduertas tamẽ ꝙ iſto caſu cõcedẽdũ eſt quòd teneať de dolo: vt. l. ſi cũ ſciret. ff. de dolo. Ange.

c Idem ſi redeat in domini poteſtate, de quo dic vt per Ang. in §. aliquando. ſ. eo.

ſurripiatur: domino rei, ſcilicet debitori non competit act. fur. ſed magis creditori ipſi. quamuis enim creditor habeat act. perſonalem, per quam poſsit à debitore ſuum conſequi, ſi idoneus fuerit debitor: tamen tutius eſt ei pignori incumbere, quàm in perſonam agere. & hoc vult innuere: quia ſi debitor creditori pignus ſurripuerit, poterit creditor contra debitorem acti. furti experiri. h. d.

intereſt[a] rem ſaluam eſſe, licet dominus non ſit. Itaque nec domino aliter competit, quàm ſi eius interſit rem non perire. Vnde cõſtat creditorem de pignore ſurrepto furti actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incũbere, quàm in perſonam agere: adeò quidem, vt quãuis ipſe debitor eam rẽ ſurripuerit, nihilominus, creditori competat[b] actio furti[c].

¶ Ille qui tenetur ex locato in aliqua re: ſi ſurripiatur habet furti actionem. Idem in bonæ fidei emptore. Aretinus.

¶ Item ſi fullo[d] polienda curandáve, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta mercede certa conſtituta[e] acceperit, eaque furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil intereſt eam rem non perire: quum iudicio locati à fullone, aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſsit. ¶ Sed &[f] bonæ fidei emptori ſurrepta re quam emerit, quãuis dominus non ſit, omnino competit furti actio: quemadmodum & creditori. ¶ Fulloni verò & ſarcinatori nõ aliter furti actionem cõpetere placuit, quàm ſi ſoluẽdo fuerint: hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſsint[g]. Nam ſi ſoluendo non ſint: tunc quia ab eis ſuum dominus conſequi non poſsit, † ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſi° intereſt rem ſaluã eſſe. Idem eſt[h], & ſi in parte ſoluendo fuerit fullo, aut ſarcinator.

¶ Si res commodata fuerit cõmodatario ſurrepta: dominus habet electionem, vtrũ velit agere contra furem, actione furti: an contra commodatarium commodati. & vno electo ſciẽter, alius liberatur. ſecus ſi fuerit ignorãs, vel dubitãs. hoc dicit. Aret.

¶ Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum cui commodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat: ita is quoque, qui cõmodatum vtendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare. ¶ Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionibus[i] emendauit: vt in domini voluntate ſit, ſiue commodati actionem aduerſus eum qui rem commodatã accepit, mouere deſyderet, ſiue furti aduerſus eum qui rẽ ſurripuit: & alterutra earum electa, dominum non poſſe ex pœnitẽtia ad alteram[k] venire actionem. ſed ſi quidem furẽ elegerit, illum qui rem vtendam accepit, penitus liberari. ſin autem cõmodator veniat aduerſus eum, qui rem vtendam accepit, ipſi[l] quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem: eum autem qui pro re commodata cõuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere[m] actionem: ita tamen, ſi dominus ſciẽs rem eſſe ſurreptam, aduerſus eum, cui res commodata fuerit, peruenit[n]. ſin autem neſcius, & dubitans rem ſurreptam eſſe, apud eum cõmodati actionem inſtituerit: poſteà autem re comperta, voluerit remittere quidem cõmodati actionem, ad furti autẽ actionem peruenire: tunc licentia ei cõceditur & aduerſus furem venire, obſtaculo nullo ei opponendo: quoniã incertus conſtitutus mouit aduerſus eũ qui rem vtendam accepit, cõmodati actionem: niſi domino ab eo[o] ſatisfactum fuerit. tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: ſuppoſitum[p] autem eſſe ei[q], qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit: cùm manifeſtiſsimum[r] ſit, etiam ſi ab initio dominus actionẽ commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſurreptam: poſteà autem, hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quæcunque cauſæ exitum dominus aduerſus furem habuerit: eadẽ definitione obtinente ſiue in partem, ſiue in ſolidũ ſoluendo ſit is, qui rem commodatã acceperit.

¶ Depoſitarius qui tenetur de dolo, non habet furti actionẽ, ſed dominus. hoc dicit. Aretinus.

¶ Sed is apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat, ſed tantùm in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo[s] malo fecerit. qua de cauſa ſi res ei ſurrepta fuerit: quia reſtituendæ eius rei nomine depoſiti non tenetur, nec ob id eius intereſt, rem ſaluam eſſe: furti agere non poteſt, ſed furti actio domino competit.

¶ Impubes non tenetur furti, niſi fuerit doli capax Aretinus.

Furti agit cuius intereſt.

a ¶ Cvivs interest.] etiam modicè: vt j. ti. j. §. fi. & ff. vi bonorũ rap. l. ij. §. in hac actione. verſi. ſed ideo addidi. Item oportet ꝙ interſit ex iuſta cauſa & probabili. nam ſi eſt malæfidei poſſeſſor, vel huius rei fur: furti non aget: vt. ff. e. l. itaque. circa prin. ver. ſed furti. &. l. eum qui emit. §. is autẽ. Sed ſi bonum initium habuerit: vt quia ſibi commodaui vel locaui, habet actionẽ furti. Et hîc eſt caſus, in quo fur furti agere poteſt: vt. ff. eo. l. qui vas. §. ſi ego tibi. verſic. quia non debueras. ibi, furtum admiſeris.

Fur furti quãdoque agit.

b ¶ Competat.] contra debitorem, qui ſurripuit.

c ¶ Actio fvrti.] res tamen nõ fit furtiua: vt dixi. s. e. §. aliquando.

¶ Item si fvllo ¶ Casvs ſuprà poſitũ eſt vnũ exemplum, in quo act. fur. datur ei cuius intereſt, licet non ſit dominus: vt dictũ eſt in creditore. Hîc ponitur alius in fullone, et ſarcinatore. Si enim fullo, vel ſarcinator veſtimenta mea quæ ſibi curanda, ſarcinandáve certa mercede cõſtituta dedi, furto amiſerit: mihi non competit act. fur. eo ꝙ mea nõ intereſt veſtimenta illa non fuiſſe ſurrepta: cùm iudicio locati à fullone æſtimationem veſtimentorũ meorum conſequi poſſim. Et ſumus in verſi. Sed & bonæ fi. &c. Iam habuiſtis duo exempla vel tria, in quibus cõpetit acti. fur. illis quorum intereſt furtũ factũ non fuiſſe. Hîc adhuc ponit quoddã exemplum de eodem. Si enim bonæ fidei emptor à nõ domino rẽ emerit, & ei fuerit tradita, & poſteà ſurrepta: quanquam nõ ſit dominus, ſibi nihilominus competit act. fur. ſicut & creditori. Scire tamẽ debes, ꝙ aliter fulloni, vel ſarcinatori non cõpetit acti. fur. niſi ſint ſoluendo. ratio, quia nihil eſt periculo eius, qui nihil habet. Similiter ſi pro parte fuerit ſoluendo fullo vel ſarcinator: domino, non fulloni competit actio. hoc dicit. Fran. de Are.

† Ratio, qui non habet quod reddat, eius periculo nihil eſt. l. itaque fullo. in prin. ff. eodẽ. Et inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit. l. nã is. ff. de dolo. Eg. Per.

d ¶ Fvllo.] ſarcinator. qui ſint, dic vt. s. man. §. fin.

e ¶ Constitvta[a].] ſupple in pecunia numerata: aliâs autem non eſſet locatio: vt. l. j. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſi.

a Iſta glo. non eſt Accurſij, ſed additio.

f ¶ Sed et bonae.] facit. ff. eo. l. itaque.

g ¶ Possint.] imò videtur, quòd ſemper dominus debeat furem conueni re: vt. ff. loca. & conduc. l. cùm in plures. §. veſtimenta. Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hîc autem de actione furti.

h ¶ Idem est.] vt furti actio competat domino. & facit ad hunc. §. ff. de condi. ſine cauſa. in. l. ſi fullo.

¶ Qvae de fullone ¶ Casvs Suprà dictũ eſt, ꝙ ſi veſtimentũ fulloni vel ſarcinatori curandum, vel ſarcinãdum traditũ, ſurreptũ fuerit: ꝙ fulloni, ſi ſoluendo fuerit, non domino competit acti. fur. Idem intelligas, ſi res fuerit ſurrepta commodatario: quia ſi fuerit ſoluendo: ſibi & nõ commodatario competit actio: quia ad rem reſtituendam non tenetur. & hæc vera fuerunt ſecundum iura antiqua Dominus tamẽ Iuſtinianus, in quadam conſtitutione, quam habes. C. de fur. & ſer. cor. l. fi. §. tales itaque. hoc emendauit. Statuit enim, quòd in electione cõmodatoris ſit, vtrum velit agere cõtra commodatarium actione commodati, vel aduerſus eum qui rem ſurripuit act. fur. & ſi dominus vnam iſtarũ ac. elegerit, ad alteram non poteſt redire. Si enim dominus act. fur. moueat aduerſus furem, commodatarius penitus liberatur, ſi autem contra commodatariũ moueat ac. non poterit poſteà contra furem agere: ſed commodatarius qui à commodatore conuenitur, poterit aduerſus furem habere actionem, & nullo modo cõmodator, niſi ignarus rei ſurreptæ, contra commodatarium act. cõmodati egerit primò. ex hoc enim non obiicitur ſibi obſtaculum à iure re comperta, quin poſſit agere, niſi à commodatario ſibi fuerit ſatisfactum. h. d. Fran.

i ¶ Decisionibvs.] vt. C. de furt. & ſer. corrupt. l. fin. §. tales itaque.

k ¶ Ad alteram.] vnde actio furti hoc caſu non eſt ambulatoria. Additio. Et de dictione penitus, vltra iſtum textum vide textum in lege fin. C. de noua. Angelus.

l ¶ Ipsi.] ſcilicet commodatori.

m ¶ Habere actionem.] & pœnã exactã domino reſtituere non cogitur: quia vbi periculum, ibi commodum. vt. C. de fur. l. fin. §. ſed cum. in fi. §.

Onus ſentiẽs habeat lucrum.

n ¶ Pervenit.] agendo contra eum actione commodati. Accurſius.

o ¶ Ab eo.] ſcilicet cõmodatario.

p ¶ Svppositvm.] ſcilicet furem.

q ¶ Ei scilicet.] cõmodatario.

r ¶ Cvm manifestissimvm.] bene dico quòd eligẽdo vnã, repellitur ab altera, ſi ſciẽs à principio fuit: cùm &c.

¶ Sed is apvd qvem ¶ Casvs. Dictũ eſt ſuprà de fullone & commodatario, qualiter eis competit actio pro re aliena. modò videamus de depoſitario, vtrum ſi res apud aliquem depoſita fuerit, depoſitario competat ac. fur. Non enim tenetur niſi de dolo: & ita non intereſt ſuam rem non fuiſſe ſurreptam. ſi autem in dolo fuit, non dabitur ſibi actio, ne ex malitia ſua actionem conſequatur. h. d. Fran.

s ¶ Dolo.] ſuprà quib. mo. re contra obli. §. præterea. &. C. depoſ. l. j. §. pe. & l. fi. & idem quod hîc habemus. ff. e. l. eum qui. §. is autem.

In ſumma.

¶IN SVMMA. ¶CASVS. Dixi Iuſt. Domine, quid plura vultis dicere in tit. iſto? Iam tantũ dixiſtis de materia iſta, ꝙ generatur tædium Deo, & toti mundo. Et reſpon. Iuſti. Frater, vt breuiter hunc ti. expediamus, ſcire debes, ꝙ apud antiquos quæſitum fuit vtrũ impubes rem alienã amouendo, furtũ facere poſsit. & placuit domino Iuſti. ꝙ ſi impubes animum furãdi habuerit, & in ipſum poſſet cadere iſtud delictum, hoc eſt ſi ſit proximus pubertati: ꝙ ac. fur. teneatur. hoc dicit. Frã.

a ¶IN SVMMA.] id eſt vt breuiter hunc ti. expediamus.

b ¶AMOVENDO.] Not. quòd furtum fit contrectando & amouendo: & ſine eo non fit: vt. l. ei qui. ff. eo. Ang.

† Et ſic ẽt in delictis doli capaci tas ſupplet ætatem: vt hîc, & in ca. ſi. iũcta gl. ſuper verb. prudentia. extrà de de ſpõ. impub.

c ¶PROXIMVS PVBERTATI.] à decimo anno & dimidio, ſcilicet vt. ſ. diximus de inuti. ſti pu. §. furioſus. & facit ad hunc. §. ff. e. l. impuberẽ. & ff. ad Syll. l. excipiuntur. & ff. de re. iur. l. pupillus.

¶FVRTI ACTIO. ¶CASVS. Quæſiui à Iuſt. de natura furti, ſcilicet ad quid detur actio furti? Et reſpõ. Iuſt. ꝙ act. fur. ſiue ſit ad duplũ, ſiue ad quadruplũ, datur ad pœnã, & nõ ad rem ſuam perſequẽdã: datur etiã domino alia actio. ſcilicet rei ven. & condictio furtiua. Scire tamen debes, ꝙ rei vẽ. datur contra quemlibet poſsidentẽ: cõdictio fur. datur contra furẽ & eius hæredem. h. d. vſque ad fi. titu. Franciſcus.

d ¶VENDICANDO.] id eſt dominium petendo ſi extet.

Condictio furtiua.

e ¶CONDICENDO.] id eſt in perſonam agẽdo condictione furtiua, ſi conſumpta ſit. & facit ad hunc. §. ff. de condic. fur. l. ſi pro fure. §. furti. & l. in condictione. & j. de ac. §. ſic itaque. & C. de fur. l. ancillæ.

Continuatio. Diuiſio.

¶DE VI BONORVM RAPTORVM. ¶ *Viſo de furto, ſequitur de rapina: & cõſequenter ut potes uidere ſuprà ti. j. in principio.*

¶VI VI RES.] ¶Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primò, ꝙ raptor & fur inæqualiter puniuntur. Secundo quando quis rapit rem ſuam, vel alienam putans eſſe ſuã. Tertiò, quid ſit ſubiectum in hac actione: videlicet quid debet deducere actor. Secunda ibi, Quia tamen. Tertia ibi, Sanè in hac. ¶CASVS. Dixi Iuſti. Domine, iam vidi, quòd ille qui rem alienam clã ſurripit, tenetur act. fur. ſed quid dicetis de illo qui rem alienã vi rapit? Et reſpon. ꝙ ille ſimiliter ac. fur. tenetur. Nullus enim magis rem inuito domino cõtrectat, quàm qui eam vi rapit: vnde improbus fur dicitur. & pro iſta improbitate prætor introduxit actio. vi bonorum rap. & eſt intra annum quadrupli, poſt annum verò ſimpli. & datur propter vnam rem vi raptam, quanquam aliter ſecus videretur propter verba in numero plurali poſita à prætore in nomine act. ſcilicet vi bo. rap. Et ſumus in verſi. Quadruplum autẽ &c. Suprà dictũ eſt ꝙ act. vi bo. rap. intra annũ datur in quadruplũ: poſt annũ verò in ſimplũ. quero vtrũ quadruplũ iſtud ſit totũ pœna? Et rñ. ꝙ nõ. & in iſto quadruplo ſimplũ ineſt: & triplũ eſt pœna: ſiue comprehẽdatur raptor in delicto, ſiue non. Non enim debet eſſe melioris cõditionis raptor quàm fur. h. d. Fran.

a Sed hoc eſt falſum ſecũdũ Bar to. in. d. l. ſi vendidero. quia opus ẽ vt acclametur. l. ij. & l. ſiquis in ſeruitute. ff. de fur. Ange.

f ¶ALIENAS.] largè accipe, vt etiam ſi ſint communes: idem ſit quo ad ſocij partem: vt. ff. de fur. l. ſi ſocius. Accurſius.

† Sic habes quòd minor pœna iniuncta à lege nõ tollitur per maiorem indictã ab alia lege, niſi quatenus in vnicem concurrunt, ſecundũ Bar. in. l. j. ff. e. Egi. Perri.

g ¶FVRTI.] ſ. nõ manifeſti, etiã ſi deprehẽdatur, ſecundũ P. quod falſum eſt: imò ſi deprehẽdat, manifeſtus eſt, & in quadruplũ poteſt cõueniri: vt. ff. de fur. l. ſi vẽdidero. §. cũ raptor[a]. aliàs ſi nõ deprehẽdat. nõ manifeſti tenet: qua actione ſi fuerit actũ, tollitur vi bonorũ raptorũ: niſi in id quod excedit: vt. ff. e. l. j. Itẽ in caſu nec manifeſti, nec non manifeſti tenetur: vt ſi quis ex domo, in qua nemo erat, rapuerit: ſed tãtùm hac actione vi bonorũ rap. tenetur: ſecundum P. vt. ff. de fur. l. ſi quis de domo. aliàs ex domo. Sed hoc eſt falſum: quia ibi erat actio furti nõ manifeſti: & ideo amplius ceſſat actio furti: & ideo datur hæc † actio vi bo. rap. quia excedit, & in id quod excedit: vt dicta. l. ff. e. l. j. & ff. de actio. & obli. l. qui ſeruum. §. fina.

h ¶QVI VI RAPIT.] quaſi dicat nullus: vt hîc, & ff. quod met. cauſa. l. ſi

¶In ſumma[a], ſciendum eſt, quæſitũ eſſe, an impubes rem alienam amouẽdo[b], furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furandi cõſiſtit, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus[c] pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere †.

¶Actio furti eſt merè pœnalis: ſed condictio furtiua, & rei vendicatio competũt pro re: & rei vẽdicatio datur cõtra poſſeſſorem: & condictio furtiua contra furem, & eius hæredem. hoc dicit. Are.

¶Furti actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tantùm ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nam ipſius rei perſecutionẽ extrinſecus habet dominus: quã aut vendicando[d], aut condicendo[e], poteſt auferre. Sed rei vendicatio quidẽ aduerſus poſſeſſorem eſt: ſiue fur ipſe poſsidet, ſiue alius quilibet. condictio autẽ aduerſus furẽ ipſum, hæredẽmve eius, licet non poſsideat, cõpetit.

TITVLVS II.

De vi bonorum raptorum.

¶Rapiens per vim rem alterius, tenetur furti, & etiam actione vi bonorum rapto rum: quæ datur in quadruplum intra annum: poſteà verò in ſimplum: & in quadruplo ineſt ſimplum. hoc dicit. Are.

Qui vi res alienas[f] rapit, tenetur quidem etiam furti[g] (quis enim magis alienam rẽ inuito dño contrectat, quàm qui vi rapit[h]? ideoque rectè dictum eſt, eum improbũ furem eſſe) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorũ raptorũ: & eſt intra annum[i] quadrupli[k], poſt annum, ſimpli: quæ actio vtilis[l] eſt, etiã ſi quis vnã rem, licet minimã rapuerit. Quadruplũ autem nõ totũ † pœna eſt †, ſicut in actione furti manifeſti diximus[m]: ſed in quadruplo ineſt rei perſecutio: vt pœna tripli ſit, ſiue comprehendatur[n] raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculũ[o] enim eſt, * leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clàm[p] amouet.

¶Actio vi bonorum raptorum competit pro violentia dolo commiſſa: ſecus ſi rem ſuã bona fide rapuit: tamen raptor, ſi dominus eſt, cadit à dominio ſuo. ſi verò non eſt dominus, tenetur ad tantundem: ſiue res fuerit mobilis ſiue immobilis.

¶Quia tamen[q] ita competit hæc actio †, ſi dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per vim rẽ ſuã auferre à poſſeſſoribus: abſolui[r] debet. Cui ſcilicet conueniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. ¶Sed[s] ne, dum talia excogitantur, inueniatur via[t], per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: melius diualibus conſtitutionibus[v]

cum exceptione. §. qui vim. Accurſius.

i ¶ANNVM.] ſcilicet vtilem: vt. C. e. l. fi. & l. res. & C. de noxa. l. penul.

k ¶QVADRVPLI.] niſi in caſu quo agitur ad duplum tãtùm: vt. C. de pa ga. l. chriſtianis. quæ eſt huic contra. Sed illud eſt ſpeciale.

l ¶VTILIS.] id eſt efficax & directa. Vel dic ꝙ directa cõpetit, quãdo plures res raptę ſunt: ſed vtilis, quando vnũ tantùm bonum raptũ eſt, id eſt vna res rapta eſt. Et facit ad hoc, ꝙ pluralis oratio, ſcilicet raptorũ, trahatur ad ſingularem. ff. de condi. & de. l. falſa. §. vlt. & ff. de nego. geſt. l. iij. §. hæc verba. ver. negotia. & ff. de peti. hære. l. regulariter. & l. licet.

Actio vi bonorũ raptorum eſt duplex.

† Quia pœna eſt tripli tãtùm, & rei perſecutio ſimpli: & ita ambo faciunt quadruplum: licet gloſſ. in verb. extrà dicat cõtrà. Egi. Perri.

† Nomnulli locũ hũc ita legunt: pœna eſt & extra pœnã rei perſecutio eſt, ſi cut in &c.

m ¶DIXIMVS.] vt. ſ. ti. j. in fin.

n ¶COMPREHENDATVR RAPTOR.] ſed quomodo poteſt raptor nõ deprehẽdi: cùm dicatur eripere quaſi de manu auferre: vt. ff. ne quis eũ qui in ius. l. iiij. §. j. Reſpon. diſtingue animũ auferentis: vt ſi erat animus ei palàm: & quaſi per vim auferendi: licet ibi neminem inueniat, tamẽ eſt raptor. Sed fur eſt qui habet animũ vt faciat clàm: licet interdum deprehendatur: ex qua deprehenſione efficitur manifeſtus: vt arg. ſ. ti. j. §. furtũ autẽ à furuo ADDITIO. Vult dicere gloſ. ꝙ fur manifeſtus ſemper tenetur vi bono. rap. ſed non manifeſtus ita demum, ſi habuit animum &c. Et aduerte vnicum furtum dici quod de loco vnico cõtextu, ſiue vnico tempore fit, licet plures res ſimul aſportetur: ex quo non veniret quis furca ſuſpendendus, niſi eſſet egregium quod pluribus paruis præualeret: vt hîc per Angelum.

Raptor & fur diſtinguuntur.

* Aliàs eſſet.

† Aliàs, ita tamẽ competit hæc actio &c.

o ¶RIDICVLVM.] bene dixi, ſiue non: ridiculum enim &c.

p ¶QVI CLAM.] id eſt fur nec manifeſtus. Nã raptor tenetur in quadruplũ: hîc autẽ ſcilicet fur nõ manifeſtus in duplũ tantùm, vel triplũ cũ re ſurrepta. ſed qui palã furat: certũ eſt in plus teneri, quàm raptorẽ: cùm in quintuplũ cũ re teneatur. Acc. ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis, ſecũdũ Ang. quia raptor ſe exponit morti: & ideo, cùm incurrat maius periculũ in perſona, leuius punit in pœna pecuniaria. argu. l. qd ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui no. infa. Vel dic ꝙ ex rapina inducitur crimẽ publicũ: & in hoc grauat, quia à quolibet de populo poteſt accuſari: ideo in alio alleuiat: arg. l. eum qui. in prin. in glo. probandi. ff. de iureiur. Quare autem in vi bo. rap. prætor eandem pœnam in manifeſto & non manifeſto impoſuit: cùm lex. xij. tab. & ipſe prætor in furto diuerſas impoſuerit? Dic eſſe rationem propter eundem animum rapiendi: qui ſemper requiritur.

Raptor in minus tenetur, quã fur manifeſtus.

¶QVIA TAMEN. ¶CASVS. In iſto. §. dicit, quòd act. vi bo. rap. ita competit, ſi aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Cæterùm ſi aliquis errore ductus, rem alienam credẽs eſſe ſuam, eam alteri rapuerit: iure primitiuo non tenetur ac. vi bono. rap. ſed ne inueniatur via, per quam raptores ſuam malitiam impunè poſsint exercere: conſtitutionibus principum eſt prouiſum, ne alicui liceat rem mobilem, vel immobilem, licet ſuam eſſe dicat, vel æſtimet, alicui per vim auferre. ſi contra hoc ſtatutum venerit: ſi ſit dñs rei qui eã capit, cadit à dominio ſuæ rei. Si autem res aliena fuerit, debet eam primò reſtituere: & poſteà in pœnam ſui delicti æſtimationẽ rei præſtare. & illud non ſolùm habebit locum in rebus mobilibus, ſed etiã immobilibus: vt ex hac cauſa ab omni rapina homines ſe abſtineant. hoc dicit Franciſcus.

q ¶QVIA TAMEN.] iſtud quia, videtur ſuperfluũ. Vel pone quia, pro ſed. Alij, ita tamen. & tunc eſt planior.

r ¶ABSOLVI.] ſcilicet ab actione vi bonorum raptorum iudicis ſententia: vt quidam dicunt: vel ipſo iure, ſecundum Azonem[b]. arg. ff. de pub. & vec. l. commiſſa. §. finali.

b Et vtraque opi. eſt vera, ſcilicet prima ſi fuerit in iudicio deductũ. Item ſecunda, ſi nõ fuit deductũ in iudicio: vt per docto. hîc.

s ¶SED NE DVM.] pro tamen ſecundum quoſdam: vel pone propriè.

t ¶INVENIATVR VIA.] ſic. j. titu. j. §. vnde illud.

v ¶CONSTITVTIONIBVS.] vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tantã. Et in alijs ſe.

quentibus vſque in finem titu.ſed hîc proſequitur tantùm tenorem illius.l. ſi quis in tantam.Super qua materia longum eſſet hîc dicere: cùm plures quæſtiones ibi notentur ſuper prædicta.

†Hæc glo. non eſt Accur.

a ¶CADERE†.] repete,proſpectũ eſt,& etiam ibi præſtare: nec eſt neceſſe ponere,cogitur vel debet:quæ verba non inuenies in libris emendatis.

†Occupantur mobilia inuaduntur immobilia. Egi. Perri.

b ¶RES SOLI.] propriè †quandoque tamẽ impropriè:vt.C.de act.empt. l.ij.ſed rei mobilis dicitur occupatio: licet etiam quãdoq; immobilia dicantur occupari:vt.C.de rei ven.l.domũ.in glo.j.

¶SANE IN HAC. ¶ CASVS. Dixi Iuſti. Domine,cõpetit mihi hæc ac.ita demũ,ſi dominus fuero rei?Reſpon. ꝙ imò,ſiue in bonis eius fuerit res rapta: ſiue in bonis videlicet eius,qui ius aliquod habuerit in re:vt quia ſibi ſit cõmodata, vel impignorata, ſiue locata, vel depoſita: vel aliquid iuris habeat in ea:ita quòd eius interſit modò non rapi. Semper enim competit iſta act.nõ vt dominium rei raptæ accipiatur: ſed ꝙ res ſibi rapta reſtituatur. Et vt breuiter me expediam:ex quacũque cauſa poteſt competere alicui actio furti,ꝓpter furtum datũ in re: ex omni cõſimili cauſa poteſt dari actio vi boñ. rap. propter rapinam in re factam.hoc dicit.Franciſ.

c ¶IN HAC ACTIONE,] ſcilicet vi bonorũ raptorum.

In bonis & ex bonis differunt.

d ¶IN BONIS.] id eſt in dominio:vt.ff.de acqui. re.do.l.rem in bo.&.l.ſtatuas.&.ff.de ver.ſig.l. bonorum appellatio.Vel ſi etiam bona fide poſſideantur,idem eſt.

e ¶EX BONIS SIT.] vt aliquod ius habeat:vt ſtatim per exẽpla ꝓbat.

f ¶HAEC ACTIO.] ſcilicet vi bo.rapto.

hac parte proſpectum eſt, vt nemini liceat vi rapere, vel rem mobilẽ, vel ſe mouentem,licet ſuam eãdem rem eſſe exiſtimet.ſed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit, rei quidem ſuæ dominio cadere [a], ſinautẽ aliena res ſit,poſt reſtitutionem eius etiam æſtimationem eiuſdẽ rei pręſtare. Quòd non ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiã in inuaſionibus, quæ circa res ſoli [b] fiũt:vt ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineãt.

¶Actio vi bonorum raptorum non ſolum competit illi qui dominium habet in re:ſed etiam illi qui habet aliquod ius: & iſtud ius æſtimatur. Areti.

¶Sanè in hac actione [c] non vtique expectatur rem in bonis [d] actoris eſſe. Nam ſiue in bonis ſit,ſiue nõ:ſi tamẽ ex bonis [e] ſit,locum hæc actio [f] habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata,ſiue etiã pignorata, ſiue depoſita [g] ſit res apud Titiũ, ſic vt interſit eius eam rem per vim non auferri (veluti ſi in depoſita re culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſsideat, ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris,vt interſit eius nõ rapi:dicendum eſt ei competere hanc actionem: non vt dominium [h] accipiat, ſed illud ſolum, quod ex bonis eius qui rapinã paſſus eſt, id eſt quod ex ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. ¶ Et generaliter dicendum eſt,ex quibus cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem [i].

g ¶DEPOSITA.] ꝓmiſſa cuſtodia à depoſitario:vt.ſ.ti.j.§.pe. Vel etiam cõmiſit culpam:vt ſequitur [a]. Vel etiam ſi pretium acceperit depoſitionis nõ tamen quaſi mercedẽ: tenetur eidem:vt.ff.eo.l.ij.§.dicet aliquis.alioqui eſſet locatio: vt.ſ. manda. §.fin. ADDITIO. Dic vt habetur in.l.naturalis.§.ij.in gloſſ.ſi res. ff.de præſcript.ver.& facit.l.j.§.ſi quis ſeruum.in gloſſ. non datur.ff. depo. Angelus.

a Dic quia ſi commiſiſſet dolum, nõ haberet actionẽ furti:nec aliam actionem: nec ex improbitate ſua cõſequitur actionẽ vt no. in.d.§.pe.& facit.l. itaque ff. de furt. Ange.

h ¶DOMINIVM.] id eſt dominij æſtimationem:vt.ff.quod me.cau.l.ſi mulier.§.qui poſſeſſionem.&.ff.vti poſſi.l.penul.§.fina.

i ¶HANC ACTIONEM.] facit.ff.vi bono.rap.l.ij.§.& generaliter.

¶DE LEGE AQVILIA. ¶ *Poſt maleficium rapinæ ſequitur de damno,quod per legem Aquiliam punitur. Accurſius.*

Continuatio.

Diuiſio.

DAMNI.] ¶ Totus iſte titu.diuiditur in duas partes. Et primò tractat de primo capite.l.Aquil.Secundò tractat de tertio capite.Secunda ibi,Capite tertio.Itẽ prima ſubdiuiditur:quia primò ponit verba primi capitis.l.Aquil.Secundò illa interpretatur.Secunda ibi,Quòd autem non præcisè.Item ſecũda principalis ſubdiuiditur in duas partes.Nam primò ponit verba,ſecundò interpretatur. Secunda ibi,Itaque ſi quis. ¶ CASVS. Si aliquis dederit mihi damnum per iniuriam:ad damnum iſtud puniendum conſtituitur actio per.l. Aquil. Et ſciendum eſt quòd.l.Aquil.tria ſunt capita.videndum eſt ergo de primo capite.In primo autem capite eſt cautum, vt ſi aliquis ſeruum alienum: alienámve quadrupedem,quæ in pecudum numero ſit,iniuria occiderit: quãti pretij ea res in anno proximo præterito fuerit,tantum domino dare cõdemnetur.In verſi.quod autem.dic caſum.Poſitis materialiter verbis Galli Aquilij,quæ aliquantulum ſunt obſcura, intendit Imperat. verba illa per ordinem exponere:& primò exponit,quare non ſufficit ſibi dicere præcisè, ſi quis hominem alienum,alienámve quadrupedem occiderit: ſed adiecit quæ in pecudum numero ſit.hoc enim adiecit ad ſignificandum, quòd ſi aliquis occiderit vrſum meum,vel leonem, vel aliam feram beſtiam, quòd non debeat puniri per primum caput.l.Aquil. eo quòd non ſunt de numero pecudum illarum,quæ gregatim paſcuntur, id eſt in paſcuis cuſtodiuntur,ſicut equi,muli,oues,& boues,capræ, & ſimilia. Sed domine, de ſuibus quid dicemus?continentur ne ſub pecudum numero?Et reſpõ.di.quòd ſic: quia gregatim paſcuntur. & hoc confirmatur per authoritatem antiquorum:dicens,quòd ſic voluerunt Homerus & Aelius Martianus. Franciſc. de Aretio.

TITVLVS III.

De lege †Aquilia†.

¶Qui occidit ſeruum alienum,vel pecudem alienam:tenetur ex primo capite legis Aquilię ad eius æſtimationem, quanti plurimi fuerunt ab anno retro.& pecudis appellatione continentur animalia domeſtica,quæ gregatim paſcuntur.

DAmni iniuriæ actio [k] cõſtituitur, per legem Aquiliam:cuius primo capite [l] cautũ eſt, vt ſi quis alienum hominem,alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, iniuria [m] occiderit [n]:quanti ea res in eo anno [o] plurimi [p] fuerit,tantum domino [q] dare damnetur. ¶ Quòd autẽ non præcisè de quadrupede,ſed de ea tantùm quæ pecudum numero eſt, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris beſtijs, neque de canibus cautum eſſe intelligamus:ſed de ijs tantùm, quæ gregatim propriè paſci dicũtur:quales ſunt equi,muli,aſini,oues,boues,capræ †. ¶ De ſuibus quoque idem placuit.nã & ſues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim [r] paſcũtur. ſic deniq; & Homerus in Odyſſea ait,ſicut Aelius Martianus in ſuis inſtitutionibus refer [s]: ✻ Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

¶Quo ad legem Aquiliã iniuria dicitur occidiſſe,qui dolum,vel culpam commiſit occidendo: quoniam in actione legis Aquiliæ venit leuiſsima culpa. Caſus verò occidentem excuſat.

¶Iniuria [t] autem occidere intelli-

k ¶INIVRIAE ACTIO.] id eſt actio legis Aquiliæ, quæ competit pro damno dato, id eſt deſtructione alicuiꝰ rei facta [b]. Nam ſic dicitur damnum diminutio patrimonij: vt. ff. de dam. infec.l.iij. ſi autem rem alterius ſurriperes: licet videaris dãnum inferre, tamen non infers tale, ꝙ per hunc tit. tenearis:ſed actione furti: vt.ff.eo.l. ſi ſeruus ſeruum.§. ſi oliuã.&.§. idẽ & in ſylua.

† Hîc largè ſumitur. l.pro plebiſcito: quia Aquilius tribunus plebis hãc rogauit. Egi. Perrinus.

† Sic.ff. ad legẽ Aquiliam.

b Nota differentiam inter actionem furti, vel bonorũ raptorũ, & hanc: quia actio furti, vel bonorũ raptorũ competit, quãdo rem meam tecũ aſportas: ſecus, quãdo occidis, vel deſtruis: qa tũc competit hæc actio: licet vtroq; modo ſit damnũ:& ſic diminutio patrimonij: quod bene no. Ange.

l ¶PRIMO CAPITE.] habebat enim hęc tria capita, ſiue capitula. & de primo capite dicĩt hîc. Secundum autem nõ eſt in vſu. De tertio dicitur infrà eodem.§.caput ſecundum. &. §. capite tertio.&. ff. eodem. l. ij. Accurſius.

m ¶INIVRIA.] id eſt non iure: vt.j.eodem.§. iniuria.

n ¶OCCIDERIT.] nota occiderit: nam ſi alio modo læſerit, ex tertio capite agitur: vt.j. eodem.§.capite tertio. Accurſius.

o ¶IN EO ANNO.] ſcilicet præterito.

† Hîc fœmi. poteſt concipere maſcul. qa etiam capri intelligũt: quod no. Egi. Perri.

p ¶PLVRIMI.] habita æſtimatione,non ex affectione ſingulorum, ſed communi æſtimatione: vt.ff.eodem.l. ſi ſeruum meum.

q ¶DOMINO.] vt.ff. eodem.l.item mela.§.itẽ & cum eo. ver. legis autem Aquil.vel quaſi domino:vt fructuario: vel alij qui habet ius in re: vt.ff.e.l.item Mela.§.fin. & l.ſequen.

✻ Vide ALcia.lib præter mi.ij. ti. de leg. iij. nã alij verſum hunc ſubſtituũt, κλαγγὴ δὲ ἄσπετος ὦρτο συῶν αὐλιζομενάων. id eſt grunnitus autẽ ingens excitabaĩ ſuũ ſtabulãtiũ. ſtabulãtiũ inquam: qđ raro fit in animalibus diuerſi paſtus. Tu nũc diſpice quid ſubſtituas.

r ¶GRAEGATIM PASCVNTVR.] facit.ff.de legat. iij.l. legatis ſeruis.§. pecoribus.

s ¶REFERT.] † duo hæc carmina Græca ex Odyſſeæ Homeri lib.xiij. deprompta ſunt,quorum hic eſt ſenſus:Inuenies autem illum ſuibus aſsidẽtem iuxta Coracis ſaxum,ac fontem Arethuſam.

¶INIVRIA AVTEM. ¶ CASVS. Exponit Iuſtinia. illud verbum poſitum prius, iniuria occiderit, di. quòd ille iniuria occidit, qui nullo iure occidit. & manifeſtat per exempla qualiter quis poteſt iure occidere: quia hoc videtur alicui dubium. Vnde dicit. Si enim ſeruum meum latronem diurnum, dum tamen telo ſe defenderet, quis occiderit, iure permittente eum occidere videtur: & ideo non tenetur. & hoc intellige ita, ſi non poſsit occiſor alio modo euadere periculum. Idem dicit de eo qui caſu occidit ſeruum alienum, ſi non fuerit in culpa & dolo. & de hoc ponitur tale exemplum. Quidam milites ludebant cum iaculis in campo eis deputato ad ſe exercitandos. ſi ſeruus alienus ibi tranſitum fecerit ad ludum reſpiciendum, cùm tamen eius non interſit: ſi eum aliquis militum ſe exercitantium traiecerit, non intelligitur miles eſſe in culpa: & ideo non tenetur. Si autem aliquis priuatus hoc fecerit, cuius non intererat telo traijcere: culpæ reus eſt: & ideo tenetur ex primo capite.l. Aquil. eodem modo ſi miles in alio loco, quàm militibus ad ſe exercitandos deſtinato hoc fecerit: culpæ reus eſt, & tenebitur. hoc dicit Franciſcus de Aretio.

† Hæc gl. non eſt Accurſij.

t ¶INIVRIA.] facit. ff. eodem. l. ſed & ſi quencunque.§.iniuriam. ADDITIO. Ex quo text. nota differentiam inter hanc actionem, & actionem iniuriarum: quia in illa non ſufficit culpa: ſed requiritur contumelia & dolus. eſt & alia differentia: quia in hac agitur ad damnum: ſed in actione iniuriarum agitur ad vindictam. & ſapit inſtar cauſæ criminalis: vt. ff. de iniur. l. prætor edixit. §. primo, Accurſius.

Latronem.

gitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem [a] inſidiatorem occiderit, non tenetur: vtique ſi aliter periculum effugere non poteſt. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit, ſi modò culpa eius nulla inueniatur: nam alioqui [b] non [c] minus ex dolo, quàm ex culpa quiſque hac lege tenetur. ¶ Itaque ſi quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuũ traiecerit diſtinguitur [d]. Nam ſi id à milite in eo campo vbi ſolitũ eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa [e] eius intelligitur. Si alius tale quid admiſerit, culpæ reus [f] eſt. Idem iuris eſt de milite, ſi alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit.

Ex qualitate loci iudicatur damnũ datum dolo, vel culpa incidenti. hoc dicit. Vel ſic: In putante dicitur adeſſe culpa, quando diligentia potuit prouidere: & non fecit.

Item ſi putator [g] ex arbore deiecto ramo ſeruum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publicam, aut vicinalem id factum eſt, neq; præclamauit, † vt caſus euitari poſſet, culpæ reus eſt. ſed ſi præclamauit, † nec ille curauit præcauere, extra culpam eſt putator. Aequè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet non præclamauit [h]: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat verſandi.

Si medic⁹ ſerui curationẽ reliquerit, aut imperitè curauerit: lege Aquilia tenetur.

Præterea ſi medicus qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationẽ eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus, culpæ reus eſt. † Imperitia [i] † quoq; culpæ annumeratur: veluti ſi medicus † ideo ſeruum tuũ occiderit, quia malè eum ſecuerit, aut perperã ei medicamentum dederit.

Si mulus, vel equus propter imperitiam, vel imbecillitatẽ mulionis, vel equitantis, ſeruũ alterius occiderit, tenetur mulio, vel equitans lege Aquilia. h. d. Areti.

Impetu quoque mularũ, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi per infirmitatẽ [k] eas retinere nõ potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpa tenetur. Eadẽ placuerunt de eo quoq;, qui quum equo veheretur [l], impetũ eius, aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

Actio legis Aquiliæ eſt pœnalis: quia æſtimat̃ quanti plurimi valuerit res ab anno retro, & ideo nõ trãſit cõtra hæredes.

His autẽ verbis legis, Quanti id [m] in eo anno plurimi fuerit, illa ſentẽtia exprimitur, vt ſi quis hominem tuũ, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit occiderit, qui in eo anno integer aut pretioſus fuerat: nõ tanti teneatur quanti hodie erit, ſed quãti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius legis actionẽ, quia nõ ſolùm tãti quiſq; obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando longè pluris. Ideoq; cõſtat in hæredẽ eã actionẽ nõ trãſire [n], quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnũ nunquam lis æſtimaretur [o].

In actione legis Aquiliæ non ſolùm venit æſtimatio rei, ſed etiam ęſtimatio extra rem. h. d. Aretinus.

Illud non ex verbis legis, ſed ex in-

a ¶ LATRONEM.] ſcilicet diurnum: vt tamen clamet, & ille ſe defendat. ſed furem etiam ſi ſe non defendat: vt hîc ſubiicit, &. ff. eodem. l. iiij. Accurſius. ADDITIO. Sed hoc eſt cõtra. l. furẽ. ff. de ſica. Vnde dic, ꝙ eſt differentia inter inſidiatorẽ, latronẽ, & furẽ: vt in aut. vt nulli iudi. §. penul. quia latronem inſidiatorem itineris poſſum occidere indiſtinctè: vt. l. iij. ff. eo facit. l. j. & ij. C. quando li. ſe ſi. iudi. vin. Si autem ſit fur, tunc debet diſtingui: aut eſt diurnus: & tũc ſi poteſt capi, vel à dãno euadi: nõ debet interfici. Nocturnũ autẽ licet occidere, ſi interficiens nõ poſsit ei parcere ſine periculo ſuo: vt dicit textus in. l. furem. ff. de ſica.

b ¶ ALIOQVI.] ſi culpa interueniat.

c ¶ NON MINVS.] id eſt non plus ex dolo, quàm ex culpa: cùm etiã leuiſsima culpa in hanc actionem veniat: vt. ff. e. l. in lege. ij. [a] Vel propriè lege: & cõuerte literam non minus &c. id eſt non minus ex culpa, quàm ex dolo. ſic & aliâs. ff. de pac. l. iuris gentiũ. §. pactorum. in glo. nõ minus. & C. de ſecũ. nup. l. cũ apertiſsimè. ĩ gl. quantũ filio. & ff. de pigno. l. Paulus. §. domus. & eſt figura hyſterõ proteron. id eſt ordo cõuerſus ſecundum Io.

d ¶ DISTINGVITVR.] vtrum commiſerit dolo, vel culpa, vel non.

e ¶ NVLLA CVLPA.] Niſi data opera factũ eſt: vt. ff. eo. l. itẽ ſi obſtetrix. in fi. & l. nam ſicut.

f ¶ REVS[†] EST.] quia hoc non eſt ei deputatũ: arg. in aut. vt hi qui ob. ſe. ha. per. res mi. §. fin verò tacuit. col. vj. & ff. eo. l idem iuris. in fine.

¶ ITEM SI PVTATOR. ¶ CASVS. Hîc ponit aliud exemplum; in quo ſi in culpa fuerit, qui hominẽ occiderit: tenetur. l. Aquilia. ſi autem eũ ſine culpa occiderit: non tenetur. & eſt exemplũ tale. Quidam putator ex arbore deiecto ramo ſeruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris in iſto caſu ſit, quæritur: & reſpondetur quòd diſtinguitur: quia aut illud factum eſt prope viam publicam, aut prope viam vicinalem: & tũc ſi non præclamauit, videtur eſſe in culpa, & tenetur. ſi autem præclamauit, & qui tranſibat, hoc non obſtante proceſsit, & ſibi præcauere noluit: tunc putator extra culpam eſt, & non tenetur. Idem dico, ſi prope locum aliquẽ, vbi non erat ius conuerſandi, vel tranſeundi: ramo ex arbore deiecto, putator ſeruum alicuius ibidem tranſeuntem occiderit: quia tunc quanquã non præclamauerit, extra culpam eſt: niſi de dolo putatoris conſtiterit: quẽ cùm viderit, tamen non præclamauit. in iſto tamen caſu ſemper præſumendum eſt pro putatore, ſcilicet eum eſſe extra culpam & dolum: niſi dolus poſsit probari. & ſic intellige quod hîc dicitur. In. §. præterea. Imper. ponit adhuc bonum aliud exemplum, in quo ſi aliquis ſeruum alicuius occiderit: ſi fuerit in culpa, tenebitur. ſi autẽ non fuerit in culpa non tenebitur. Si enim medicus ſeruum tuum ſecuit: & poſteà curationem eius reliquit, & ſeruus tuus mortuus eſt: in culpa eſt medicus: & ideo tenebitur. & idem erit ſi imperitè eum ſecuit: & propter hoc mortuus eſt, in culpa enim eſt: & ideo tenetur. imperitia enim culpæ annumeratur. hoc dicit. Fran.

g ¶ PVTATOR.] id eſt qui putat vites in arboribus poſitas: vt in quibuſdã terris ſunt. vel etiam ipſas arbores. nam & arbores putantur.

h ¶ LICET NON PRAECLAMAVIT. niſi fortè dolo: vt. ff. eodem. l. ſi putator.

i ¶ IMPERITIA.] facit. ff. de regu. iur. l. imperitia. &. ff. loca. l. ſi quis fundum. §. celſus. & §. ſi quis vitulos. & ff. de ſuſpec. tu. l. tutor quoque. §. fina. ADDITIO. In iſto caſu medicus non tenetur de ſica. quia illa lex requirit dolum: vt. l. j. C. ad. l. Corne. de ſica. & l. in lege. ff. eod. titu. ad. l. Corne. de ſica.

¶ IMPETV QVOQVE. ¶ CASVS. Habebas mulionem quendam, qui ſeruum Titij impetu mularum quas propter imperitiam retinere non potuit, oppreſsit. vnde mulio iſte in culpa eſt: & ideo tenetur. Si autem propter infirmitatem eas retinere non potuit, alius tamen bene eas retinuiſſet, adhuc in culpa eſt & tenetur. Idem iuris eſt in eo, qui aſcendit equum tuum. & propter imperitiam, vel infirmitatem eum retinere non potuit: quia ſi equus ſeruum alicuius oppreſſerit, æquè tenetur. Si autem ſatis fortis fuit mulio: & tamen aliquo caſu fortuito per mulas quas ducebat, vel equũ quem aſcendebat, ſeruus alicuius oppreſſus fuerit, non tenetur: attamen infirmitas, vel imperitia alicuius nulli debet eſſe damnoſa. hoc dicit. Franciſcus.

k ¶ INFIRMITATEM.] non enim debet infirmitatem ſuam in alterius læſionem conuertere: vt. ff. eod. l. idem iuris. Accurſius.

l ¶ VEHERETVR.] puta in rheda, vel vehiculo, vel etiã ipſo equo.

¶ HIS AVTEM VERBIS. ¶ CASVS. Expoſitis duobus verbis poſitis ſuprà in princi. hîc exponit tertium membrum, ſcilicet hoc quod dictũ eſt ibi, quanti in eo anno plurimi fuerit: dicens, quòd hoc nihil aliud eſt dictũ: niſi quòd ſi aliquis interfecerit ſeruum tuũ, ſi eo die quo interfecerit, fuerit luſcus, vel mancus, in anno tamen proximo præterito fuit integer, & prætioſior valde, quàm eo tẽpore quo occiſus fuerit, tenetur quanti in anno proximo præterito plurimi fuerit: & non quãti eo die quo occiſus fuerit: & ideo dicitur hæc actio pœnalis de ſui primitiua natura: quia obligat delinquentem non tanti quantum damni datum eſt, ſed aliquando longè pluris. Et propterea etiam in hæredem nõ datur: in eum autem daretur, niſi vltra damnum lis æſtimaretur. hoc dicit. Et caue: quia quidam volunt dicere, quòd hæc actio de ſui primitiua natura non eſt pœnalis: ſed pœnabilis ſolùm. Dominus autem Gui. dicit hanc eſſe pœnalem de ſui primitiua natura: ſicut ſatis poteſt probari per literam iſtam, pœnalem autem eſſe huius legis. verum eſt, dicit ipſe, in duplũ. quòd autem duplum præſtetur in hac actione, hoc contingit per inficiationem. & ſic eſt pœnalis in duplum. & in pœnali de ſui primitiua natura ſemper intellige. hoc dicit. Franciſcus.

m ¶ QVANTI ID IN EO ANNO.] materialiter hæc verba ponuntur: & habes ea. ſ. eo. titu. in principio.

n ¶ NON TRANSIRE.] niſi ex damno locupletior factus eſſet: vt. ff. eo. l. inde Neratius. §. ſi infans. verſi. hanc actionem.

o ¶ AESTIMARETVR.] Opponitur de eo, qui hodie plurimi fuerit, quàm olim: & occiſus eſt ab aliquo. Nam non videtur in hoc caſu eſſe pœnalis hæc actio: ergo videtur tranſire debere in hoc caſu ad hæredes. Sed non ſequitur. licet enim reperiatur in hoc caſu, quòd non ſit pœnalis: tamen non eſt apta nata vt tranſire debeat: vt in hoc exemplo: aliquis non videt, vel non ridet actualiter: tamen eſt aptus ridere, vel videre naturaliter: vt argu. ff. de aqua coti. & æſti. l. j. §. cotidiana. & ff. de flumi. l. j. §. item fluminum. ADDITIO. Et ſic inſpicimus propriam & primæuam naturam actionis, & ſecundum illam iudicamus, non autem ſecundum accidentalem. facit quod nota. gloſſ. in. l. ſi creditori. ff. de leg. j. Quando actio ſubrogatur, & capit naturam alterius: intelligitur ſecũdum naturam ordinariam & propriam & primæuã. quod not. Aretinus.

¶ ILLVD NON EX VERBIS LEGIS. ¶ CASVS. Scire debetis, quòd non ex verbis legis, ſed ex interpretatione eſt, quòd ſi aliquis ſeruum meum occiderit iniuria, non ſolùm ac. l. Aquil. fiat æſtimatio ſerui

[a] Pone exẽplum ſecundũ Ol. in leuiſſima ſi Titius aggreditur te: tu reſiſtis: venit alius ad diuidendũ vos: & tu reſiſtendo volens percutere aggreſſorẽ percuſiſti mediatorẽ: teneris: vt l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. e. Ange.

† Sic clamans excuſatur. & facit contra eos qui faciunt currere equos: nã debẽt dicere garda, garda. ſecũdũ Bal. in. l. ſi putator. ff. eo. Egi. Perrinus.

† Scilicet tẽpeſtiuè, non poſt factum: vnde ſumpta eſt practica Par. ꝙ tectores domorũ dum domos operiũt. ponũt perticas ante domos ſuſpẽſas: vt trãſeuntes admoneãtur. E. Per.

† Hoc verũ in aſſerẽte ſe peritũ. Egi. Perri.

† Concor. cõ hoc tex. c. ſi culpa. cũ gloſ. ſuper ver. imperitia. extrà de iniu. Putator.

† Medicus tenetur de culpa ante factum nõ prouidẽdo, in facto malè ſecando: & poſt factũ dimittẽdo, ſecũdũ gl. in. l. idẽ iuris. ff. e. Egi. Perri.

perempti,ſecundum quod iam dictum eſt:ſed & omnis damni mihi in ſeruitio meo per illud corpus occiſum dati in alijs rebus meis: veluti ſi ſeruus meus inſtitutus fuerit hæres:& antequã hæreditatem adiret,ab aliquo fuerit occiſus:nõ ſolùm corporis mei ſerui fiet æſtimatio:ſed hæreditatis amiſſæ eſt habenda ratio. Ad hoc etiam adiungere poſſum multa alia exempla. Si enim ex vno pari mularum vna occiſa fuerit: vel ſi ex quadrigis equorum vnus occiſus fuerit, vel ex comœdis vnus occiſus fuerit: nõ ſolùm æſtimatio corporis eſt habẽda: ſed ſi per vnius mortem alter, vel altera minus vtilis facta, vel factus fuerit, totius illius damni ratio eſt habenda.h.d.Fran.

terpretatione placuit, nõ ſolùm perempti corporis æſtimationem habẽdam eſſe,ſecundũ ea quæ diximus [a]: ſed eo ampli⁹,quicquid pręterea perempto eo corpore damni vobis illatum fuerit:veluti ſi ſeruum tuum hæredem ab aliquo inſtitutũ anteà quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatẽ * adiret.nam hæreditatis [b] quoque amiſſæ rationem eſſe habendam cõſtat.Item ſi ex pari mularum, vnã: vel ex quadrigis equorum, vnũ quis occiderit:vel ex comœdis [c] vnus ſeruus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio: ſed eo amplius, id quoque computatur, quanti depretiati ſunt,qui ſuperſunt [d].

Actio legis Aquiliæ non ſolùm ciuiliter,ſed etiam criminaliter poteſt intentari. Aretinus.

Liberum autem eſt ei,cuius ſeruus occiſus fuerit,& ex iudicio priuato,legis Aquiliæ damnum [e] perſequi, & capitalis [f] criminis eum reum facere. Caput ſecundum legis Aquiliæ in vſu non eſt.

Ex tertio capite legis Aquiliæ competit actio, pro alio damno, quàm mortis illatione, & pro omni re, in qua citra mortem damnum datum ſit:& fit æſtimatio quanti plurimi fuit à triginta diebus ſuprà. Areti.

Capite tertio de omni cætero damno [g] cauetur. Itaque ſi quis ſeruum, vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vulnerauerit, ſiue eam quadrupedem, quæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum per iniuriam datum,hac parte vindicatur. ſi quid enim vſtum,aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur:quanquàm poterat ſola rupti [h] appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere [i]. Ruptum † enim intel-

a DIXIMVS.] per totum hunc titulum.

b NAM HAEREDITATIS.] in lege enim Aquilia damnum conſequimur, & amiſiſſe dicimur quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur: vt.ff.eodem.l. proinde ſi ſeruũ occidiſti. &. l. ſi ſeruum meum.

c VEL EX COMOEDIS.] ideſt qui cantabant de comœdia: & vnus ſine altero cantare neſciebat.

d QVI SVPERSVNT.] facit arg. contra.ff.ac.emp.l.ſi ſterilis. §.cùm per vẽditorem [a]. & de periculo & commo.rei ven.l.fina.

LIBERVM. CASVS. In iſto §.vlti.dicit Iuſtinianus, quòd ſecundum quod iam dictum eſt,ſi ſeruus meus iniuria iam occiſus fuerit:ſi voluero contra eum agere ad perſequendum damnũ mihi datum in ſeruo meo occiſo, poſſum hoc facere act.l.Aquil. ex primo capite. poſſum etiam ſi voluero criminaliter cõtra eum agere, & poſſum eũ accuſare.l.Corne.de ſica. & hoc intellige ſi doloſè eum occiderit. ſecus autem eſt ſi ſolùm fuerit in culpa occiſor. Sed quid domine,ſatis vidi de primo capite,modò dicatis de ſecundo capite. Et reſpon. Frater, caput ſecundum in vſu non eſt. hoc dicit. Franciſcus.

e DAMNVM.] ſcilicet quanti fuerit in anno retro:vt.s.eodem.in principio.

f CAPITALIS CRIMINIS.] ſcilicet legis Corneliæ de ſicarijs: vt.ff. eodem. l. inde Neratius. §. ſi dolo ſeruus. &. §. ſed & ſi. Nam & pro ſeruo occiſo ea.l.agitur vt pro libero: vt.ff.ad legem Corne. de ſica. l. prima. §. primo. donec tamen agitur vna, non poterit agi reliqua: vt. ff. de pub. iudic. l. quarta. &. ff. vi bono.rapto.l.prima.§. primo.ſed peracto vno,aget reliquo:vt.C.quando ci.act.præiu.cri.l. prima. & ff.vi bono.rapto.l.ij.§.j.

CAPITE TERTIO. CASVS. Suprà vidi de capite primo & ſecundo,reſtat videre de tertio capite.Et ſcire debes, quòd in capite tertio cauetur de omni damno,de quo non eſt cautum in capite primo. Vnde tertium caput locum habet, cùm aliquis ſeruum, vel quadrupedem illam, quæ pecudum numero eſt,vulnerauerit,vel occiderit:& ſic caue tibi:quia mors venit in iſto capite tertio,ſicut in primo: ſed non in illis animalibus in quibus venit in primo.Item damnum iniuria datum in cæteris animalibus,& in cæteris rebus inanimatis,hoc tertio capite vindicat. vnde ſi quid fuerit ruptũ vel fractum,vſtum vel cæſum:actio ex hoc capite conſtituitur.

* Adierit.

Comœd⁹.

a Solue ꝙ ibi in cõtractu: hîc in delicto in quo venit omne interesse. vt. ff. de fur.l.inficiãdo. §. j.& ibi Bar. ff.de cõdi. fur.l.iiij. & ff de vi & vi ar.l. interdicto. & ad iſtum tex facit. l. apud Iulianũ. §. j. ff. de leg.j. vbi poſt mortem: & ſic poſt delictũ hęres tenetur non ſolũ ad ſeruum mortuum:ſed ẽt ad hæreditatẽ in qua erat inſtitutus.l. ſi ſeruum. ff. de ver.obli. in prin.

† Appellatione rupti continetur omne qđ deterioratũ eſt, ſeu p ſciſſurã,ſeu per effuſionem,aut aliter. E. Per.

Scire tamen debes,ꝙ plura verba hîc poſuerunt iuris cõditores, quàm neceſſe fuerit.Omnia enim verbo,rupti,contineri potuerunt. Adhuc etiã ſcire debetis,ꝙ ſi aliquis in alienum vinum,vel oleum aliquid miſcuerit, per quod natura vini,vel olei corrũpatur:hoc tertio capite.l. Aquiliæ tenetur. Itẽ ſicut pro occiſione de qua in primo capite tractatur,per.l.Aquil. pœna imponit ſi dolo,vel culpa facta fuerit occiſio:& aliter nõ: ſimiliter & hî nõ debet puniri propter dãnũ datum, de quo in tertio capite tractat: niſi dolo,vel culpa hoc factũ fuerit. Scire etiã debetis, ꝙ in primo capite punitur occiſor tanti, quanti plurimi fuerit res in anno retro:ſed in.iij.capite fit æſtimatio quanti fuerit in.xxx. diebus retro. & nõ repetitur hæc dictio, plurimi, in hoc.iij. capite.ſufficit enim eam eſſe poſitã in primo capite.Intelligit enim hęc dictio, quanti plurimi &c.in primo capite poſita, in tertio repetita. hoc dicit.Franciſcus.

ligitur, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta,aut vſta,ſed etiam ſciſſa,& colliſa,& effuſa,& quoquo modo perempta,atque deteriora facta hoc verbo continentur. Denique reſponſum eſt, ſiquis in alienum vinum,aut oleum id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. Illud palàm eſt,ſicut ex primo capite, ita demum quiſque tenetur, ſi dolo, aut culpa [k] eius, homo, aut quadrupes occiſus occisáve fuerit: ita ex hoc [l] capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno [m] quenque teneri. ¶ Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, ſed quanti in diebus triginta [n] proximis res fuerit,obligatur is,qui damnũ dederit. Ac [o] ne * plurimi quidẽ verbum adijcitur: ſed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem,ac ſi etiam hac parte plurimi verbum adiectum fuiſſet. nam plebem Romanam [p], quæ Aquilio tribuno * rogante hanc legẽ tulit, contentam fuiſſe,quòd prima parte [q] eo verbo vſa eſſet.

Damnum datum de corpore in corpus,purgatur per directam actionem legis Aquiliæ. Sed ſi datur de non corpore in corpus:habet locum vtilis actio. Sed ſi ex non corpore in non corpus damnum datum ſit: habet locum actio in factum. Aretinus.

Cæterùm placuit ita demum directam ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. ideoque in eum qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent. veluti ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur: aut pecus intantum exagitauerit, vt præcipitaretur: aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet, & is aſcendendo, vel deſcen-

g CAETERO DAMNO.] quod ſcilicet non continetur in primo capite:vt.s.eo.in prin.

h RVPTI.] quod verbũ eſt legis tertij capitis.

i SVFFICERE.] ſed non eſt nouũ,vt ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubiiciatur verbũ,in quo ſingula cõplectãtur:vt.ff.e.l.ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit lex.

k CVLPA ETIAM LEVISSIMA.] vt. ff. e. l.in lege Aquilia & leuiſſima.aliàs non:vt.s.eo.§. iniuria.

l EX HOC.] ſ.tertio, quod eſt loco ſecundi.

m DAMNO.] i. dãno dato in cæteris rebus.

n XXX.] ſed quare minus ſpatiũ in tertio capite quàm in primo apponitur? Reſpõ.quia in primo grauius deliquit: & ideo grauius punitur:vt ff.de offi.præ.l.diuus. & melius facit lex præcedens. Accur.

o AC NE PLVRIMI QVIDEM VERBVM ADIICITVR.] id eſt non eſt poſitũ in hoc tertio capite.

p PLEBEM ROMANAM.] ergo eſt plebiſcitum:quod eſt verum: vt.ff.eo.l.j.&.s.de iu. natu.§.plebiſcitum.

q PRIMA PARTE.] Quę enim in præfationibus dicunt †, in cõtractibus repetita eſſe credunt:vt.ff.de ver.ob.l.Titia †. §.idẽ rñdit.&.l.q ſic.&.ff.de re.dub.l.fi.&.C. fami.herci.l.quoties.&.ff.de cõdi.inſti.l.cũ ſeruus.&.ff.de act.emp.l.ſi vẽditor hominis.&.ff.de cõtrahẽ.emp.l.qui fundũ.& de leg.iij.l.in repetẽdis. & de condi.& demõ.l.auia.&.l.libertis.&.ff.de leg.ij.l.latinus.&.ff.de fun. inſtru.l.iij.&.l.Seio.§.Seio.&.ff.de pac.do.l. cùm pater. Sed argu. contraria ſunt.ff.de an.le.l.Seio.§.fi.&.ff.de fideicom.li.l.fin.§.fin. in glo.non videri. & in glo.fi.&.ff.de hære.inſtitu.l.item quod Sabinus.ſecundum Ioan.

CAETERVM PLACVIT. CASVS. Scire debitis,ꝙ tũc demũ habet locũ act.l.Aql.directa cũ corpore ſuo aliqs dãnũ dederit in corpus.qñ autẽ aliquo alio modo,q̃ corpore ſuo aliqs dãnũ dederit in corpus, habebit cõtra ipſum act.l.Aql.vtilis locũ:veluti ſi hominẽ alienũ,aut pecus ita incluſerit,vt fame necaret:& ſimiliter in alijs exẽplis poſitis in litera. Sed quid dicemus de illo,qui ſeruũ alienũ in fluuiũ deiecit:& is ſuffocatus fuerit? Rñ.ꝙ nõ eſt dubium quin corpore ſuo in corpus dãnum dederit:& ideo act.l.Aquil.tenetur.Sed dñe,quid ſi alicui dãnũ datũ fuerit à nõ corpore in corpus:vt puta ſi aliquis miſericordia ductus ſeruũ alicuius cõpe-

ditum

* Aliâs, At nec.

* Aliâs, interrogante.

† Hoc verũ niſi repetitio inducat vitium: vt in cõtrarijs legib⁹. Egi. Perri.

† Hîc Accur. patitur fluxũ legũ. Egi. Perri.

ditum ſoluerit vel effugiat:quid dicemus in iſto caſu?Reſpon. quòd neque dabitur in hoc caſu act.l.Aquil.directa,neque vtilis, ſed actione in factum ſubſidiaria quæ datur pro damnis,quæ in.l.Aquil. non comprehendũtur, tenebitur.hoc dicit.Franciſ.

Damni dãs cauſam dãnũ feciſſe videtur.

a ¶ MORTVVS.] quia qui occaſionem damni dat,damnum dediſſe videtur: vt.ff.e.l.qui occidit. §.in hac quoque actione. ADDITIO. Tu dic ſecundum Flo.ibi,ꝙ aut quis dat operã rei licitę:& adhibet illam diligentiam quam poteſt: & tunc non tenetͣ de his, quę poſteà ſequuntur:vt d.§.in hac.in fin. ſecus ſi non adhibeat diligentiã, aut det operã rei illicitę: quia tenetur:ar.ff.e.l.itẽ Mela.in prin. & eſt gl. in cap.ſicut nobis.extrà de teſti.in verbo,dederunt. Ange.

b ¶ VTILIS ACTIO IN EVM DATVR.] ſcilicet legis Aquiliæ:& nihilominus in factum:vt.ff. e.l.item ſi obſtetrix.§.ſi quis hominem.

c ¶ NON DIFFICVLTER.] imò facilè:vt.ff. e.l.qua actione.§.penult.

d ¶ LEGE AQVILIA.] id eſt directa actione legis Aquiliæ.

e ¶ IN FACTVM ACTIONE.] i. ſubſidiaria[a] quæ pro damnis datur,quæ lege Aquilia nõ cõprehenduntur,vel nõ tenentur:vt.ff.e.l.ſi ſeruum.§.fi.& videtur hæc eſſe prętoria.vt.ff.de pręſcri.ver.l.quia actionũ.

a Quæ datur in ſubſidium vbi mẽs, & verba legis Aquiliæ deſunt. Egi. Per.

f ¶ SI QVIS MISERICORDIA DVCTVS.] ſed ſi non ductus miſericordia,datur furti:vt.ff. de dolo.l.& eleganter.§.idem Labeo.

dẽdo,aut mortuus[a],aut aliqua parte corporis læſus fuerit: vtilis actio[b] in eum datur. Sed ſi quis alienũ ſeruũ, aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit,& is ſuffocatus fuerit:eo ꝙ proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe,non difficulter[c] intelligi poteſt: ideoque ipſa lege Aquilia[d] tenetur. Sed ſi non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit:cùm non ſufficiat neq; directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum qui obnoxius fuerit, in factum[e] actione teneri:veluti ſi quis[f] miſericordia ductus alienũ ſeruum compeditum[g], ſoluerit,vt fugeret[h].

TITVLVS IIII.

De iniuriis.

¶ Iniuria† poteſt capi generaliter & ſpecialiter: & ſpecialiter ſumitur tripliciter. Aretinus.

GEneraliter[i] iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit: ſpecialiter aliás cõtumelia†,quę à contemnendo dicta eſt, quma Græci[k] ὕβριν appellant:aliâs culpa,quã Græci† ἀδίκημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnũ

† Iniuria genus continet multas ſpecies ſub ſe.i. ſpeciales iniurias, ſcilicet cõtumeliã, culpam, iniquitatẽ, iniuſtitiam. Tul.li.j. de offi. tit. de duobus generibus in iuſtitiæ. E. Perrinus.

g ¶ COMPEDITVM.] eſt enim dolo proximum: vt.ff.depoſi.l.ſi hominem.j.reſpon.

h ¶ VT FVGERET.] hîc nota quãdoq; damnum datur à corpore in corpus:& tunc locũ habet actio legis Aquiliæ directa.Quãdoq; à non corpore in corpus:vt patet per multa exẽpla.ſ.proxi.§.Quandoq; econtrario de corpore in non corpus:vt ſi annulũ excuſſerit, vt in aquã caderet:vt.ff.e.l. ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi quis de manu.Et in his duobus caſibus habet l. locum vtilis actio legis Aquiliæ: & nihilominus in factum ſecũdum Io.vt.ff.eo.l. quemadmodum.§.magiſtratus municipales.cum vtroq; caſu,vtranq; repe riam dari,ſecundum Io.vt.ff.vi bo.rap.l.ij.§.ſi publicanus. Quandoque à non corpore in non corpus:& tunc ſubſidiaria in factum competit: vt.ff. eo.l.ſi ſeruum.§.fi.De qua actione in factum quot habet naturas:dic vt.ff. de præſcrip.ver.in rub.& vt dicemus.j.de inter.§.fi.

† Ita ſumitur hîc: ſecũdũ gloſ. in.l.j.ff.e. Egi.Perri.

¶ DE INIVRIIS.† ¶ *Poſt alia priuata delicta & de iniurijs ponit:quod priuatum eſt delictum,id eſt non publicum.nec enim cuilibet cõpetit,ſed iniuriato tantùm.Accurſius.*

† Aliâs, ἐγκλήμα.

GENERALITER.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes principales. Primò ponitur quot modis accipitur iniuria, & qualiter committitur.Secundò ex cuius perſona nobis iniuria illata intelligitur. Tertiò,quæ eſt pœna actionis iniuriarum. Quartò,quãdo iniuria atrox æſtimatur. Quintò,ꝙ pro iniuria poteſt etiã criminaliter agi:& an tunc poſſit interuenire procurator.Sextò,quãdo tollitur iſta actio.Secunda ibi,Patitur autem. Tertia ibi,Pœna autem. Quarta ibi,Atrox.Quinta ibi,In ſumma.Sexta ibi,Sed hæc actio. ¶ CASVS. Quæſiui à Iuſt.quid dicatur fieri per iniuriam? Et reſpon.dicens, ꝙ generaliter dicitur fieri iniuria quod non iure fit. & ita ponitur hîc priuatiuè. Specialiter autẽ dicitur iniuria,pro contumelia,à contẽnendo dicta:quam Græci appellabant ſicut voluerũt.Quãdoq; autẽ ſpecialiter dicitur culpa: ſicut ſumitur in act.l.Aquil.vbi ponitur dãnũ iniuria datũ.i.culpa faciẽtis datũ. Tertio modo ſumitur iniuria pro iniquitate,vel pro iniuſtitia. vnde cùm prætor,vel iudex cõtra aliquem,iniquè pronũciat:ille contra quem iudicatum eſt,iniuriam accepiſſe dicitur,ſiue iniuſtitiam.hoc dicit. Franc.

Dãnum datur quadrupliciter. Continuatio.

† Tull. lib. iiij. rheto. de defi. Iniuria,inquit eſt quæ aut pulſiõe corpus,aut conuicio aures aut aliqua turpitudine vitã alicuᵒ violat.vide l.j.ff.e.Eg. Per.

i ¶ GENERALITER.] facit.ff.eo.l.j.Accurſius.

k ¶ GRAECI† HYBRIN APPELLANT.] hybris Græcè dicitur contumelia latinè:vt aſſerit textus.Adikema eſt culpa.Anomia iniquitas.Adikia eſt iniuſtitia.Inde adikon,id eſt iniuſtum.

† Hæc gl. non eſt Accur.E.Per. Iniquitas& iniuſtitia diuerſa ſunt.

l ¶ INIVSTITIA.] iniquitatem cõmittit iudex quãdo contra æquitatem pronunciat:iniuſtitiam quando contra ſtrictum ius:iniquitatem & iniuſtitiam,quando contra vtrunque pronunciat.Accur.

m ¶ ACCEPISSE DICITVR.] ſcilicet ille contra quem eſt iudicatũ. Vel dic accepiſſe,id eſt feciſſe iudicem.ſic.ff.de dam.infec.l.Proculus.Acc.

¶ INIVRIA AVTEM. ¶ CASVS. Scire debes in principio, ꝙ licet iniuria quatuor modis ſumatur:vt ex præcedẽti reſpõſo liquet:attamen in toto iſto titulo ꝓpriè ſumitur iniuria pro contumelia.Volui ergo ſcire à legislatore, quomodo dicitur iniuria, ſiue contumelia committi.Et reſpon.dicens,ꝙ non ſolùm cõmittitur iniuria, cùm quis pugno pulſatus fuerit,aut fuſtibᵒ cæſus, vel verberatus, ſed etiam, ſi alicui conuiciũ aliquod dictum fuerit. Item plus dico, ꝙ ſi aliquis vellet poſſidere bona alicuius.tanquã bona debitoris ſui, ſciens eum nihil ſibi debere, iniuriã committit. Item dico, ſi aliquis ad infamiam alicuius libellum famoſum compoſuerit,aut ſcripſerit, aut ediderit, iniuriã committit: ſi aliquis pudicitiam alicuius bonæ matronæ attentauerit, vel matremfa. aſſectatus fuerit: vel prætextatum. id eſt, maſculum, vel prætextatam, id eſt fœminam aſſectatus fuerit: & alijs pluribus modis. hoc dicit. Franciſcus de Areti.

iniuria datũ accipitur: aliâs iniquitas & iniuſtitia[l],quam Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocãt.Cùm enim prætor, vel iudex nõ iure contra quem pronunciat,iniuriam accepiſſe[m] dicitur.

¶ Iniuria committitur non ſolùm facto, ſed & verbo,& ſcriptura, & alijs multis modis.Aretinus.

¶ Iniuria[n] autem committitur, non ſolùm cùm quis pugno pulſatus,aut fuſtibus cæſus, vel etiam verberatus† erit, ſed & ſi cui conuicium[o] factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi[p] debitoris,qui nihil deberet,poſſeſſa fuerint ab eo,qui intelligebat[q], nihil eum ſibi debere: vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret[r]: ſiue quis matremfami.[s] aut prætextatum[t], prætextatámve aſſectatus[v] fuerit†: ſiue cuius[x] pudicitia attentata eſſe dicetur: & denique alijs plurimis[y] modis admitti iniuriam, manifeſtum eſt.

† Dicitur verberare, qui alio modo quã pugnis percutit: ergo pugno percutiẽs,non puniretur pœna ſtatuti punientis verberãtẽ. Egi. Perri.

¶ Si fit iniuria filio,vel vxori alicuius:etiã pater,maritus,vel ſocer dicitur eam pati, vt habeat actionem iniuriarum. hoc dicit. Aretinus.

¶ Patitur autem quis iniuriam non ſolùm per ſemetipſum,ſed etiam per

n ¶ INIVRIA.] hîc proſequitur prout hoc titulo accipitur.

o ¶ CONVICIVM.] quaſi conuocium: cùm in vnum plures voces conferuntur: vt.ff.eo.l.item apud labeonẽ.§.cõuiciũ.

† Facit cõtra muguetos Aurelianenſes,qui cotidie aſſectâtur puellas: vt.l. item.§.appellare. ſecus ſi colludendi: aut officij cauſa id fiat. dicta.l.itẽ. §. meminiſſe. hoc verũ, ſi ſit in veſte matronali ea.l.ſi quis virgines.E. Per.

ADDITIO. Nota quòd verbum iniurioſum dicitur, ſiue in genere,ſiue in ſpecie improperatur aliquod delictum commiſſum:vt no. Barto. Bal.& doc. in.l.iij.in prin.ff.de libe.& poſthu.

p ¶ QVASI DEBITORIS.] cùm nõ eſſet:vt hîc,&.ff.e.l.ſi iniuriæ. Accur.

q ¶ QVI INTELLIGEBAT.] ex affectu enim fit iniuria:vt.ff.eo.l.iij.ſed quid ſi erat verè debitor?Adhuc videtur idem:cùm nihil adeò durum ſit, quàm familiarem pompam oſtendi.Quid enim tam durum tanque inhumanum,quàm publicatione pompaque rerum familiarium,& paupertatis detegi vtilitatẽ &c?vt.C.quando & qui.debetur quarta pars ex bo.defunc.l. ii.§.j.lib.x.Sed dico contrà in ſequenti caſu,ſi iure eum prouocaui, vel meũ debitorem appellaui,cùm eſſet:vt arg.ff.eo.l.eum qui.in princi.

Paupertatẽ detegere durũ eſt.

r ¶ FIERET.] niſi nocens erat.Nam peccata nocentium nota eſſe expedit: vt.ff.eo.l.eum qui.in prin.

s ¶ MATREMFAMI.] matemfamiliás eam dicimus,quæ eſt notæ authoritatis,& honeſtæ vitæ in domo ſua:vt.ff.de lib.exhi.l.iij.§.fi.&.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.l.nam ciuium.

Materfamiliâs.

t ¶ PRAETEXTATVM.] prætexta genus eſt veſtis, qua nobiliores ciues Romani ſolebant vti.Vnde ſi alius quàm cui permiſſum erat deferre[b], deferebat in alicuius certæ perſonæ ignominiam: iniuriarum tenebatur illi, quem inſectabatur.ſic plerunque fit.Accurſius.

Prætexta quid eſt.

b No.ſecũdũ Io. Fab. cõtra iſtos gabbadeos qui ſumunt habitum eremitatum, ſiue religioſorum:quia poſſunt puniri.vide in authentica. de ſan. epi. §.j.Ange.

v ¶ ASSECTATVS.] aſſectari eſt frequenter ſequi. ſed attentare eſt blando ſermone pudicitiam alicuius impetere:vt.ff.eodem.l.item apud Labeonem.§.aliud.

x ¶ CVIVS.] id eſt alicuius.

y ¶ PLVRIMIS MODIS.] qui notantur.ff.eodem.per totum.&.C.eodem. per totum.

¶ PATITVR AVTEM QVIS. ¶ CASVS. Suprà dictum eſt, quot modis fit iniuria:modò vidẽdũ eſt qualiter quis patitur iniuriã. Patitur autẽ quis iuriã non ſolùm,ſi aliquo prædictorũ modorũ ei directò fiat iniuria:vtputa,quia conuiciũ ei dictũ fuit,vel aliquo alio modo: ſed etiam ſi liberis eius,quos in poteſtate habet,aliquo prædictorũ modorũ fiat iniuria,pater dicitur paſſus iniuriã.vnde pro iniuria facta vni perſonæ, quandoq; tribus,quandoq; quatuor datur actio iniuriarũ:veluti ſi facta fuerit iniuria filiæfamiliâs nuptæ,datur actio iniuriarum patri mulieris, & etiam mulieri, & marito mulieris. Sed quid ſi marito fuit iniuria facta, poteſt ne vxor agere pro iniuria ſibi facta,& econuerſo?Reſpond.ꝙ non. AEquum enim eſt vxores à viris defendi:& non maritos ab vxoribus.Quatuor enim perſonis competit actio iniuriarum,pro iniuria facta vni perſonæ in tali caſu. Pone, quòd aliqua filiafa. nupta filio meo ſit: quem in poteſtate habebam. huic ſi facta fuit iniuria, competit actio iniuriarum

nuptæ:& mihi ſocero pro iniuria facta nurui meæ:& etiam filioſa. marito mulieris:& etiam patri mulieris.h.d.Franci.

a ¶In potestate habet.] ſi ille qui iniuriã facit,ſcit eos eſſe in poteſtate,licet ignoret in cuius poteſtate ſint: alioqui non:ſicut marito ſi mulierem viduam credat:vt.ff.eo.l.eum qui nocentem.§.ſi. Accur.

b ¶Per vxorem ſvam.] vel ſpõſam:vt ff.eo.l.item apud.§.ſponſum quoque.

c ¶Sed etiam patris.] licet in poteſtate patris eius non eſſet:vt ff.eodem.l.j.§.item.

Additio. Iſta gl.non eſt vera, per legẽ.ſed ſi vnius.§.ait prætor. verſi. idem eſt & ſi emãcipatus.ff.eo.& ibi videtur gloſ.præterea ſi non competit patri actio iniuriarum,quando credit pulſatum fore patremfa. vt.d.l.eum qui. §. ſi.ff.e. ergo multò fortius non competit ſibi,quando in veritate eſt paterfa. ſcilicet quãdo eſt emãcipatus,ſecundum Ioã.Fabr.quod credo verum.Ange.

d ¶Cvivs.] ſcilicet fœminæ vel nurus.

¶Servvs avtem. ¶Casvs. Suprà dictum eſt, ꝙ patitur aliquis iniuriam nõ ſolùm per ſemetipſum, ſed & per vxorem ſuam, & per liberos ſuos quos in poteſtate habet. Hæc autem omnia intelligere debes vera eſſe in liberis. Si enim alicui ſeruo fiat iniuria, non intelligitur ei fieri aliqua iniuria,eo quòd inſpecto iure ciuili ſerui pro nullo habentur : ſed domino ſerui fit iniuria per iniuriam factã ſeruo:ſicut per iniuriã factã vxori vel liberis,iniuria fit marito vxoris,& illi in cuius poteſtate liberi ſunt.Solùm enim in duobus caſibus ſit dño iniuria per iniuriam factam ſeruo:ſi vel in cõtumeliam domini apertè facta fuerit ſeruo iniuria,licet non atrox:vel ſi ſeruus atrociter verberetur.Cæterùm ſi aliquis contra ſeruum tuum cõclamauerit,& eum leuiter pugno percuſſerit,non dabitur tibi actio iniuriarum.h.d.Franciſcus.

liberos ſuos,quos in poteſtate[a] habet: item per vxorem ſuam[b],id enim magis præualuit. Itaque ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt,iniuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi poteſt, ſed etiam patris[c] quoque & mariti nomine.Cõtrà autem,ſi viro iniuria facta ſit, vxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi enim vxores à viris,nõ viros ab vxoribus,æquum eſt.Sed & ſocer, nurus nomine cuius[d] vir in eius poteſtate eſt,iniuriarum agere poteſt.

¶Ex iniuria facta ſeruo,non agit ſeruus, ſed eius dominus,ſi iniuria in ſuã cotumeliam fiat,vel fuerit atrox. Aretinus.

¶Seruis autem ipſis quidem nulla[e] iniuria fieri intelligitur, ſed domino per eos fieri videtur.non tamen iiſdẽ modis quibus per liberos[f] & vxores: ſed ita, cũ quid atrocius[g] cõmiſſum fuerit,& quod apertè[h] ad contumeliam domini reſpicit[i]: veluti ſi quis alienum ſeruum atrociter verberauerit,& in hunc caſum[k] actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuiciũ fecerit, vel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit.

¶Pro iniuria illata ſeruo communi, agit vterque dominus, habita diſtinctione dignitatis vtriuſque. Aretinus.

¶Si communi ſeruo iniuria facta ſit æquum eſt non pro ea parte, qua dominus[l] quiſque eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex dominorum[m]

e ¶Nvlla inivria.] quátũ ad hoc vt agat,ſcilicet inſpecto iure ciuili: ſed ſic,inſpecto iure naturali:vt.ff.e.l.eũ qui.§.j.&.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ij.&.§.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.ſina.quæ eſt contra.

f ¶Per liberos.] id eſt filios.

g ¶Atrocivs.] quàm æquum ſit.

h ¶Et qvod aperte.] repete, & cùm id commiſſum fuerit quod &c.Si autem non in domini contumeliam,ſed ſerui tantùm: tamen adhuc non debet inulta relinqui à prætore:vt.ff.eod.l.item apud Labeonem.§.ſi quis ſic fecit[a].

i ¶Ad contvmeliam domini respicit.] his duobus caſibus domino datur actio:hoc eſt ſiue ad eius contumeliam fiat iniuria:ſiue ſeruus atrociter verberetur,: & ſic dominus aget propter iniuriam ſeruo factam.non tamen ſerui nomine[b],quaſi ſeruo competat actio,ſed in primo caſu ſuo nomine pro iniuria,ſcilicet ſibi commiſſa.

k ¶In hvnc casvm.] non ſolùm in ſuperiori caſu,quando ad contumeliam domini facta eſt iniuria.

¶Si commvni servo. ¶Casvs. Suprà dictũ eſt,quòd ſi ſeruo alicuius qui in totum alicuius eſt,fiat iniuria,quòd in duobus caſibus actio iniuriarum competit domino.ſed pone quòd ſeruo communi alicuius ſimplicis hominis & alicuius nobilis viri pro æqualibus partibus fiat iniuria,ex qua naſcatur actio iniuriarum: qualiter debet iſta iniuria æſtimari?Et reſpon. quòd non debet fieri iniuriæ æſtimatio pro ea parte,pro qua quiſque eorum dominus eſt:ſed ex perſonis dominorum,hoc eſt dignitatibus : hoc eſt dicere , quòd licet humilis perſona tantùm habeat in ſeruo quantum & nobilis:non tamen tantùm debet iniuria ſua æſtimari, quantum iniuria facta nobili. Ad. l. autem inductam per contrarium. ff. eodem. l. ſed non eſt æquum. reſpond. ſic exponendo. l.ſed non eſt æquum pro maiori parte , quàm pro qua dominus eſt, damnationem fieri : hoc ſic intelligo, quòd quilibet dominorum habebit dimidiam emendæ reſpectu facto ad ſuum totum.Si enim ſeruus cui facta eſt iniuria,

a Nota qđ maleficiũ non debet remanere impunitum.l.ita vulneratus.ff. ad l.Aquil. Ex quo nota,ꝙ ſi iniuriam paſſus non poteſt agere ex forma ſtatuti:quia fortè non ſoluit collectas:tamen iudex ex ſuo officio poteſt iniuriantẽ puniri:vt.d. §. ſi quis ſic fecit.&ẽſt bonus text. & ibi Bart. in l. nõ ſolùm §. quãquã ff.eodẽ.Auge.

b No.modũ libellandi & agẽdi:

totus fuiſſet nobilis,æſtimaretur iniuria ſua xx.ſolid. ſed quia non eſt niſi dimidius,æſtimabitur x.& ita æſtimatio nobilis viri deducitur ad ſuum totum.autillud æſtimabitur habito reſpectu ad diuturnitatem.Si autem ſeruus cui facta eſt iniuria,totus eſſet domini ignobilis,nõ valeret iniuria niſi decẽ.cùm ergo non habeat niſi medietatẽ in ſeruo ſuo, æſtimabitur quinque.Alijs autẽ modis ſoluitur ibidem.Sed quid ſi fiat iniuria ſeruo , in quo aliquis habet vſumfructum:cui competit actio iniuriarum?Et reſpon.ꝙ domino proprietatis.Sed po.ꝙ alicui libero homini,qui tibi bona fide ſeruit,fiat iniuria : dabit ne tibi actio iniuriarum? Et reſpon.quòd non:ſed ſibi.& hoc verũ eſt,niſi in contumeliam tui domini, cui bona fide ſeruit, ſit vulneratus vel pulſatus.Idem eſt in ſeruo alieno bo.fid.ſeruiente:vt tunc pro iniuria ei facta, tibi concedatur actio iniuriarum,quãdo in contumeliã tui iniuria fuerit ei facta. Et hæc ſunt quæ in litera continẽtur. Franciſc.

quia domini nus debet dicere ſeruum fuiſſe verberatũ in contumeliam ſuam: &ideo quia ſibi iniuria illata eſt: ſuo nomine iniuriarum agit. ſinaũt alio modo ageret,ſuccumberet. Ange.

perſona:quia ipſis fit iniuria. Quòd ſi vſuſfructus in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuij ,magis[n] Mæuio[o] iniuria fieri intelligitur.

¶Pro iniuria facta libero homini & ſeruo alieno, qui ſeruiunt nobis bona fide:ſi facta fuerit in deſpectũ noſtrum, competit nobis actio iniuriarum. Areti.

¶Sed ſi libero homini, qui tibi bona fide ſeruit,iniuria facta ſit : nulla tibi actio dabitur,ſed ſuo nomine is experiri poterit:niſi in cõtumeliam tuam pulſatus ſit.tunc enim competit & tibi[p] iniuriarum actio. Idem ergo eſt, & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente : vt toties admittatur iniuriarum actio,quoties in tuam contumeliam[q] iniuria ei facta ſit.

¶Pœna iniuriarum eſt pecuniaria, quanti fuerit æſtimata,& per iudicem taxata: quæ æſtimatio & taxatio creſcit, vel diminuitur ſecundum perſonarum dignitatem & conditionem. Areti.

¶Pœna autem iniuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum[r] quidẽ ruptum[s] Talio[t] erat: propter os verò fractum nummariæ pœnæ erant cõſtitutæ,vt in magna[v] veterum paupertate. Sed poſtea prætores permittebãt ipſis,qui iniuriam paſſi ſunt,eam æſtimare:vt iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit[x]: vel minoris,prout ei viſum fuerit†. Sed pœna quidem iniuriæ,quæ ex lege duodecim tabularum introducta eſt , in

l ¶Dominvs.] imò ꝓ parte dominij:vt.ff.eo.l. ſed non eſſe. cõtra. Solu. † non cõtradicit ſi rectè intelligatur. Nam quilibet agit ratione dimidiæ: vt ſi duo ſunt:vnus nobilis,alius ignobilis : ſi ſeruus eſſet totus nobilis, ageret iniuriarũ in xx. nũc ergo aget in.x.ignobilis autem ageret in.x. ſi eſſet totus ſuus ſeruus: nunc ergo aget in quinque:& ita quilibet ꝓ parte ſua:& ratio dignitatis habetur.Vel ibi erant pares per omnia domini.

m ¶Ex dominorvm persona.] q.d.nõ ex ſerui perſona.

n ¶Magis.] quã Titio.

† Vera ſolutio ſecundũ Bart. in l.item. §.ſi. ff. eo. eſt, quia aut ſit iniuria ad contumeliã dominorũ, & habet locũ hic tex. aut non:ſed ſimpliciter ſit ſeruo: & tũc loquitur lex contraria. E. Per.

† Iudex habet authoritatem taxã di minuẽdi, augendi, & prorſus tollendi.l. videamus. §. ſi.&.l.in actionibus. ff.de in litẽ iuran. Egi. Perri.

o ¶Maevio.] niſi ad contumeliam vſuſfructuarij facta ſit:vt.ff.eo.l.item apud Labeonem.§.ſi vſumfructum.&.§.item ſi liberum.ad ſi.legis.

p ¶Et tibi.] non ſolùm ei.

q ¶In tvam contvmeliam.] nec minus ipſe iniuriarũ aget.ideo in fructuario diſtinguí oportet:vt.ff.eo.l.item.§.item ſi liberum.

¶Poena avtem inivriarvm. ¶Casvs. Dixit Iuſti.Domine,dicatis mihi,quæ pœna imponitur pro iniuria in actione iniuriarum?ipſe notat mihi antiquas fabulas,dicẽs ꝙ antiquitus imponebatur vna pœna pro iniuria per l.xij.tab.& alia per prætores poſteà & ſecũda:& vt breuiter dicam,mẽbrum pro mẽbro.propter os verò fractũ,vt ſi aliquis in ore percuteretur,ita ꝙ ſanguis vndique flueret,ſecũdum dominũ Guid. ſunt pecuniariæ pœnæ cõſtitutæ propter veterũ paupertatem:quia ita pauperes erant tunc,ꝙ ſatis puniebantur propter os fractum,ſi parum de pecunia ſoluerent.Maluerunt enim tunc tẽporis ſuſpendi,quàm aliquid de pecunia ſua dare.vel poteſt hoc quod dicit propter nimiam paupertatem veterum,referri non ad proximum dictum,ſed ad aliud quod dicit,erat pœna talionis.Quia enim ita pauperes erant olim ꝙ non habebant pecuniam vnde ſatisfacere poſſent membrum ruptum:propter hoc fuit ſtatuta pœna talionis:ſed poſtea prætores circa naturam iniuriarum tractantes ſtatuerunt,ꝙ pro iniuria agatur ciuiliter:& tunc debet iudex in tantum condẽnare iniuriãtem,quantum ille cui ſit iniuria,iniuriam ſibi factam æſtimauerit: vel minoris,ſecũdum ꝙ ſibi æquum viſum fuerit. Dicit etiam Iuſt. ꝙ pœna.l.xij.tab.in deſuetudinẽ abijt:pœna autem à prætoribus introducta hodie habet locum:nam ſecundum qualitatem perſonæ cui ſit iniuria, creſcit vel minuitur iniuriæ æſtimatio.hoc dicit.Franciſcus.

r ¶Membrvm.] puta manum vel pedem. *Additio.* Not. ex text.& gloſſ.quid dicatur membrum:& habetur in.l.non ſunt liberi.ff.de ſtat.ho.per gloſſ.& docto. & an dens dicatur membrum: habetur in.l.cui dens.ff.de ædil.edic.de quo vide Barto.& Ioan.de Imol.in.l.ij.ff.de public. iudi.Ange.

s ¶Rvptvm.] id eſt detruncatum.

t ¶Talio.] i.ſimilitudo ſupplicij:vt membrum pro membro.

v ¶Qvasi in magna.] hæc eſt ratio non ad proximum ,ſed ad illud quod erat pœna talionis.Accur.

x ¶Aestimaverit.] per ſacramentum taxatione iudicis.

Honoraria.

deſuetudinem abijt. quã autẽ prætores introduxerũt, (quæ etiã honoraria[a], appellatur), in iudicijs frequentatur. Nam ſecundum gradũ dignitatis, vitæq; honeſtatem creſcit, aut minuitur æſtimatio[b] iniuriæ. qui gradus cõdemnationis, & in ſeruili perſona nõ immeritò ſeruatur: vt aliud in ſeruo actore[c], aliud in medij actus homine[d], aliud in viliſsimo vel compedito[e] ius ęſtimationis conſtituatur.

¶Lege Cornelia de iniurijs tenetur quis etiam in tribus caſibus hîc ſpecificatis. & domus noſtra dicitur etiam conducta. Aretinus.

¶Sed & lex Cornelia[f] de iniurijs loquitur, & iniuriarum actionem introduxit[g]: quæ competit ob eam rem, quòd ſe pulſatum[h] quis, verberatúmve[i], vel domum ſuam[k], vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.

¶Atrox iniuria æſtimatur ex qualitate facti, loci, & perſonarum.

¶Atrox[l] iniuria † exiſtimatur, vel ex facto[m]: veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtibus cæſus, vel ex loco: veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in conſpectu † prætoris iniuria facta ſit. vel ex perſona: veluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, vel ſi ſenatori ab humili[n] perſona iniuria facta ſit, aut parenti patronóve fiat à liberis[o], vel libertis. Aliter enim ſenatoris, & parentis patroníque, aliter extranei, & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Nonnunquam[p] & locus vulneris atrocem iniuriam facit: veluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autem refert, vtrum patrifamiliâs, an filiofamiliâs[q] talis iniuria facta ſit. nam & hæc atrox iniuria æſtimabitur.

¶Ex qualibet iniuria poteſt agi ciuiliter ad æſtimationem, & criminaliter ad condemnationem extra ordinem: in quo iudicio criminali non poteſt interuenire procurator, niſi pro illuſtri perſona. hoc dicit. Aretinus.

¶In ſumma, ſciendum eſt de omni † iniuria eum, † qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter agere[r], vel ciuiliter. Et ſiquidem ciuiliter agatur: æſtimatione facta ſecundum quod dictum eſt[s], pœna[t] reo imponitur. ſin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria[v] pœna reo irrogatur: hoc videlicet obſeruãdo, quod Zenoniãa cõſtitutio[x] introduxit, vt viri illuſtres[y] †, quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſsint actionem[z] iniuriarum criminaliter, vel perſequi, vel ſuſcipere, ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet[a].

¶Faciens fieri iniuriam, ita punitur ſicut faciens. Aretinus.

¶Non ſolùm autẽ is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriã, id eſt qui percuſsit: verùm ille quoq; tenet, qui dolo fecit iniuriã, vel qui procurauit, vt cui[b] mala[c] pugno percuteretur[d].

¶Actio iniuriarum non naſcitur, niſi ab initio iniuriatus in animo ſuo iniuriã reuocauerit. Vel ſic ſecundum gloſſ. Actio iniuriarum iam nata tollitur diſsimulatione. Aretinus.

¶Hæc actio diſsimulatione[e] aboletur: & ideo ſi quis iniuriam

---

a ¶Honoraria.] facit. ſ. de iur. natu. gen. & ciui. §. proponebant.

b ¶Aestimatio.] propoſita actione iniuriarum prætoria, quæ anno cõtinuo tollitur: vt. C. eo. l. ſi non conuicij. niſi in caſu, vbi anno vtili datur[a]: vt ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. poſt annum.

a Dic licet glo. j. proxi. §. & in d. l. ſi. non cõuicij. nullam approbet: & ponat multas opi. tamen hîc & in. l. lex. Corne. hanc approbat, quòd iſta actio ſit ciuilis in tribus caſibus. §. proxi. j. eo. Ange.

c ¶In servo actore.] id eſt caſtaldo.

d ¶Medii actvs homine.] qui meſonauta, aliâs mediaſtinus dicitur. ff. nau. cau. ſtab. l. j. §. qui ſunt. verſicu. nec enim. & §. caupones. verſicu. cæterùm.

e ¶Compedito.] i. in eo ſeruo, qui nullã aliam affert vtilitatem: ſed tantùm ligatus ſtat.

¶Sed et lex Cornelia. ¶Casvs. Scire debes, ꝙ pro omni iniuria de mũdo debet agi actione iniuriarũ ex. l. Corne. de iniurijs. quod contingit in tribus caſibus: puta ſi aliquis dicat ſe pulſatum, verberatum, vel domum ſuã vi introitã. & appello domũ tuã, ſiue ꝓpria tibi fuerit, ſiue locata, ſiue gratis cõceſſa. hoc dicit. Franciſcus.

Lex Cornelia vnde dicitur.

f ¶Lex cornelia.] ideo ſic dicta, quia Cornelius Sylla præfect⁹ primus eã fecit: vt. ff. de acc. l. hos accuſare. in fi. l. Acc.

Dom⁹ ſua.

g ¶Introdvxit.] ſ. dicta. l. Cornelia: in qua actione condemnatio fit ęſtimatione iudicis, nõ iureiurando in litẽ: vt. ff. eo. l. cõſtitutionibus. Sed nũquid his caſibus, qui tres ſunt ex lege Cornelia, eſt hæc actio perpetua? Dicũt quidã, vt M: ꝙ ſic: cùm omnis actio ex lege deſcẽdens ſit perpetua: vt. j. de perpe. & tẽp. act. in princ. Sed Io. contra. dicit enim ſemper eã anno cõtinuo tolli: vt. C. e. l. ſi nõ cõuicij. Et no. ꝙ his tribus caſibus eſt ciuilis, aliâs eſt vbiq; prætoria, cũ à prætore ſit inducta: vt. ff. e. l. prætor. Acc.

Actio iniuriarum an ſit annalis in omnibus caſibus.

† Concor. cũ hoc. §. c. vl. in gl. ſuper verbo atroces. extrà de donatio. vbi recitat tenorem huius. §. & glo. j. paulopoſt me. & in. c. fina. extrà de cõſe. eccle. vel alta.

h ¶Pvlsatvm.] ſine dolore.

i ¶Verberatvm.] ſ. cum dolore: vt. ff. e. l. lex Cornelia. §. j.

k ¶Domvm svam[b].] facit. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. habitare.

† Nã atrocior eſt quę fit in cõſpectu. l. præ tor edixit. in fi. ff. e. E. Per.

b Nota ꝙ relatiuum ſuus ſua ſuũ nõ ſemper ĩportat dominiũ: & facit qđ not. Barto. in. l. quintus. §. argento. ff. de aur. & argen. leg. Ange.

¶Atrox inivria. ¶Casvs. Intellexi domine Iuſti. ſuperius fieri mentionem de atroci iniuria. ſed domine, qualiter cognoſcam atrocem iniuriam? Et ipſe reſpon. dicens, quòd atrox iniuria quatuor modis cognoſcitur: videlicet ex loco duplex, ſcilicet ex loco vbi fit, vel loco vulneris. Item ex facto, vt ſi aliquis vulneratus fuerit, vel grauiter læſus. & etiã ex perſona: vt patet ex litera. hoc dicit. Franciſcus de Are.

l ¶Atrox.] ideo atrox iniuria ab alia ſeparatur, quæ ſit minor, vt per hoc magis puniatur: vt. ſ. eo. §. pœna autem. ff. eo. l. prætor edixit. §. atrocem. & §. fi. & l. vulneris. & l. ſequen.

m ¶Ex facto.] magis quàm ex pretio rei: vt. ff. de incend. rui. nau. l. Pedius. §. primo.

n ¶Hvmili persona.] quæ ſit perſona humilis, dic vt. C. de inceſt. nupt. l. humilem.

o ¶A liberis vel libertis.] quibus aduerſus parentes & patronos agere permittitur, ſi ſit atrox iniuria facta eis à parentibus & patronis: vt. ff. eodem. l. prætor edixit. §. præterea. puta in oculo vel in ore: vt. ff. eodem. l. prætor. §. fina. & l ſequenti. Accur. Additio. Dicas ſecundum Saly. in. l. iniquum. C. qui accuſa. non poſſ. quòd licet pro leui iniuria filius in poteſtate non poſsit patrem ſolenniter accuſare: vt. l. lis nulla. ff. de iudic. tamen iudicis officium poteſt implorare pro graui: vt. l. ſi lenones. C. de epiſcop. audien. Emancipatus quoque pro leui delicto non accuſat, ſed pro graui ſic: dummodo ciuiliter agi non poſsit. aliâs ſecus, vt hîc per docto.

p ¶Nonnvnqvam.] id eſt aliquando. & ſic duæ negationes faciũt vnam affirmationem. Accurſius.

q ¶Filiofamilias.] niſi quia facta iniuria filio, duæ actiones naſcuntur: & vtriuſque exercitium competit patri: vt. ff. eo. l. ſed ſi vnius. §. filiofamiliâs. & l. pater. ſed facta iniuria patri, non ideo filius aget.

¶In svmma. ¶Casvs. Ille qui patitur iniuriam, poteſt agere de iniuria ſibi illata ciuiliter ſi voluerit, vel criminaliter. Si autem ciuiliter agat: æſtimatione facta, ſecundum quod ſuprà dictum eſt, iudex pœnã reo irrogabit. Si autem criminaliter, tunc extraordinaria pœna eſt imponenda. Hoc tamen vult ſemper obſeruari dominus Iuſti. quia illuſtres, & ſuperilluſtres iniurias ſibi illatas, per procuratores agere poſsint, tam criminaliter, quàm ciuiliter, ſecũdum tenorẽ conſtitutionis Leonis, quam habes. C. eo. l. fi. ad quam recurre. Franciſcus.

r ¶Agere.] & ſic tollitur vnũ iudiciũ per aliud, cùm vtrũq; ſit proditũ ad vindictã: vt. ff. e. l. prætor. §. j. & l. quod ſenatus cõſultũ. in fi. in gl. fi. ſecus ſi alterũ eſſet de re familiari: vt. C. qñ ciui. act. cri. præ. l. j. Et ideo ſi de iniuria atroci actũ eſt iniuriarũ: nihilominus poteſt agi lege Aquilia ad damnũ, & ecõuerſo. nec enim actione iniuriarũ agitur ad dãnũ vt ad damnũ, ſed vt ad cõtumeliam: vt. ff. eo. l. item apud Labeonẽ. §. ſi quis ſeruo verberato.

† Seu leuis ſit, ſiue atrox: quia qui totũ dicit, nihil excludit. Egi. Perrinus.

† Scilicet ſolum, non quẽlibet de populo: qa iniuria eſt crimẽ priuatũ. fallit in libello famoſo. Egi. Perrinus.

† In alijs vbicunque poteſt imponi pœna corpo. non admittitur procurator neque agẽdo, neque defendẽdo, ſecundum Barto. Egi. Perri.

s ¶Dictvm est.] vt ſ. e. §. pœna. in fi. §.

t ¶Poena.] pecuniaria ſcilicet actori danda.

v ¶Extraordinaria.] ſcilicet capitis, vel ſtatus ſi iudici ſedeat, vel pecuniaria inferenda fiſco, non actori: vt. ff. eo. l. fin. Accur. Additio. Et ſic vbi pœna eſt in arbitrio iudicis, poteſt ſuũ arbitrium extẽdere vſq; ad mortẽ: quod eſt verũ penſata, & attẽtata facti qualitate. l. Pedius. §. j. ff. de incẽ. rui. nau. Item ex hac gl. elici poteſt, ꝙ ſi ageretur de crimine ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, iudicium dicitur eſſe criminale.

Pœna arbitraria ad mortẽ extẽditur.

x ¶Constitvtio.] vt. C. eo. l. fi.

y ¶Illvstres.] hi ſunt qui tantùm nomine illuſtres ſunt, & non dignitate. Illi autem ſunt ſuper eos qui dignitatem & adminiſtrationem habent: ſupra quos nemo eſt niſi Imperator[c]. quod dic vt notaui in aut. vt ab illuſtri. & qui ſupra eos ſunt. colla. v.

c Dic vt p gl. & omnes docto. in. l. fin. C. eo. Ange.

z ¶Actionem.] id eſt accuſationem. Et eſt ſpeciale in accuſatione, aliâs cõtrà: vt. ff. de procur. l. licet. §. ad actionem. & ff. de pub. iudi. l. pe. §. ad crimen.

a ¶Apparet.] dic ergo hîc caſum eius legis.

¶Non solvm. ¶Casvs. Scire debes, quòd non ſolùm tenetur actione iniuriarum qui fecit iniuriã: ſed & ille qui procurauit vt ab alio fieret. h. d. Fran. de Are.

b ¶Vt cvi.] id eſt alicui. vel cuius, id eſt alicuius.

c ¶Mala.] id eſt maxilla.

d ¶Percvteretvr.] ſed videtur, ꝙ ex tali conſilio non teneatur: vt. ſ. de obli. quæ ex delic. naſcun. §. ope. in fi. §. Sed dic vt ibi diximus. Item arg. contra. ſ. man. §. tua tantùm. ibi, quia nemo ex conſilio.

¶Haec actio. ¶Casvs. Si aliquis fecerit mihi iniuriam, & ego diſsimulauerim: ſi pœniteam poſteà, & velim agere iniuriarum: nõ poſſum. h. d. Fran.

Actio iniuriarũ quo modo tollitur.

e ¶Dissimvlatione.] vt ſi riſi, vel luſi, vel comedi cum eo poſteà. Itẽ tollitur etiam nudo pacto ipſo iure: vt. ff. de pactis, ſi tibi. §. quædã actiones. Sed nunquid eſt nata etiam ſtatim facta iniuria: an ita demum ſi dicat, ad animum reuoco? Quod vltimum dixit B. vt dicunt. Sed certè imo eſt nata ſtatim. nec enim ex reuocatione ad animum, vel ex verbis talibus naſcitur hæc actio, ſed ex contumelia: vt. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. Item quomodo aboleretur hæc niſi eſſet nata? certè nullo modo: vt. ff. de iniuſt. rup. teſt. l. nam & ſi. §. poſt defectum. & ff. de verbo. obligat. l. decem.

a Dic vt. ff. de adimē. lega. l. filio. §. Seia. & vide. l. iij. §. fina. ibi Bart. eo. ti. Ange.

a ¶ Non revocaverit.] i. aboleuerit. Nō enim oportet dicere: ad animum reuoco: ſed ſufficit ſi remaneat iratus, & ei non recōcilietur [a]. Sed qd ſi in vltima volũtate in pœnitentia remittit quaſi coactus morte: & poſteà conualet: nunquid renaſcitur? Videtur ꝙ ſic: vt ar. š. de dona. §. mortis cauſa. Itē quia coactus remiſit. vnde prætor ratum non habet: vt. ff. quod met. cau. l. j. Sed cōtradico. qa fuit ſemel extincta: vnde in perpetuum reſuſcitari nō poteſt: vt. ff. de ſol. l. q res. §. areã. ibi, in perpetuũ. Itē præſumo ꝙ perpetuò voluerit remittere, ſiue conualuerit, ſiue nō. nã aliâs nō potuit bene pœnitere. præſumam ergo eũ nō fuiſſe immemorē ſuę ſalutis: vt. C. ad l. iul. repe. l. fi. Itē eſt contra, ad id quod hîc dicit, nuda volũtate tolli hãc actionē. ff. de neg. geſt. l. Pōponius. ibi, nam qũo &c. & ibi no. gloſſ. nuda. Sed certè ab initio tollit nuda volũtate & ſimplici, & vnius tantùm. ſed ſi ſemel ad animũ reuocauerit, non remittitur per nudã volũtatem: ſed per voluntatē nudã verbis, vel pacto expreſſam. ſic etiam ipſo iure: vt dictũ eſt per. l. ff. de pac. l. ſi tibi. §. quædam.

† Sic. ff. de ijs qui deiecerunt vel effuderunt. Egi. Perri.

† Idem in tabellione male faciente inſtrumētũ ſecundũ Nico. de de Neapo. E. Perſi.

dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus, ad animum ſuum nō reuocauerit [a]: poſteà ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.

TITVLVS V.

De obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur†.

¶ Iudex qui per imperitiam malè iudicat, facit litem ſuam, & quaſi ex maleficio tenetur, inquãtum ęquum videbitur iudicanti. hoc dicit. Areti.

Si iudex [b] litem ſuã [c] † fecerit [d], nō propriè ex maleficio obligatus videtur: ſed quia neque ex maleficio, neq; ex contractu [e] obligatus eſt, & vtiq; peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudētiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri: & inquãtũ de ea re æquum religioni iudicantis videbitur [f], pœnam ſuſtinebit.

¶ Ille ex cuius domo aliquid proijcitur, quod alteri noceat, quaſi ex maleficio obligatur ad duplum æſtimationis dãni. Qui verò habet ſupra viam aliquid appenſum, quod poſſit alteri nocere: tenetur pœna decem aureorum. pro homine verò libero occiſo eſt pœna quinquaginta aureorum, ſed ſi viuit, & fuerit ſibi nocitum, tenetur inquantum iudex æſtimauerit. Aretinus.

Continuatio.

¶ De obligationibus &c. ¶ *Quia de obligationibus ex maleficio diximꝰ: ſequitur de ijs, quæ ex quaſi maleficio ſunt. Ac.*

Diuiſio.

Si iudex &c.] ¶ Totus iſte titu. diuidit in duas partes principales. Primò ponit caſus, in quibꝰ quis obligatur ex quaſi maleficio. Secũdò qua actione his caſibus agatur. Secũda ibi, In his autem. ¶ Casus. In toto tit. iſto nihil aliud dicitur, niſi, ꝙ ponuntur quædã exempla, in quibus quidem exēplis tenetur aliquis ex quaſi delicto: & inter omnia exēpla primũ exemplũ eſt de iudice qui cognoſcēs inter me & aduerſarium meũ, per ſuã imprudentiã, vel imperitiã cōtra iuſtitiã meã pronunciauit, credens æquũ de me facere. Iſte enim iudex dicitur litem facere ſuam: hoc eſt damnum alterius in ſe transferre. In id etiam mihi tenetur, in quo per imperitiam ſuã me læſit. Sed quo genere dicemus ipſum mihi obligatũ? Rñ. vt ſuperius dictũ eſt, ꝙ cùm non ſit obligatus ex contractu, nec ex quaſi contractu: eo ꝙ neque contraxit, neque quaſi contraxit: neque ex maleficio: quia credebat bene facere: ex quaſi delicto obligatur. Sed pro Deo inquantum ſuſtinebit iudex iſte imperitus pœnã? Reſpō. ꝙ inquãtũ æquũ viſum fuerit iudici maiori: hoc eſt ſecũdũ ꝙ plus, vel minus iudex maior viderit ipſum erraſſe. Secus enim eſt, ſi circa certa & cōia aliqs iudex errauerit: & ſecus ſi errauerit circa occulta huius philoſophiæ. h. d. Fr.

b De peculio: cum pater conſueuit conueniri.

b ¶ Iudex.] ſiue ſit paterfamiliâs iudex, ſiue filiusfamiliâs. ſed quãdo eſt filiusfamiliâs, pater de peculio tenetur inquãtũ fuit in peculio: cùm filiusfamiliâs litē ſuã fecerit: vt ita ſint duo ſpecialia: & quia datur de peculio, licet ſit quaſi maleficiũ, quod nō eſt aliâs: vt. ff. de ijs qui deiec. vel effu. l. j. §. ſi filiusfamiliâs. Itē quia inſpicit tps quo fecit litē ſuã in cōdēnãdo: licet aliâs rei iudicatę tēpus ſpectet: vt. ff. de pec. l. quæſitũ. & probantur hæc. ff. de iud. l. ſi filiusfamiliâs. Vel dic, ꝙ filius cōuenitur [b]: vt no. in. d. §. ſi filiusfamiliâs. Acc. Additio No. ꝙ iſte titulus non habet locũ, qñ iudex per dolum, vel corruptelam tulit ſententiam: quia tunc tenetur propriè ex delicto: vt etiã no. Barto. in. d. §. ſi filiusfamiliâs. Angelus Aretinus.

Arbiter ſi facit litem ſuam, an ſit puniendus ſicut iudex.

c ¶ Litem suam.] i. controuerſiã vel litigiũ: vt in id teneat ipſe in quo læſit aliquē: & hoc qñ per ignorãtiã vel imperitiã: vt. j. ſequit. Nã ſi dolo, tũc nō habet locũ hîc titulus: ſed ex maleficio tenetur, & fit infamis: vt. C. de pœna iudicis qui malè iudica. l. fi. Sed nũquid hæc omnia in arbitro locum habent: Dicit Io. ꝙ ſic: vt. C. de pac. l. ſiquis in cōſcribēdo. Alij contrà, cùm poſſit pœna peti tãtùm: nec ſententia valeat: vt. C. de arbi. l. j. & l. ij. & maximè ſecũdũ noua iura, quæ loquuntur cùm eſt iuratũ ab arbitro, vel à partibus: ſecũdũ quæ nihil eis erit præter ſacramētũ: vt in aut. de iu. §. qa verò. ver. ſi autem ex ignorãtia. col. vj. Sed certè ſentētia prima vera eſt. nec obſtat hæc authē. quia nihil erit ei, id eſt arbitro, præter ſacramētũ &c. ſcilicet vt poſſit cogere partes ſuo ſtare iudicio. vel eis, id eſt partibus. Nã vocabit alterã partem per iuramentum: ſed & contra arbitrum nihilominus, aget: vt dictum eſt: & per actionem in factum: vt. j. eodem. §. finali.

d ¶ Fecerit.] id eſt malè iudicauerit.

e ¶ Ex contractu.] vel quaſi.

f ¶ Videbitur.] vt ſi dubitauit circa legem Fuſiam Caniniam, durius puniatur. ſi autem in. l. illa Gallus Aquilius, mitius puniatur [c]: & hoc quãdo non fuit data pecunia iudici vel promiſſa: aliâs graues pœnæ ſequerentur: vt. C. de pœna iud. qui ma. iudica. aut. nouo iure. & facit ad hoc reſpō. ff. de var. & extraordi. cog. l. fi. Accurſius.

c Et idem ſi fuerit ſecutus intellectũ multorũ doctorum, in vna lege, quę habet plures intellectus: licet ille nō ſit communis, vt dicit Bar. in. l. cũ prolatis. in fi. ff. de re iu. valeret tamen talis ſentētia, vnde opus eſſet appellatione: & iudex appellationis poſſet ſequi aliã opi. & alium intellectũ: & retractare, vel confirmare ſentētiam, vt no. Bar. ĩ. l. iiij. §. hoc autē iudiciũ. in fi. ff. de dã. infecto. De hac materia vide latius per Ange. hîc.

† Aut vxoris. E. Perri.

† Scilicet facile, aliâs non tenet. Egi. Perri.

† Vnde vbi lex cōſyderat quid poteſt euenire, nō debemꝰ requirere quid actualiter euenerit: ſecũdũ Bart. Egi. Perri.

¶ Item is ex cuius coenaculo. ¶ Casus. Iã vidiſtis vnũ exemplũ, vbi obligatus eſt aliquis, non ex contractu: neque ex quaſi contractn: neq; ex maleficio, ſed ex quaſi maleficio eſt obligatꝰ. Modò ponit hîc aliud exēplũ: vt ecce, Si de cœnaculo alicuius fuerit aliud eiectũ, vel effuſum, ex quo aliquis lædit: iſte de cuius cœnaculo illud eiicit, vel effunditur, eſt obligatus, nō ex contractu, neq; ex quaſi cōtractu, neque ex maleficio: quia ipſe non eiecit: ſed ex quaſi maleficio, id eſt quo ad id quod imminet, quaſi deliquiſſe videatur, eo quòd vſus eſt opera malorũ hominũ. Et poſſum coniungere ſequentem verſiculũ, ſi ex certa ſcientia nō facio: vt per exempla diſtinguã. Et ſumus in verſicu. Cui ſimilis eſt. Iam vidiſtis duo exempla, in quibus eſt obligatus ex quaſi maleficio: adhuc ponit aliud exemplum parum differens à ſecundo. Ecce ſi aliquis habebat aliquid poſitum, vel ſuſpēſum ſuper viã publicam, quod nocere poſſet tranſeuntibus: qui ita patitur poſitum, vel ſuſpenſum, tenetur ex quaſi delicto vel maleficio: quanquã nemo læſus fuerit: dũ tñ id quod poſitũ eſt, vel appēſum, lædere poſſit aliquē ſi ceciderit: & punitur ex ſecundo edicto de eiectis & effuſis in. x. aureis: licet nihil nocuerit. Non enim inſpicitur hîc euentus: ſed quid euenire poteſt. In eiectis verò, vel effuſis tunc demum puniendus eſt quis, cùm per eiectum, vel effuſum alicui nocitum fuerit. Sed domine, pro Deo, quæ eſt pœna de eiectis vel effuſis? Et reſpon. dominus Iuſti. quòd ex primo edicto de eiectis vel effuſis, pœna eſt tripli damni dati. Si autem liber homo interfectus fuerit per eiectum vel effuſum: tunc conſtituta eſt pœna quinquaginta aureorum. Si autem veniat liber homo, & per eiectum vel effuſum ei nocitum ſit: tunc punitur inquantum iudici æquum videbitur. Debet enim iudex computare impendia in curatione facta, & operas eius quibus caruit: fortè ſi ſcriptor manu dextra mutilatus eſt, vel alibi eſt vulneratus, ita quòd ſcribere non poteſt: vel quibus cariturus eſt: vtputa ſcriptor eſt, & manus eſt ei abſciſſa, qua ſcribere ſolebat. quod tamen difficillimũ eſt enarrare. dicit glo. quòd non referas ad impendia, ſed ad operas quibus caruit &c. Licet enim ita eſſet, quòd ſolebat quolibet anno decem libras ſcribendo lucrari: non tamen propter hoc ſequitur, quòd in poſterum faceret. Poſſet enim contingere: quòd non inueniret qui operas ſuas conduceret. & hoc vult dicere litera iſta. Hoc dicit Franciſcus de Aretio.

¶ Item is ex cuiꝰ cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat [g], deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi †. ¶ Cui ſimilis eſt is, qui ea parte qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitum [h] aut ſuſpenſum habet, quod poteſt, † ſi ciciderit [i], alicui nocere † quo caſu pœna [k] decem [l] aureorum conſtituta eſt. De eo verò, quod deiectum effuſúmve eſt, dupli quantum damni datum ſit, conſtituta [m] eſt actio. ¶ Ob hominem verò liberum occiſum, quinquaginta [n] aureorum pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitumque ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio [o] datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præter-

g ¶ Habitat.] hoſpes planè non tenetur: ſed is qui hoſpitium dederit: vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. penulti. Accurſius. Additio Nota quòd quando quis debet citari ad domum ſolitæ habitationis, non ſufficit citari ad hoſpitium: iuxta. l. iiij. §. prætor. & ibi latè Barto. ff. de damno infecto.

Aureus & ſolidus idē.

h ¶ Id positum.] licet ipſe non poſuerit.

i ¶ Si ceciderit.] non enim ſpectatur vt noceat.

k ¶ Poena.] præſtanda.

l ¶ Decem aureorum.] vel ſolidorum: vt. ff. de his qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. prætor. &. §. fi. & tunc dicas actionem in factum fore annuam: vt ff. de popu. ac. l. fina.

m ¶ Constituta est actio.] perpetua, quæ hæredi datur: ſed in hæredem non datur: vt. ff. de his qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. hæc autem actio.

d Not. illũ tex. quãdo ſit cōtributio propter iactũ: non ſit cōputatio liberi hominis. facit. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ff. loca. Ange.

n ¶ Quinquaginta.] ideo certa pœna ſtatuitur, quia nō poteſt æſtimatio liberi corporis fieri: vt. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. ij. §. ij. [d] Et cōpetit hæc actio intra annum, & nec hæredi nec in hæredem datur: cùm ſit pœnalis & popularis: quæ prius datur ei cuius magis intereſt: vt. ff. de his qui deiec. vel effu. l. ſi verò. §. quæ autem.

o ¶ Actio datur.] Perpetua ſibi: ſed alii puta hæredi pro eo ſi mortuus eſt, annalis datur: vt. ff. de his qui deie. vel effu. l. ſi verò plures. §. hęc autem actio. ibi, ſed ſi libero &c.

Eſt factus.

† Quia dubiũ eſt quãdiu viuet, & quãdiu erit vtilis ad operãdũ. E. Perri.

† Cicatricum autem nulla fiet æſtimatio: quia liberũ corpus non æſtimatur. l. fi. ff. eo. Egi. Perri.

a ¶ EST FACTVS.] quia difficillimum eſt æſtimare futuras operas †.

¶ SI FILIVSFAMILIAS &c. ¶ CASVS Suprà dictum eſt, ꝙ ſi aliquid de hoſpitio patrisfami. eiectũ vel effuſum ſit, quod alicui nocuerit: vel ſi aliquid poſitum, vel ſuſpenſum fuerit, ſupra viã publicã, cuius caſus tranſeuntibus ſit periculoſus: qualiter agatur contra patremfa. ex edicto de eiectis vel effuſis. Sed pone, quòd ex domo alicuius filijfa. ſeorſum à patre habitãtis fuerit aliquid eiectum vel effuſum, quod alicui trãſeũti nocuerit, vel aliquid habuerit appenſum &c. quid iuris in iſto caſu? dabitur ne actio in patrẽ? Et reſpon. Iuſti. quòd nõ dabitur in patrẽ aliqua actio, nec etiam actio ex peculio: ſed contra filiũfami. eſt agendum. Hoc etiam idem obſeruandũ dicit litera in filiofami. iudice, qui per imperitiã ſuam litem ſuam fecit, & per imprudẽtiam ſuam. Hoc autẽ exponunt quidam, quòd ſi filiusfami. per imperitiam litẽ ſuã fecerit: ſi ſeorſum à patre habitauerit, non tenetur pater etiam de peculio. Si autem cum patre habitauerit, pater de peculio tenetur. Sed dominus Guido pro conſtanti ponit, quòd ſi filiusfami. per imperitiam litem ſuam fecerit: ſiue ſeorſum habitauerit à patre, ſiue cum patre: hoc non refert. Semper enim filius tenetur inſolidum: pater autem peculio tenus. & gloſſat ſecundum quòd in gl. ord. eſt. Idem eſt in filiofami. quo ad hoc ſcilicet, vt ſemper teneatur filiusfami. inſolidũ, ſiue ſimul cum patre habitauerit, ſiue ſeorſum à patre. ſed tamen quando filius litem ſuam facit, pater tenetur de peculio: licet filius ſeorſum habitauerit: quanquam in caſu quando filiusfa. aliquid appoſitum habet quod nocere poſſit, pater non teneatur. Franci.

eà operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis eſt factus [a] †.

¶ Si ex cœnaculo filij habitãtis, ſeorſum à patre aliquid fuerit proiectum, vel aliquid fuerit appenſum, vel fecerit litem ſuam: pater non tenetur. Aretinus.

¶ Si filiusfamilias, ſeorſum [b] à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſũmve fuerit, ſiue quid poſitũ, ſuſpenſũmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrem nullam eſſe [c] actionem: ſed cum ipſo filio agẽdum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt, qui litem ſuam [d] fecerit.

¶ Pro furto vel dolo commiſſo in naui, vel in ſtabulo, vel in caupona, tenẽtur domini eorum ex quaſi maleficio, ſi damnũ datum fuit per aliquem, cuius opera vtantur. Aretinus.

† Secus ſi extra hoſpitium: vel ſi non eſt factũ à familia: quod verum niſi receperit ſaluum fore. Egi. Perri.

† quia inculpa eſt qui vtitur opera malorũ. Eg. Per. Additio.

¶ Item [e] exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de dolo aut furto, quod in naui, aut caupona † aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio [f] teneri videtur: † ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorũ, quorum opera nauem, aut cauponam, aut ſtabulũ exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu [g] ſit aduerſus eum conſtituta hîc actio, & aliquatenus [h] culpæ reus ſit, quòd opera malorum hominum vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

¶ Ex quaſi maleficio agitur actione in factum: quæ non tranſit contra hæredem. Aretinus.

¶ In his autem caſibus [i] in factum actio competit: quæ hæredi [k] quidem datur, aduerſus [l] hæredem autem nõ competit.

b ¶ SEORSVM.] id eſt ſeparatus à patre.

c ¶ NVLLAM ESSE.] etiam de peculio: vt. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. ſi filiusfami.

d ¶ LITEM SVAM FECERIT.] ſcilicet ſi ſine patre habitauerit: aliâs pater de peculio tenetur: vt. ff. de iudi. l. ſi filiusfamilias. ſecundum Ioã. Vel dic idem, ſcilicet vt teneatur ipſe filiusfamiliâs. habitet cum patre vel non. (ſed ſecundum Azonem pater hîc tenetur de peculio, vt dictum eſt per. l. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. ſi filiusfamiliâs.) Filio verò condemnato, & ibi pater tenetur de peculio, cùm videatur quaſi contrahi cum filio [a]: vt. ff. de noxa. actio. l. & ſi condemnatus. & . ff. de pecu. l. iij. §. idem ſcribit.

a Dic ſecũdũ Ang. ꝙ iſta vltima videtur verior: quia ex contractu vel quaſi pater tenetur de peculio: nõ autem ex delicto vel quaſi.

¶ ITEM EXERCITOR. ¶ CASVS. Non ſolùm in exemplis prædictis tenetur quis, ſiue obligatur ex quaſi maleficio: ſed ſimiliter poteſt conuenienter poni exemplum de exercitore nauis, aut caupone, aut ſtabulario. Si enim aliquod furtum, vel damnum fuerit factum in naui, vel caupona, vel ſtabulo, per aliquem eorum, quorum opera vtitur magnus exercitor nauis, vel ſtabuli, vel dominus cauponæ: ex quaſi maleficio obligatur: quia deliquiſſe videtur qui opera malorum hominum vtitur. In omnibus autem quatuor exemplis ſiue caſibus ſupradictis poteſt aliquis per actionem in factum: quæ hæredi datur, ſed non contra hæredem, conſequi illud in quo ſibi obligantur prædicti. hoc dicit vſque ad finem tituli. Franciſcus.

e ¶ ITEM EXERCITOR.] quis ſit. dic vt infrà. quod cum eo. §. ſecundo. Accurſius.

f ¶ QVASI EX MALEFICIO.] id eſt actione in factum in duplum: vt ff. nau. cau. ſta. l. fi. & . ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. l. j. Itẽ eſt & alia in factũ actio, quæ eſt ex eo contractu de recepto: vt. ff. nau. cau. ſta. l. j. in principio.

ADDITIO. Et hîc dicit Io. Fab. quòd ſi dominus fuit condẽnatus ex facto nautarum, ab eis poteſt repetere: ar. l. ſi colonus. ff. de aqu. plu. arcen. & . l. ſi verò. §. cùm autem. ff. de his qui deie. vel effu.

g ¶ EX CONTRACTV.] vel quaſi.

h ¶ ALIQVATENVS CVLPAE REVS.] facit. ff. ad. l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. & . ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. l. j. §. penul.

i ¶ IN HIS AVTEM CASIBVS.] ſcilicet ſupradictis omnibus.

k ¶ HAEREDI.] patientis iniuriam. Sed in caſu de ſuſpenſo non datur hæredi: vt diximus, ſ. e. §. itẽ is. ver. ob hominem. Et nota hîc differentiã inter actionẽ ex maleficio, & quaſi ex maleficio. nã vbi eſt ex maleficio: ſi plures ſunt, quilibet inſolidum cõuenitur: ſed ſecus in hac actione ex quaſi maleficio, vt. C. de condi. fur. l. j. & . ff. nau. cau. ſta. l. j. & . l. fi. §. ſi plures. Item in actione ex maleficio vnus ſoluendo non liberat alium: ſed in hac ſic: vt. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. poſſumus. & . d. l. j. de condi. furti. Item furi non ceduntur actiões ex maleficio: vt. ff. nau. cau. ſta. l. ſed & ipſi. ſed in actione ex quaſi maleficio ceduntur: vt. d. §. poſſumus. Datur etiam hæc actio non ceſſa: vt. ff. de his qui deie. vel effu. l. ſi verò plures. §. cùm autem. Item hæ generalius dantur hæredibus actorum, vt hîc, quàm illæ quæ ſunt ex maleficio: vt. j. de perpe. & temp. ac. §. ſed hæredibus.

Actio ex maleficio & quaſi ex maleficio differunt.

l ¶ ADVERSVS HAEREDEM.] vt. ff. de iu. l. Iulianus autem. & . ff. nau. cau. ſta. l. fi. §. hęc iudicia.

TITVLVS VI.

De actionibus [m].

¶ Non ſummatur: quia Imperator definiendo procedit: nec poſſunt definitiones breuius ſummari. Aretinus.

SVpereſt [n], vt de actionibus loquamur. ¶ Actio autẽ [o] nihil eſt aliud [p],

¶ DE ACTIONIBVS. ¶ Rubrica iſta continuari poteſt: ut dicit glo. ſupra in titulo de obligationibus: quam ſequitur Bal. hîc. Vnde nota diligẽter gloſſam Accurſij, poſitam ſuper rubrica: quæ ſoluit aliquas notabiles quæſtiones: dicens ſic.

m ¶ DE ACTIONIBVS.] ideo ponit in plurali, quĩ plures actiones ſunt: vt. j. e. per totũ. Sed cùm ſint plures: quare in ſingulari numero definitur: vt. j. eo. §. j? Reſpon. licet ſit numeri ſingularis, tamẽ ponitur vt genus: vt in alijs definitionibus cõtingit: & ſub ſe continet omnes actiones. Item quare non dicit de agendo? Reſpond. quia illud eſt facti: hoc iuris. Accur. ADDITIO. Vult dicere glo. quòd gerundia denotãt actũ, prout eſt in facto, vt eſt in exercitio: quia deriuãtur à verbo, quod ſignificat agere, vel pati. ſed hîc nõ tractatur de actionibus prout ſunt in actu: ſed prout ſunt iuris. ita dicunt docto. hîc.

Actio in ſingulari rectè definit.

SVPEREST.] ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales. Primò ponitur cõtinuatio iſtius tit. ad præcedẽtes materias. Secũdò definitur actio. Tertiò ponitur diuiſio omniũ actionũ. Secũda ibi prope principium, actio autẽ nihil. Tertia ibi, omnium autem actionum. ¶ CASVS. Dicit Iuſtini. continuando proceſſum ſuum: Ex quo expeditum eſt primò de perſonis & rebus: ſupereſt vt iam de actionibus loquamur. Sed pone. Domine iam video, quòd vos vultis tractare de actioni. dicatis ergo mihi, quid eſt actio? Ad hoc reſpon. Iuſti. definiendo actionem ſic: quòd actio nihil aliud ſit, quàm ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. & hoc vſque ad illũ. §. omnium autem actionum. Franc. de Aret.

Diuiſio.

n ¶ SVPEREST.] ſed quid ſupereſt? Reſpon. forma[b]: vt. ſ. de iur. natu. §. fi. Vel dic, quòd ſuprà tractatum eſt de obligationi. quarum filiæ ſunt actiones: vt. ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. & . ſ. de verbo. oblig. in princ. ideo de filia poſt matrem ponit [c] quaſi ordine ſucceſſorio.

o ¶ ACTIO AVTEM.] not. quòd actio quandoque pro actu ponitur: vt in authen. de non alie. §. finimus. in fine. in gloſſ. actio. colum. ij. & . C. de ſacroſan. eccle. aut. hoc ius porrectum. in princi. & . ff. de dona. inter virum & vxo. l. iij. §. ſed ſi debitorem. circa medium. Quandoq; pro accuſatione criminali: vt. C. quando ciui. actio. cri. præ. l. j. Quandoque pro iure agendi vel perſequendi [d]: vt hîc, & . ff. e. l. nihil [e]. Item nota, ꝙ illud quod de actione hîc dicitur, voluit Pla. dicere de cauſa. ſ. quòd cauſa ſit actio: vt ſicut apud dialecticos dicitur argumentum, quod ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione cõſiſtit, non tantùm cõcluſio: ſit apud legiſtas actio cauſa agendi dicatur: vt ſi dicam: cõuenio te ad decem, quia vẽdidi tibi equum pro. x. ſit idem ac ſi dicerem, ago contra te actione ex vendito. Sed Azo dicit (quod & verum eſt) aliud eſſe cauſam, & aliud actionem. Nam obligatio eſt cauſa, & mater actionis: vt. ff. de procurat. l. licet. §. ea obligatio. ſicut ergo aliud eſt obligatio, & aliud eſt actio. ſic aliud eſt cauſa, & aliud actio. Item quia vendidi, eſt factum [f]: ſed actio eſt ius: vt. ff. de curato. furio. l. conſilio. §. j. & fi. & hîc. Item poteſt eſſe, quòd vendidi, & non competat mihi actio: quia mihi ſolutum eſt: vel quia remiſi. vnde hæc verba, quia vendidi: non ſunt actio. Item nomina certa actionum, ſunt à iure inducta: ſcilicet ex empto, & ſimiles: nec hoc inductum eſt, vt cauſa ſit actio: Si quis ergo hoc velit dicere, non poteſt: cùm lex non dicat: vt. ff. de ſupellect. lega. l. Labeo. in fine. Item ſi cauſa eſſet actio: fruſtra diceret lex mutari actionis nomen, cùm agitur de dolo patroni, vel parentis, vel ſimilium perſonarum: de quorum dolo non agitur per actionem de dolo, ſed per actionem in factum [g]. Nam ad quid mutaretur nomen, cùm tamen cauſa maneret eadem, ſi eſſet ius in ſola cauſa? Concludo ergo, & dico [h], quòd aliud eſt cauſa, & aliud eſt actio. Item licet dixerim, quòd nomina ſunt actionum ex empto, & ſimiles: caue tibi: quia non ſunt actiones: ſed actionum nomina: ſicut hæc dictio homo, non eſt homo, ſed ſignificat hominem.

p ¶ NIHIL ALIVD EST.] patet ergo ꝙ olim aliud erat [i]. erat enim cõceptio verborũ, formata a magiſtratib⁹: vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde ex his.

b Iſtã ſequũtur Cy. Fab. Ang. & Ia.

c Hanc ſecundã continuationẽ aliqualiter impugnat Iaco. But. vide hîc p doc. Ia.

d Iſtã primã partem ſequuntur Fab. Ange. & Ia.

e Quarto modo capitur pro adminiſtratione: vt in. §. iuſiurãdũ. in authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. Actio & cauſa ſũt diuerſa.

f Iſti argumẽto impoſſibile ẽ reſpondere ſecũdũ Io. Fab.

g Verbis tẽperatam. Bart. in. l. infamẽ. ff. de publi. iudi.

h Et benè Dy. Fa. Ange. & Ia.

i Imo idẽ in ſubſtantia. Ang. & Ia.

&.§.omnium.vnde formula vulgaris dicebatur:vt.ff.de fur.l.ſi ſeruus na-uem.Sed hodie hæc ſolennitas eſt ſublata:vt.C.de formu. & impe.l.j.&.ij.& etiam circa interdicta eſt ſublata huiuſmodi ſolennitas : vt infra.de interdi-ctis.§.fin.[a] Sed quæ erat olim differentia inter actionem & interdicta?Nam & interdicta erãt verborum conceptiones:vt.j.de interdictis.in princi? Re-ſpon.vt dicemus ibi[b]. At hodie nulla eſt differentia inter interdicta, & actiones : cùm interdictũ nihil aliud ſit,quàm actio prætoria : vt infrà. de interdictis.§.fina.

quàm ius[a] perſequendi[b] in iudicio[c], quod ſibi debetur[d].

¶ Prima diuiſio actionum eſt quòd aliquæ ſunt reales,aliquæ perſonales.Perſonalis eſt quæ præſupponit debitorem obligatum,ſed realis non,ſed ideo contra

ADDITIO. Idẽ tenuit glo.in rubri. ff. de inter. quæ reprehenditur per Barto.& doct.ibi,quia eſt differentia inter actionem,& interdictum, ſicut inter matrem & filiam:cùm ex interdicto oriatur actio in factum : vt in.§.fi.j.de interdict.

a ¶ QVAM IVS.] ſcilicet ciuile,vbi eſt actio ciuilis.vel pretorium,vbi actio prætoria eſt.nam ciuiles actiones & prætorias dico hîc definiri. Item nota,quòd actio eſt ius quo perſequimur. ſed obligatio eſt ius propter quod perſequimur. Et ſi quæratur quod ſit iſtud ius, vel naturale, vel ciuile vel prætorium,vel gentium? Reſpon. [c] quia ciuile vel prætorium, vt modò diximus. Nec facias magnam vim ibi: quia cùm multas habeat ſignificationes hæc dictio, ius: vt.ff.de iuſti. & iur. l. penulti. & final. hoc eſt etiam vnum de ſignificatis eius, vt dicatur ius agendi vel perſequendi. Sed ad cuius differentiam ponitur in definitione ius? cùm ſingula membra poſita in definitione habeant ſuum miniſterium? Reſpon. ſecundum M. quòd ad differentiam rerum corporalium hîc ponitur: vt det intelligere. quòd actio ſit res incorporalis.quod verum eſt : vt ſuprà.de rebus corporalibus & incorpora.§.j.Vel melius dicas ad differentiam officij iudicis,quod non eſt actio[d]:vt.ff.de mino.l.quòd ſi minor.§.fina. licet M. dicat quòd officium iudicis eſt actio:& eſt pro eo quod dicit lex in actione iniuriarũ fieri æſtimatione in iudicis officio:vt.ſ.de iniurijs.§.pœna autem.&.§. in ſumma.Sed certè actio iniuriarum eſt actio cui inhæret officium iudicis: non tamẽ illud officium eſt actio:ſed in facto[e] potius hoc conſiſtit.ius enim petendi per actionem mihi competit : quod per hoc officium iudicis mitigatur[f]. Sed quid petam? Reſpond. [g] quod æſtimauero. nam debeo æſtimare : licet iudex poſſit refrenare. eſt tamen quoddam aliud officium, quod vicem ſuſtinet & obtinet actionis : vt dicemus. infra eodem.§.præterea.in fine.§.

b ¶ PERSEQVENDI.] hoc dicitur ad differentiam exceptionum,quæ dantur reis, per quas defenduntur. Sicut enim actiones ſunt [h] arma actorum, ita exceptiones ſunt arma reorum : vt.ff.de exceptio.l. ſecunda. in principio.&.§.illud.

c ¶ IN IVDICIO.] hoc dicit ad differentiam eorum quæ fiunt licet etiam extra iudicium:non tamẽ ſunt actiones[i]:vt ſi nocturnum vel diurnum furem,vel militem deſerentem militiam quis capiat: vt.ff.ad.l. Aquil.l.iiij.& C.quando liceat vnicuique ſine iu.ſe vin.l.j.&.ij. Item & propter debitorẽ fugitiuum,quem capere [k] poſſumus:vt.ff.de ijs quæ in frau.cred.l.ait prætor.§.ſi debitorem.licet quidam [l] exponant.l.illam ibi,quòd captus ſuit auctoritate iudicis. Accurſius. *ADDITIO*. Dicidem in omnibus perſonis,quæ pertinent ad obedientiam perpetuam:de quo non ſit quæſtio : vt in monacho,fratre vel vxore:quia ſi aufugiant, poterunt capi propria auctoritate,vt per Bal.in.l.j.C.vbi quis de curia.aliave condi.conueni. ſecus ſi eſſet quæſtio.Iaſon.

d ¶ QVOD SIBI DEBETVR.] hoc duobus modis exponitur,vel ad differentiam realis actionis ſecundum Azo.& ita ſtrictè accipitur hæc definitio pro perſonali actione tantùm[m],ſicut accipitur.ff.e.l.actio in perſonam. Vel largius,[n] vt etiam realem contineat:non tamen officium iudicis:vt.ff.eo.l. actionum genera.quandoque largiſſimè,vt etiam iudicis officiũ contineat: illud ſcilicet quod eſt loco actionis: vt per quod reſtitutio minorũ petitur: vt.ff.e.l.actionis verbo.Vel ponuntur hæc verba ad differẽtiam criminaliũ actionum,per quas nõ perſequor mihi debitum:ſed ad vindictã. & ſecũdũ hoc etiã realem actionem dicas definiri hîc.licet enim nõ ſit obligatus qui realiter tenetur:vt.j.e.§.j.ibi,aut cùm eo agit qui nullo &c.verũ eſt perſona liter:groſſè[o] tamẽ poteſt dici ꝙ ſit realiter obligatus. Et facit pro hoc vt etiã realis hîc definiatur:quia verbũ debere,& ad actionẽ in rẽ, & ad actionẽ in perſonã refertur:vt.ff.de verb.ſig.l.pecuniæ.§.ſi.Itẽ facit quod eſt in definitione verbũ perſequendi:quod eſt cõmune,tã ad realẽ,quàm ad perſonalem actionẽ:vt.ff.e.l.actio in perſonã,Itẽ facit.j.e.§.j.in prin. vbi actio realis ſpecies eſt actionis:ſicut perſonalis : & ita largè accipio hîc verbũ, debetur. ſed in ſtricta ſignificatione verbi huius,debere,tantùm alienũ & non meũ mihi debetur.vnde perſonalis actio tantùm definiri videtur[p]: vt.j.eo.§.ſic itaque.&.ſ.de leg.§.ſed & ſi rẽ.Sed certè quandoque ago etiam ad id quod mihi non debetur:vt.C.de pac.l.ſi pacto quo pœnã.nam ibi ago ad id quod non eſt debitum:ſed ad id quod ex nudo pacto conuenit.Sed certè illud naturaliter erat debitum,quod nudo pacto debebatur[q]:vt.ff.de fideiuſ.l.fideiuſſor.§.fideiuſſor. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur : ſed ad id quod verè debetur:ſed prætextu eius conſequitur,etiam quod nudo pacto debetur:vt.ff.de verb.ſigni.l.ſi cui[r].Itẽ oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur:vt.ff.de popu.act. l.pen.Sed non obſtat: quia ſaltem poſt litem conteſtatam debetur. Vel dic, quia & ſibi debitum perſequitur. nam cùm toti populo ſit debitum: ergo & ſibi[s]. Itẽ op.de actione iniuriarum : quia non dicitur eſſe in bonis:vt ff.de iniu.l.iniuriarum. Item non ad debitum, ſed ad vindictam competit: vt.ff.de colla.bo.l.iij.§.emancipatus.& tamen eſt actio? Reſpond. non eſt in bonis vt tranſeat ad hæredes:vt.ff.ad legem falc.l.pœnalis.Item licet detur ad vindictam:tamen poteſt deberi mihi,propter id,quod eſt in æſtimatione vindictæ:vel propter id,quod eſt in alterum vt vindicta. Item oppono de petitione hæreditatis.Item de actione de peculio. Nam in his agitur etiam antequàm ſit penes poſſeſſorem, vel antequam ſit in peculio : vt.ff. de peti.hæredi.l.iiij.&.l. ſi quo.&.ff. de pecul.l. quæſitum. in princip. & ff.de lib.leg.l.ſiquis reũ. §.idem.Sed dic eſſe ſubaudiendum hîc : vel deberi ſperatur[t]. Vel dic, quòd quando fuit actio propoſita , fuit efficax tantùm pro eo,quod tũc erat penes poſſeſſorem,vel in peculio:& poſtea cùm augebatur,eatenus & actionis efficacia creſcebat:cùm vniuerſalis,vel in aliquo vniuerſo fuit petitio:vt.ff.de indi.l.ſolemus.Item opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro alijs:vt procurator,& tutor,& prælatus:& ſimiles,nam agunt,& tamen non ſibi debitum petũt.Sed dic,quòd quaſi domini ſunt:vt.ff.pro empt.l.qui fundum.§.ſi tutor.Vel dic ſibi,id eſt ei cui actio competit, quæ intenditur.Vel ſubaudi,quod ſibi debetur:vel ei cuius nomine agitur. huius alternatiuæ ſecunda pars eſt vera.

eum competit, quia poſſidet. hoc dicit. Aretinus.

¶ Omnium autem actionum quibus inter aliquos[e] apud iudices[f] arbitróſve[g] de[h] quacunque re quæritur, ſumma[i] diuiſio in duo ge-

¶ OMNIVM AVTEM.¶ Iſta pars diuiditur in ſex partes, prout in hoc titulo ponuntur ſcilicet diuiſiones actionum,quas enumerat per ordinem gloſſa magiſtralis in.§.ſunt præterea.j eo.Et ibi gloſſa addit alias ſex diuiſiones,quæ ponuntur in alijs locis,extra hunc titulum. Prima diuiſio actionum eſt,quæ reſpicit cauſam materialem:quia quædam actiones ſunt reales:quædam perſonales:quædam cauſam miſtam habentes.Et iſta pars durat vſque ad.§.ſed iſte.Secunda diuiſio eſt,quæ reſpicit cauſam efficientem:quia quædam ciuiles,quædam prætoriæ.Et durat vſque ad.§.ſequens. Tertia eſt reſpiciens cauſam finalem:quia quædam ſunt rei perſecutoriæ: quædam pœnales : quædam miſtæ rei & pœnæ. Et durat vſque ad.§.omnes.Quarta eſt reſpiciens cauſam formalem:quia quædam dantur ad ſimplum:quædam ad duplum:quædam ad triplum:quędam ad quadruplum, vſque ad.§. actionum. Quinta eſt reſpiciens cauſam ſubſtantialem : quia quædam ſunt bonæ fidei:quædam ſtricti iuris : ibi vſque ad.§. ſunt præterea.Sexta eſt reſpiciens perſecutionis effectum:quia quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi:quædam non:vſque ad finem:vt ſequitur Bald. hîc.Item prima ſubdiuiditur in duas partes. Primò diuidit. Secundò membra declarat.Secunda ibi,Nanq;.nam totus iſte titulus procedit per diuiſiones actionum.¶ *CASVS*. Acceſsi ad Iuſtinia.& ita propoſui coram eo. Domine,ego ſatis bene video,quid eſt actio : pro Deo dicatis mihi,ſi placet, aliquam compendioſam viam,vel diuiſionem actionis. & ad hoc reſpon. Iuſtin. Amice, libenter dico tibi : quia omnium actionum, quibus inter aliquos litigatores,apud iudices ordinarios,vel delegatos,vel etiam apud arbitros compromiſſarios,de quacunque re corporali, vel incorporali agitur,ſumma diuiſio in duo genera diducitur.aut enim omnes actiones ſunt in rem,aut in perſonam.Et quòd iſta diuiſio ſit bona : liquet tali ratione. Nam quicunque in iudicio experitur, aut agit cum eo, qui obligatus eſt ex contractu,vel quaſi:aut ex maleficio, vel quaſi : aut alijs quibuſdam, id eſt ex varijs cauſarum figuris. & in hoc caſu quando agitur contra eum, qui aliquo prædictorum modorum obligatus eſt, proditæ ſunt actiones in perſonam:per quas actor intendit aduerſarium ſuum aliquid ei dare, aut facere oportere.Aut agit cum eo,qui nullo iure ſibi eſt obligatus:mouet tamen ei controuerſiam de aliqua re:& in hoc caſu proditæ ſunt actiones in rem.Cùm ergo quicunque agit,aut agit contra eum, qui ſibi obligatus eſt: & tunc contra eum habet locum act. in perſonam. aut contra eum,qui nullo iure eſt ſibi obligatus: & tunc habet locum act. in rem. & pluribus modis agi non poteſt.liquet igitur manifeſtè,quòd ſupradicta diuiſio bona ſit.Sed domine,iam video,quia diuiſionem veſtram ſatis probabili ratione confirmaſtis.pro deo,ſi placet,ponatis mihi familiare exemplum,qualiter agitur cum eo,qui nullo iure eſt obligatus? Ad hoc reſpon. Impera. Amice, ponamus, quòd aliquis poſſideat aliquam rem corporalem,quam Titius affirmat eſſe ſuam: & ille qui poſſidet, dicat rem illam ſuam eſſe.Nam in caſu iſto ſi Titius rem illam ſuam eſſe intendat:& à poſſeſſore iure dominij eam vendicet:tunc actio in rem locum habet. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§.æquè ſi agat.Fran.

e ¶ INTER ALIQVOS.] videtur innuere,quòd aliæ actiones ſunt quæ coram alijs proponuntur[v]:ſed non eſt verum. Accur. *ADDITIO*. Solutio.dic quòd hîc relatiuum ſtat declaratiuè:quia adijcitur qualitati cõuenienti vnicuique contento ſub genere.

f ¶ IVDICES.] ordinarios vel delegatos.

g ¶ ARBITROSVE. ſcilicet compromiſſarios.nam & apud eos actiones[x] proponendæ ſunt:vt hîc, &.ff.de arbitr.l.prima. Accurſius. *ADDITIO*. Eſt etiam libellus offerendus:vt.C.de arbitr.l.cùm anteã.§.exceptis videlicet. in gloſſ. conuentum. circa finem. Sed contra ſecundum Placentinum.C.de epiſcopis & clericis authenti.generaliter. Ad quod reſpon.[y] quia ibi non de libelli oblatione loquitur : ſed de remiſſione cautionis,quæ conſenſu partium fieri poteſt: vt.ff.de ferijs.l.prima. primo reſpon.

h ¶ DE QVACVNQVE RE.] generaliter accipe verbum rei[z] : vt.ff.ſi certum petatur.l.prima.in fine. nam pro corporalibus & incorporalibus competunt actiones:vt infra eodem.§.proxi.&.§.ſecundo. &.ff.ſi ſerui.ven di.l.j.&.ij.in princip.

i ¶ SVMMA.] i.prima quo ad tractatũ.ſ.[a] vel ſumma.i.breuis.breuior enim eſſe nõ poteſt quàm bimebris,ſicut iſta eſt. Sed opponitur.j.e.§.quædam. Rũ.quia

a Iſtã glo. reprobat Ia. ideo dic aliter vt per eum.
b Dic ꝙ olim erat differentia ſolũ in modo loquendi. Nic.Fa. & Iaſ.
Actio,eſt tã de iure ciuili quàm prætorio.
c Sequuntur eã Dy. Nic. Bald. Ang.& Ia. Ius ad quid ponitur in definitione actionis.
d Et bene Ia.hîc. Officiũ iudicis an ſit actio.
e Id eſt ex ercitio.
f Et ſic officium iudicis non eſt facti,ſed cõſiſtit in facto:puta in exercitio.
g Idẽ Ange.& Ia.
h Sequuntur Bart. & Ang.
i Idẽ Place. Ang.& Ia.
k Singula ris eſt ſecũdum Bald.
l Et malè Ange.
m Quod nota ꝓ ſtatutis,in quibus verba ſunt ſtrictè intelligẽda. l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.ge.& l.quicquid. ff.de verb. oblg.
n Idẽ Io. Fa.& Nic. in gl. ſuper verbo, quã uis.ſ.eo.§.
o Iſta gl. eſt no. ꝙ verba multoties intelliguñ groſſo modo: non tamen in ſtatutis. Pla. Ange. & Ia.
p Imò etiã realis ſecundum cõmuniter doc. hîc.
q Iſta ſol. non procedit ſecundũ doc. quãtũ ad materiã tex. noſtri.
r Iſta continet merã veritatem: vt per doc. hîc.
s Iſta reprobãt cõ-

Bar. contra in l. sacrilegij ... cum ... hic.

muniter ꝑ doc.hîc.
t Sed hæc reprobatur quia arguit imperatorẽ de inſufficientia.
Diuiſio.
v Quia relatiuũ quis vel quæ ad iunctũ alicui generalitati ſine copula, illã reſtringit. l.ea tamen adiectio.ff. de lega. iij.
x Idem Io. Fa. Pla. Ange.& Ia.
y Iſtam ſequunt Bal. & Pau. in. d.authẽ. generaliter.
z Vt etiam factum cõprehendat: Bart.in.l.j. ff.ſi cer.pe.
a Et hoc ideo , quia per eã cognoſcitur cauſa mediata & immediata a. ctionũ.Iaſ.

Reſpon.quia & illæ ſunt reales,quãdo ad res agitur,Itẽ in perſonã quando ad perſonales præſtationes agitur.imò & ſi ſimul agatur, non tamen egrediuntur hanc diuiſionem,cùm ſint in rem & in perſonã. niſi enim ſic exponeretur,iam multæ inuenirentur breuiores:vt.j.eo.§.aliæ.&. §. actionũ. & aliæ quædã diuiſiones quæ breuiòres inuenirẽtur. *ADDITIO.* Dic,melius facit tex. in.l. quis ergo caſus.ff.de pecu.Sed contra glo. inſtatur:quia actio in rẽ ſcripta, rem concomitatur, & tamen non eſt realis: vt.j.e.§.quædã.ſed ſolue vt ibi,quia ius agendi ex reali oritur ex ipſa re, & ipſi rei competit, & contra ipſam rem: vt hìc.& in ſimili dicimus in ſeruitute debita fundo. ff. de neg.geſt.l.qui aliena. §.fi.& ſic in actiõe perſonali in rem ſcripta: vt d.§.quædam.Ange.

nera diducitur. Aut enim in rẽ [a] ſunt, aut in perſonam. ¶ Nanq; agit vnuſquiſque aut [b] cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo caſu proditę ſunt actiões in perſonam, per quas [c] intendit [d] aduerſarium ei dare [e], aut facere [f] oportere: & alijs quibuſdam modis [g]. Aut cũ eo agit, qui nullo iure [h] ei obligatus eſt, mouet tamen ei de aliqua re controuerſiam: quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti ſi rem [i] corporalem poſsideat [k] quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat [l], Nam ſi Titius ſuam eſſe intendat, in rem actio eſt.

¶ Pro ſeruitute cõſtituenda,vel non cõſtituenda, proditæ ſunt actiones in rem tam pro ſeruitutibus ruſticis, quàm vrbanis realibus,vel perſonalib⁹:& in his etiã agit qui poſsidet,ſecus in rebus corporalibus regulariter.hoc dicit.Areti.

a ¶ AVT ENIM IN REM SVNT.] Ideo in rem dicuntur, quia rẽ concomitantur[a]:vt.ff.de publi.l.imperatores. & in perſonam : quia non recedunt à perſona obligati,vel hæredis eius,cuius eadem eſt perſona:vt.ff. eo. l.actionum genera.§.j.&.ij.& in authen.de iureiuran.à mo.præ.in princip. colla.v.

a Imò qa dantur occaſione directi dominij vtilis vel quaſi.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN REM, SIVE IN REI VENDICATIONE.

¶ NANQVE AGIT. ¶ In actione in rem, ſiue rei vendicatione, ſi libellum quis formare velit,non poterit niſi contra poſſeſſorem:quia poſſeſſio parit in rem actionem aduerſario:vt.C.de alie.iudi.mutan.cau.fa.l. vnica. vel contra illum qui dolo deſijt poſsidere, vt.ff.de noxa.act.l. electio.ff. de reg.iur.l.qui dolo.extrà de iudi. ca. dilecti. propter quod ſic interrogat reum, cùm vult experiri contra eum,vtrum poſsideat, vel dolo deſiit poſſidere : ne fruſtra experiatur : vt.ff.de rei vendi.l.qui petitorio: & cogitur reſpondere.& in iure facienda eſt interrogatio & reſponſio : vt. ff. de inter.act.l.qui ſeruum.§.in iure.&.l.prima.in principio.& ſi neget ſe reus poſſidere cùm poſsideat:amittet poſ.& transferetur in actorem propter mendacium ſuum : vt.ff.de rei vendi.l.fina.in principio. & ſi non poſsideat, liber erit, niſi dolo deſierit poſsidere: quẽ dolum oportebit actorem probare:vt.ff.de probatio.l.quoties.§.qui dolo.ſi verò dicat verè ſe poſsidere, cùm poſsideat, tunc formabitur libellus in hunc modum: Propono ſiue dico ego a, contra b, quòd ipſe detinet rem meam : vnde propono rei ven. contra eum : & peto rem ipſam mihi adiudicari : & ipſum b, ad reſtitutionem mihi condemnari. nec miretur aliquis quòd ego dixi, qui detinet, & non dixi, qui poſsidet. nam ideo dixi, quia multi detinent rem, qui non poſsident : & tenentur rei vendi. Hoc enim ſolùm conſyderat libellans in rei vendi. quòd habeat reus facultatem rei reſtituendæ : vt.ff.de rei vendi. l.officium.& licet actionis nomen editum non ſit in lib.ſufficit tamen aſſignare cauſam.argumen.C.de edic.diui Hadriani tollen.l.fina.&.ff.ſi certnm petatur. l. certum. maximè hodie per not. decre. domini Alexand. Papæ, extrà de libel. obl. capit. fina. quidam tamen contrarium dicunt per. l. ff. de edend. in. l. prima. &. C. de edend. l. edita. Et erit cauſa petendi in hoc lib. talis. Vnde cùm mea ſit, peto illam rem mihi reſtitui. Hoc verum eſt, quòd in omnibus actionibus ſufficit proponere cauſam : niſi talis ſit cauſa quæ plures pariat actiones. tunc enim nomen actionis eſt exprimendum : vt. ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. &. ff. de legatis. ſecundo. l. cùm filius. §. varijs. & infrà. quod cum eo. §. is quoque. circa finem. & in gloſſa. fina. oportet etiam quantitatem & qualitatem rei exprimere, ſi ſit res mobilis,& hoc per.l.ff.de rei vendi.l.ſi in rem.j.

b ¶ AVT.] hoc aut, reſpicit aliud aut, quod eſt.j.e.aut cum eo &c.

c ¶ PER QVAS.] ſcilicet perſonales actiones.

d ¶ INTENDIT[b].] ſcilicet vnuſquiſque, vel actor.

e ¶ DARE.] cùm datio eſt in obligatione:vt.ff.de verb.ob.l.vbi autem non apparet.§.finali.

f ¶ FACERE.] cùm factum ſit in obligatione : vt ſi promiſiſti ſcribere librum : quod petitur actione ex ſtipulatu : vt.ſuprà.de verbo. obliga. in principio.

g ¶ ET ALIIS QVIBVSDAM MODIS.] i.ex quaſi cõtractu,& ex quaſi maleficio:(nec enim de his ſuprà dixerat)quod reprobatur [c], quia ex quo dixit de ijs, quæ ſunt ex contractu vel ex delicto : per conſequens & de ijs,quæ ſunt ex quaſi contractu,& ex quaſi delicto,dixit : vt.ſuprà.de oblig. quæ ex quaſi contractu.in prin.&.s.tit.j.in princ. [d] Vel dic omnia iſta ſuprà eſſe comprehenſa : ſed ſunt ſupradicta intelligenda, vbi præciſè agebatur ad dandum, vel faciendum : hìc autem quando non præciſè, ſed ſub alternatione, vt hoc aut illud.ſed & hoc reprobatur:quia.ſuprà non dixit quòd præciſè quid fieret.Dic ergo hìc de condictione furtiua loqui:quæ eſt perſonalis:nõ tamen ex contractu,vel quaſi : vel ex maleficio vel quaſi, ſed ex varijs figuris cauſarum oritur:vt.ff.de act.& obliga.l.j.in principio.Item de interdictis omnibus poteſt dici,quòd omnia ſunt perſonalia : vt.ff.de interdi.ſeu extraordi.actio.l.j.§.fin.non tamen iure ordinario.ſed extraordinario ſunt introducta:vnde non continentur ſub hac diuiſione ex cõtractu vel quaſi:ex maleficio vel quaſi : ex delicto tamen vel propter delictum quandoque dantur:vt in interdicto vnde vi poteſt videri:quandoque non, vt in interdicto quod vi aut clam:quando contra eum qui non fecit opus, ſed factum habet,datur:vt.ff.quod vi aut clam.l.iij.§.clam.&.l.competit.§. fi.Et vt breuiter dicam,ille tertius articulus qui dicitur.ff.e.l.j.in princ.ex varijs figuris &c.eſt quod hìc dicitur,& alijs quibuſdam &c.Accur.

b Iſta glo. & gloſ.poſita in ver. dare. & gl. in ver. facere, declarã tur per Ange. in gloſ. magiſtra. j.iſto.§.

c Imò approbat per Bar. Nico. Ang. & Ia.

d Hãc primam expoſitionem licet g'o. reprobet: tamen eam ſequuntur cõmuniter doc.hìc. & inducũt ad hoc. l. j. ff. e. vide hic per do. Ia.

qui longè tractat an appellatione contractus veniat quaſi cõtractus.

h ¶ NVLLO IVRE.] nota hìc quòd ille qui rem meam tenet, non eſt mihi obligatus:ſed ratione poſſeſsionis[e] eum poſſum cõuenire: vt.C.de alie.iu.mu.cauſa fa.l.j.Sed oppono. teneris mihi ad rem reſtituẽdam:ergo es obligatus.Reſpõ.non eſt verum[f]:quia verbũ tenetur,duobus modis accipitur. Nam ſi dicas,teneris ideo,qa ex natura actionis ſis mihi obligatus:falſum eſt.ſi verò dicas, teneris quia per officiũ iudicis debet tibi neceſsitas imponi vt reſtituas: verũ eſt:vt.ff.de rei ven. l.q reſtituere. & ſi hoc modo accipiatur,teneris, ergo es obligatus. nõ ſequitur. *ADDITIO.* Et eſt ratio,quia officium iudicis nullam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionem.in fine.ff.de actio.emptio.l. Quintus.in princip.& fi.& gloſſ.ij.ff.de annu.leg.niſi largo modo, ſecundum quod dicit Barto.in. l.fina.ff.de iniu.& vide gloſſ.s.in princip. in verbo,debetur.Angelus.

e Vel ratione nudę detẽtionis. Ang. & Ia.

f Idem Io. Fab. Pla. & Iaſon.

Poſsideat, uel quasi poſsideat, uel quia dolo desiit poſsidere ut iudicium [illegible] . l. 1. C. de Alien. iud. mut.

i ¶ REM CORPORALEM.] bene dicit corporalem:quia incorporalia nõ vendicantur[g]:vt.ff.de rei ven.l.vendicatio.

k ¶ POSSIDEAT.] not.in actione in rem ex parte actoris,alterum duorum[h] debere interuenire.ſ.dominium:vt.ff.de rei vendi.l.in rem actio. & hìc.vel quaſi dominium[i], vt in emphyteuta,ſuperficiario, & in bonæ fidei emptore,& ſimilibus[k]:vt.j.e.§.alię.&.ff.ſi ager vec.vel emphy.l.j.§.fin. & l.ij.&.l.iij.&.ff.de ſuperficiebus.l.j.in fi.j.reſpon.&.§.quod ait.Item ex parte rei ſimiliter duorum alterum,ſcilicet poſſeſsionem,vel quaſi:vt quia dolo deſierat poſsidere:vt hìc,&.ff.de interr.act. l.qui ſeruum.§.in iure. &.l. ſi ſeruus.& de noxa.act.l.electio.§.j. *ADDITIO.* Iſta gl.vix poteſt ſaluari,niſi loquatur de rei vend.ſpecialiter : quia illa nunquam competit niſi in poſsidentem vel quaſi.

l ¶ DICAT.] hoc non eſt neceſſe probare[l], vel dicere : ſed ex voluntate dicitur hoc:vt.C.de eden.l.qui accuſare.& de rei vendi.l.fi. &.j.de interdi. §.commodum.Accurſius.

¶ AEQVE. ¶ Suprà.§.proxi.ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus:nunc pro rebus incorporalibus.Et ſunt duæ actiones: confeſſoria & negatoria.Et diuiditur iſte.§. in duas partes. Primò ponit de actione confeſſoria,quæ intentatur pro ſeruitute conſtituta conſeruanda vel cuſtodienda.Secundò ponit de actione negatoria,quæ competit domino negando aduerſario ſuo ius eſſe ſeruitutis : & ſic competit pro libertate conſeruanda. Secunda ibi, Contra quoque.Item totus iſte.§.ſex facit. Primò ponit exemplum de confeſſoria, quæ datur pro ſeruitute perſonali. Secundò dat duo exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali ruſticana. Tertiò ponit quatuor exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali vrbana. Quartò ponit plura exempla de negatoria. Quintò ponit differentiam inter actiones reales,quæ competunt pro rebus corporalibus, & inter eas quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sextò infert quandam exceptionem. Secunda ibi, Vel per fundum. Tertia ibi, Eiuſdem. Quarta ibi, Contra quoque. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi, Sanè. ¶ *CASVS.* Acceſsi ad Iuſtinia. & ita quæſiui ab eo, & dixi : Domine, iam video de actione in rem : & vnde actio in rem habet locum pro dominio rerum corporalium. ſed nunquid ſunt plures actiones in rem? Et reſpond. Iuſtinia. quòd ſic. Sicut enim dixi tibi, quòd actio in rem locum ſibi vendicat, quando aliquis rem corporalem aliquam iure dominij in iudicio intentat ſuam eſſe : eodem modo dico tibi, quòd ſi aliquis ius vtendi fruendi ſibi eſſe in fundo, vel ædibus vicini ſui dicat : vel ſi dicat ius ſibi eſſe ducendi aquam in fundum ſuum per fundum vicini ſui : in omnibus his caſibus actio confeſſoria locum habebit. & non ſolùm in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum vendicandis locum habet in rem actio confeſſoria : ſed & in ſeruitute vrbanorum prædiorum. Eiuſdem enim generis eſt actio, quæ de iure vrbano.prædior.competit : veluti ſi aliquis agat ſe habere ius, ne vicinus ſuus altius ædes ſuas tollat : vel ſi aliquis dicat ſe habere ius proſpiciendi in fundum vicini ſui, vel proijciendi aliquid de fundo ſuo in fundum vicini ſui : aut ſi agat ius ſibi eſſe immittendi tignum de ædibus ſuis, in ædes vicini ſui. & ſic in his omnibus ſuperioribus caſibus actio confeſſoria locum habet in rem. Sed quid domine, iam ſatis mihi liquet de confeſſoria in rem, quæ locum habet in vendicatione rerum incorporalium : nunquid ſunt plures actiones in rem, quæ locum habere poſſunt in rebus incorporalibus? Ad hoc reſpondet dominus Iuſtinianus quòd ſic. Nam ſicut ego dixi, quòd in ſeruitu. ruſticorum vel vrbanorum prædiorum vendicandis locum habet confeſſoria in rem : eodem modo dico tibi in caſu conuerſo, quòd ſi aliquis negat te habere ſeruitu.ruſtic. vel vrban. prædior.competit ei actio in rem negatoria. Nam de vſufructu & de ſeruitute ruſtic.prædiorum. item de ſeruitu. vrban. prædiorum.proditæ ſunt in rem actiones negatoriæ : veluti ſi quis agat ius vtendi fruendi in fundo ſuo, vel in ædibus ſuis aduerſarium ſuum non habere : vel ſi aliquis agat ius non eſſe aduerſario ſuo eundi, vel agendi per fundum ipſius aduerſarij:vel ſi quidam dicat aduerſarium ſuum non habere ius in ædibus ſuiipſius actoris, vt ipſe actor non tenea-

g Idem Io. Fab.& alij. ĩ apparatu. Nic.& Ia. ĩ gl ſequẽ.

h Imo alterum quatuor : ſcilicet dominiũ directũ vtile vel quaſi, vel ius in re. Dy. Nico. Ang. & Ia.

i Diſplicet Nico. Fab. & Ange.

k Dic hoc non videt̃ bene dictũ quia imò habet tantũmodo publicianam : vt. j. e. §. ſed iſte. aliâs ſi haberet vtile dominium, vt dicit gl. pręferret̃ domino directo.l.j.§.j. ff. ſi ager vec.vel emphite.& tamẽ hoc eſt falſum : qa regulariter excluditur à vero domino.l. pe. & quod ibi no.ff.de publi.

l Onus tamen probãdi poteſt aſſumere ſi vult. Nico. Fa.& Ang.

tur altius tollere ædes ſuas: vel ſi quis dicat aduerſarium ſuum non habere ius proſpiciendi per fundum ſuum, vel proijciendi aliquid in fundum ſuũ: vel ſi quis agat ius non eſſe aduerſario ſuo: mittendi tignum ex ædibus aduerſarij in ædes ſuas. Nam in omnibus caſibus his ſicut in ſuperioribus habent locum actiones in rem, ſed tamen negatoriæ. Sed hoc genus negatoriȩ ſcilicet actionis in rebus corporalibus locum nõ habet. Nã licet in his caſibus ſupradictis agat poſſeſſor negatoria: & hoc in rebus incorporalibus: in rebus tamen corporalibus ille agit, qui non incumbit in poſſeſsionẽ: quia non eſt aliqua actio corporalis à iure prodita, beneficio cuius actionis poſsit negare illam rem corporalem actoris eſſe. Sed licet tibi dixerim regulariter, quòd poſsidenti & detinenti in rebus corporalibus non competat actio: in vno tamen caſu ille qui poſsidet, nihilominus actoris partes ſuſtinet: ſicut in latioribus, ſforum. libris apertius apparebit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. Sed iſte. hoc dicit Franciſcus de Aret.

De Action Confeſſoria; Vide ff. ~~si seruit vind.~~ l. ij.

¶ Aequè [a] ſi agat [b] quis, ius ſibi eſſe fundo fortè, vel ædibus vtendi [c] fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem [d] actio eſt. ¶ Eiuſdem generis [e] eſt actio de iure prædiorum vrbanorum: veluti ſi quis agat ius ſibi eſſe [f] altius ædes ſuas tollendi [g], proſpiciendiue, vel proiiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. ¶ Contrà [h] quoq; de vſufructu, & de ſeruitutibꝰ prædiorum ruſticorũ, item prædiorum vrbanorũ, inuicẽ proditæ [i] ſunt actiones: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi fruendi, eundi, agendi, aquámve ducendi, item altius [k] tollendi, proſpiciẽdiue, vel proijciendi, immittendiue: iſtȩ [l] quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ.

¶LIBELLVS PRO SERVITVTE PERSONALI.

¶ Eſt quædam actio realis, quæ datur pro ſeruitute vendicanda, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis: vt hîc. §. æquè. &. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ij. & primò circa ſeruitutem perſonalem formatur libellus. Eſt autem ſeruitus perſonalis, vſusfructus, quem habemus in rebus alienis: vt. ff. de vſufruct. l. j. &. ſ. de vſufruct. §. conſtituitur. &. ſ. de vſu. & habi. in princip. forma igitur libellum primò in ſeruitute perſonali in hunc modum. Dico ego b, contra c, quòd ipſe habet prædium, in quo habeo ius, ſiue ſeruitutem vtendi fruendi: vnde propono confeſſoriam actionem contra dictum c, & peto dictam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum c, vt patiatur me vti frui, condemnari. In qua etiam actione ſufficit cauſam proponere: vt. ſuprà. dictum eſt: & proponetur ita: Vnde cùm habeam ius vtendi fruendi, peto mihi illum condemnari. eodem modo formabis libellum in eo, qui habet tantùm vſum, dimittendo hoc verbum frui. & poteſt addi ſic: Et quia tanto tempore me prohibuit & impediuit vti frui, peto dictum c, in fructibus quos percepiſſem, vel percipere potuiſſem, mihi condemnari: & hoc per. l. j. ij. &. iij. reſpon. &. l. final. ff. ſi vſuſfruct. peta.

¶LIBELLVS PRO SERVITVTE REALI.

¶ Circa ſeruitutem realem forma ſic libel. ſed primò ſciendum eſt, quòd ſeruitus realis non poteſt deberi, niſi vterque habeat prædium: vnus vnum quod ſeruiat: alter aliud cui ſeruiatur: vt. ſ. de ſerui. §. ideo autem. &. ff. communia prædio. tam ruſtic. quàm vrba. l. j. in fine. Seruitutes ruſti. prædio. ſunt iter, via, actus, & aquæductus: vt. ff. de ſer. ruſti. prædi. l. j. in princip. forma ergo ſic libellum in ſer. ruſt. prædio. Dico ego a, contra b, quòd habeo ſeruitutem eundi per fundum ſuum ad fundum meum: vnde propono confeſſoriam contra ipſum b, & peto ipſam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum, vt patiatur me vti hac ſeruitute, mihi condemnari. Eodem modo formabis in alijs ſeruitu. ruſtic. prædiorum. & loco act. ſi vis potes ponere cauſam, & aſsignare ſcilicet hanc: Vnde quia ius habeo eundi: & formabis vt in libel. ſuperiori continetur.

a ¶ Aeqve.] ſcilicet datur actio in rem.

b ¶ Agat.] ſcilicet actione confeſſoria. Quòd ſic vocetur, legitur. ff. ſi ſer. ven. l. ij. in principio.

c ¶ Vtendi.] hæc ſeruitus eſt perſonalis: ſed ſequentes reales: vt. ff. de ſerui. l. j.

d ¶ In rem actio est.] ſcilicet confeſſoria.

e ¶ Eivsdem generis.] ſcilicet vt ſit in rem.

f ¶ Ivs sibi esse [a].] Nota quòd confeſſoria proponitur verbis affirmatiuis: & negatoria negatiuis: & ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiuſmodi actionibus: de quo dic vt per Ange. hîc.

a Iſta gl. non eſt Accurſij, ſed additio.

g ¶ Tollendi.] vt ſi eras in quaſi poſſeſsione ſeruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere: me volente ædificare, debeo agere negatoria. & ita hîc interſerit [b] exemplum negatoriæ: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. & ſi forte. §. j. In hac enim ſeruitute negatoria verbis affirmatiuis, & confeſſoria negatiuis proponitur: vt. ff. ſi ſer. vendi. l. loci. Alia verò exempla quæ ponuntur, bene ponuntur in confeſſoria vſque illuc, Contrà &c. Vel pone hoc exemplum in confeſſoria: vt ſi talem mihi debeas ſeruitutem, vt altius teneas ædificatum: vt. ff. de ſer. vr. præ. l. ſi arborem. §. interdum. & l. eum debere.

b Diſplicet Dy. Nico. Ioã. Fab. & Ang. & dicit Ia. quòd eſt deriſio.

¶LIBELLVS PRO SERVITVTIBVS VRBANORVM PRAEDIORVM.

¶Contra qvoqve. ¶ ſeruitutes vrbanorum prædiorum ſunt, vt ſeruitus proſpiciendi, vel immittendi tignũ in vicini ædes, & aliæ ſimiles: vt. ſ. hoc. §. Aequè. ver. eiuſdẽ. &. ff. de ſer. vrb. prædi. l. j. & for. lib. in qualibet iſtarum acti. hoc modo. Dico ego c, contra a, quòd ego habeo ius immittendi tignum de domo mea in ædes ſuas. vnde propono confeſſoriam contra ipſum: & peto dictum ius ſiue ſeruitutem immittendi tignum mihi adiudicari: & ipſum a, vt me patiatur vti tali ſerui mihi condemnari. & in libel. potes edere cauſam pro acti. & erit cauſa talis, quia ſeruitutem habeo immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes meas: vnde peto &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo for. libellum in alijs ſerui. vrba. prædio. excepta ſerui. altius non tollendi: in qua libellus habet formari verbis negatiuis, ſcilicet hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd ipſe non habet ius altius tollendi ædes ſuas: quia ego habeo ſeruitutem in ædes ſuas altius non tollendi. vnde proponendo confeſſoriam contra ipſum b, peto ſeruitutem altius non tollendi mihi adiudicari: & ipſum ne altius tollat, mihi peto condemnari. Et in iſta ſicut in alijs poteſt loco actio. cauſa proponi, hoc modo: Vnde cùm habeam ſeruitutem in ædes ſuas altius non tollendi, peto &c.

Action Negatiua Vide ff. si ser. Vend. l. ij.

¶LIBELLVS IN ACTIONE NEGATORIA.

¶ Eſt & alia realis actio, quæ competit pro ſeruitute neganda, tam in ruſtico prædio, quàm in vrba. & appellatur negatoria: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. ſecunda. in principio. & hîc in verſic. contra. Super quo formandus eſt libellus, & in ruſti. prædi, & in vrb. Sed primò in ſerui. ruſti. prædio. formatur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd cùm ipſe ſit in quaſi poſſeſsione ſerui. eundi per fundum meum ad fundum ſuum: & ipſe non habeat ſeruitutem in fundo meo: proponendo negatoriam contra ipſum b, peto abſolui à tali ſeruitute. In iſto libello poteſt poni cauſa loco acti. vnde cùm ſeruitutem non habeat eundi, peto &c. Similiter in alijs ſerui. prædio. vrba. formatur, negando ſcilicet vt actio ſit negatoria, & cauſa ſimiliter. Vnde cùm ius iſtius ſeruitutis non habeat, peto &c. Poteſt etiam in actione negatoria quæ datur pro ſeruitu. vrban. prædio. denegandis, ſic formari libellus: Dico ego c, contra b, quòd cùm ipſe ſit in poſſeſsione immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes meas, & ipſe non habeat ius immittendi tignum in ædes meas, peto &c. Et ſic formatur libellus in alijs ſeruituti. vrban. prædio. denegandis, formando per verba negatiua. Similiter formatur ſic, quando negatur ſeruitus altius non tollendi: in qua non formabitur libellus verbis affirmatiuis, ſed negatiuis, hoc modo. Dico ego a contra b, quòd cùm ipſe ſit in quaſi poſſeſsio. ſeruit. ædium mearum, quòd ipſe habeat ſeruitutem in ædes meas, ne mihi liceat illas altius tollere: ideo peto proponendo negatoriam actionem contra ipſum b, ab huiuſmodi ſeruitute abſolui, & ipſum, ne me altius tollentem impediat, mihi condemnari. & cauſa in hoc libello proponitur talis: Vnde cùm ipſe non habeat ſeruitutem in ædibus meis, ne liceat mihi altius tollere, peto &c.

h ¶ Contra.] id eſt in contrarium. Nam. ſ. de confeſſoria, per quam ſeruitutes debentur: nunc de negatoria, per quam ſeruitutes denegantur: vt. ff. ſi ſer. vendi. l. ij. in prin.

i ¶ Proditae svnt actiones.] ſcilicet negatoriæ.

k ¶ Altivs tollendi.] exemplum confeſſoriæ [c]. In his enim exemplis omnibus repetitur non. Vel dic non repeti [d] non ad hoc exemplum, ſed ad alia ſic. Sed quæritur hîc, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Reſpon. Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur: confeſſoria verò affirmatiuis. Hæc opinio reprobatur in ſeruitute altius tollendi. ibi enim confeſſoria negatiuis, negatoria affirmatiuis [e] verbis proponitur. Dic ergo potius inſpiciendam eſſe naturam, quàm verba: vt confeſſoria ideo dicatur, quia ad hoc vt confiteatur ſe debere, datur: negatoria autem, quia negatur. Item quare iſte dicuntur in rem? Reſpon. quia ad ſimilitudinem rei vendicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij vel quaſi datur, ſic & iſtæ: vt ecce ratione dominij datur confeſſoria, ſcilicet domino fundi cui ſeruitus debetur: vt. ff. ſi ſeruitu. vendit. l. ſecunda. §. hoc autem. & ratione quaſi dominij: vt fructuario creditori [f], & ſuperfiiciario [g]. Item Publiciana datur ei, cui ſeruitus eſt conſtituta à non domino fundi: vt. ff. de remiſſ. l. prima. §. idem Iulianus. & de ſuperfic. l. prima. §. final. & ſi vſufruct. peta. l. prima. & de public. in rem actio. l. ſi ego ſecundo & tertio reſpon. Item ſicut ratione poſſeſsionis vel quaſi datur rei vendicatio: ſic & hæc confeſſoria ratione veræ poſſeſsionis aduerſus eum qui poſsidet agrum qui ſeruitutem debet: vt. ff. ſi vſusfruct. peta. l. vti frui. §. vtrum. vel quaſi poſsidet: vt. ff. ſi vſufruct. peta. l. final. Hoc idem in negatoria. nam ipſa ratione dominij datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi: vtilis autem quaſi domino: quia ius habet in fundo quem negat ſeruitutem debere: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. ſecunda. Et econtrà ratione poſſeſsionis intenditur contra eum qui poſsidet rem ratione vſuſfructus: vt. ff. de acquirenda poſſeſsione. l. naturaliter. vel quaſi poſsidet: vt ſi re vtatur propter illam ſeruitutem, quam ſibi dicit debitam: in quibus non eſt vera poſſeſsio etiam naturalis. argumen. ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. l. ſi ædes. §. libertas. &. §. ſequen. & ratione horum & ſimilium dicuntur in rem. Item nota quòd dicit Pla. quòd negatoria ita demum datur, ſi fuerit ſeruitus conſtituta, & poſteà amiſſa: ſed falſum eſt: competit enim etſi nulla fuit: vt. ff. ſi ſerui. vendi. l. loci. §. competit. & l. fiſtulas.

c Ridiculũ eſt ſecũdũ Dy. Io. Fa. & Iaſ.

d Imò. Dy. & Iaſ.

e Habẽdo reſpectum ad medium cõcludẽdi. Ang. & Ia.

f Iſta duo exẽpla diſplicẽt Dy. Bar. Io. Fa. Pla. Ange. & Ia.

g Iſtud exemplũ placet Ni. Fa. Plac. Ang. & Ia. & idẽ dic in emphitheota & vaſallo.

l ¶ Istae qvoqve actiones.] de quibus ſupra proxi. §. dixit. Nam ad proxima eſt facienda relatio [h]: vt. ff. de legatis primo. l. ſi ſeruus plurium. §. final. & de teſta. l. hæredes. §. ſed & ſi notam. nam aliæ non ſunt negatiuæ, ſed affirmatiuæ. ſed in eo quod dicit, in rem ſunt: poteſt ad vtrũque referri.

h Hoc verũ ſi ad omnia non poſſit fieri. Dy. & Nic.

Quod genus

¶ Quod [a] genus actionis in controuerſijs rerum corporalium, proditũ nõ eſt. Nam in his [b] is agit, qui non poſsidet. ei verò qui poſsidet [c], non eſt actio prodita, per quam neget [d] rem actoris eſſe. ¶ Sanè vno caſu [e], qui poſsidet, nihilominus is actoris partes obtinet: ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportunius apparebit [f].

¶ Secunda diuiſio actionum eſt, quòd quædam ſunt ciuiles, de quibus iam dictum eſt: quædam verò prætoriæ, de quibus hîc duo exempla ponuntur. Ange.

¶ Sed iſtæ quidem acctiones, quarum [g] mentionem habuimus, et ſi quæ ſunt ſimiles [h], ex legitimis [i], & ciuilibus cauſis deſcendunt. ¶ Aliæ autem [k] ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, tam in rẽ [l], quàm in pſonã: quas & ipſas [m] neceſſarium [n] eſt exemplis oſtendere. Vt ecce [o], plerũq; [p] ita permittit prætor in rem agere, vt vel actor dicat [q] ſe quaſi vſucepiſſe, quod non vſuceperit: vel [r] ex diuerſo poſſeſſor [s] dicat aduerſarium ſuum non vſucepiſſe, quod vſuceperit.

¶ Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus eſt à non domino ex aliquo iuſto titulo, qui eſſet aptus ad dominij translationem: & datur quaſi ipſe rem vſuceperit. Aretinus.

a ¶ Qvod genvs actionis.] ſcilicet negatoriarum & affirmatiuarũ. Et nota, quòd nomen actionis largè hîc ponitur[a]. aliàs verò pro perſonalibus tantùm: vt diximus. ſ. eo. §. j.

a Idẽ Ni.

b ¶ In his.] ſcilicet in cauſis rerum corporalium.

c ¶ Possidet.] ſcilicet inſolidum. ſi enim duo aſſerant ſe poſsidere, & vterq; vincit: poterit alter vendicare: vt. ff. vti poſſ. l. ſi duo. in fi. j. rñ.

d ¶ Neget rem actoris esse.] Hęc verba reſtringũt[b] pręcedentia: ſcilicet, ei verò &c. Nã hoc perpetuò verũ eſt, quòd aliàs non datur actio poſsidẽti, per quam neget rem actoris eſſe. Sed poteſt poni caſus, vt poſſeſſor habeat actionem, per quam dicat ſe dominum eſſe: vt. ff. de rei vendi. l. officium. & ff. vſufruct. quemadmodum ca. l. ſi vſusfructus nomine. Conſtat enim commodatariũ non poſſidere, & commodantem poſsidere: vt. ff. commo. l. rei. idem in conductore & locatore: vt. ff. de vſuſcap. l. nõ ſolum. §. primo. Alij dicunt[c] legem illam, officiũ. loqui quando alius non poſſidens agit: vt ſic ratione detentationis talis agatur. Sunt. & alij vt Bul. & Ioan. qui dicunt, quòd eoipſo quòd agit poſſeſſor rei vendicatione, renunciat[d] cauſæ poſſeſsionis: cùm hoc ſit impoſsibile, te poſsidere, & vendicare poſſe. prima verior eſt. Accurſius.

b Sequuntur Angel. & Ia.

Poſſeſſori an cõpetat actio.

c Iſta diſplicet Ang. & Ia.

d Hoc verum quãdo agit occaſione illius poſſeſsiõis que erat penes ipſum: & per ſemet ipſum poſsidebat, & ſciebat ſe poſsidere. Ang. & Ia.

e ¶ Vno casv.] vt in duplicibus iudicijs: vt. ff. de iudi. l. in tribus. & . j. eo. §. quædam. & . ff. vti poſ. l. ſi duo. §. j. & . j. de interdict. §. tertia. & . ff. famil. herciſcun. l. j.[e] Vel dic, quod dicit de qualibet exceptione proponenda. nec enim hîc dicit, quòd ſit actor: ſed cautè dicit, quòd partes ſiue onera actoris ſuſtinet, ſecundum Ioan. vt. ff. de excep. l. j. Additio. Dic, nec etiam placet hoc Pe. & Dyn. quia ſecundum hoc eſſent plus. quàm mille caſus. Vnde Pe. potuit exemplum quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi: ſcilicet quòd res petita pertineat ad eum, & non ad actorem: vt. l. circa. ff. de proba. & hoc exẽplum placet hîc Io. fab. nam litera nõ dicit actor: ſed, vicem actoris ſuſtinet: & ſic non eſt propriè exceptio, ſed quædam illatio. Ange.

e Hoc exẽplum ſequitur Dy. hîc ſed Ioa. & Pe. contra: quia exceptio debet eſſe de regula nã in rebus incorporalibus poſsidenti non datur actio niſi in vno caſu: ſed ſecũdũ glo. eſſent plures quã mille. Præterea in iſtis duplicibus iudicijs qui agit, nõ negat rem actoris eſſe nec agit rei ven. prout litera requirit. Ange.

f ¶ Apparebit.] vt. ff. de iudi. l. in tribus. ſecundum primum: vel. ff. dę except. l. j. ſecundum ſecundum.

¶ Sed iste. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò, ponit & declarat actiones præcedentium paragraphorum fore ciuiles. Secundò, ponit de actionibus prætorij s; ibi, alię autem. Item iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nam primò ponit de actionibus in rem prætorijs. Secundò ponit de perſonalibus. Secunda inferius in. §. in perſonam. Item prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit quando res petitur, quaſi vſucapta, quæ non eſt. Secundò, quando vſucapta eſt: & petitur ac ſi vſucapta non eſſet. Secunda ibi in §. rurſus. Item prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit de actionibus prætoriis in rem. Secundò de eis duo ponit exempla. Secunda ibi. Ecce plerunq;. Primum exemplum proſequitur ibi, Namq; ſi cui. Secundum in. §. rurſus. iam allegato. Aretin. ¶ Casvs. Domine, iam poſuiſtis mihi vnam compendioſam diuiſionem actionum, & mẽbra diuiſionis per dilucida exempla declaraſtis. Pro deo, nunquid ſunt plures diuiſiones actionum? Et reſpon. Iuſtinia. quòd ſic. Nam actiones quædam ſunt ciuiles: quædam prætoriæ. Iſtæ enim actiones, de quibus ſuperius mentionem habuimns, & ſi quæ eis aliæ ſimiles ſunt, ex legitimis, & ciuilibus cauſis deſcendunt, id eſt ciuiles ſunt: aliæ autem actiones ſunt, quas prætor introduxit ex ſua iuriſdictione. Sed domine, nunquid prætoriæ diuidi poſſunt? Et reſpon. quòd ſic. Prætoriarum enim quædam in rem, quædam in perſonam ſunt. Prætor enim quaſdam actiones, ex ſua iuriſdictione comparatas habet, tam in rem, quàm in perſonam: quas etiam ipſas prætorias neceſſariũ eſt (id eſt vtile) exemplis oſtendere. Et hoc vſq; ad illum verſiculũ, ecce plerunq; &c. in quo pone ſic caſum. Domine, vos dixiſtis mihi ſuprà, quòd prætoriarũ actionũ, quædam ſunt in rem, quædam in perſonam: & promiſiſtis ꝙ eaſdem per exẽpla mihi oſtenderetis. Ad hoc reſpondet Iuſtin. Amice, libenter. Ecce plerunq; prætor permittit in rem agere: ita vt actor dicat, ſe aliquam rem quaſi vſucepiſſe, quam in veritate non vſucepit: & tamen vtili in rem actione prætoria: ita vendicat ſuam eſſe, quaſi vſucepiſſet. Et non ſolum in caſu iſto locum habet actio prætoria in rem: ſed in caſu conuerſo. Quandoq; enim ita permittit prætor in rem agere, vt aliquis dicat aduerſarium ſuum, rem quaſi non vſucepiſſe, quam in veritate vſucepit: & ita eam rẽ ab eo prætoris auxilio auocat, quaſi eam nunquam vſucepiſſet. Sed bone domine, pro deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit ſe quaſi vſucepiſſe rem quam in veritate non vſucepit. Ad hoc reſpond. Amice, dabo tibi bonum exemplum. Nam pone quòd aliqua res alicui ex cauſa iuſta, puta Petro à non domino tradita ſit, veluti ex cauſa emptionis, vel donationis, aut ex cauſa dotis, aut ex cauſa legatorum, vel ex alia ſimili cauſa apta ad dominij tranſlationem: & necdum Petrus bonæ fidei poſſeſſor illius dominium beneficio illius vſuſcapionis adeptus ſit: ſi poſſeſsionem illius rei, aliquo caſu amittat, nullam habet de iure ciuili directam actionem in rem, ad illam rem perſequendam. Ita enim proditæ ſunt actiones in rem de iure ciuili, vt quis ratione dominij rem ſuam vendicaret. Cùm igitur de iure gentium, puta per traditionem non ſit illius rei dominus effectus: neq; de iure ciuili, puta per vſuſcapionẽ: liquet manifeſtè, quòd omne beneficium iuris ciuilis in hoc caſu Petro ſit præcluſum. Sed quia prætor ꝗ naturali æquitate mouetur, durum videbatur in hoc caſu Petro poſſeſſori bo. fi. deficere penitus actionem: quandam actionem de æquitate introduxit: beneficio cuius actionis Petrus qui poſſeſsionem amiſit, dicit ſe eam rem quaſi vſucepiſſe: & ita pretoria in rem vendicat ſuam eſſe, ſicut ſi in rei veritate eam vſucepiſſet, & directa in rem ciuili eam vendicaret. & iſta actio de æquitate prætoris in hoc caſu introducta, Publiciana appellatur: quæ ideo ſic appellatur, quia primum à Publicio prętore in edicto propoſita eſt. Et hæc dicũtur vſq; illum. §. rurſus ex diuerſo. Franc.

¶ Sed iste. ¶ Latenter accedit ad ſecundam diuiſionem: ſcilicet, aliæ ſunt ciuiles, & aliæ prætoriæ. & de omnibus exempla ponit. Sed quæritur de duabus, ſcilicet de actione in rem, quæ datur contra eum, qui dolo deſiit poſsidere. Videtur enim prætoria: vt. ff. de noxa. act. l. electio. §. j. Sed & ciuilis videtur inſpecta perſona actoris, qui de iure ciuili admittitur ad agẽdum: vt. ff. de rei ven. l. in rem actio. Sed dic eam ciuilẽ[f] inſpecta potius perſona actoris, quæ dignior eſt: vt. ff. de do. ma. excep. l. pure. §. fi. & hæc conſyderatio ſemper habetur, nam hæreditatis petitio dicitur prętoria, quando bonorum poſſeſſori datur, vel fideicommiſſario: licet contra poſsidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore detur: & econtrà ſi detur hæredi de iure ciuili, dicatur ciuilis: vt. ff. de peti. hæredi. l. j. Semper enim iudicamus an actio ſit ciuilis vel prætoria, inſpecta perſona actoris[g] Secundò, quærit de actione commodati. Sed dic eam ciuilem[h]: vt. ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. Et quod dicitur eod. tit. ff. commo. l. j. in princ. in gloſſ. ait prætor. quæ eſt gloſſ. j. vel approbando vel confirmando dicit, non inueniendo: ſicut & de petitione hæreditatis dicitur. ff. ſi pars hære. peta. l. j. in princ. Sed tamen ipſa ciuilis eſt. cùm ſit ex ſenatuſconſulto, & centumuiralis dicat: vt. ff. de peti. hæredi. l. item veniunt. §. cum antequàm. & . C. de hæredi peti. l. fin. in princ. Omnes enim actiones quæ oriuntur ex his quinq; partibus iuris, ſcilicet legibus, ſenatuſconſultis, plebiſcitis, principũ placitis, & reſponſis prudentum, ciuiles ſunt[i] quæ verò à magiſtratibus, vel prætorum edicto deſcendunt, prætoriæ ſunt: vt. ſ. de iure natu. §. conſtat. vſq; ad. §. ex non ſcripto. & . ff. de iuſti. & iur. l. ius autem. & . j. de perpe. & temp. act. in prin. Aliæ autem præter duas ſupradictas certè ſunt vtrum ſint prætoriæ vel ciuiles. Accurſius.

f Inuentione: ſed extẽſione dicitur prætoria. Fab. Ange. & Ia.

g Imò inſpecta origine, Bald. & Ia.

h Sequũtur eum Fa. & Ange.

i Sequunt gloſ. Ange. & Ia.

g ¶ Qvarvm mentionem.] ſcilicet expreſſam: vt de quibuſdam dictum eſt.

h ¶ Et si qvae svnt similes.] vt quæ ſunt ex cõtractu vel quaſi: vel ex delicto vel quaſi: & quæ deſcendunt ex variis figuris cauſarum: vt ſ. eo. §. j. & . ij.

i ¶ Ex legitimis.] id eſt ex lege. xij. tabularum. & pro id eſt ciuilibus. Vel dic ciuilibus, id eſt ex authoritate iuriſprudentum, & eorum reſponſis. nam totum eſt ius ciuile. vt. ff. de iuſti. & iure. l. ius autem ciuile. & de orig. iur. l. ij. §. nouiſsime.

k ¶ Aliae avtem.] [k] aduerte quòd hîc doctores ita diſtingunt hunc. §. incipiendo ibi, Sed iſte quidem. tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. alię: hîc & non ſuperius incipiendo.

k Iſta gl. non eſt Accurſij.

l ¶ Tam in rem.] id eſt tam in rem tantùm, quàm in perſonam tantũ. Nec enim aliqua prætoria[l] inuenitur quæ ſit miſta. ſ. in rem & in perſonã: licet ciuilis talis inueniatur: vt. j. eo. §. quædam. Et primò hîc de realibus dicit vſq; ad. §. in perſonam. & poſtea de perſonlibus dicet. Accurſius.

l Sequuntur glo. Fa. Ang. & Ia.

m ¶ Ipsas.] ſ. pręterias: quaſi diceret, nõ ſolùm ciuiles, quas expoſuimus.

n ¶ Necessarivm.] id eſt vtile. qđ enim medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis: vt in aut. hæc conſtitutio inno. in princ. colla. viij. Nec enim neceſsitas in principe poni poteſt: vt. ff. de leg. & ſanatuſconſul. l. princeps. Item quia per exempla apertius intelligitur: vt hîc, & . C. de tranſact. l. vt reſponſum. & . ff. de col. bo. l. prętor. §. iulianus.

o ¶ Ecce.] hoc eſt primum exemplũ qđ exponitur ſtatim ibi, Namq; &c.

p ¶ Plervnqve.] quia hoc ſemper dicere non poterit. ſ. contra dominum: niſi in caſibus: vt ſtatim dicemus.

q ¶ Dicat.] agendo Publiciana.

r ¶ Vel ex diverso.] hoc exponitur. j. §. rurſus.

s ¶ Possessor.] id eſt dominus quondam, ad quẽ rediit nunc poſſeſsio. Vel dic poſſeſſor quondam: nunc petitor.

¶LIBELLVS IN ACTIONE PVBLICIANA.

¶ Namq; ſi cui ex iuſta cauſa[a] res aliqua tradita[b] fuerit,veluti ex cauſa emptionis, aut donationis , aut dotis, aut legatorū : & necdum eius rei dominus effectus[c] eſt:ſi eius rei poſſeſsionē caſu[d] amiſerit,nullā[e] habet in rem directam[f] actionem ad eam perſequendā:quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones , vt qs dñium ſuū vendicet[g]. Sed quia ſanè durū erat eo caſu[h] deficere actionē[i] inuenta eſt à prætore actio[k] ,in qua dicit[l] ,is qui poſſeſsionem amiſit,eam rem ſe vſucepiſſe, quam vſu non cepit , & ita vendicat ſuam eſſe.quæ actio Publiciana appellatˀ,quoniā primū à Publicio[m] prętore in edicto ꝑpoſita eſt.

¶Præſenti contra abſentem reipublicæ cauſa,vel in poteſtate hoſtium vſucapientem rem præſentis ſuccurritur , reſciſſa vſuſcapione. Areti.

¶ Rurſus ex diuerſo , ſiquis quum

¶NAMQVE SI CVI.¶ Hîc tractatur de actionibus prętoriis realibus:& primò de Publiciana in qua qualiter formetur libellus,eſt videndum.Vnde ſciendum eſt,quòd act.Publiciana competit,quando res aliena tradiť ex iuſta cauſa.vnde ſi cadat à poſ.aliquo caſu,poterit hac actio. agi contra poſſeſſorem, niſi ſit dominus qui poſſidet: vt.ff.de publi. l.j.§.pe.& fi.&.ſ.eo.§.pxi.verſi.ecce plerunq;. Formabis ergo ſic ī hac act.libellum : Dico ego a,contra b,quòd ipſe detinet rem mihi traditā ex cauſa emptionis,quā quaſi vſucepi:vnde proponendo Publicianam contra ipſum h,peto ipſam rem iure quaſi dominij mihi adiudicari,& eundem b,ad eius reſtitutionem condēnari.In hoc libello licet nomen act.non proponatur,ſufficit vt cauſa edatur, quæ talis eſt:Vnde cùm ipſam rem quaſi vſuceperim,peto &c.vt in prædic.§.ecce plerūq;.vel poteſt aſsignari pro cauſa hoc:Vnde cùm ipſa fuerit mihi tradita ex cauſa emptionis,peto.&c.& eſt eadem prima cum iſta: quia traditio ex iuſta cauſa parit vſuſcapionem:vt.ff.de pub.l.j.ij.iij.&.iiij.

a ¶ Ex iusta cavsa.] id eſt ex aliquo cōtractu qui deſcendit ex iuſta cauſa,id eſt ex affectione vtriuſq; partis:vt.ff.eo.l.in omnibus rebus.ad fi. titu.quam affectionē iuſtum eſt ſeruari:vt.ſ.de rerum diui.§.per traditionem.& hoc dummodo[a] talis titulus fuerit aptus dominium transferre,licet non transferat:quia traditio non plus transferri,quàm ſit apud eū qui tradit: vt.ff.de acquiren.re.do.l.traditio : & nominantur huiuſmodi contractus.ff.de publi.l.j.in fin.&.l.ij.iij.iiij.v.vj.&.vij.ſi verò contractus non eſt habilis transferre dominium, nō competit Publi.vt.ff.de publi.l. quicunq;.§.j.& finali.

a Idē Fab. Ang. & Ia.

b ¶ Tradita.] à non domino.

c ¶ Dominvs effectvs.] per vſucapionē.Nam per traditionem dominus factus non fuit.Si autē altero iſtorum modo rū factus dominus fuerit,Publiciana ei non datur.ſed directa rei vendicatio: vt.ff.de publi.in rem actio.l.j.in prin.&.§.j.

d ¶ Casv.] imò & ſi quocunq; modo.Nam etſi per furtum,vel rapinā[b], vel aliam vim amiſerit:non tamen habet in rem actionem directam , ſed hanc:licet habeat & alias actiones : vt furti:vel vi bonorum raptorum : & ſimiles:vt ſ.ſupra de obli.quæ ex delic.§.ſed & bonę fidei.& ſupra vi bono. rapt.§.fina.

b No. gl. quòd furtū & rapina, non cōnumerātur inter caſus fortuitos. Ange.

e ¶ Nvllam.] de alijs autē realibus conſtat: ſed de hac rei vendicatione dubitatur.

f ¶ Directam.] ſed nunquid Publiciana competit ratione vtilis dominij?Quidam dicunt ꝙ ſic:dicentes ꝙ vtile dominium habet cui Publiciana competit:& dicunt hanc eſſe cauſam Publicianæ: ſicut directum dominium eſt cauſa directæ actionis in rem:vt.ff.de rei ven.l.in rē actio.in prin. Alij dicunt[c], ꝙ nec vtile dominium habeat:cùm ille qui vtile dominium habet,etiam cōtra dominū agat:vt.ff.ſi ager vec.vel emphy.pe.l.j.ij.&.iij. quod non eſt in Publiciana:vt.ff.de publi.l.penul & fi.

Actio publiciana,vtrū cōpetat habenti vtile dominium.

c Et bene Nico. Fab. & Ia.

g ¶ Vendicet.] hoc videtur falſum:nam aut habeo dominium : & tunc non vendico quod habeo.ſi non habeo,nec tunc vendico:vt.ff.de rei ven. l.in rem actio.j.rñ.Item dominiū eſt ius & res incorporalis : quomodo ergo vendicatur?Sed dic dominium.i.rem ratione dominij.

h ¶ Eo casv.] ſcilicet iſto ſupradicto.

i ¶ Deficere actionem.] quod erat ſecundum ius ciuile.

k ¶ Actio.] ſcilicet Publiciana:vt ſtatim ſubiicit.aliâs niſi prætor actionis nomen diceret,in factū daretur:ſicut ex ciuili obligatione noua datur cōdictio ex lege, ſi non caueatur de nomine actionis:vt.ff.nau.cau.ſta.l.& ita.§.ait prætor.in gl.ij.&.ff.de cōdi.ex le.l.j. ADDITIO. Nota gl. ſecundum Dy.quā tene menti pro regula quæ actio competat ex remedio ciuili vel prætorio.pro qua facit tex.ff.de adul.l.quod ex his.Sed cōtra hoc opponitur de.l.ſed & ſi poſſeſſori.in prin.de iureiur.coniuncta gl.in verbo,dandam.vbi actio in factum & Publiciana videntur eſſe idem . Sed tu reſponde vt ibi per glo.& doct.Ange.

Actio in factū,eſt prætoria:condictio ex lege ciuilis.

d Et male Fa.Ang. & Ia.

l ¶ Dicit.] & ſic videtur ꝙ prætor permittit mentiri:quod Pla.conceſſit[d].& idem in ſequentibus caſibus tribus.& facit.C.de bo.ma.l.j. vnde ſic libellum formabat:peto talem rem quam poſsides , & quam emi , vel alia ſimili iuſta cauſa habui à non domino : quia dico me vſucepiſſe . Nam licet hæc verba, quia dico me vſucepiſſe &c. directam rei vendicationem magis videantur inducere:tamen ex adiunctis Publicianam ſignant . Alij dixerunt ita eſſe formandum:peto talem rem quam dico meam:ſed quia fortè non poſſem probare meam , propono Publicianam[e]. Alij dicunt vtranq; alternatiuè proponi,ſcilicet rei ven.& Publi.hoc modo : peto talem rem iure directi dominij, vel quaſi .& hanc approbat conſuetudo[f]. Sed certè duæ primæ nō placent : quia quomodo diceret rem ſuam ſe vſucepiſſe:cùm hoc non ſit verum?ſic enim peieraret in ſacramento calumniæ: vt.C.de iureiur.propter calum.dan.l.ij.Sed illi reſpondent , quia hoc facit lege permittente:vnde non peierat.ff.qui ſatiſd.cog.l.fina. Sed nec vltima placet : quia vnam debet eligere,& non pluribus agere actionibus : vt.ff. de regul.iur.l.nemo.§.quoties.Dic ergo quarto eſſe formandum in hunc modum libellum:peto rem talem mihi reſtitui iure quaſi dominij , perinde ac ſi vſucepiſſem . Verbum enim , quaſi , poſitum ſuprà eodem.§. alie.hîc repete : & ſimilitudinariè ponatur , non affirmatiuè,id eſt dicere : ſicut vendicarem quo ad effectum re verè vſucapta : ita nunc quaſi vſucapta . & idem in ſequentibus caſibus.Ex prædictis patet quòd quinq; ſunt neceſſaria , vt detur Publiciana:ſcilicet traditio vel quaſi . quod dico propter res incorporales, quæ tradi non poſſunt : vt.ff.de acquir.re. domi.l. ſeruus.§. incorporales. &.ff.de publi. l.prima. &.l. traditionē. §.primo.Secundò,quòd ex titulo apto ad mutationem dominij: vt hîc dicit : vt ex venditione vel ſimilibus. Itē quòd à non domino accepit. nam aliâs dominium eſſet translatum : vt.ff. cod. de publi.l. prima. in princip. ibi , de non domino. et ibi no. Item quarto,quòd bona fide acceperit , vnde credidit ſe dominum factum eſſe tunc[g]:vt.ff.de publi.l.in rem actio.l.eum qui à furioſo.§.prætor . Quintò, quòd credat ſe dominum hodie non eſſe cùm proponit eam:aliâs eſſet ſibi contrarius.Sed tantùm duo prima ex his quinq; ſunt difficilia agenti. ſcilicet probatio traditionis,& tituli:reliqua conſiſtunt in intellectu agētis: cùm ſint de ſua conſcientia[h]:quæ per teſtes probari non poſſunt.Sed quid ſi dubitat hodie vtrum actor fuerit dominus vel non ? Reſpon.ſalua fide proponat quod ſibi melius videtur vel rei vend.vel Publiciana.ſed quando penitus eſt in dubio,proponat Publicianam:& in ea obtinebit:niſi aduerſarius probet actorem huius dominum fuiſſe:quod ſi probet , dabitur ei rei vend.qui enim egit actione Publiciana,& ſuccubuit:non repellitur à rei vendicatione directa. idem econtrà:vt.ff.de euic.l.minor.§.ſi ſeruus. licet quidam dixerunt contra in vtroq; caſu : quia ius ſuum vndecunq; & qualecunque in primo iudicio deduxiſſe videtur : vt.ff.de except.rei iudi. l.ſi mater.§.eandem.Sed expone vndecunq; & qualecunq; , id eſt ſiue de iure ciuili,ſiue de iuregentium,dummodo directum:vt.ff.de rei vend.l.in rem actio.in prin.At illi dicebant ſiue directum ſiue vtile.& ita patet quòd cùm ſint contrariæ[i] rei vēdicatio directa,& Publiciana:vno libello proponi non poſſunt:vt.C.ſi ſer.exte.l.j.Sed ex conſuetudine contrarium ſeruatur.nam vtraq; ſimul proponitur : licet ſuper vna probationes tantùm inducat.ne ſibi contrarius ſit.quod certè eſt contra dictam.l.C.& regulam illam.ff.de reg.iur.l.nemo.§.quoties.& hoc ex parte actoris . Ex parte autē rei ſpectamus an poſſideat,vel dolo deſierit poſſidere : vt in rei vendicatione diximus.Nam contra omnem poſſidentem datur,præterquàm contra dominum:vt.ff.de publi.l.pe.&.l.fin.Sed etiam contra dominum datur in ſex caſibus[k].Primus eſt ſi à non dño emi,qui poſteà vero domino ſucceſsit,& ad eum poſſeſsio redierit:nam licet ſit factus dominus, tenetur tamen Publiciana:vt.ff.de rei ven.l.ſi à Titio.Secundus eſt: ſi rem à non domino emi: & poſteà verus dñs voluerit â me vendicare:ſed ego fui abſolutus:& poſtea res ad illum rediit:agam Publi.& ſi excipiat de dominio, ego replicabo quia qñq; eo agente fui abſolutus:vt.ff.de excep.rei iudi.l. ſiquis rem. Tertius eſt:ſi egi noxaliter contra bo.fid.poſ.ſerui:& ipſe dedit mihi eum pro noxa.ſiue enim contra me poſsidētem, verus dominus agat,ſiue eo poſsidente,ego agam Publiciana,obtineo:vt.ff.de noxa.l.& generaliter. &.l.præcedenti.in fi. Quartus eſt:ſi ego fui miſſus in poſſeſsionem vicinæ domus,quam aliquis bona fide poſsidebat,poſſeſſore nō cauente,& poſteà verus dominus inueniatur poſsidere vi fortè : & vnde vi interdictum , & Publicianam habeo:vt.ff.de dam.infec.l.dāni.§.ſi pupillus.verſi.nō ſolū. Quintus etiā adiicitur:vt ſi rem poſsideo:& eam non dolo,ſed culpa deſij poſsidere:& ſic litis æſtimationem tantùm ſecundum ius vendicanti præſtitit (vt.ff.de rei ven.l.qui reſtituere.) ſi poſteà res ad dominum redeat, agam Publiciana contra eum:vt.ff.de rei ven.l.ſi culpa.Vel expone.l.illā, vt habeat vtilem actionem quā actor directā haberet, quaſi nomen emiſſe videatur.Sextus adiicitur:ſi me mandante rem meā vēdidiſti,ſed me prohibente tradidiſti emptori:hac actione vel exceptione defenditur.pręterea etiam contra me dominum hac actione agit : vt.ff.de publi.l.papinianus. ADDITIO. Nota hanc gloſſ.quæ ponit caſus in quibus datur Publiciana contra dominum. Idem no.in.l.fi.ff.e.Et aduerte ꝙ licet Ang.in d.l.fi.addat caſum.l.papinianus.ff.eo.ſecundum lecturā Dy.ibi,ꝙ procurator vendidit rem dñi tamen non eſt opus ꝙ addatur:quia habes hîc gloſſ. ordi.dum dicit:ſextus adiicitur,ſi me mandante rem meā vendidiſti.pondera ibi,meam,& ſic mandantis.Ang.

e Dic ꝙ iſtas duas libellādi formas gl. infrà reprobat,& bene ſecūdū do. & maximè reprobat iſtā vltimā: quia hodie non eſt neceſſe,quòd exprimatur nomē actionis in libello:vt in. c. examinata. de iudi. Ange.

f Et etiam ſi certitudo erat probabilis.Ia.

g Et bene Nico. Fab. Ang. & Ia.

h Iſta glo. eſt ſing.ſecundū Bal. in.c.bone.ij.de poſtu. præla.

i Origine. nā effectu ſunt æquipollentes. Iai.

k Iſtā glo. vſque ad fin. ſequuntur Nico. Dy. Fab. Ang. & Ia.

m ¶ A pvblicio.] ſicut ab Aquilino Aquilia fuit inducta:vt.ſ.ad.l.aquil. § ex hoc tamen capite.

¶RVRSVS.¶ Iſte.§.diuiditur in duas partes . Primò, ponit de reſtitutione danda præſenti contra abſentem.Secundò,addit & extendit ad alios multos caſus.Secunda ibi,qđ genus. ¶ CASVS. Duo ſunt hîc poſita ſcilicet rurſus,quæ eſt dictio iteratiua:& etiā hæc dictio,ex diuerſo,dictionem iteratiuā ideo bis poſuit,quia ſicut ſuprà tractauit de prętoria in rem: ſic & hîc licet aliquis poſſet dicere quòd hîc tractetur de prætoria in perſonam:in pluribus tñ diciť reſciſſoria in rem:& etiā fuit ratio quā dñs Io. in arbore act.poſuit inter actiones reales,referens ſe ad ea quæ frequentius accidunt & contingunt.Et ita rñdebat dño Iaco.de Bal.reprehendenti dominum Ioan.eo quòd reſciſſoriam inter reales ordinauit in arbore ſua.Ex diuerſo autem dicit : quia hîc tractauit de actione, per quam actor negat

Diuiſio.

alium

alium vſucepiſſe quod vſuceperat: in ſuperiori.§.tractauit qualiter actor affirmat ſe vſucepiſſe qđ non vſucepit. Qualiter autem abſens rem præſentis poteſt vſucapere: habes in glo. Item ſcire debes, ꝙ in iſto.§. notatur ſecunda cauſa inuentionis ti. de maioribus reſtituendis. Prima enim cauſa fuit, ne abſentes, à præſentibus læderentur: vel ſi læderent̃, vt reſtituerent̃: & de iſta cauſa tractatum eſt.s̃.p-xi.§. Secunda cauſa fuit, ne læderentur præſentes ab abſentibus: & de iſta ſecunda cauſa tractat.§. iſte, ſcilicet de reſtituendis præſentib⁹ cõtra abſentes. ſed quid ſi ambo eſſent abſentes: reſtitueretur ne vnus contra alium? Reſpon. quòd ſic. Bene enim reſtituitur priuilegiatus contra priuilegiatum: vt eccleſia contra eccleſiam, & minor contra minorem.

reipublicæ [a] cauſa abeſſet [b], vel in hoſtium [c] poteſtate [d] eſſet, rem eius qui in ciuitate [e] eſſet, vſuceperit: permittitur domino, ſi poſſeſſor reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annũ [f] reſciſſa [g] vſuſcapione eã petere, id eſt ita petere, vt dicat poſſeſſorem vſu [h] non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis, [i] & alijs quibuſdã [k] ſimili æquitate motus prætor accõmodat: ſicut ex latiori Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

¶ Alienatum in fraudem creditorum, permittitur ipſis ex ſententia prætoris bonis debitorum poſſeſsis reuocare. h.d. Aretinus.

¶ Item ſi quis † in frau-

Tria enim principaliter debes ſcire circa iſtum.§. Primũ eſt, quando & quibus detur reſtitutio: & de hoc vſq; huc dictũ eſt. ſecundũ eſt intra qđ tempus detur reſtitutio: de quo diuerſimodè dicunt: vt habes notatum ſuper.l. quo tempore militiæ. C. de reſti. mili. &.ff. ex qui. cau. ma.l. ab hoſtibus.§. ſed qđ ſimpliciter. Dominus autẽ Iaco. dicebat ꝙ tẽpus ipſius nõ mutatur: ſed eſt ſemper quadrienniũ continuũ, ſed cùm aliqs tempore læſus ſit: tẽpus ad hoc benę mutatur. Tertiũ eſt de reſciſſoria. Docto. autẽ dicũt, ꝙ nõ eſt propriũ nomẽ act. & dicebãt ꝙ minores reſtituũtur iur. act. & maiores offic. iudi. dominus Ia. dicit cõtrariũ. Dicit enim.l. quòd ſimili modo reſtituuntur maiores & minores. vnde dicebat, quòd nihil aliud eſt reſciſſoria, quàm actio quæ primò ante vſuſcap. vel præſcrip. fuit directa, modò eſt vtilis. Item quid eſt qđ dicit hũc librũ corrigi per. C. cùm liber iſte poſteà factus ſit: & ante Pandectas Codex factus ſit: vt.s̃. in proœ.§. & cùm ſacratiſsimas? Ad hoc r̃ndetur, quòd verum eſt, ꝙ Impera. primò ad Imperiales cõſtitutiones curam ſuam direxerit, & ex tribus codicibus.ſ. Hermoge. Greg. & Theo. fecit fieri vnũ. C. quæ ſuo felici nomine nuncupauit: deinde erexit curam ſuã ad immenſa veteris prudentiæ volumina &c. Et tertiò librum iſtum mãdauit cõponendũ: vt.s̃. habet̃ in proœ. in pręallegato.§. Sed poſteà videns imperatorias conſtitutiones vagari extra corpus iuris, mandauit poſteà diſſolui Codicem: & quòd infererentur illæ conſtitutiones, & ſic factum fuit vnde cõſtitutio, illa quæ corrigit librum iſtũ, eſt vna de conſtitutionibus.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE RESCISSORIA.

¶ Hic tractatvr de actio.] reſciſſoria, in qua qualiter formetur libellus, eſt videndũ. Sed primò ſciendũ eſt, ꝙ actio reſciſſoria locũ habet, cùm abſens cauſa reipu. vel captus ab hoſtibus, vel ex alia cauſa neceſſaria, vel probabili, vſucepit rem præſentis, vel præſens rem abſentis, ex cauſis præmiſsis: vt in hoc.§. rurſus. &.ff. quibus ex cau. ma. in integ. reſt.l.j. & ij. vnde reuerſo abſente, formabitur libellus in hũc modum: Dico ego a, contra b, ꝙ ipſe in abſentia mea rem meam vſucepit: vnde ſupplico vobis domine iudex, implorãdo officium veſtrum, quatenus reſcindatis vſuſcapionem. vt ea reſciſſa, poſsim rem meam petere, quaſi eam nõ vſucepiſſet. quo impetrato, poterit agere vtili reſciſſoria rei ven. Nec erit proprium nomen act. hoc qđ dico, reſciſſoria, ſed adiectio quædam: & illa quæ primò erat directa, dabitur vtilis: vt. C. quibus. ex cau.. ma. in integr. reſt.l.j. &. C. de poſtli. reuer. & de redemp.l. ab hoſtibus. iij.

¶ Rvrsvs ex diverso.] id eſt econtrario. Nam ſuprà affirmando, & ſe vſucepiſſe dicit: hîc negando, & aduerſarium non vſucepiſſe dicit. Accurſius.

a ¶ Reipvblicae.] Scilicet ciuitatis Romanę. vt.ff. de verb. ſig.l. eũ q. Idem tñ ex gñali clauſula poſita.ff. ex quib. cau. ma.l.j. in fi. Idem in cæteris ciuitatibus dicendũ eſt: vt.ff. ex qb. cau. ma.l. ſed & ſi per prętorem.§. pe. Idẽ etiam ſi cauſa municipij alicuius[a]: vt.ff. ex quib. cau. ma.l. legatis.

b ¶ Abesset.] aliâs abſens eſſet. Iſte qui abfuit reipublicæ cauſa, rem præſentis duobus modis potuit vſucapere.ſ. per ſe: & quia rem illam ſecum detulit, ſiue domi dimiſit, & animo poſſedit: vt dicitur de eo qui ad nundinas profectus eſt: vt.ff. de acqui. poſ.l. clam poſsidere.§. qui ad nundinas. Itẽ per alium, ſcilicet per filium vel ſeruum, vi ſtatim in captiuo dicemus.

c ¶ Vel in hostivm.] Qui ſint hoſtes, dicitur.ff. de cap.l. hoſtes & ff. de ver. ſig.l. hoſtes.ſ. quibus populus Romanus bellũ indixit, vel qui populo Romano bellũ indixerunt: Si ergo ab alio quis capiatur: nunquid hoc locũ habebit qđ hîc dicit? Credo ꝙ ſic[b]: ſicut qñ abeſt cã alicui⁹ ciuitatis, vel municipij: vt.s̃. dictũ eſt. In hoc aũt differunt, quia nõ fiũt, ſerui taliũ hoſtium: vt.ff. de cap.l. hoſtes. & ſic poterit facere teſtamentũ: quod aliâs nõ poſſet[c], cùm eſſet ſerus. imò & eius obſes nõ poſſet: vt.ff. de teſt.l. eius qui. &.l. obſides. Accur. *Additio*. Idẽ ſi princeps, vel papa, ſiue eius legatus de commiſsione papæ, alicui ciuitati ſubditæ eccleſiæ bellum indixerit: qa capti efficiuntur ſerui, & eorum bona efficiuntur capientiũ. & ſic in omnibus his habebit locum fictio poſtliminij. qđ not. perpetuò.

d ¶ Potestate.] id eſt ſeruitute[d]. aliâs accipitur pro iuriſdictone: vt cùm dicimus, ptãs habet hoĩes de diſtrictu in ptãte.i. iuriſdictione. Itẽ ponitur pro obedientia: in qua poteſtate eſt monachus ſub abbate: & clerici ſub prælatis. Item ponitur pro dilectione ſiue pietate: & hæc patria ptãs dicitur: vt.ff. de verb. ſig.l. ptãtis. Sed quõ iſte ab hoſtibus captus poterit vſucapere, cùm ipſe ab alio poſsideat̃: vt.s̃. de iur. per.§. ſerui. ergo ipſe poſsidere non poteſt: vt.ff. ad.l. iul. de adulte.l. ſic eueniet. ibi, in ſua enim &c. &.ff. de acquir. re. do.l. homo liber.§. quicqd. ergo nec vſucapere: vt.ff. de vſuſcap. ſine poſſeſsione? Reſpon. vſucapit per filium vel per ſeruum in re peculiari[e], vt.ff. ex quib. cau. ma.l. item ait prætor.§. hæc autem. &.l. deniq;. &.l. ait prætor.§. hi planè. &.ff. de vſuſc.l. iuſto.§. fi. Sed nec videtur ꝙ per ſeruum poſsit captiuus vſucapere: vt.ff. de vſuſca.l. neq; ſeruus. Sed dic quòd illa loquitur in cauſa non peculiari: quod verũ eſt. Vel loquitur ipſa veritate inſpecta[f], hîc autem iure poſtli. inſpecto: qđ præualet veritati: vt.s̃. quib. mo. ius pat. ſol.§. ſi ab hoſtibus. *Additio*. Docto. cõmuniter ſequuntur gloſ. & do. Iacob. reprobat hîc Angel. quem videas. & dum tex. noſter dicit, ꝙ captus ab hoſtibus põt vſucapere: Ia. exẽplificat de actione perſonali, in qua currit præſcriptio, nõ ex poſſeſsione pręſcribentis, ſed ex ſolo curſu tẽporis, negligentiæ petentis. vide hîc per eum.

e ¶ In civitate esset.] q.d. qui non abeſt. Quid ergo ſi vterq; abeſt, & alter alterius rem vſucapit? reſpon. & tunc habet locũ hæc reſtitutio[g]: vt ff. ex quib. cau. ma.l. fi. videtur autẽ deſinere abeſſe; cùm domum rediit, vel redire potuit, finito negotio, pro quo erat abſens. & tunc dicitur deſinere abeſſe: niſi iuſta cauſa impeditus fuerit in redeundo. ſtatuũtur enim ei. xx. miliaria diurna: vt.ff. ex qui. cau. ma.l. ſi cui.§. tandiu. Et ſic patet, ꝙ de neceſſaria abſentia tunc intelligitur[h]: aliâs contrà, vt.ff. e. ex quib. cau. ma.l. ij. qui: &.l. ſeq. ſed verbum, deſierit, hîc poſitum, ſtrictius ponitur.i. ꝙ poſsit conueniri. Item econtrà ſi præſens rẽ abſentis vſucepit: vt.ff. ex quib. cau. ma.l.j.§. verba. & tunc ſiue completa eſt tota vſuſcapio in præſentia.i. intra modicum tempus, ſiue in abſentia, ſiue poſteà partum: idem eſt: vt.ff. eo.l. ab hoſtibus,§. ſed quod ſimpliciter.

f ¶ Annvm.] ſ. vtilem: qui conſtat ex. ccclxv. diebus: vt.ff. de ſtatulib.l. cùm hęres.§. Stichus. in qbus actor habuit facultatẽ agendi: nec impediretur ꝑ ſe, necꝑ eũ nec, per iudicem. Nã hæc tria neceſſaria ſunt vt vtilis dies aut annus currat: vt.ff. de diuer. & tempo. præſcrip.l.j. Hodie verò in omnibus reſtitutionibus quadriennium continuum computatur: vt. C. de temp. in integ. reſt.l. fi. Et ita no. hîc, ꝙ hîc liber corrigitur per. C. in hoc anno vtili generaliter ſecundum quoſdam. Sed dico contra: quia illa tantũ in reſtitutionibus dicit: vnde in aliis remanet vtilis annus.

g ¶ Rescissa.] per in integrum reſtitutionem petitam à iudice viuo, vt ſubducatur tempus vſuſcapionis quo fuit abſens: vt. C. de reſti. mili.l. iij. ſicut & minores petunt: vt.ff. de excep.l. exceptiones quæ perſonæ. in fin.l. Et hoc ipſum.ſ. quòd poſtulare poſſunt, à mortuo prætore conceditur eis: vt ff. eod.l.j. per totum. Reſtituit ergo eos prætor viuus[i], vt ſic agant antiqua actione, ac ſi res non eſſet vſucapta, vel actio præſcripta: & ideo actio ad quam reſtituitur, dicitur reſciſſoria, non quòd ſit nomen proprium actionis: ſed quæ erat primò realis ſiue perſonalis directa, nunc dicitur vtilis: vt C. ex qui. cau. ma.l. fi. & de cap.l. ab hoſtibus. iij. C.[k] Alij dicunt,[l] quòd ſtatim eo reuerſo habet reſciſſoriam: & dicunt eſſe proprium nomen actionis. & ſic dicunt, quòd maiores iure actionis, ſed minores officio iudicis reſtituuntur. Dicunt tamen, quòd hæc reſciſſoria actio efficaciam non habet anteq̃ inſufflet in eam prætor ſpiritum vitæ, dando reſtitutionem: quod ſatis recidit in primam opinionem. Nam ſemper verum eſt hoc quòd à prætoris mortui edicto hoc ſit, & authoritate prætoris viui.

h ¶ Vsv non cepisse.] Et ſic videtur concedere mentiri: quod P. cõfitetur. Sed dic quòd non mentitur: ſed dicit ſibi reſtituendum ac ſi vſucaptũ non eſſet: vt.s̃. proxi.§. diximus.

i ¶ Actionis.] ſcilicet reſciſſoriæ ſupradictæ. Accur.

k ¶ Qvibvsdam.] vt ſi rem abſentis vſucapiat præſens[m]. Item ſi abſens fuit probabili cauſa: vt ſtudiorum. Item in vinculis poſitus: vt.ff. eo. ex quib. cau. ma.l.j. &.l. ſed & ſi per prætorem. in fi. &.l. ſeq. & de illis. ll. j̃. facit mentionem cùm dicit de volumine digeſtorum.

¶ Item si qvis. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò, ponitur dictũ: ex quo tacita quæſtio. Secundò, determinatio quæſtionis. Secunda ibi, Permittitur. ¶ *Casvs*. De reſciſsione alienationis.ſ. qualiter poſsim petere ꝑ reſciſſoriam rem meam abſente me vſucaptam, vel præſcriptam, reſciſſa vſuſcapione per beneficium reſtitutionis: ſatis eſt dictum.s̃. in materia ſua. Nunc autem videndum eſt de quadam alia reuocatione, quæ fit alio caſu: videlicet de reuocatione, quæ fit à creditore, quãdo debitor in fraudem creditorum mala fide alienat. Et circa hanc materiam dicit legislator breuiter, quòd ſi debitor mala fide in fraudem creditorũ alienauerit, permittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipſo ea quæ ſunt alienata, perinde ac ſi bona illa remanſerint in bonis debitoris illius. Vnde hîc tractat de alia reuocatoria, quam fecit in proximo.§. quæ vocatur Pauliana. Sed videtur in principio, quòd prætor permittat mentiri hîc: ſicut in duobus proximis §§. Et reſpondetur quòd nec hîc nec ibi permittit prætor mẽtiri. Ipſa enim verba hîc poſita ſunt, ſicut ſi in bonis debitoris manſiſſent: & verba poſita ſuperius, ac ſi non vſucepiſſet, effectum denotant q.d. ſicut in reſciſſoria permittitur ei qui fuit abſens cauſa reipublicæ, vel alia iuſta de cauſa: dum res ſua vſucapta fuit, in effectu agere, ac ſi rem ſuam non vſucepiſſet aduerſarius: eo quòd fingit lex rem non eſſe vſucaptam, reſciſſa vſuſcapione per beneficium reſtitutionis: & ſicut prætor fingit hoc non eſſe vſuſcaptum, quod in veritate eſt vſucaptum, remouẽdo vſuſcapionem de medio: & ſic fictio hæc veritati præiudicat: ſicut & alibi in fictione.l. Corne. quæ fingit captiuum mortuum, præmortuum prima hora captiuitatis. & in fictione

a Dic idẽ ſi eſſet abſens pro facto vni⁹ villæ, vel caſtri: quia largo modo dicitur abeſſe cauſa rei pu. vt not. gl. in.l. legatis. allegata j̃. Ange.

b Et bene: quia quãdo præſenti cõtra abſentẽ datur reſtitutio, non refert de cauſa abſentiæ. Ang. & Ia.

c Sequunt̃ hãc gl. Ange. & Ia.

d Melius dixiſſet: id eſt dominio. Nico. & Ia. Captus ab hoſtib⁹ poteſt vſucapere.

e Sequitur hãc glo. Ia.

f Idẽ Dy, Ang. & Ia.

† Scilicet creditor.

g Iſtã glo. approbant Ang. & Ia.

h Quãdo abſens contra præſentẽ reſtituitur: aliâs nõ fit diſtĩctio ſecundum Ia.

i Iſtud ergo quo petitur reſtitutio, eſt officiũ iudicis. facit.l.i. ꝙ ſi minor.§. fi. ff. de mino. & eſt caſus in terminis in.l. ſi quis ſtipulatus. ff. ex qui. cau. ma. & non comprobatur ratione quia quoties verba legis referũtur ad iudicem: tũc ex illo edicto oritur officium iudicis: vt not. gl. in.l. ſi ſoror. C. de col. & habetur in.l. iiij. ff. de ali. & cib. lega. & not. plenè Bart. in.l.j. ff. de condi. ex leg. ſed hoc edictũ ẽ huiuſmodi, vt in.l.j. in fi. ff. ex q cau. ma. igitur &c. Angelus.

k Iſtæ duę leges nihil faciunt ad propoſitũ.

l Et malè ſecundum doct. hîc.

m Iſtã tenent Dy. & Bald.

poſtliminij:vbi fingitur captiuum ſimiliter ſemper fuiſſe in ciuitate:vt.ff. de capti.& poſtli.re.l.poſtliminiũ.&.l.pater.§.fi.&.l.quòd ſi filius.ſic & in iſta reuocatoria,permittitur creditoribus,rem debitoris in eorum fraudem alienatam,ac ſi non eſſet alienata,petere.Sed videtur quòd malè ponitur in litera hæc dictio iteratiua,item:cùm in proximo.§.tractatum ſit de reuocatoria prætoria in rem: cùm Pauliana ſit in perſonam. Cùm igitur ſimus in tractatu prætoriarum realium: ſicut patet.j.&. ſ. & in illo.§. in perſonam.vbi de perſonalibus aget:malè videtur hìc inſerere actiones prætorias perſonales:& malè videtur hìc poni hæc dictio,item,iteratiua : cùm quaſi de alia materia hìc tractet.Ad hoc reſpondetur:Non eſt dubium quin Pauliana,de qua principaliter in hoc.§.tractatur, & aliæ de quibus fit mentio,ſcilicet Pauliana,Fauiana,& Caluiſiana.ff.de vſur.l.videamus.ij.§.in Fauiana.inter perſonales ſint:tamen eas inter prætorias interſerit propter ſimilitudinem quam habent in reuocando.ideo dicit,item.¶ Super iſto.§.poteſt formari vnum quare,tale.Reuocatur per Paulianam quod in fraudem creditorum,à debitoribus eſt alienatum:per Caluiſianam autem & Fauianam (quanquam ſuper hoc ſit diſſenſio) reuocatur illud quod in fraudem patroni eſt à liberto alienatum.Quare ergo,cùm neceſſe ſit,quòd probetur fraus tam emptoris,quàm venditoris,ad hoc quòd creditor poſsit reuocare illud quod in fraudem eius eſt alienatum,in reuocatione quæ fit à patrono rei alienatæ in eius fraudem à liberto ſuo,ſufficit quód probet fraudem alienantis ſolùm?Ad hoc dicitur,quòd creditor qui agit Pauliana, reuocat alienata ab eius debitore non ſoluto pretio:& propter hoc grauatur, quia tam emptoris,quàm venditoris fraudem neceſſe habet probare.Patronus autem,qui vult reuocare alienata in eius fraudẽ,neceſſe habet ſoluere pretium emptori:& ideo in hoc releuatur,quia non habet neceſſe probare niſi fraudem alienantis.¶ Sed domine,quæ eſt ratio huius diuerſitatis, quòd plus debeat grauari patronus,quàm creditor qui reuocat?Frater,dicit Iuſtin.Ratio vna iam dicta eſt.ſ.quia qui in vno grauatur,in alio debet releuari:per.l.ff.de iureiur.l.eum qui.in prin.in glo.probandi.Alia ratio eſt iſta, & magis ſpecialis:quia patronus qui reuocat,certat de lucro captando:creditor autem de damno vitando.De actione autem Pauliana, Fauiana, & Caluiſiana,diuerſimode ſentiunt.Quidam enim ſicut Gar.& omnes antiqui vſque ad Io.& Azo.dixerunt,quòd Caluiſiana datur patrono,& Pauliana creditori,& Fauiana vtrique.Et pro ſe allegabant.l.ff.de vſur.l.videamus.ij.§.in Fauiana.Dixerunt enim,quòd in.l.illa dicit litera,per quas.vnde iſti fecerunt tales verſus:Cal.pa.ſed Pau.cre.Fauiana cauebit vtrique.Io. & B.& eorum ſequaces dixerunt quòd Fauiana patrono,Pauliana creditori,& Caluiſiana datur vtrique.per alios verſus,Creditor à Paulo, Fauioq; patronus ametur. Iſtis Caluiſius communis amicus habetur. Dominus Gui.dicit,quòd Pauliana datur ſoli creditori,ſecundum quòd omnes alij dicunt,quia Cal.& Fa.dantur ſoli patrono:& nunquam creditori:nec meminit ſe vidiſſe.l.quæ dicat Fauianam vel Calui.dari creditori,niſi in.l.videamus.de vſur.ſit iſta litera,per quas:quod non credit.communis enim eſt litera,per quam,& non per quas.Fran.

dem[a] creditorum[b] rem ſuam[c] alicui tradiderit : bonis eius à creditoribus poſſeſsis[d], ex ſentẽtia pręſidis[e], ꝑmittitur[f] ipſis creditoribus reſciſſa traditione eam rem petere[g], id eſt dicere eam rem traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe[h].

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM, QVAE ET PAVLIANA DICITVR.

¶ Hìc de alia prætoria & perſonali tangitur.& illa datur creditori ad reuocandum ea quæ in fraudem eius ſunt alienata:& appellatur Pauliana,ſiue in factum,de qua.ff.de vſur.l.videamus.ij. §. in fauiana.&.ff. de iis quæ in fraud.cred.l.hæc in factum.Et ponitur hæc actio inter reales, propter quandam ſimilitudinem quam habet cum reſciſſoria:quia ſicut per illam reſcinditur vſuſcapio,ita & per hanc traditio:vt in hoc.§.item ſiquis. & forma in ea libellum ſic:Dico ego a,contra b,quòd debitor meus alienauit & vendidit ei in fraudem bona ſua,& quòd ego iuſſus fui ex ſententia pręſidis poſsidere bona ipſius debitoris.vnde proponendo contra ipſum Paulianam actio.peto poſsidere illa bona ac ſi non eſſent tradita ipſi b,& bono. poſſeſ.in me transferendam adiudicari peto.Cauſa iſtius actio.eſt hæc:Et quia in fraudem alienauit,peto &c.& ſufficit quòd loco actio.ponatur cauſa ſic:Vnde cùm in meam fraudem debitor alienauerit, peto &c. Et datur iſta Pauliana ad reuocandum corporalia:actio verò in factum datur ad incorporalia,ſecũdum quoſdam.Sed dicas quòd Pauliana non eſt proprium nomen actio.ſed quædam adiectio:& datur actio in factum tam pro corporalibus,quàm pro incorporalibus.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE FAVIANA.

¶ Actio verò Fauiana datur patrono ad reuocandum ea, quæ libertus in eius fraudem alienauit:& eodem modo formabis libellum ſicut in Pauliana,vel in act.in factum,de qua eſt hìc proximè dictum.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE CALVISIANA.

¶ Caluiſiana verò actio datur vtrique:ſcilicet tam creditori,quàm patrono:in qua eodem modo formatur libellus,ſicut in prædictis actionibus.

a ¶ IN FRAVDEM.]No.quòd vterque tam debitor,quàm receptor,oportet quòd fraudem participet[a] quando titulus non eſt lucratiuus.ſi autẽ eſt lucratiuus(puta donationis,vt ſi dedit.& hoc intellige ad hoc vt creditor poſsit reuocare alienationem) tunc ſufficit fraudem debitoris tantũ interuenire:vt.C.de reuo.iis quæ in frau.cre.l.pe.&.ff.quæ in frau.cre.l.qui autem.§.hoc edictum.&.§.ſimiliq; modo.Et de hac fraude nota bonã diſtinctionem,quia aut adhibetur à debitore alienante inter viuos:aut in vltima voluntate:vel à liberto in fraudem patroni ſimiliter inter viuos:vel in vltima voluntate.ſi in vltima voluntate:tunc aut per legata,aut per libertates. & ſi per libertates:aut directas,aut fideicommiſſarias.Si debitor in fraudẽ alienet inter viuos:vno caſu præſumitur fraus.ſ.quando omnia alienauit: vt.ff.e.quæ in frau.cre.l.omnes.§.lucius[b].Si autem non omnia:non præſumitur.ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius quàm in eis eſt,ſperant homines:vt.ſ.qui ma.nõ poſ.§.in fraudem.debet ergo probare eam creditor.Et hęc diſtinctio ꝑ omnia ſeruatur etiam in patrono:vt.ff.de probat.l. patronus. &. l. quoties.§.q dolo.In vltima voluntate ſi legatum,vel fideicõmiſſum, in fraudem creditoris reliquit, ſolũ euentum inſpicimus:licet fraus non interuenerit,vt in donatione cauſa mortis:vt.C.de iu.delib.l.fi.§.ſi verò creditores. cùm legata non debeantur niſi deducto ære alieno:vt.ff.e.quæ in fraudem cre.l.qui autem.§.pe.& ad treb.l.j.§.is qui quadringenta.Idem in patrono per omnia ſi libertus in fraudem legauit,vel fideicommiſſum reliquit:vel donauit cauſa mortis.nam ſolum euẽtum inſpicimus:vt.ff.ſiquid in frau. patroni.l.j.in prin.&.§.j.In libertatibus autem in fraudẽ relictis diſtingue directas à fideicommiſſariis.in primo enim caſu conſilium & euentum,in ſecundo euentum tantũ inſpicimus:vt.C.de iis qui ma.nõ poſſunt.l.fi.&.l.j.

a Secus in patrono q reuocat alienata,quocunque titulo, quãuis ſolus libertus participauerit fraudẽ. Ange.& Iaſ.

b Qui tex. licet loquatur in alienatione lucratiua: tñ etiã habet locũ in tit. oneroſo:vt eſt gl.in. l. q teſtamentũ.in verb. modum. & ibi Bart. ff. de proba.& iſta procedũt ſecũdũ Ia. quando vẽditio omniũ bonorũ eſſet facta pro val de minori pretio quã valerẽt.idẽ ſi non omnia bona, ſe maiorem partem alienauit:vt eſt gl. nota. in l.nomẽ. §. filio in ver. omnis ſubſtãtia.ff.de lega.iij.

b ¶ CREDITORVM.] Largè accipe pro omni eo cui aliquid debetur:vt.ff. de verb.ſigni.l.creditorum.&.l.creditores.&.l.ſi cui.& in aut.de fideiuſ.§. penul.col.j.

c ¶ REM SVAM.] ſcilicet corporalem,ex eo quod dicit,tradiderit.idem tamen eſt in incorporalibus,vt patet per multa exempla.ff.quæ in frau.cred. l.j.ij.&.iij.vſque ad.l.qui autem. ADDITIO. Nota ſing.illam.l.in principio,quòd ſi debitor repudiat hæreditatem,vel legatũ,vel alio modo,& titulo poterat acquirere,& non vult,imò repudiat etiam in fraudem, & deſpectum creditorum:an habeat locum iſta materia?dicitur ibi ꝙ non: quia dummodo non diminuat de ſuo patrimonio,non habet locum diſpoſitio huius.§.quod nota bene.Ange.

d ¶ POSSESSIS.] id eſt,poſsideri iuſsis.nec enim re ipſa à creditoribus fuerant poſſeſſa bona debitoris:cùm ipſe alienauerit.Vel dic[c] poſſeſsis quæ remanſerant,& non ſufficiebant:vt.ff.eo.l.ait prætor quæ lucius.

c Iſtam tenẽt Nico, Pla. Ioan. Fab. & Iaſ.

e ¶ PRAESIDIS.] puta,quia fuit condemnatus,& non ſatisfecit cõdemnationi intra tempus.vnde miſſus fuit actor in poſſeſsionem bonorum.

f ¶ PERMITTITVR.] ſcilicet intra annũ vtilẽ,vt.ff.de iis quæ in frau. cre.l.j.j.reſpõ.de eo tamen quòd peruenit ad eum,vel quod dolo fecit quo minus perueniret,ꝑpetuo datur,vt.ff.e.l.ait prætor quę lucius.§.hæc actio. ADDITIO. De iſta materia excuſsionis vide hìc latè ꝑ doct.& refert hìc Ia.caſum ſing.in aut.contra,rogatus quis.C.ad treb.vbi etiam in rei ven.eſt neceſſaria excuſsio bonorum.

g ¶ EAM REM PETERE.] Sed qua actione?Rñ.Pauliana:quæ datur creditori ad reuocãda corporalia,ſed in factũ ad reuocanda iura:vt.ff.de vſur. l.videamus.ij.§.in fauiana.&.ff.e.quæ in fraud.credi.l.hac in factum[d].Vel verius dic,quòd nulla dicitur Pauliana,niſi adiectiuè:quia à Paulo fuit inducta.ſed in factum Pauliana dicitur quæ ad reuocanda corporalia,& incorporalia competit,& datur contra accipientem & hæredem eius,inquantum ad eos peruenit,etiam non reſtituto ei pretio:vt.ff.e.l.ait prætor quę lucius.§.fi.&.l.ſeq.&.l.ſi debitor.&.l.ex his.in eum autem qui in fraudẽ alienauit,actio non datur,cũ nudus ſit:niſi ita fraudulenter diſperſit,vt res apparere non poſsit:quo caſu etiã in carcerẽ detrudetur,vt.ff.e.l.fi.§.fi.Eſt & Fauiana quæ datur ſoli patrono ad reuocãda ea quæ libertus in fraudẽ patroni alienauit inter viuos,vel in vltima voluntate,quo minus patronus habeat tertiã:vt.ff.ſi quid in fraud.patr.l.j.in prin.&.§.j.&.ſ.de ſuc.liber.§.ſed noſtra cõſtitutio.Eſt & Caluiſiana:& ipſa tã patrono,quàm creditori cõpetit,vt.ff.ſi quid in frau.pa.l.in fauiana.Quidã tamen dicunt cõtrà.in eo qđ de Fauiana dictũ eſt.ar.ff.de vſur.l.videamus.ij.§.in fauiana.Sed certè ita dicit ibi litera,per quã:& ſic refertur ad proximã tantùm,ſcilicet Paulianã.Et iſtæ duæ imitãtur naturã ſuperioris in factum Paulianæ.Sed quæro,quare ſunt hìc hæ poſitæ inter reales prætorias,cùm ipſæ perſonales ſint:qđ probatur per id quod dicit litera,in Fauiana quoque.vt.ff.de vſur.l.videamus. ij.§.in fauiana.Nã proximè dixerat de perſonalibus.vnde continuat eã cũ perſonalibus,& probatur.ff.ſi quid in frau.pa.l.j.§.hæc actio.Sed rñ.[e] quia ſimilitudinem habet cũ ſuperioribus duobus caſibus in eo ꝙ ſicut ibi permittitur aliquid dicere quod nõ ſit,vel eſſe facienda aliqua ac ſi nõ proceſſiſſent quæ proceſſerũt:ſic & hìc.Itẽ ſicut ibi fit reuocatio,ita & hìc.ergo ſecundũ hæc ita dici debẽt hæ reales,ſicut ſuperiores,quod quidã cõceſſerunt.Sed rñ.hìc nõ petitur quod meũ fuerit:vt in ſuperiori caſu,nec quaſi meũ:vt in Publiciana:vt.ſ.eo.§.aliæ.Nec obſt.j.§.proxi. quia hypothecaria eſt in rem,nec tamen meũ petitur vel quaſi:quia ibi quod peto,peto quaſi meum.i.poſſeſsionẽ per hypothecariã actionẽ vel Seruianã.Hìc autẽ neq; poſſeſsio neque dominiũ eſt meum:nec fuit:imò in accipientẽ trãſiuit:licet in fraudẽ ſit alienatũ,vt.ff.de cõtrahen.emp.l.ſi ſciens.in fi.& pręctictę tres actiones reuocatorię dicuntur[f].Sed vnde oritur hæc actio?Rñ.ex quaſi maleficio:quando dolus fuit in vendente & emente.ſi autẽ in vendente tãtũ: tunc poteſt dici ex quaſi cõtractu,ſi agitur contra illũ poſsidentẽ.Sed nũquid habet retentionẽ,vt ab eo non reuocetur ſi vult ſoluere quod ſibi creditori reuocare volenti debetur?Quidã negãt:vt arg.ff.rerũ amo.l.ſi cùm dos.§.fi.&.l.ſeq.Sed contradico:inſtar poſterioris creditoris ſi vult ſoluere priori quod ſibi debetur,poteſt habere retentionẽ:vt.ff.de euict.l.euictus[g]. quod dic vt.ff.de iis quæ in frau.cred.l.ait prætor.§.illud.

d Hãc gl. intelligunt doc. in alienatis inter viuos : ſed in vltima voluntate datur , vel cõdictio in debiti vel hypothecaria:vt. l. fi. §. ſi verò creditores. C. de iur. deli.

e Dic ꝙ ſunt perſonales in rẽ ſcriptę. Nico.Io. Fab. & Iaſ. Actio hypothecaria.

f Et ſic tenet glo. ꝙ hæ reuocatoriæ ſint merè perſonales:ſed.d. Iaſ. in hoc reprobat glo. & tenet ꝙ ſint in rem ſcriptę. vide hìc per eundem.

g Vide meliorẽ textũ in.l.prætor C.qui.l.potiores in pig.hab.Ia.

h ¶ MANSISSE.] videtur ergo quòd permittat mentiri:quod nõ eſt verũ. ſed ita petit,ac ſi manſiſſet in bonis debitoris,vt.ſ.eod.§.aliæ.&.§.rurſus.

¶ Actio Seruiana,vel quaſi, eſt prætoria:& competit Seruiana pro rebus coloni : quaſi Seruiana pro rebus aliorum

Item

debitorum obligatis. Aretinus.

¶Item Seruiana,& Quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur,ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt. ¶ Seruiana autem experitur quis [a] de rebus coloni [b], quæ pignoris [c] iure pro mercedibus fundi [d] ei tenentur. Quaſi [e] Seruiana autem eſt,quæ creditores pignora,hypothecáſve perſequuntur. ¶ Inter pignus autem & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariã attinet,nihil [f] intereſt. Nam de qua re [g] inter creditorem,& debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraque hac appellatione [h] continetur. Sed in aliis differentia eſt: Nam pignoris appellatione, eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori,maximè [i] ſi mobilis ſit. At eam quę ſine traditione,nulla conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

¶Actio de conſtituta, quæ habet omnes vires,quas habebat olim, & etiam illas quas habebat receptitia:item actio de peculio: & per quam quæritur an actor iurauerit:ſunt perſonales & prætoriæ. Aretinus.

Diuiſio. ¶ITEM SERVIANA.¶Diuiditur in tres partes. Primò,quòd actio Seruiana,vel quaſi Seruian a eſt prætoria. Secundò,quæ ſit differentia inter actionem Seruianam,vel quaſi. Tertiò,quæ ſit differentia inter pignus & hypothecam. Secũda ibi,Seruiana autem. Tertia ibi,Inter pignus. ¶ CASVS. Adhuc proſequitur Iuſti. materiam ſuam dicens,quòd non ſolùm præcedentes ſunt prætoriæ in rem:ſed etiam Seruiana & quaſi Seruiana, quæ & hypothecaria vocatur:& ſtatim dicit effectum vtriuſq;. Seruiana enim competit locatori, ſiue domino domus,pro rebus coloni quæ pignoris iure ꝑ mercedibus fundi, vel domus tacitè obligãtur. Diuiſio. Quaſi Seruiana autem vocatur alia, per quam creditores pignora hypothecasq; perſequuntur. Quæ autem ſit differentia inter iſta tria nomina,Seruiana,& quaſi Seruiana, & Saluianum interdictum:quæ vidẽtur nomina ſynonyma: ſatis poteſt patere ex notula literæ. Et licet hypothecaria reuocet nudã poſſeſsionem,& Saluianum interdictum ſimiliter:tamen differunt: quia qui intendit Sal. interdictum,non habet probare niſi vnum.ſ.ꝙ ille qui conduxit domum,tempore conductionis poſſedit res illas. In Seruiana verò,debet probare duo. Dominus autem Ia. hîc agitabat vnum verbum, de quo nunquã fecerunt mentionem gloſſatores.ſ. quare vna actio vocatur Seruiana,alia quaſi Seruiana. Et ad iſtam quæſtionem ita reſpondebat. Actiones vocantur veræ & directæ in caſu iſto,in quo ſunt extenſæ. Seruiana autem ſicut ex primitiua ſui natura eſt,intendebatur cõtra colonũ:& certè poſteà extendebatur contra quẽlibet alium debitorem:& tunc per extenſionem ſortita eſt naturam,quaſi Seruianæ. Vel ſic,& melius: Seruiana dicitur illa actio,quæ nobis ſeruit verè: ſicut aliquis dicitur nobis verè ſeruire quando gratis ſeruit. Sic autem eſt de actione Seruiana. Quando enim domũ meã tibi loco:non conuenio tecum,quòd res illatæ mihi ſint obligatæ,& tamẽ ſunt.& ita ſine pacto interueniente res illatæ mihi obligatæ ſunt:& pro eis competit mihi Seruiana. Item volui ſcire à legislatore, quæ ſit differentia inter pignus,& hypothecam:ad hoc,quia in fi. proxi. §. dixit quòd quaſi Seruiana eſt actio,per quam creditores pignora hypothecáſve perſequuntur. Et ipſe reſpondet,quòd nulla eſt differentia inter pignus & hypothecam quo ad actionem hypothecariam. Nam quæcunque res fuerit à debitore creditori obligata:ſiue fuerit creditori tradita,ſiue nuda cõuentione, ſine traditione ſibi obligata:ſemper poteſt creditor illam rem à quocũque poſſeſſore petere per hypothecariam actionem. In aliis tamẽ facimus differentiam inter hæc verba. Dicimus enim quòd pignus propriè dicitur,res obligata & tradita creditori. Res dico mobilis. Quando autem aliqua res nuda conuentione ſine traditione obligatur,eam dicimus appellatione hypothecæ contineri.h.d. Sed videtur in prin. ꝙ litera dicat falſum:cùm dicat, ꝙ inter pignus & hypothecã nulla eſt differentia:quia actio hypothecaria vendicatur habenti poſſeſsionem.ff.de pig.l.& quæ nondũ ſunt.§.j.ſed qui habet pignus,habet detentionẽ ad minus. quare ergo non poteſt habere actionẽ hypothecariã? Frater,qui habet pignus:ſine dubio quãdiu habet pignoris poſſeſsionẽ,ſiue detentionẽ,nõ habet hypothecariã. ſed ſi pignus traditum fuerit poſteà amiſſum,vel ſi pignus alij precario conceſſerit: tunc competit creditori hypotheca.& poſteà cautè dicit in notula,vt hac actione peti poſsit, à quolibet poſſeſſore.& hoc eſt quod dicit Fran.

¶LIBELLVS IN ACTIONE SERVIANA, ET QVASI SERVIANA.

¶ Hîc tangitur de Seruiana,& Quaſi Seruiana,quæ etiã hypothecaria vocatur:in quibus qualiter formetur libellus,eſt videndum. Sed primò ſciendum eſt,quòd Seruiana datur domino fundi,in rebus coloni,quæ pignoris vice,vel iure pro mercedibus fundi eidem tenentur: vt in hoc.§.item Seruiana.&.ff.quibus ex cau.pig.taci.contrahi.l.ij. Formatur ergo in hac actione ſic libellus: Dico ego a,contra b.quòd bona quæ ſunt illata & inuecta in fundum meum,ſunt mihi obligata pro mercede fundi. vnde proponendo Seruianam,ſiue hypothecariam contra ipſum b,peto illa pignora mihi tradi,& eundem b,ad reſtitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Cauſa autem pro iſta actione poterit poni hæc,ſcilicet: Vnde cùm bona illa,vbicunque ſint,ipſo iure tacitè mihi ſint obligata,peto &c. Eodẽ modo forma libellum in actione illa hypothecaria,ſiu Seruiana quæ datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quaſi Seruiana,ſiue hypothecaria datur creditori,ad pignora ſua proſequenda:vt.s. de act.§.Seruiana.& ſic formatur libellus in iſta quaſi Seruiana: Dico ego c,contra d,ꝙ ipſe detinet equum meum,quem ipſe mihi obligauit pro.x. libris. vnde proponendo contra ipſum hypothecariam,peto dictũ equum mihi tradi,& ipſum ad reſtitutionem ipſius equi condemnari. Et cauſa erit in hoc libello,quam ſufficit proponere,ſcilicet hæc: Vnde cùm dictus equus ſit pro.x.libris mihi obligatus,peto &c. Hæ verò actio.ſcilicet Seruiana & Quaſi Seruiana (quæ hypothecaria vocatur) ſunt in rem:vnde dantur cõtra quemlibet poſsidentem.

¶ Item Seruiana.q.d.non ſolũ Publiciana & reſciſſoria reales ſunt & prætoriæ:de quibus dictum eſt:ſed etiam duæ iſtę capiunt vim ex prætoris iuriſdictione.i.prætoriæ ſunt:vt hîc,&.ff.de pac.l.ſi tibi.§.de pignore. Accur.

a ¶QVIS.]ſcilicet dominus fundi:ſiue ſit partiarius[a],ſiue nummis colat. Item etiam pro deterioratione domus[b]:vt.ff.in qui.cau.pi.ta.contra.l.ij.licet ex locato ſit actio:vt.ff.loca.l.qui fundum.

b ¶COLONI.] ſubaudi, vel Inquilini.nã & eius res ſunt tacitè obligatæ: vt.ff.in qui.cau.pign.vel hypo.taci. contra.l.ij.[c] Et eſt Colonus in villa: Inquilinus in ciuitate:vt ff.de acquir.poſſ.l.re pignoris[d]. Differentia tamen eſt, inter has duas tacitas obligationes. nam in ruſticis ita demum,ſi dominus ſciat inducta & illata. in vrbanis, ſiue ſciat ſiue non.& eſt ratio:quia ſancta ruſticitas omnia palàm habet. ſed Inquilinus multa etiam clàm apportat, quæ locator ignorat:vt.C.loca.l.certi iuris. Ita tamen in vtroq;,ſi eo animo ſint inducta,vt ibi ſint perpetuò,non ad tempus:vt.ff.de pign.l.debitor.&.ff.in qui.cau.pig.vel hypo.ta.contra.l.in prædiis.§.j.

c ¶PIGNORIS.] ſcilicet taciti.

d ¶FVNDI.]vel domus:vt.s̃.dictum eſt.

e ¶QVASI.]Hæc dictio ponitur ad differentiam ſuperioris. vtraque tamẽ Seruiana dicitur,à ſeruando fortè dicta:cùm omne ius aut in acquirendo, aut in ſeruando,aut in amittendo conſiſtat:vt.ff.de le.& ſe.cõ.l.fi.[e] Sed quæ eſt differentia inter Seruianam actionem,& Saluianum interdictum: cùm illud ad idem competere videatur:vt.j.de interdic.§.interdictum? Reſpõ. quia in Seruiana oportet ꝙ creditor probet debitorem fuiſſe dominũ tempore obligationis:vt.ff.de pig.l.& quæ nondum ſunt.§.j.ſed in Saluiano ſufficit ꝙ probet eum poſſediſſe:vt colligitur.ff.de Saluia.interdi.l.j.in prin.& diximus.j.de interdi.§.interdictum.

f ¶NIHIL INTEREST.]niſi in ſono vocis:vt.ff.de pig.l.res hypothecę.§.inter pignus. imò & etiam quantum ad actionem videtur intereſſe.nã præſcriptio habenti pignus non currit,cùm poſsideat. ſecus in hypothecaria,cui currit præſcriptio interdum.x.[f] interdum.xx.[g] interdum.xxx.[h] interdum xl.[i] annorum:vt.C.ſi aduer.cre.l.j.&.ij.&.C.de præſcript.xxx.vel.xl. annorum.l.cùm notiſsimi.& de an.excep.l.j.§.j.

g ¶DE QVA RE.] mobili vel immobili:tradatur creditori vel non:corporalis vel incorporalis ſit:excepta tamen vrbana ſeruitute: quæ non poteſt obligari:ne ruinis ciuitas deformetur:vt.ff.de pign.l.ſi is qui.§.fin.&.l.ſeq.

ADDITIO. Dic ꝙ attenta ratione glo. ſi eſſet ſeruitus etiã vrbana,quæ non eſſet deformatio ciuitatis,poſſet obligari: vtputa, obligo tibi ſeruitutem altius non tollendi,donec pecunia non ſoluatur. nam tunc valere ita dixit Bar.in.d.l.ſi is qui.§.fina. Ange.

h ¶HAC APPELLATIONE.]ſcilicet hypothecaria. vt hac actione peti poſſit à quolibet poſſeſſore.

i ¶MAXIME.] hoc abũdat:vt.C.de teſt.ma.l.fi.§.ij. Duo enim oportet interuenire vt ſit pignus:& quòd tradatur creditori:vt hîc:& ꝙ mobilis ſit: cùm pignus à pugno dicatur:vt.ff.de verb.ſigni.l.plebs.§ pignus. Si autem mobilis eſt,& non tradatur:itẽ ſi immobilis eſt,tradatur vel non,hypotheca eſt. Patet ergo,ꝙ quatuor ſunt prætoriæ actiones in rem.ſ. Publiciana, & Reſciſſoria,& Seruiana,& quaſi Seruiana. Item aliæ duæ reales,præiudiciales:vt.j.eo.§.præiudiciales. Eſt & alia quæ datur ſuperficiario,quãdo qs ad non modicum tempus conduxit:vt.ff.de ſuperfi.l.j.in fin.j.reſpon.&.§.quod ait.&.l.fi.&.ff.de rei ven.l.ſuperficiario. Eſt & octaua actio in rem:vt quæ datur metum paſſo. nam illa prætoria eſt in rem:vt.ff.quod me.cau.l.metum.§.volenti. Sunt & aliæ.ſ.bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio: item fideicommiſſaria hæreditatis petitio. Prima datur ei qui ſuccedit per prætorem. Secunda ei cui per Trebellianum hæreditas reſtituta eſt:vt.ff.de bo.poſ.hære.peti.l.j.&.ij.&.ff.de fideicom.hære.pe.l.j.ij.&.iij.& ſic decem ſunt prætoriæ in rem.

¶IN PERSONAM.¶Iſte.§.vſq; ad.§.pœnales.tractat de tribus actionibus perſonalibus & prætoriis. Et hoc principium vſque ad.§.actiones autem.diuiditur,quia in principio præmittit de actione,de cõſtituta,& de peculio. Item & de iuramento in genere:& ſecundo in ſpecie:& de vnaquaq; dicit. ſecunda ibi,de conſtituta. Item prima ſubdiuiditur:quia primò ponit qualiter olim erat in actione de conſtituta & receptitia. hodie verò ſunt omnia redacta ad conſtitutam. ſecunda ibi, Sed ex noſtra. Diuiſio. ¶CASVS. Non ſolùm prætor introduxit actionem in rem,ſed etiam actionẽ in perſonam. Cùm igitur ſuprà dictũ ſit de realibus prętoriis,reſtat de perſonalibus prætoriis tractare. Prætoriarum autem perſonalium actionum,ad minus duæ ſunt actiones. Prætor autem quaſdam introduxit actio.in perſonã,quę ſunt perſecutoriæ,& non pœnales:& quaſdam introduxit pœnales. In primo igitur mihi ponit exempla prætoriarum act.in perſonam,quæ nõ ſunt pœnales. Primum exemplum eſt in act. de conſti.pe.& illi actioni erat olim ſimilis act.quę dicitur receptitia. ſed ſi quid antea plenius habebat,hodie in act.de conſti.eſt tranſmiſſum:& ea tanq̃ ſuperuacua hodie conſtitutionibus principalibus iuſſa eſt recedere ab aula. Secundum exemplum eſt in

a Iſta glo. eſt ſing. ſecũdũ Ang. & Ia.

b Etiã ꝑ alia obligatione. Ang.

c Et ita cõmuniter tenetur: licet vltramontani cõtra.

d Iſta glo. & omnes ſimiles reprobantur cõmuniter ꝑ ſcribent.

e Hypotheca autẽ dicitur ab hypo quod eſt ſub: & theſis poſitio, quaſi ſuppoſitio vel obligatio quę idẽ ſunt:vt probatur per rubri. de re. eo. nõ alie. vel ſuppo.

f Hoc verũ quando res poſſidetur per aliũ à debitore habentẽ bonam fidem & titulũ, & inter præſẽtes. Pla. & Iaſ.

g Hoc verum quãdo res poſsidetur per aliquẽ &c. & inter abſentes. Pla. & Iaſ.

h Hoc verũ, quando res poſſidetur per aliũ à debitore non habentem titulũ, nec bonã fidem. Pla. & Iaſ.

i Hoc verum etiam quando res poſsidetur per ipſummet: ſecundum Ia.

act.de peculio.Prætor enim propoſuit actionem de peculio ſeruorum vel filiorum.Tertium exemplum eſt de act.in factũ,quæ deſcendit de iureiur. Prætor enim introduxit act.ex iuramento,in qua ſolùm quæritur an actor iurauerit.& non ſolùm has act.perſo.& act.pœna.introduxit prætor:ſed & alias plures.& hoc dicit.

❡In perſonam[a] quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet prætor:veluti de pecunia[b] conſtituta.Cui[c] ſimilis videbatur receptitia. ſed ex noſtra conſtitutione[d],cùm & ſi quid plenius habebat,hoc in actionem pecuniæ conſtitutæ transfuſum eſt,& ea[e] quaſi ſuperuacua iuſſa eſt, cũ ſua authoritate, à noſtris legibus recedere.Item prætor[f] propoſuit actionem de peculio ſeruorum filiorumq́; familiâs,& eam ex qua quæritur an actor iurauerit , & alias[g] complures.

❡Actio de conſtituta datur in eum qui pro ſe,vel alio ſe conſtituit ſoluturum:& ex nudo pacto oritur.Et vbi habet locũ remedium ordinarium, ad extraordinarium non eſt recurrendum.

a ❡In personam.] q.d.dictum eſt de realibus prætoriis: ſequitur de perſonalibus prætoriis:licet & de quibuſdã perſonalibus. ſ. interpoſuerit.§.item ſi quis.

b ❡De pecunia.] vt ff.de cõſti.pe.l.j.in prin.

c ❡Cvi similis.] ſcilicet quo ad quædam: quia vtraq; dabatur,vbi quis conſtituebat ſe ſoluturum,pro ſe vel alio: ſed & diſsimilis videbatur:quia actio de conſtituta pro his tãtùm rebus in conſtitutione deductis cõpetebat,in quibus mutuum conſiſtit.ſ. quæ pondere, numero, & menſura continẽtur. ſed receptitia , quando aliæ res in conſtitutione deducebantur. ſed hodie pro omnibus cõpetit actio de conſtituta,cùm omnes res appellatione pecuniæ cõtineantur:vt C.de conſti.pecu.l.ij.§.penul.

d ❡Constitvtione.] vt.C.de conſti.pecu.l.ij.

e ❡Ea.] ſcilicet receptitia.Accur.

f ❡Item praetor.] hæc capitula exponuntur.j. proxi. §. & ideo hîc non dicas.

g ❡Et alias.] de quibus dicet.j.§.pœnales.

❡DE CONSTITVTA AVTEM PECVNIA ¶ CASVS. Suprà proxi.§.poſuit Iuſti.tria exempla prætoriarum act.perſonaliũ pœnalium:quorum primum fuit de act.de cõſti.pecu.Sed dixi ei:Domine,pro deo dicatis mihi effectum act.de conſti.pec.& quando agitur act.de conſti. pe.ſiue cui competit act.hæc? Frater,dicit ipſe:Iſta actione agitur contra oẽs illos,quicunque pro ſe,vel pro alio,ſe aliquid ſoluturos conſtituerunt:dum tamen non interponatur aliqua ſtipulatio.nam ſi ſtipulatio eſſet interpoſita,tenerentur iur.ciui.& non act.prætoria.h.d.

h ❡De constitvta avtem pecvnia.] id eſt hac actione quæ ſic vocatur.

i ❡Cvm omnibvs.] ſcilicet aptis aliâs obligari pro ſe,vbi pro ſe interuenit conſtitutio:vel alii,vbi pro aliis interuenit conſtitutio.ſic ergo furioſus[a] cùm nec pro ſe,nec pro aliis obligetur:nec cõſtituere ſe debere poteſt. Idem in prodigo & ſimilibus.Item mulieres,cùm aliâs pro ſe tantùm obligentur:& hæ conſtituent pro ſe tantùm,& non pro aliis:vt.ff.de conſti.pecu.l.j.§.j.&.ij.Accur.

k ❡Constitverint.] vtputa per hæc verba,conſtituo me ſoluturum quod ego vel ille debet:& ſimilia:vt.ff.de cõſti.pec.l.q autẽ.in fi.&.l.ſeq.[b] & hoc ita ſi ſit debitũ quod præcedat:ſiue ciuile & naturale ſimul,ſiue naturale tantùm,ſiue prætorium.ſecus ſi ciuile tantùm:vt.ff.de conſti.pec.l.j. §.pe.& fi.&.l.iij.§.j.

l ❡Nvlla.] ergo ex nudo pacto oritur actio hîc:quod eſt cõtra ius cõe poſitũ.ff.de pac.l.iuriſgentiũ.§.ſed cũ nulla.&.§.quinimo.&.§.vtputa.ver. idẽ Marcellus.& ver.idẽ reſpõſum.&.C.de pac.l.legẽ.Et eſt hoc ideo fortè ſpeciale,quia ſicut vnũ pro eo qui cõſtituit,inducitur,vt nõ teneatͫ niſi elapſis.x.diebus:vt.ff.de conſti.pe.l.promiſſor.cùm aliâs ſtatim teneatͫ:vt.ff.de verb.obl.l.eũ qui calẽdis.§.quoties.& de verb.ſign.l.cedere diẽ.ſic & aliud cõtra eũ:vt ex nudo pacto teneatur:vt arg.ff.de iureiur.l.eum qui.in prin. Sunt & alii adhuc ſex caſus in qbus ex nudo pacto oritur actio : vt ecce in donatione hodie[c],licet olim fuerit neceſſaria ſtipulatio:vt.C.de dona.l.ſiqs argentũ[d].§.ſinautẽ.Itẽ ſi mulier dotẽ ſine ſtipulatione dare marito conuenit:vt.C.de do.pro.l.ad exactionẽ.& de rei vxo.ac.l.j.§.j.[e] Itẽ ſiquis ob honorẽ decretũ,vel decernendũ palàm pollicitus fuerit.i.ſine interrogatiõe: vt.ff.de pol.l.j.§.j.&.l.pactũ.Itẽ in nautico fœnore:vt.ff.de nau.fœno.l.periculi.in fi.[f] Item in acceſsione frumẽti,vel vini,vel olei,vel hordei:vt.C.de vſur.l.frumenti.Item in vſuris ciuitati promiſsis:vt.ff.de vſur.l.etiam.Aliâs autem propter ſui frigiditatem nudum pactũ actionem parere non poteſt.

ADDITIO. Adde alios caſus,vtputa in curia mercatorum.argu.l. Quintus Mutius.ff.mã.& ibi Bart.Item ſi fieret in iudicio:quia tunc fingitur ſtipulatio.Item quando per pactum nudum aliquid abeſt parti,ſi non ſeruet promiſſa:quia contra non ſeruantem datur actio de dolo:vt eſt tex. no.in.l.eleganter.§.ſeruus.ff.de dolo.vt hîc per docto.

m ❡Ivre civili.] vel actione ex ſtipulatu,vbi certũ eſt in ſtipulatione, vel condictione certi,quæ ex ſtipulatione oritur,vbi eſt certũ:vt.ſ.de verb. oblig.in prin.quæ ſtipulatio eſt à iure ciui.inducta,vt hîc:cùm de iuregentiũ ipſa non fuerit:licet alii contractus fuerint de iuregentium:vt.ſ.de iure natu.gen.& ciui.§.ius autem.Non autẽ dicitur ideo de iure ciuili,quòd nõ habeat in ſe vinculum naturale:imò habet:quia ſine conſenſu nõ valet:qui conſenſus eſt de iure naturali:vt.ff.de pac.l.j.§.penul.

a Idem de pupillo: ſecũdũ Ang.
b Et iuxta hanc gl. ponit hîc Iaſ. vnum notabile,quòd ſi quis conſtituat Titium fideiuſſorũ pro ſe: valebit tale conſtitutũ. ſecus ſi non pro ſe ſed alio: vt hîc per eum.
c Iſta glo. cõmuniter reprobatur per doc. qa etiã hodie non oritur actio, ſed cõdictio ex lege. propter ipſum pactum.
d Illa lex habet locũ in donatiõe cauta: & ꝓpter nuptias:& in donatione ꝑſumpta. Ia.
e Iſte §. ꝓcedit hîc cùm fingatur tacitè ſtipulatio. Fab. Placẽ. Ang.& Ia.
f Et eſt ratio propter ipſum periculum.facit ca.nauiganti extra de vſur.

❡LIBELLVS IN ACTIONE DE CONSTITVTA PECVNIA.

❡Hîc tãgitur de actio.prętoriis perſonalibus:in quibus qualiter formetur libellus,eſt videndũ.Et primò de act.de cõſti.pecu.eſt videndũ.Et naſcitur iſta act.quoties aliquis conſtituit ſe ſoluturũ ꝙ ipſe debet,vel alius:vt.ff.de conſti.pecu.l.qui autem. in fi.&.l.ſeq.dum tamẽ ſit debitum ciuiliter & naturaliter, vel naturaliter tantùm.ſecus ſi ciuilter tantùm : vt.l.j. §. pe.&.l.iij.§.j.in dicto tit. Vnde ſic formabis libellum: Dico ego a,contra b,quòd ipſe conſtituit ſe ſoluturum decẽ libras, quas ipſe mihi debebat cauſa mutui. vnde proponendo act.de conſtit. pecu.contra ipſum,peto eundem mihi in dictis decem libris condemnari. Et erit cauſa iſtius actio.hæc ſcilicet: Quia conſtituit ſe mihi ſoluturum quod debet mihi , ideo peto &c.Sed ſi pro alio conſtituit ſe decem libras tibi ſoluturũ , formabis in narratione ſic libellũ:Vnde cùm ipſe pro tali conſtituerit ſe decem libras mihi ſoluturum peto &c. Et eodem modo formabis ſi ex alia cauſa,quàm ex mutuo debeatur.

❡De conſtituta aũt pecunia[h].cum oĩbus[i] agitur,quicũq; vel ꝓ ſe,vel ꝓ alio ſoluturos ſe conſtituerint[k],nulla[l] ſcilicet ſtipulatione interpoſita. Nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint,iure ciuili[m] tenentur.

❡Ex contractu filii,vel ſerui tenetur pater, & dominus peculio tenus de iure prætorio.Aretinus.

❡Actiones aũt de peculio[n] ideo aduerſus patrẽ[o] dominumúe[p] cõparauit prætor,qa licet ex cõtractu filiorũ ſeruorũúe ipſo[q] iure nõ teneatur, æquũ tamẽ eſt,peculio tenus,(quod veluti patrimoniũ eſt filiorum filiarũq;,itẽ ſeruorum) condemnari eos.

❡Siquis iurauerit aduerſario deferente in iudicio:datur ei ex ſacramento actio. Aretinus.

❡ACTIONES AVTEM. ¶ CASVS. Dixi domino Iuſti. Domine,iam vidi effectum primi reſp.pro deo dicatis mihi de ſecundo exemplo,quare inuenta fuit de peculio act? Reſp.frater,æquum fuit ꝙ iſtæ act.inuenirentur,per quas cõtra patrem,vel dominum poſſet agi ex contractu filiorumfa.vel ſeruorũ:quia licet actione de peculio de iure ciui.nõ teneanͭ patres vel domini,æquum tamen eſt,ꝙ peculio tenus teneantur:eo ꝙ peculium eſt quaſi patrimonium filiorum,vel ſeruorum.h.d.

❡LIBELLVS IN ACTIONE DE PECVLIO.

❡Hîc tangitur de act.de peculio,quæ datur contra dominum ex cõtractu ſui ſerui:vt.ſ.quod cum eo.in prin.& etiã datur contra patrem nomine filij.Formabis ergo in ea ſic libellum:Dico ego a,contra b,ꝙ vendidi d,ſeruo ſuo equum pro.x.quare ipſe b,de peculio ſerui ſui d,mihi tenetur:vñ proponendo contra ipſum b.act.ex vendito,peto quatenus eſt in peculio ipſius ſerui ſui d, vſq; ad quãtitatẽ illorũ decẽ ipſum b,mihi condẽnari.Et aduerte quia hæc dictio,de peculio,non eſt propriũ nomen act.ſed eſt quædam adiectio:ſicut exercitoria,inſtitoria,& tributoria.argu.l.iij.§.Iulianus.ff.de pecu.Et erit cauſa in hac act.talis.ſ.Quia vendidi. quã ſufficit proponere loco act.ſ.ſic:Vnde quia pro.x.vendidi,peto &c.Similiter contra patrem ex contractu fillj poteſt ſic formari libellus.Dico ego a,contra b,ꝙ vendidi c, filio ſuo,quem ipſe habet in poteſtate, equum pro.x.&c. De filio in poteſtate feci mentionem:quia qui ſui iuris eſt,peculium habere non poteſt:vt C.de inoffi.teſt.l.fi.in fi.

n ❡De pecvlio.] Volũt quidã dicere hæc eſſe ꝓpria nomina actionũ.ſ. de peculio,& de in rem verſo:& quod iuſſu:itẽ exercitoria,& tributoria,& inſtitoria:ex eo ꝙ leges plerunque appellant eas actiones:vt hîc.Sed verius eſt vt adiectiuè ponantur.ſic enim dicitur,mandati actio de peculio : vt.ff. de pecu.l.iij.§.cui congruit[g].Accurſius.

o ❡Patrem.] ſcilicet reſpectu filij.Accur.

p ❡Dominvmve.] ſcilicet reſpectu ſerui:ſunt enim correlatiua.

q ❡Ipso ivre.] ſcilicet ciuili:quod nõ vult vt alter ex alterius ꝑſona obligetur:& ſic pater nõ debet teneri ꝓ filio,inſpecto iure ciuili:ſicut eo inſpecto pro ſeruo nõ debet teneri dñs:quia ſeruus pro nullo eſt inſpecto iure ciuili:vt.ff.de reg.iur.l.quod attinet.Sed tamẽ prætor æquitatẽ cõſyderat:vt quia peculiũ quaſi patrimoniũ eſt filij vel ſerui:vt ſubiicit:quia peculiũ eſt quod ſibi quis parcimonia quærit[h]:vt.ff.de pecu.l.peculiũ.in prin.verè tamen nõ eſt patrimoniũ filij peculiũ:vt.C.de inoffi.teſta.l.fi.in fi.Itẽ nec ſerui:vt.ff.de verb.obl.l.liber homo.ij.in fi.j.rñ.Ideo tamẽ quia quaſi patrimoniũ eſt:patrẽ pro filio,dominũ pro ſeruo teneri dicit.Diligenter tamen diſtingue vtrũ cõtrahat filius,vel ſeruus,vel quaſi cõtrahat.Itẽ vtrũ delinquat,vel quaſi.Si cõtrahat:quilibet illorũ dñs vel pater actione ex eo cõtractu tenetur in peculium.In cuius condẽnatione deducitur ex ipſo peculio quicquid ſeruus naturaliter dño debuit:vt qa dñs ſeruo mutuauit:vel aliâs ſecũ cõtraxit.Item deducitur quod debetur iis qui ſunt in poteſtate dñi,vel tutela,vel cura:cùm videatur dñs præueniſſe:vt.ff.de pecu.l.ſed ſi damnũ. §.j.&.ij.obligatͫ enim ſeruus dño naturaliter:vt.ſ.de fideiuſ.§.j.& ſunt hæc cõia in ſeruo & filio,excepta cauſa mutui:ex qua nec filius,nec pater tenetur:ſecus in ſeruo:vt.j.tit.j.§.illud.&.C.ad Macedo.l.pe.Itẽ quę dicta ſunt, qñ cõtrahit filius vel ſeruus:eadẽ & qñ quaſi cõtrahit:vt ſi alterius negotia geſsit:vt.ff.de nego.geſt.l.ſi filiusfamiliâs.Præter hãc actionem de peculio adhuc pater vel dominus quandoque tenetur de in rẽ verſo:quãdo.ſ.filius in rem patris,vel ſeruus in rem domini conuertit:& eſt inſolidũ vſque ad quantitatem verſam:vt.j.tit.j.§.in rem[i].Azo.Sed de peculio agitur quatenus peculium durat:vt.j.e.§.ſunt præterea.&.j.titu.j.§.in rem autem.Item eſt actio quod iuſſu : quæ eſt inſolidum : quando filius vel ſeruus iubente dño vel

g Iſta ſecũda opi. cõmuniter tenetur hîc ꝑ doc.
Seruus pro nullo reputatur:
h Iſtud declaratur per Bar. ĩ rubr. ff. de pecu. Iaſ.
Patres pro filijs,& domini ꝓ ſeruis an teneãtur.
Actio de peculio.
Actio de in rem verſo.
i Verſi. eſt in. § .prętere ea.
Actio quòd iuſſu.

domino vel patre contraxit. videtur enim contrahi cum ipſo patre vel domino: vt.ff. quod iuſſu.l.j.& ſi. Item ſunt aliæ tres.ſ.exercitoria, quæ datur contra dñm nauis, qui præpoſuit magiſtrũ nauis ſeruum ſuum, & eius rei gratia contractũ fuit. Et ideo dicitur exercitoria: quia exercitor dicitur dominus nauis. Itẽ inſtitoria, quæ habet locũ, quando aliquis ſeruũ ſuũ tabernæ vel ſtationi præpoſuit[a]. Itẽ tributoria, qua agitur ita ꝙ dominus vocatur in tributum: vt j.tit.j.§.introduxit.&.§. inſtitoria[b].&.§.j. In delictis autẽ & quaſi delictis idẽ olim ſeruabatur in filio & ſeruo, vt pro noxa dari poſſent: vt.j. de noxa.in fi.ti. Sed hodie pro ſeruis tantũ agitur noxaliter: vt ibi dicitur: & pro delictis: vt.j.de noxa.in prin.&.ff. de noxa.l.j.& in quaſi delictis: vt ſi ſeruus habitans cum domino, habuit ſuſpenſum vel appenſum, vel effudit aliquid quod alicui nocuit: vt.ff. de iis qui deie. vel effu.l.j.§.ſi ſeruus.&.l.ſi verò.§.prætor. niſi in duobus caſibus: vt ff. de iis qui deie. vel effu.l.j.§.cũ ſeruus. vbi non habitat cum domino.&.ff. de mino.l.ꝙ ſi minor.§.ſi ſeruus. Porrò licet in delictis, & quaſi agatur noxaliter: tamen & de peculio agitur ſi locupletatus eſt dominus, inquantum id peculium locupletius eſt: vt.ff. de iudi.l.tam ex contractibus.&.ff. de pecu.l.licet.§.ex furtiua cauſa.

Actio exercitoria.
Actio inſtitoria.
Actio tributoria.
a in iſta materia vide caſum ſingularem in.l.ſi.ff. de exerci.
b Verſiculus eſt ſub §.igitur.

¶ Item ſiquis poſtulante [a] aduerſario iurauerit [b] deberi [c] ſibi pecuniã quã peteret, neque ei ſoluatur: iuſtiſſimè [d] accõmodat ei talem actionẽ [e], ꝑ quã nõ illud quæritur [f], an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit.

¶ Qui edictum in albo prætoris poſi-

¶ ITEM SIQVIS POSTVLANTE. ¶ CASVS. Dixi Iuſti. Domine: iam vidi naturam duorum exemplorum: nunc, ſi placet, dicatis mihi naturam tertij exempli, ſcilicet actionis in factum, quæ datur ex iuramento: ſcilicet qñ habet locum hæc act.& ipſe reſp. Frater, dicit ipſe: Si aliquis petierit.x.ab aliquo: dicens illa ſibi deberi: & reus ſacramentũ ſibi deferat: & actor delato ſibi iuramento iurauerit illud eſſe ſibi debitum quod petit.& poſt iuramentũ noluerit reus ſoluere quod petitum eſt: in iſto caſu accommodat ſibi prætor act. per quã quæritur an iurauerit, vel non: & non an ſit debitum: quia iuramentum hîc pro veritate eſt acceptum. Fran.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM EX IVREIVRANDO.

¶ Hic tangitur de iureiurando præſtito ex delatione iudicis, vel partis aduerſæ: ex quo oritur actio in factũ, ſi iuretur nõ adiecta cauſa, ex qua dicat ſibi deberi, ſcilicet ſi iuret informiter. ſi autem adiiciat cauſam, ex qua dicat ſibi deberi, veluti ex mutuo, vel ſimilibus, oritur actio ex illa cauſa: & tunc dicitur iuraſſe formiter, quaſi forma, ſiue cauſa adiecta: vt.l.ſi duo.§.ſiquis iurauerit. verſic. idem dicemus.&.§.Marcellus.ff. de iureiurando. & ideo forma in illa libellum ſic: Dico ego a, contra b, quòd cùm peterem ab ipſo decem cauſa mutui, ipſe detulit mihi iuramentum, & ego ſimpliciter iuraui, quòd ipſe mihi debebat illa decem. vnde proponendo act. in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum b, in dictis decem libris mihi condemnari. Cauſa in iſto libello erit talis, Quia iuraui, quæ poterit poni loco actio. Si autem iuraui formiter.i. adiecta cauſa, vt ſcilicet quia ex cauſa mutui debebat, tunc dicam: Vnde quia proponendo condictionem certi, quæ naſcitur ex mutuo, iuraui ex cauſa mutui mihi deberi, peto &c.

¶ Item ſiquis. ſcilicet actor. Accurſius.

a ¶ POSTVLANTE.] id eſt petente reo: vel deferente. ſi enim ſine voluntate aduerſarii iuraretur, nihil proficeret iuramentum: vt. ff. de iureiur.l.iij. in principio.

b ¶ IVRAVERIT.] vel ei remiſſum fuerit: vt.ff. de iureiurand.l.non erit.§. fin.&.l.ſequen.&.C. de reb.credi.l.actori. ADDITIO. Idem ſi poſt acceptatum iuramentum, etiam antequam iuretur pœniteat deferentem: quia habetur pro remiſſo.

Actio competens actori qui reo deferẽte iurauit, qualis eſt?

c ¶ DEBERI.] ſic ſimpliciter, ſcilicet non adiecta cauſa, quare debeatur: quod informiter dicimus. ſi autem cum forma, veluti quia vendidi: tunc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex ſacramento: cùm pro veritate accipiatur: & aduerſario ſimiliter actionem tribuit ac ſi verè contractus præceſſiſſet. Idem eſt in aliis contractibus: vt.ff. de iureiur.l.ſi duo.§.ſiquis iurauerit.&.§.idem dicimus.&.§.Marcellus. Item circa actionem realem, ſi rem ſuam eſſe iurauerit: datur actio in rem vtilis, præterea in factum contra deferentem tantùm, vel hæredem: vt.ff. de iureiur.l.nam poſteà.§.ſi.& l.ſeq. Et ita actori interdum datur in factum: interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei, ſi iurat in actione perſonali, tũc exceptionem tantùm parit. Si autem in actione reali, tunc diſtinguitur an iurauerit rem petitoris non eſſe, quo caſu exceptio tantùm datur: an ſuã eſſe, quo caſu etiam actio, ſi res ad actorem redeat, non contra aliũ.& hoc quòd dixi in actore, habet locum ſi iuratur ex ſacramenti delatione. ſed ſi iuratur ex traditione facta occaſione iuriſiurandi, tunc Publiciana datur contra quelibet: cùm ſit iuſta cauſa traditionis: vt.ff. de iureiur.l.nam poſteà.§. fin. &.l.quia.&.l.ſeq.& de Publicia.l.j.in fi. vſque ad.l.eum qui. Nec obſtat in eo.tit. de iureiur.l.eum qui.§.ſi parenti. quia ibi verbum, duntaxat, dominum tantùm excludit, contra quem Publiciana non datur: vt.ff. de Publi.l.pe.& fi. ADDITIO. Hæc glo. in iſta parte fi. communiter reprobatur. vide hîc ad longum per dominum Iaſonem.

Iuramentũ rei quando que exceptionẽ, quãdoque actionem parit.

d ¶ IVSTISSIME.] quia propter ſacramentum datur.

e ¶ ACTIONEM.] in factum. C. de re.cre.l.actori.

f ¶ NON ILLVD QVAERITVR.] etiam ſi periurum vellet probare: quia ſufficit diuina vltio: vt.ff. de dolo.l.ꝙ ſi deferente.&.l.ſeq.&.C. de re.cred.l.iij.niſi in caſibus: vt.C. de re.cre.l.ſi.&.ff. de iureiur.l.admonendi. Et nota ꝙ hoc ſacramentum quod eſt de re: vt.ff.eo. de iureiur.l.quoties.j. de veritate: vt.ff. ad le.cor. de fal.l.j.§.qui in rationibus. triplex inuenitur. Volunta-

Iuramentũ triplex eſt.

rium: quod ex voluntate datur, ſuſcipitur, & recuſatur, & extra iudicium fit: vt.ff.eo. de iureiurando.l.iuſiurandum quod. Item neceſſarium, quod neceſſitate impoſita à iudice defertur & ſuſcipitur: vt arg.ff. de in lit.iur.l. ſi. Nec enim poteſt hoc ſacramentum referri, vel recuſari, niſi prætendatur iuſta cauſa recuſationis: vt.C. de reb.cre.l.generaliter.§.ſinautem. Item iudiciale: quod ſic dicitur à iudicio: quando ſcilicet pars parti ſacramentum in iudicio defert: quod non eſt neceſſe ſubire[c]: ſed poteſt recuſari & referri: vt.C.eo. de re.credi.l: delata.&.l.generaliter.§ ſinautem. ſed iure veteri non poterat recuſari: vt.ff.e.l. manifeſtè[d]. Sed ſecundum P.

tum corruperit, vel qui vocat patrem, vel patronum in ius, ſine venia, & eximens dolo aliquem vocatum in ius, vel eximi faciens, tenetur actione prætoria. Arc.

¶ Pœnales quoque [g] actiones prætor pœnæ [h] † multas ex ſua iuriſdictione introduxit: ¶ Veluti aduer-

c Puta ꝙ iam probauit: vel ſe offert probaturũ.c.ij extra de ꝓba. Itẽ ſi ſemel reuocatum velit pars iterum deferre: vt l.ſi quis iuſiurandũ. C. de rebus. cre.
d Docto. tamẽ communiter tenent quòd d.§.ſinautem. nõ corrigit ſed declarat dictã l. manifeſtè. vt per ſcriben.hîc.
† In correctis exemplaribus nõ ſcribit dictio, penè, Egi. Perri.

ita demum actio in factum, datur ex ſacramento, ſi non ſententia ſubſequatur: aliàs quare oriretur actio in factũ, cùm ex ſentẽtia eadem naſcetur: vt.C. de re.cre.l.actori? Sed nos contra. licet enim duæ ſint, & ad idẽ & eodem nomine: nõ nocet: vt.ff. de act.empt.l. non eſt nouum. &. ff. de fideiuſſ.l.hæres à debitore. ſemel tamen ſiet exactio tantùm: vt.ff. de verb. oblig.l.qui bis.& de reg.iur.l.bona fides.

¶ POENALES QVOQVE &c. ¶ CASVS. Multæ diuiſiones conſueuerunt notari in hoc.§. adhuc tamen non habuimus principaliter niſi duas: quarum prima eſt, quòd omnis actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Secunda eſt, quòd omnes actiones aut ſunt ciuiles, aut prætoriæ. Sub materia autem prætoriarum multæ ſunt diuiſiones: quia prætoriarum aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam. Item actionum prætoriarum perſonalium aliæ ſunt pœnales, aliæ non pœnales. De prætoriis autem actionibus non pœnalibus perſonalibus dictum eſt.ſ. in proxi.§. De prætoriis autem perſonalibus videndum eſt in litera præſenti. Non ſolùm enim (dicit Iuſti.) introduxit prætor actiones perſonales non pœnales, imò & multas prætorias perſonales pœnales.& de hoc ponit tria exempla. Primum eſt, quòd prætor introduxit tria: actionem prætoriã perſonalem pœnalem in eum, qui album ipſius corrupit. Secundum eſt quòd prætor introduxit actionem prætoriam perſonalem pœnalem in eum, qui patronum parentemve in ius vocauerit, antequã hoc à iudice impetraſſet. Tertiũ eſt ꝙ prætor introduxit actionẽ prætoriam perſonalẽ pœnalẽ in eũ, qui in ius vocatum vi exemit, vel aduerſus eum, cuius dolo fuerit exemptus hoc dicit Fran.

¶ LIBELLVS CONTRA CORRVMPENTEM ALBVM PRAETORIS.

¶ Hic de actionibus pœnalibus tangitur: & primò de illa quæ datur pro albo prætoris corrupto. Erat enim album prætoris dealbatio quædam poſita in eminenti loco, in quo erat ſcriptum de citando aliquem, vel de aliquo præcepto generali, vel ſpeciali: vt. ff. de albo ſcriben.l.j.&.ij. Et eſt pœna.l.aureorum ſtatuta contra corruptorum malitiam: vt.ff. de iuriſdictione om.iudic.l.ſiquis. Forma ergo in hac actio. ſic libellum: Dico ego a, contra b, quòd ipſe corrupit album prætoris. vnde proponendo contra ipſum actio. in factũ, peto ipſum in quinquaginta aureis nomine populi mihi condẽnari. Iſta enim actio popularis debet dici à populo: quia ius populi tuetur: vt.ff. de popu.actio.l.ij. Et erit cauſa iſtius actio. hæc. Quia album prætoris corrupit. quæ poterit poni loco actionis.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM QVAE DATVR PATRONO VEL PATRI CONTRA LIBERTVM, VEL FILIVM &c.

¶ Eſt & alia actio in factum, quæ datur patrono contra libertum, vel patri contra filium: & illa habet locum quando libertus patronum in ius venia non impetrata, vel filius patrem vocat: vt. C. de in ius vocando.l.ij.& hîc in verſiculo, veluti.& eſt pœna illius quinquaginta aureorum: vt.ff. de in ius vocando.l.penultima. Forma ergo libellum ſic in hac actione: Dico ego a, contra b, libertum meũ, quòd ipſe me vocauit in ius non impetrata venia: & ideo incidit in edictum, & tenetur ad pœnam quinquaginta aureorum. vnde proponendo contra ipſum actio. in factum, peto eundem mihi condemnari in quinquaginta aureis nomine pœnæ. Et erit cauſa iſtius actionis, quia me patronum in ius vocauit non impetrata venia, quæ poni poteſt loco actionis. Et eodem modo ſi pater agat contra filium hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filium qui eſt in poteſtate: quia etiam impetrata venia non poſſet patrem in ius trahere: vt. C. de in ius vocan. l. finali. quia nulla lis inter patrem & filium eſſe poteſt, niſi de caſtrenſi peculio vel quaſi: vt.ff. de iudi.l.lis nulla.

g ¶ POENALES QVOQVE.] dictum eſt ſuprà de prætoriis rei perſecutoriis, nunc de pœnalibus prætoriis. Sed quæ eſt differentia inter pœnales, & rei perſecutorias? Reſpond. multæ: quia pœnales prætoriæ ſunt annales, excepta actione furti: vt. j. de perpet.& tempo.actio. in principio. ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ: vt. ff. de actionibus & obligationibus. l. in honorariis. Item pœnales odioſæ ſunt: rei perſecutoriæ non: vt. ff. de pœnis. l. interpretatione. Item pœnales non tranſeunt contra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenit, vel lis ſit conteſtata: vt. C. ex delic. defunc. l. j. ſed perſecutoriæ ſic: vt. ff. de actionibus & obligationibus.l.ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei perſecutoria, vno ſoluente cæteri liberantur. non ita in pœnali: vt. C. de condi.fur.l.j.&.ff. de lib.cau.l.vlti.&.ff. ad legem Aquil.l.item Mela.§.ſi plures. Accurſius.

h ¶ POENE.] id eſt ferè. vel melius dic ꝙ abundat. nam verè multæ ſunt. & ſanè in vetuſtis codicibus non habetur, ꝙ prorſus vacat.

ſus eum, qui quid[a] ex albo[b] eius corrupiſſet[c], & in eum[d], qui patronũ[e] vel parentem[f] in ius[g] vocaſſet, cùm id[h] non impetraſſet. Item[i] aduerſus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiuſve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles[k].

¶ Actiones præiudiciales quæ hîc enumerantur, ſunt in rem: quarũ aliquæ ſunt ciuiles: & aliquæ prætoriæ. h. d. Areti.

a ¶ Qvid.] id eſt aliquid.

b ¶ Ex albo.] erat enim album dealbatio quædam poſita in loco eminenti: vt apparet in authent. de lit. §. omnem. ibi, vocem enim præconum &c. coll. viij. in quo albo erat ſcriptum vel de citãdo aliquo, vel de alio præcepto generali, vel ſpeciali[a]: vt: ff. de albo ſcriben. l. j. & ij. & ff. de iuriſdic. om. iudi. l. ſi quis id.

c ¶ Corrvpisset.] vel poſitum ſuſtuliſſet, quamuis non corrupe-rit: & ſiue per ſe, ſiue per alium: & tunc ambo tenentur. nec vnus liberat alium. & eſt in quinquaginta aureos: vt in. d. l. ſi quis. & l. ſequenti. tenetur etiam ille corruptor. l. Cornelia de falſis: vt ff. ad legem Corneliam de falſis. l. pe. cuius pœna eſt deportatio, & omniũ bonorum publicatio. in ſeruis etiam vltimum ſupplicium: vt. ff. ad le. Cornel. de fal. l. j. in fi.

d ¶ In evm.] ſcilicet filium vel libertum datur actio in factum. quæ eſt ſimiliter pœnalis (vt ſuperior) in quinquaginta aureos: quæ datur patrono, vel patri. & ſi libertus non poſsit ſoluere dictam pecuniam, caſtigabitur[b]. Idem fortè in filio: licet noxaliter non detur: vt. ff. eo. ſcilicet de in ius voc. l. pe. & §. j. de noxal. in fin. ſuperior tamen punit ſolum dolum: hîc ſolum factum conſyderat. vt. C. de in ius voc. l. venia.

e ¶ Patronvm.] ſubaudi vel patronam: item filios & parentes eorum: vt. ff. de in ius vocando. l. iiij. §. j. Et accipe hîc patronum qui manumiſit: vel pro quo iudicatum eſt in cauſa ingenuitatis & libertinitatis. Vel ſi ex cauſa fideicommiſsi manumiſit. Vel ſi emit eo pacto, vt manumitteret: & manumiſit: vel non manumiſit, ſed ex conſtitutione diui Marci peruenit ad libertatem: vt. ff. de in ius vocando. l. adoptiuum. §. j. & l. is quoque. & l. ſed ſi hac lege. Item liberos patroni accipe mares & fœminas & parentes etiam adoptiuos: vt. d. l. ſed ſi hac lege. §. liberos quoq;. & §. parentes. Accurſius.

f ¶ Vel parentem.] & hîc accipe matrẽ & fœminam, & vſq; in infinitum: vt etiam ſi Adam viueret, non poſſet vocari in ius ſine venia. Item non refert ſi ſunt legitimi parentes, vel naturales: vt. ff. de in ius voc. l. iiij. §. j. ij. & iij. & l. parentes. & l. patris. & l. adoptiuum. in prin.

g ¶ In ivs vocasset.] id eſt iuris experiẽdi cauſa vocaſſet[c]: vt. ff. de in ius voc. l. j. & hoc ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis multò magis. nam & tunc, ſcilicet quãdo cauſa criminalis, etiam cum venia non poteſt[d]: quia non conceditur: vt. ff. de in ius voc. l. ſed & ſi. §. prætor ait. & ff. de accu. l. qui accuſare. in fi. & l. hi tamen. §. ij. Sed quid ſi ſolum libellum dedit? R̃n. non incidit in hoc edictum: vt. ff. de in ius vocan. l. libertus. ij. Item quid ſi non veniat vocatus? R̃n. ſemper incidit, ſed facilius remittitur hæc pœna quandò vocatus non venit: vt. ff. de in ius vocan. l. quamuis. Sed quidam dicunt vocantem nullo modo cadere in edictum ſi vocatus non venit: ex prædicta. l. quamuis. & hoc ideo quia verba cum effectu ſunt accipienda: vt. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vi exi. l. pe. §. docere. ſed prima ſententia verior eſt[e], quia in. d. l. quamuis: non dicit quòd non incidat in edictũ, ſed quòd non remittitur pœna, niſi cauſa cognita. [Item nunquid[f] hæres poteſt vocare in ius ſine venia: Et certè ſi extraneus eſt, poteſt: vt. ff. de obſeq. præſtan. à liber. l. hæres. filius non poteſt vocare in ius ſine venia. Sed quare ſecus in hærede liberti, & in hærede patroni? R̃n. in primo odium verſatur: quod debet reſtringi. in ſecundo fauor, qui debet prorogari: vt. ff. de libe. & poſthu. l. cùm quidam. Item ſi alter agat tutorio nomine, vel curatorio. arg. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac lege. §. fi. & l. quæſitum. Ratio: quia nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum: vt. ff. quemadmo. teſta. ape. l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus.

h ¶ Cvm id non impetrasset.] id eſt non petiſſet, & non accepiſſet. debet enim à prætore ſic petere: Domine permitte mihi vt poſsim conuenire patrem vel patronũ meũ: vt colligitur. j. de pœ. te. liti. §. fi. ff. de in ius voc. l. iij. & l. iiij. & §. j. Illud etiam quæro, an hæc poſtulatio veniæ debeat fieri in perſonis oĩm, qui in ius vocari nõ poſſunt: quę enumerant. ff. de in ius vo. l. ij. & ſi nõ fiat, ꝙ cadat in pœna? Quidã dicũt ꝙ ſic. Nos ꝙ nõ: quia hæc pœna in eũ tantũ ſtatuitur: quæ incidit in edictũ. at illæ perſonæ in edicto nõ cõtinẽtur. quod maximè probat ex hoc. §. Alter tñ puto eos puniẽdos, prout placuerit iudici, ad ſimilitudinẽ iſtorũ[g]. Sed nũquid hæc petitio hodie eſt correcta: vt quia habent hodie liberti ius nataliũ & regenerationis: vt in aut. vt liber. decæ. §. j. coll. vj? R̃n. nõ: quia & ibi reſeruantur iura patronis: maximè obſequialia, quæ natura debẽtur. Superiora quãtũ ad libertũ plana ſunt. In filio diſtingue. aut erat emãcipatus, aut in poteſtate. ſi emãcipatus erat: habet locũ ſuperiora. ſi verò in poteſtate, tũc nec cũ venia nec ſine venia poteſt conuenire patrẽ: vt. C. de in ius voc. l. fi. & ff. de ac. & oblig. l. actiones. niſi pro caſtrẽſi vel quaſi caſtrẽſi peculio: vt. ff. de iudi. l. lis nulla. & tunc cum venia: vt. ff. de in ius vo. l. adoptiuũ. §. j.[h] & hoc cũ agit contra patrem. Si autẽ cõtra extraneũ, tũc ſecundũ vetera iura tantũ quinq; actiones filiofamiliãs cõpetebãt: vt. ff. de act. & obl. l. filiusfamilias. & l. in factũ actiones. Sed hodie omnes venientes ex aduentitia cauſa: vt dixi. ſ. per quas perſonas. no. acquir. §. j. Item, quero, quis iurabit de calũnia cũ filiusfamilias in iudicio erit? R̃n. ſi filius emancipatus petita venia patrem conueniat, iurabit filius ſi maior eſt: alias curator ei dabitur ad litẽ: vt in aut. vt lice. ma. & auiæ. §. j. in fin. col. viij. ſi autem ſit in poteſtate patris, & agat de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio: tunc iurat filius: cũ paterfamilias habeatur: vt ff. ad Maced. l. ij. Si verò eſſet minor, daretur curator liti, nõ perſone: cùm ſit in poteſtate: vt. C. de cura. furi. l. fi. in prin. & de bo. quæ lib. l. fi. §. ſi autẽ pro patre. Si autem contra extraneum agat filius: ſi agat pater eius nomine, pater iurat: vt. C. de iur. propter calum. dan. l. ij. §. quod obſeruari. Si filius forte patre abſente: vel ſecundum veteres. ll. in quinque caſibus: vel ſecundum nouas in omni aduentitia cauſa iurat filius, cùm ſuo nomine agat: & maior eſt ſi modò pater in aduentitijs non habet vſumfructum. alias pater ageret, & reſponderet, & iuraret: vt. C. de bo. ma. l. j. in prin. vbi verò filius iurat: licet pater non habeat vſumfructum, debet pater conſentire filio agenti & reſpondenti: vt. C. de bo. quæ lib. l. fina. in princi.

ADDITIO. De iſto iuramento vltra hanc gloſſam vide per glo. in. l. ij. §. quod obſeruari. C. de iur. propter calum. dan.

i ¶ Item adversvs evm.] ſcilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cùm vocarem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali: dum eſſet in itinere, detinuiſti eum vi: vel capiendo eum per perſonam: vel faciendo, dolo vt alius eum detineret: & tantùm, quòd dies actionis meæ exiuit. teneris enim mihi quanti iurauero in litem. & ſic eſt actio pœnalis ex parte mea: quia vltra rei veritatem fortè iurabo: & ex parte tua: quia das mihi aliquid: & tibi nihil adeſt: vt. ff. ne quis eum qui in ius vocan. vi. ex. l. pen. §. j. Super hoc. §. primo quæro: cùm duo ſint tituli: vt. ff. ne quis eum qui in ius vocatur, vi ex: & alius titu. de eo per quem factum erit. de quo fit mentio in hoc. §? Reſpon. de primo: quia inde oritur actio ex vtraque parte pœnalis, vt dictum eſt: ſed ex alio eſt pœnalis ex parte rei tantùm: cùm ad intereſſe actoris detur: vt ff. de eo per quem factum erit. l. fi. j. reſpon.[i] Item primus de quo fit mentio hîc, conſulit actori tantùm: vt patet in. l. j. & iiij. §. eximere. ff. ne quis eũ qui in ius voca. vi exi. At ſecundus conſulit & vocato, non ſolùm vocanti: vt ff. de eo per quem factum erit. l. j. §. ſi reus. in fin. & l. fin. j. reſpon.[k] Item primus habet locum, quãdo aliquis exemptus eſt ante ſatisdationem, & poſt in ius vocationem: ſed ſecundus poſt ſatisdationem ſcilicet factam in iudicio ſiſti, & alias, quæ firmant iudicium: vt. ff. de præto. ſtipu. l. j. in prin c. Et patet hæc differentia ex ordine illorum titulorum. Item primus quando vi exemptus ſit quis. at ſecundus etiam ſi ſine vi: vt patet in. l. j. §. ſi dolo. de eo per quem factum eſt. & titu. ne quis eum qui. l. j. & ij. in fin.[l] Vel ſatis dici poteſt, quòd de vtroque hîc loquitur: quia licet duo ſint illi tituli: tamen de vno edicto ſunt. Item & quòd dicatur pœnalis actio etiam illa, quæ ex vna parte tantùm eſt pœnalis. Super hoc. §. ſecundò quæritur: Nonne per conuentionem ſolam etiam iure veteri perpetuabatur actio: vt. ff. de action. & obligat. l. conſtitutionibus. non ſolùm per noua iura: vt. C. de præſcri. xxx. an. l. cùm notiſsimi. & l. ſicut? Reſpon. hîc non per executorem, ſed per ſuã denunciationem eum conuenerat[m]. Vel verbum, quaſi, poſitum in. d. l. cõſtitutionibus. aſſertiuè ponitur, non ſimilitudinariè: & ſecundum hõc hodie eſſet correctũ quod hîc dicitur. Vel dic,[n] ꝙ talis fuit conuentio in illa. l. conſtitutionibus. quæ pro lite conteſtata habebatur. vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus: vt. C. quando li. prin. dat. lit. con. fac. l. j. & ij. Vel dic ſecundum Io. quòd leges veteres circa perſonales actiones loquuntur: vbi non perpetuantur per executorem: ſed lex illa, cùm notiſsimi. & l. ſicut in rẽ. loquuntur in reali. vnde adhuc etiam hodie nõ corrigitur quod hîc dicitur. ADDITIO. Hanc etiam impugnant docto res quia dicta. l. ſicut. & dicta. l. cùm notiſsimi. loquuntur tam in perſonalibus, quàm in realibus: ſecundum Iaſonem.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM CONTRA EVM QVI DEBITOREM &c.

¶ Præterea datur actio in factũ cõtra eum, qui debitorẽ alicuius vocatũ in ius, vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipſe liberaret eum à temporali obligatione qua obligatus eſſet. & datur in ipſum actio inquantũ actor iurauerit in litẽ contra ipſum: vt. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt, vi exi. l. pe. §. j. Et formatur libellus in hunc modum: Dico ego a, contra b, ꝙ ipſe debitorẽ meum in ius vocatum, vi detinuit, quo minus in iudicio cõpareret, vt ita liberaretur debitor actione qua mihi tenebatur. vnde proponendo actio. in factũ contra ipſum b, peto eundem b, quantũ in litẽ iurauero, mihi condemnari. Et cauſa iſtius actio. eſt: Quia vi exemit à iudicio meum debitorem: & ita actio. qua mihi tenebatur, liberatus eſt. quã cauſam ſufficit pro ponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum, qui pro curauit, vt alius eximeret. Sed quid ſi non vi, ſed alio modo procurauit quo minus veniret? Dic ꝙ tunc habet locum actio in factum, quę procedit ex eo edicto, Per quem factum erit, quo minus in iudicium veniret. & datur ad intereſſe actoris: vt. ff. de eo per quem fact. erit. l. fi. j. r̃n. Et hæc eſt differentia inter hanc actionem & ſuperiorem, quæ deſcendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei &c. Et in vtraque eodem modo formabis libellum: ſed in prima facies mentionem de vi: in ſecunda nequaquam.

k ¶ Innvmerabiles.] imò numerari poſſunt: ſed dicunt innumerabiles, quia de facili non poſſunt numerari: vnde dicitur non poſſe fieri, quod cùm difficultate fieri poteſt: vt. ff. de verborum ſignificat. l. nepos Pro culo. Enumera ergo aliquas, vt eſt actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur infrà. §. quadrupli. Item actio Quod metus cauſa. Item furti manifeſti. Item ſerui corrupti in duplum. de quibus dicemus infrà eodem. §. omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factũ: vt de effuſis & eiectis, & de ap penſis: vt. ff. de ijs qui deiec. vel effu. l. ſi. verò. §. prætor. Et aliæ multæ ſunt, quas enumerare non expedit. Accur.

¶ PRAEIVDICIALES AVTEM &c. ¶ CASVS. Suprà dictũ eſt, ꝙ ſub materia prætoriarum multæ ſunt diuiſiones. Quædã enim ſunt actiones prætoriæ in rem & quædam in perſonam. Prætoriæ autem in rem ſubdiuiduntur: quia quædam ſunt pœnales, & quædam non pœnales: ſicut iam ſuprà dictum eſt. Modò redeundum eſt ad alterum membrum diuiſionis primæ prætoriarum: ſcilicet ad prætorias in rem. & de illis ſcire debetis ꝙ

a Iſtã glo. cõmuniter reprehendũt docto. quia pœna iſtius edicti non habet locũ niſi in corrũpente albũ prætoris generale & perpetuum: ſecus in ſpeciali: puta de citãdo aliquem ſed tũc habebit locũ pœna arbitraria: cùm non ſit taxata à iure. p l. j. §. expilatores cũ ſe. ff. de effr. & expilato.

b Et ſic habes ex glo. ꝙ qui non ſoluit in ære luit in corpore. ſed regula fallit quãdo id puod erat ſoluendũ non debebatur ex pœna delicti: ſed fortè ex contractu. Itẽ fallit in nobilibus, vel aliãs honeſtis perſonis. Itẽ nõ lẽte eo nec petente cui pœna pecuniaria erat applicanda. Item fallit in pœna extraordinaria: puta mulcta. Item fallit in minimis traſgreſsionibus, vt hic per doc.

c Iſtam primam partẽ ſequitur Ia.

d Niſi ex magna cauſa Nic. Fa. Ang. & Ia.

e Cũ qua ſecũdũ Io. Fa. traſeũt cõmuniter doc. ſed Ia. dicit quòd imò approbant aliam opinionem vt tũc non cõmittatur pœna quæ ratione citationis venit committenda.

f Ab illo verſi. vſque ad ſi. nõ eſt glo. Accurſij ſed additio ſecũdũ Io.

g Nota ꝙ in criminalibus & pœnalibus procceditur de ſimilib. ad ſimilia ſecũdũ ang. hic.

h Idem dicas vbicunque filius in poteſtate poteſt agere contra patrẽ: vt not. per gl. in di cta. l. lis nulla.

i Et in hoc quòd actio in factũ deſcendens ex edicto, de quo in iſto. §. ſit merè pœnalis ex parte actoris & rei: licet doct. antiqui teneãt contra gl. tamẽ Io. Fab. & alij docto. moderni tenẽt cũ gl. vt per Ia. hic.

k Hancim pugnãt do. cùm ſit eadẽ ratio an te ſatiſdationem, quę poſt. ergo idem ius: vt per Bart. in l. prima. ff. de eo per quẽ fa. eſt.

l Iſtam approbant cõmuniter doc.

m Iſta gl. reprobatur quia hæc materia loquitur quã do quis iudiciali auctoritate, imo iuſſu maioris iudicio fuit citatus. l. iij. §. j. ne quis eum qui.

n Diſplicet Ia. & eſt de mente aliorum.

Actiones pœnales prætoriæ ſunt multæ.

betis quòd realium actionum prætoriarum quędam ſunt præiudiciales: de quibus hîc tractat: & quædam non præiudiciales, de quibus dictum eſt ſuprà. Et ponit Iuſtinia. tria exempla in iſto. §. in honore ſanctæ trinitatis de actionibus prætorijs præiudicialibus. Primum exemplum eſt, de actione in rem, per quam quæritur an aliquis ſit liber vel ſeruus ſimpliciter. Secundum exemplum eſt in actione, per quam vendico te in libertũ meũ. hæc enim actio eſt prætoria, & realis, & præiudicialis. Tertium exemplum eſt in actione, qua te dico filium meum eſſe & hæredem: & vendico te in filium: tu autem econtra viriliter te defendis. hæc enim actio ſimiliter eſt realis & prætoria & præiudicialis. Scire tamen debetis, quòd vna iſtarum trium actionum ferè legitimam habet cauſam, id eſt ferè eſt ciuilis: illa ſcilicet qua quæritur, an aliquis ſit liber vel ſeruus. Cæteræ autem duæ, bene ſunt prætoriæ. hoc dicit. Franc.

¶Præiudiciales [a] actiones in rẽ eſſe videntur: quales ſunt, per quas quęritur an aliquis liber, vel libertus ſit, an ſeruus: vel de partu agnoſcendo. ¶Ex quib⁹ [b] ferè [c] vna illa legitimã [d] cauſam habet, per quã quæritur, an aliqs liber [e] ſit. cæterę ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiã capiunt.

¶Dominus rei non poteſt agere ad dandum rem ſuam, niſi contra furem.

¶LIBELLVS IN ACTIONIBVS PRAEIVDICIALIBVS.

¶Hîc loquitur de præiudicialibus actio. Et primò videndum eſt de illa qua quæritur, an aliquis ſit liber, vel ſeruus: & habet locum quando aliquis vendicat ſibi in ſeruum, eum, qui eſt in poteſtate, & poſſeſsione libertatis: vel quando is qui eſt in poteſtate ſeruitutis, vendicat ſibi libertatem. In primo forma ſic libellum: Dico ego a, contra b, quòd licet ipſe b, ſit in poſſeſsione libertatis, eſt tamen ſeruus meus. vnde vendico ipſum in ſeruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. & econtra ſi b, ſit in poſſeſsione ſeruitutis Titij, ſic formabitur libel. Dico ego b, contra c, quòd licet ipſe c, me poſsideat in ſeruitute, ſiue in libertinitate: liber tamen ſum. vnde vendico me in libertatem: & peto me liberum pronunciari: & ipſum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. ¶ Item forma ſic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur an aliquis ſit libertus, vel ingenuus. Dico ego b, contra c, quòd licet ſit in poſſeſsione ingenuitatis, tamen eſt libertus meus: vnde vendico ipſum in libertum, ſiue in libertinitatem: & peto ipſum tanquam libertum meum mihi adiudicari. & econtra ſi c, à b, poſsideatur vt libertus, proponetur ſic libellus: Dico ego c, contra b, quòd licet poſſideat me vt libertum, tamen ſum ingenuus: vnde vendico me in ingenuitatem, & peto me ingenuum pronunciari: & ipſum, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. ¶ Item in illa præiudiciali qua quæritur, an quis ſit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd licet ipſe ſit in poſſeſsione ſui iuris, tamen filius meus eſt: vnde vendico ipſum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. Econuerſo ſic formabitur libellus: Dico ego b, contra a, quòd licet ipſe poſsideat me in filium, tamen dico me non eſſe filium eius: vnde vendico me in propriam libertatem, & peto me non filium eius adiudicari, & ipſum, ne me impediat vti propria libertate vt extraneum, mihi condemnari. Iſtæ autem actio. dicuntur præiudiciales vt hîc, quia præiudicant omnibus alijs actio. vel quæſtio. ſiue criminalibus, ſiue ciuilibus, quia primò quæritur &c. vt. ff. de orig. iur. l. prima & ſecunda. in principio. &. ff. de ordin. cog. per totum.

Præiudiciales actiones quare dictæ.

a ¶PRAEIVDICIALES.] Pro conſtanti ponit, quòd hæ prætoriæ ſunt: cùm in tractatu prætoriarum ponantur. & ſunt in rem: quia res petitur & vendicatur. Vnde quæritur, quare non poſuit has ſuprà inter reales prætorias? Reſpon. quia [a] quædam de eis eſt ciuilis: vnde eius occaſione & de cæteris hîc dicere reſeruauit. & ſunt tres. Prima eſt, per quam quæritur, an aliquis ſit liber, ſubaudi vel ſeruus. Secunda, an aliquis ſit libertus, ſubaudi vel ingenuus. Tertia eſt de partu agnoſcendo: per quam quæritur, an quis ſit filius vel non: vt omnia conſequatur quæ filius à patre conſequi debet. Aliâs autem agitur de partu agnoſcendo propter alimenta tantùm: & tunc filiationi non præiudicatur: quia ſummatim quæritur: vt. ff. de liber. agnoſc. l. prima. §. Iulianus. &. l. ſiquis à liberis ali. §. ſi vel parens. &. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. l. ſi iudex. licet videatur contra. C. de ordi. cogn. l. ſecunda. §. fina. ſed dic vt ibi. Sed dicunt quidam, & malè, quòd tantùm duæ ſunt: & de duabus primis faciunt vnam hoc modo: an aliquis ſit liber, id eſt ingenuus vel libertus. & hæc vna. Aliam verò de partu agnoſcendo non mutant. Sed prima opinio verior eſt: cùm ſit commodius ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: vt ſuprà quib. modis teſtamen. infirme. §. alio autem modo. item quia poſtea dicit, cæteræ verò &c. & ita loquitur de pluribus excepta vna [b]. In prima ergo vbi quæritur an ſit liber vel ſeruus: dico quòd ſiue ſeruus agat contra dominum, dicens ſe eſſe liberum: ſiue econtra dominus contra ſeruum: & ſeruus ſit in poſſeſsione libertatis: quòd hæc actio in rem quæ intenditur, eſt præiudicialis: vt. ff. de liber. cau. l. liberis. §. final. Idem dico, ſiue patronus vendicet libertum in libertinitate: ſiue libertus ſe vẽdicet in ingenuitatem: vtraque eſt præiudicialis: vt. ff. ſi lib. ingenuus eſſe di. l. fina. in princip. &. §. fina. Intenditur etiam hoc caſu officium iudicis: vt. ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. in princip. &. ff. ſi li. inge. eſſe di. l. prima & ſecunda. &. ff. de rei vendi. l. prima. §. primo. Idem dicas in tertia: vt ſiue agat pater petendo filium in filiationem, vel filius dicat ſe non filium: erit præiudicialis & directa hinc inde. Sed quidam dixerunt, quòd directa datur patrono, parenti & domino: ſed illa quæ datur liberto, filio & ſeruo, eſt contraria: quod nulla lege cautum inuenitur, licet aliæ quædam inueniantur directæ, & contrariæ, vt mandati, depoſiti, & ſimiles [c]. Sed qualiter formantur libelli in his? Reſpon. ſic. Peto Ioannem in filium meum iudicari, vt mihi patri debitam præſtet reuerentiam, & alia quæ patribus à filijs debentur. & idem in patrono. & extunc lata ſententia alimenta patri & patrono præſtabuntur: vt ff. de liberis agnoſcendis. l. ſi quis à liberis. in principio. &. §. ſolent. quia ſententia pro veritate accipitur: vt. ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicommiſ. l. j. In ſeruo & domino ſic: Peto in ſeruum meum talem pronunciari: quia eum meum dico. Econtra ſeruus, vel libertus, vel filius dicet: Peto me non inquietari à Titio, qui me in ſeruum, vel libertum, vel filium tenet, quia me tali vinculo non ſubeſſe dico: vt. C. de ingenuis manum. l. diffamari. Vel ſic: Peto vt ingenuus, vel liber, vel non filius pronunciet contra Titium: quia ſic ſe rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, quæ petit pater filium in poteſtatem ex iure Romano: cùm ibi tantùm de poteſtate quæratur: hîc autem de filiatione: vt. ff. de rei vendi. l. j. §. j. & hîc dicitur. Item hæc prætoria, vt hîc: illa ciuilis. Quibus autem modis filius poſsit peti, diximus. ſ. de patria poteſtate. §. ius autem poteſtatis. Item quare dicũtur præiudiciales? Reſpond. ſecundum quoſdam, quia in modum exceptionis proponuntur [d]: & ita præiudicant, vt ſi agas contra me hæreditatis petitione, & ego obiiciam tibi quòd ſeruus ſis defuncti, vel quia ipſe defunctus ſeruus fuit: vt. ff. de petit. hæredita. l. ſiquis libertatem. tunc non poſsit eſſe lis inter nos: vt. ff. de iudic. l. lis nulla. &. ſ. de obligation. uæ ex delic. §. ij qui etiã. & facit pro hac ſententia. C. de ordin. cogn. l. j. & de petitiõ. hæredita. l. liber. &. ff. ſiquis ingenuus eſſe dicatur. l. finali. Alij dixerunt ideo dici præiudiciales, quia ſententia lata ſuper his, fit præiudicium omnibus aliis quæſtionibus: vt. ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. &. ff. de liberis agnoſcendis. l. j. §. finali. &. l. ij. Sed certè ſecundum hoc etiam querela inofficioſi teſtamenti dicitur præiudicialis, quia præiudicat aliis quæſtionibus: vt. ff. de inofficioſo teſtamento. l. Papinianus. §. finali. Sed contra hanc ſententiam eſt. ff. de liberali cauſa. l. ſi ſeruus. Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus: vel colluſio ibi fuit [e]: Vel dic ſecundum Ioan. quòd præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæſtiones quæ interim inter eas perſonas mouentur, debent ſilere: vt. C. de ordine cognition. l. j. &. iij. &. ff. de liberali cauſa. l. ordinata. & ad hoc facit optimè. ff. de noxa. l. penultima. j. reſpon. Niſi eſſet talis cauſa, quæ ageretur etiam ſi conſtaret eum fore ſeruum: quod eſt quandoque: vt. ff. de iudi. l. vix. Sed ſecundum hoc cùm quæritur inter patronum & libertum de libertinitate: non eſt hæc quæſtio præiudicialis, cùm aliæ quæſtiones interim inter eos poſsint exerceri, venia tamen petita: vt. ſ. eodem. §. & in eum. Sed dic, quòd illæ quæſtiones quieſcunt, quæ non competerent, ſi conſtaret eum eſſe libertum: vt. ff. de in ius vocando. l. ſed ſi hac. §. penultimo & finali. Item quid ſi nulla alia quæſtio mouetur? nonne tunc iſtæ dicuntur præiudiciales, cùm non habeant cui præiudicent? Azo dicit quòd non. Sed Ioann. contra. Inſpicitur enim aptitudo, quia habilis eſt eſſe præiudicialis, ſicut Auguſtus dicitur, licet non ſemper augeat: vt. ſ. in rubrica proœmij. Item nunquid ſunt plures præiudiciales, niſi hæ tres? Reſpondeo ſic [f], vt hæreditatis petitio. nam & tunc ceſſant omnes aliæ quæſtiones, donec iſta intenditur: vt. ff. de petitione hæreditatis. l. ſiquis libertatem. &. l. diuus. in fine. licet hodie contrarium ſit: vt. C. de petitione hæreditatis. l. finali. §. j. &. ij. Item quo iure adſcriptitij, coloni, cenſiti, & ſimiles petuntur? Reſpondeo, vtili præiudiciali, non directa: & ipſi coloni ſe petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideo vtili, quia liberi ſunt: non ſerui: vt in authentica de ſanctiſsimis epiſcopis. §. adſcriptitios. &. §. ſi ſeruus. collatio. ix. Item ideo præiudiciali, quia parum à ſeruis diſtant quo ad ſeruitia quæ facere debent: vt C. de agricolis & cenſitis. l. ne diutius. libro. xj. Sed alij dicunt quòd officio iudicis petuntur & petunt: vt. C. in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſũt. l. j. libro. xj. Sed certè officium iudicis non poteſt locum habere ad futuras præſtationes [g], vt. ff. de vſuris. l. j. Alij dixerunt habere locum negatoriam & confeſſoriam vtilem: & quæ datur directa in ſeruitutibus aliis: hæc vtilis hîc detur: quod nihil eſt [h]. Item ſiquis ad aliqua annua ſeruitia teneatur: quo iure petitur, vt condemnetur, vt præſtet in poſterum, & ipſe quo iure petit abſolui? Reſpondeo, ſatis puto quòd iudicis officio hoc fiat: ſiue promiſſa fuerint hæc ſeruitia, ſiue ex conſuetudine debeantur hæc ſeruitia, ſiue ipſa præſtita longo tempore ex promiſsione petuntur: vt ff. de vſuris. l. cùm de in rem verſo. quæ promiſsio probabitur ex longo vſu [i], vt ibi. ADDITIO. Et nota quòd verba ſententiæ, condemno te ad ſoluendum par caponum tali domino omni anno, ſecundum quòd tui anteceſſores fecere: nullam penitus conditionem faciunt, ſed condemnatus ſimpliciter tenetur: vt per Barto. in. l. eum qui. §. Iulianus. ij. ff. de conſtitu. pecu. & in extrauag. ad reprimendam. in verſic. prout.

b ¶EX QVIBVS.] ſcilicet tribus præiudicialibus quæſtionibus. Accurſius.

c ¶FERE.] ferè ideo dicit, quia in ciuilibus quæſtionibus quatuor conſiderantur, ſcilicet actor, reus, iudex, & ipſa res. Hîc autem eſt idem qui conuenit & conuenitur, & res. Vel ideo quia prætor introduxit de partu agnoſcendo: & à ſenatuſconſulto confirmatur.

d ¶LEGITIMAM.] ſcilicet de iure ciuili.

e ¶LIBER SIT.] ſubaudi vel ſeruus.

a Iſta ratio communiter reprobatur: quia ſecũdũ hoc deberet poni. ſ. in tractatu ciuilium & ſic poſt. §. ſed iſte.

b Hanc approbant omnes: quia pluralis locutio non poteſt eſſe cõtenta minori numero quã duobus. l. vbi numerus ff. de teſti.

c Hæc gl. cõmuniter approbatur licet poſteà ſit ſibi cõtraria, ibi: item quo iure aſſcriptitij. &c.

d Hęc opi. ſecũdũ Iaſ. non eſt vera: quia quocũque modo proponantur, ſemper ſunt præiudiciales.

e Hęc opi. reputatur à doc. deriſoria.

f Imò non ſũt niſi tres, capiẽdo prę iudicialem inquantum præiudicat perſonæ. Ia. & eſt de mente aliorum. Coloni aſſcriptitij, & ſimiles quo iure petuntur.

g Niſi ratione præſentis iuris. & dũ gl. dicit ꝙ non cõpetit offic. iudi. in hoc reprobatur: quia imò pro iſtis aſſcriptitijs & cẽſitis cõpetit officium iudicis.

h Imo. Io. Fa. & Ia.

i Si allegetur tit. efficax. Bal. & Placen.

Sũmarium.

¶SIC ITAQVE.¶ Aduerte diligenter quòd hic.§.difficilis ſic clarè poteſt ſummari.Actor pro re ſua non poteſt intentare actionẽ perſonalem ad dandum contra aliquos,niſi contra fures: contra quos omnis condictio degenerat.Sic de claro:quia condictio non competit,niſi quando dominiũ eſt translatum.ſed in furem dominium rei ſubtractæ non transfertur:& tamen condictione furtiua ipſe tenetur.igitur condictio degenerat. Ex hoc habes, quòd nemo poteſt cõdicere rem ſuam præterquàm à fure. Vel ſic & clariſsimè ſummatur. Qui debet intentare actionem realem, nõ poteſt intentare perſonalẽ: cùm ſint diſtinctæ. h.d.

Diuiſio.

¶Et diuidit iſte.§.principaliter in tres partes. Primò ponit regulã generalẽ illatiuã ex præcedentibus, ſecũdum gl. ſed ſecundum doct. epilogatiuam. Secundò ponit vnam fallentiam,ibi, Planè. Tertiò naturam actionum realium & perſonalium, & earum differentias,ibi,Appellamus. Itẽ prima ſubdiuiditur, quia primò ponitur quædam illatio ſeu epilogatio ex ſupradictis.Secũdò ponit rationes.ſecũda ibi, Nec enim.¶CASVS.Inter omnes principales diuiſiones actionum, hæc principalior eſt,ſcilicet ꝙ actiones aut ſunt in rem,aut in perſonã.Hæc enim diuiſio locũ habet in iure ciuili,& in iure prætorio.Cùm igitur ſuperius dictũ ſit,ꝙ actiones quædã ſunt in rem,& quædã in perſonã:& etiã quædã ſunt reales,& quædã perſonales:& hoc ſiue ſint ciuiles,ſiue prætoriæ:ſic itaq; diſcretis & diuiſis actionibus.ſ.ꝙ quædam ſunt in rem,& quædam in perſonã:neceſſariũ eſt naturã vtriuſq; videre.Natura autẽ actionis realis eſt,vt per eam petat aliquis rem ſuam ſibi reſtitui.Iſta autem natura realis non tãgitur hîc,niſi in ſi.§.quaſi incideter: vbi dicitur qualis ſit aduerſus eos hæc in rem actio,per quam aliquis rem ſuã petat.Natura autem actionis perſonalis eſt,vt per eam petat quis rem alienã ſibi dari. Certũ eſt ergo aliquẽ non poſſe petere rem ſuã per actionẽ perſonalẽ,per quã perſonalem dicat aduerſariũ dare oportere:quia quod meũ eſt, meũ amplius fieri non poteſt.ſed dare eſt accipiẽtis facere.quare non poteſt aliquis agere ad rem ſuã petẽdam actione perſonali quia intẽdit aduerſariũ ſuũ dare oportere.Hoc verũ eſt cõmuniter loquẽdo: in quibuſdam tamen caſibus poſſum petere rem meã per actionẽ perſonalem:vt patet in cõdictione furtiua.quãquam enim hoc regulariter ſit verũ,ꝙ actione perſonali,non poſſit quis rem ſuã petere:in odium tamẽ furti eſt ſtatutum cõtrarium in hoc caſu:vt ſcilicet cõtra fures actio ad petitionẽ dupli,ſi quidem ſit furtũ non manifeſtum:vel ad quadruplum,ſi ſit manifeſtum: competat domino ad rem ſuam recuperandam condictio furti:quæ eſt perſonalis actio:non obſtante quòd dominus rei eſt,& eam poteſt vendicare. Fran.

† Concor. cũ hoc tex. c.inter dilectos. ante ſi. ibi, cùm iura legum. cũ gl. ſuper verb. quod meũ. extra de fi. inſtr. & gl. iij. c. ſi diligenti. ſu per verſ. iu ſtꝰ tit. poſt principium ibi, & quod meum eſt, extrà de de præſcri.

odio furis. Aretinus.

¶ Sic itaque [a] diſcretis actionibus, certum eſt non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, Si apparet eum dare oportere. ¶ Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet[b]: quia ſcilicet dari cuiquã id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat. nec res quæ iam actoris eſt, magis[c] † eius fieri poteſt. ¶ Planè [d] odio furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, vt extra pœnã dupli, aut quadrupli, rei recipiendæ

¶LIBELLVS IN CONDICTIONE CERTI GENERALIS.

¶ Hîc tangitur de condictione:& primò dicendum eſt, quòd eſt quædam condictio certi generalis,quæ datur pro omni eo quod debetur:vt.ff.ſi cer. pet.l.certi.& in ea forma ſic libellum: Dico ego t,contra l,quòd ipſe mihi debet equum ex cauſa emp.vnde proponendo contra ipſum condic.certi, peto eundem l,ad traditionem equi ex cauſa præmiſſa mihi condemnari. Eodem modo forma libellum in iſta generali condic.ſi ex aliqua alia cauſa tibi certum debeatur.

¶LIBELLVS IN CONDICTIONE CERTI SPECIALIS.

¶Item ſunt aliæ condi.ſpeciales:vt cõdictio certi ex mutuo:cõdic.certi ex ſtipula.cõdi.indebi.ſine cauſa: & ſimiles, in quibus formatur libellus ſicut in generali cõdictione.ſed tantũmodo in condictionibus generalibus aſsignatur cauſa:quia alicui non datur aliqua condictio ex re ſua,ſed tantùm pro eo quod debetur ex cauſa alia, niſi ex cauſa furtiua. Illa enim pro re ſua tantũmodo datur cõtra furẽ,& eius hæredẽ:& eſt ſpeciale in ea vt pluribus actio.teneatur fur:vt in hoc.§.ſic itaq;.& ff.vſufru.quemad.ca.l.ſi.

a ¶SIC ITAQVE.] formatur hoc itaque ex illa diuiſione quæ fit.ſ.e.§.j. quaſi dicat,dictum eſt quæ ſunt in rem actiones,& quæ in perſonam. itaq; ſic eis diſcretis,id eſt ſeparatis & diuiſis, patet ꝙ hæc regula eſt vera: quia perſonalis actio quæ competit ad dandum,nõ competit pro re ſua alicui: vt hîc.Ideo dixi,ad dandum:quia ad tradendũ bene poteſt dari actio perſonalis:vt commodati,depoſiti,& ſimiles.& ita eſt vis inter dare & tradere,vt hîc ſubijcit,& ff.de act.emp.l.ex empto. in princi. & ff.de verborum obligatio.l.vbi autem.in fine.& l.ſi rem tradi. & l.nemo. & quod ſubijcit, ſi apparet,id eſt quia apparet eum dare oportere.& ita agitur in perſonam, vt aliquid detur.Sed quidam dicunt,vt P.quòd hæc verba, ſi apparet eum dare oportere,ſunt nomina cuiuſdam actionis.Accur. ADDITIO. Dic quòd iſtud quod hîc dicit gloſſ.ſecundum Pla.nihil eſt dicere,ſed text. vult dicere,ſi apparet,id eſt ſi agat dare oportere: quia medium concludendi non debet eſſe iſtud,ſed ad tradendum vel conſtituendum: vt dicit gloſſ.Ange.

Actio ad dandum & ad tradẽdũ differunt.

b ¶OPORTET.] id eſt oportet ꝙ non detur.eſt enim impoſsibile ꝙ detur, vt ſubijcit:quia dare eſt accipientis facere:vt ſubijcit,nec res quæ &c.

Dare eſt accipientis facere.

c ¶MAGIS.] Sed opponitur:pluries deberi poteſt:vt.ff.de except.rei iudica.l.& an eadem.§.actiones.in fine.§.ergo pluries dominium poteſt fieri meum.Sed non ſequitur.nam licet pluries debeatur,tamen ſemel facta ſua non debet plus fieri ſua:vt ibidem dicitur,& ff.de acquirenda poſſeſsione.

Meum amplius meum fieri non poteſt.

l.iij.§.ex pluribus.& ſ.de leg.§.ſed & ſi rem legatarij.niſi iterum deſineret eſſe ſua:vt.ff.de verb.obli.l.ſi rem meam.

d ¶PLANE ODIO.] Sed in quo vertitur iſtud odium?Reſp.[a]quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos,& graues viros:vt.ff. de obſe.à lib.& liber.l.honori.licet non infamia iuris:vt.ff.de actio.& obli. l.ceſſat.ſed in rei vendicatione, neque de facto,neque de iure infamatur. Item multa veniunt in condictione furtiua, quæ non veniunt in rei vendicatione: vt quia interitu rei non liberatur[b]: ſed in rei vendicatione ſic: vt ff.de condi.fur.l.in re.& ideo malum eſt furi, ꝙ etiam hac actione teneatur. Item ſicut prodeſt alicui plures habere reos debitores: vt ff. de libe. lega. l. ſi quis decedens.§.ſi.& habere plures actiones,vt.ff. de lega. ij. l. cùm filius. §.variis.ita econtra debet ei nocere ſi pluribus teneatur actionibus:licet etiam nulla alia ſit vtilitas.Item nunquid vna tollitur per aliam? Dic quòd ſic: vt. ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. §. furti. Accurſius.

a Iſtã glo. ſequitur Ia. & eſt de mente aliorum.

nomine fures etiam hac actione teneantur, Si appareat [c] eos dare oportere: quamuis ſit aduerſus eos etiam hæc in rem [f] actio, per quam rem ſuã quis eſſe petit.

¶Actiones reales competunt ad vendicandum:perſonales verò, ad dandum, vel faciendum. Et dicuntur abuſiuę condictiones:à condicendo,id eſt denũciando. Aretinus.

¶ Appellamus aũt in rẽ quidẽ actiones, Vẽdicationes[g]: in perſonã verò actiones, quibus [h] dare, aut facere

b. Odio furis:quia ſeperſur dicitur in mora & moroſus interitu rei non liberatur. Iaſ.

e ¶SI APPARET.] id eſt quia apparet eos &c.id eſt dicere,actione in perſonam.Sed videtur hoc ſtare non poſſe:nam certum eſt eum qui agit, dominum fuiſſe:ergo & nunc eſt:quia ſine facto ſuo dominium ab eo diſcedere non potuit: vt. ff. de regulis iuris. l. id quod noſtrum. &. C. de probationibus. l. ſiue poſsidetis. ergo non poteſt agere vt ſibi detur quod eſt ſuum: & tamen hîc dicit quòd ſic. Sed dic relationem eſſe faciendam ad genus, non ad ſpeciem:quaſi dicat ea actione per quam aliâs agitur ad dandum: ſcilicet perſonali. ſed hîc non ad dandum intenditur. Et ita eſt mirabile quòd rem meam per perſonalem actionem peto reſtitui: aliâs contra: vt. ff. quemadmodum vſuſfructus ca. l.finali.& ff.de condi.indebi.l. ſi vrbana. ſed eſt ſpeciale: vt hîc dicitur. Vel dic agi etiam ad dandam:ſcilicet poſſeſsionem dandam,quam amiſeram per furtum[c]:vt.ff.de acquirenda poſſ.l.rem quæ nobis.& ff.de condi.tritica.l.ij.

c Iſtæ ſolutiones reprobantur à doctoribus. vide hîc per eos. d Dic ſecũdũ Io.Fab. quòd glo. procedit in malę fidei poſſeſſore cõtrectante rem mobilem: qui ſcienter cõ trectando committit furtum. C. quod cum eo.l.ſi liber tum. & de fur.l.ſi alie nũ. ſed ego intelligo generaliter in omni male fidei poſſeſſore.que rem aliquã detinet ſciẽter contra voluntatẽ domini: quia contra eum poteſt condici & agi ad dandum. l.ſi quis nec cauſam. §. j.Ang.

f ¶IN REM ACTIO.] id eſt rei vendicatio,quæ pro dominio de iure ciuili vel gentium quæſito intenditur:vt.ff.de rei vendi.l.in rem actio.Item no.quòd hic.§.locum habet in quolibet malæ fidei poſſeſſore alienæ rei: non ſolùm in fure:vt.ſ.de rerum diuiſione.§.ſi tamen.& ff.de condi. triti. l.j.in fine.& l.ij.in princ.[d]Interdum etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem datur condictio ratione poſſeſsionis:vt.ff.de condi.inde.l.indebiti.§. ſed & ſi nummi.Sed nunquid etiam rem ſuam poteſt quis etiam à non fure per condictionem ſine cauſa condicere, vt.ff.de condic.ſine cau. per totum? Reſpon.ſecundum quoſdam ibi dicitur condictio actio perſonalis:non tamen talis per quam intendatur vt aliquid detur.Alij dicunt,quòd ſi alicubi inueniatur condictio,ſine cauſa pro re ſua competere:de vtili intelligẽdum eſt. ADDITIO. Dic ſecundum Ioan.Fab.quòd prima eſt verior:nam per eam non agit dominus ad dandum niſi contra furem,ſupple & malæ fidei poſſeſſorem:vt hîc in gloſſa.ſed ad reſtituendum vel fortè ad poſſeſsionem agi debet,ſecundum Ange.

¶APPELLAMVS AVTEM &c.¶CASVS. Iam dicta eſt natura realium actionum,& perſonalium:quia realis datur ad rem ſuam perſequendam:perſonalis autem ad debitum.Modò quia de realibus & perſonalibus dixerat actionibus dominus Iuſtinia. ad vberiorem earum doctrinam,plus de illis in litera præſenti determinat:& dicit quòd appellamus actiones in rem,vendicationes:& ideo vbi in. C. &. ff. tractatur de realibus actionibus: ab illis qui erant legum compoſitores, intitulatur titul.de rei vend. Actiones autem in perſonam, quibus dare vel facere oportere aliquid intendimus:vocamus condictiones.& ita omnes actiones perſonales de mundo,condictiones poſſunt dici.& hoc erat olim conſonum effectui actionis in perſonam:ſed hodie non eſt ita. In actionibus enim perſonalibus olim fiebant denunciationes:quæ fiebant per verba ſolẽnia in actione perſonali tantùm:& quicunque cadebat à ſyllaba, cadebat à cauſa. Aliis modis exponitur iſta denunciatio in notula.Sed hodie ceſſant iſtæ denunciationes:& propterea vocantur abuſiuè actiones in perſonam.h.d.Fran

g ¶VENDICATIONES.] ſiue rerum corporalium,de quibus eſt. C. de rei ven.per totum.& ff.de rei vend.per totum.ſiue rerum incorporalium,de quibus eſt.ff.ſi vſuſfr.pet.per totum.& ff.ſi ſerui.ven. per totum.ſiue ſint directæ,ſiue vtiles iſtæ vendicationes:vt.ff.de publi.per totum.& ff.ſi ager vecti.per totum.

h ¶QVIBVS.] ideo dicit,quibus,quia ſunt & aliæ[e], quibus non intendimus dare facere,ſed reſtitui: vt commodati actio, & depoſiti, & ſimiles: & iſtæ non appellantur condictiones in ſtricta ſignificatione accepto vocabulo: vt hîc dicitur[f]. Vel dic, quòd etiam in actione commodati & depoſiti, & ſimilibus intenditur dari[g]vel fieri,ſcilicet ipſa detentatio rei, quaſi ipſum factum poſsit quis in ſtipulationem deducere:vt.ff. de verborum oblig.l.vbi autem non apparet.§.qui id.quod non fieret niſi aliquid daretur: cùm ſuæ rei nulla ſit ſtipulatio,ſed alienæ tantùm:vt.ſ. de inuti.ſtip.§.j.

e Iſtã glo. tenent Io. Fab. Placẽ. Ang. & Ia. f Hanc ap probãt docto. quia hîc ſemper loquitur ſolũ de actionibus quæ competunt ad dãdum: ſed iſtæ de quibus in glo. competũt ad reddendũ ſeu reſtituẽdũ. l. iij. §. ſi reddita. & l. ſi vt certo. §. rem tibi dedi. ff. commo. g Nihil eſt Fa. Pla. Ange. & Ia.

Condictiones.

oportere intenditur, Cōdictiones [a]. Condicere enim eſt denūciare [b] priſca lingua. Nunc verò abuſiuè [c] dicimus condictionem, actionē in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere. nulla enim hoc tēpore eo nomine denunciatio fit.

¶ Tertia diuiſio actionū eſt, quòd ſunt vel rei perſecutoriæ, vel pœnales, vel miſtæ. hoc dicit. Angelus.

¶ Sequens [d] illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones, rei perſequendæ gratia comparatæ [e] ſunt: quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ [f] ſunt.

¶ Rei perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, & etiam in perſonam ex contractu deſcendentes, excepta depoſiti actione, quæ in quatuor caſibus miſta eſt. Angelus.

¶ Rei perſequendæ cauſa comparatæ ſunt omnes in rem actiones [g],

a ¶ CONDICTIONES.] ſcilicet appellamus,

b ¶ DENVNCIARE.] Dicunt quidam, quòd qui volebant alium cōuenire, primò ſibi denunciare debebant: vt arg. ff. de ſerui. vrba. præ. l. quidam. Sed hoc non placet: quia ex voluntate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit: non neceſsitate. Sed dic [a] ꝙ hæc denunciatio fiebat per magiſtratus, cùm actiones conſtituebant vel dabant: vt. ff. de origi. iur. l. ij. §. omniū. quod eſt hodie ſublatum: vt in fi. huius. §. dicitur, &. C. de formulis. l. j. &. ij.

a Idē Io. Fa. Pla. Ange. & Ia. & eſt ſing. ſecūdū Ang. & Iaſ

Cicero in lib. epistolar. fam. Crassus priusq. abi... ad parthos, condixit in cena ... denunciauit ut ueniret.

c ¶ ABVSIVE.] verè abuſiuè dicitur condictio i. actio in perſonā: quia non bene conſonat nomen rei, quam ſignat: qđ fieri debet: vt. s̄. de dona. §. eſt & aliud.

Diuiſio.

¶ SEQVENS. ¶ Iſte §. vſque ad. §. quædam. diuiditur in duas partes. Primò ponit vnam ſententiam principalium actionum. Secundò declarat eam per exempla. Secunda ibi, Rei perſequendæ. ¶ CASVS. Dicit gloſſator, & malè, quòd hîc ponitur quarta diuiſio. Si enim loquamur de principalibus diuiſionibus, quæ traduntur à prædeceſſoribus noſtris, non eſt niſi tertia principalis. Prima enim fuit hæc: Actionum quædam ſunt in rem, & quædam in perſonam. Secunda fuit hæc: Actionum quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Tertia autem principalis eſt diuiſio iſta. Connumerando autem ſubdiuiſiones præhabitas cum principalibus diuiſionibus, hæc eſt quarta diuiſio. Prima enim fuit hæc, quòd omnis actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Secunda hæc eſt: omnis actio aut eſt ciuilis, aut eſt prætoria. Tertia hæc eſt: prætoriarum alia in rem, alia in perſonam. Quarta hæc eſt: omnis actio perſonalis prætoria aut eſt pœnalis, aut non pœnalis. Quinta hæc eſt: prætoria in rem aut eſt præiudicialis, aut non præiudicialis. Et hæc de qua agimus in præſenti, eſt ſexta. Supponando ergo quòd ſit tertia diuiſio principalis: venio ad caſum, in hunc modum. Poſt duas diuiſiones principales, de quibus ſuprà dictum eſt, ponit hîc Iuſtinia. tertiam diuiſionem principalem, & eſt talis diuiſio. Inter omnes actiones de mundo, quædam ſunt inuentæ cauſa rei perſequendæ: & quædam cauſa perſequendæ pœnæ: & quædam miſtæ, tam gratia rei perſequendæ quàm pœnæ. Rei perſequendæ cauſa inuentæ ſunt omnes reales actiones, & ferè omnes perſonales, quæ ex contractibus naſcuntur: veluti cùm aliquis pecuniam mutuam, vel in ſtipulatum deductam petit. Et de hoc etiam potes habere exemplum in commodato & mandato: etiam pro ſocio: & in actione ex empto & vendito, & locato & conducto. Perſonales quæ ex contractibus naſcuntur, ideo dixi, ad differentiam illarum, quæ ex delictis naſcuntur. Ferè autem ideo dixi, propter quandam actionem perſonalem, quæ ex contractu procedit: & tamen in quatuor caſibus eſt perſecutoria rei & pœnæ. Hæc autem eſt actio depoſiti. Si enim rem meam penes te depoſuerim cauſa incendij, vel ruinæ vel tumultus, vel naufragij: & poſteà non vis mihi eam reſtituere, vel dolum in ea feceris: conueniri potes in duplum. hoc dicit. ¶ Videtur quòd iſta diuiſio ſit eadem cum diuiſione ſuperius habita, quæ eſt, quòd actionum prætoriarum perſonalium, quędam eſt non pœnalis, & quædam pœnalis. Frater, non eſt eadem. hæc enim diuiſio eſt in contractu ciuilium. vnde hîc dicitur, quòd ciuiles quædā ſunt pœnales, & quædam non. Prior autem fuit in contractu prætoriarum, & ſic non eſt vna & eadem cum altera. Item ſcire debes quòd actiones miſtæ dicuntur duobus modis. Vno modo dicitur actio miſta, quæ continet rem & pœnam. & de tali miſtione loquitur hîc. Alia enim miſtura eſt, quòd quædam actiones dicuntur miſtæ, quia ſunt in rem & in perſonam. Et de illa miſtione habes. j̄. eo. §. quædam. hoc dicit. Franciſ.

d ¶ SEQVENS.] Hæc eſt tertia diuiſio actionum in hoc titulo. Accur.

e ¶ COMPARATAE.] id eſt adinuentæ.

f ¶ MISTAE.] Sed nonne quædam ſunt, quæ nullum horum habent? vt ſi ago ne quid fiat in loco ſacro, vel ſancto, vel ſi factum eſt, vt tollatur: & aliæ ſimiles, quæ neque ad rem, neque ad pœnam, neque miſtim ſe habent, ſed vel ad rei reuerentiam, vel ad publicam vtilitatem dantur? Reſpon. ſatis ad rei perſecutionem, ſcilicet diuinæ rei vel publicæ pertinent: cuius nomine agere videor, vel etiam meo nomine [b], cùm cuiuslibet interſit Deum venerari: vt. C. de hæreti. l. iiij. Accur.

b Iſta glo. bene dicit: & cum ea tranſeūt cōmuniter doctō. hîc.

Diuiſio.

¶ REI PERSEQVENDAE. ¶ Iſte. §. diuiditur in quinque partes. Nam primò, ponit de actionibus rei perſecutorijs. Secundò de actionibus miſtis ex contractu deſcendentibus. Tertiò ponit vnam regulam vel ſummulam in actionibus ex maleficio deſcendentibus. Quartò illud per exempla declarat. Primò ponendo de actionibus pœnalibus. Secundò, de actionibus miſtis. Secunda principalis eſt in verſic. planè. Tertia in. §. ex maleficijs. Quarta in. §. pœnam. Quinta in verſi. ſed & legis.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE EX STIPVLATV.

Hîc tangitur de actio. ex ſtipulatu: & hæc datur, quando aliquid incertum promittitur: vt ſuprà de verborum obligation. in principio. & formatur ſic libel. Dico ego a, contra b, quòd ipſe promiſit mihi facere domum per ſtipulationem: & quia non fecit, propono contra ipſum actio. ex ſtipulatu, & peto ipſum ad intereſſe meum (quod æſtimo decem) mihi condemnari. Iſtius libelli formatio poteſt elici ex. l. ſi quis ab alio. §. ſi quis. ff. de re iudica. Et licet nomen act. non ponatur in libello, ſufficit tamen ponere caſum, hanc ſcilicet, quia domum per ſtipulationem mihi facere promiſit, & non fecit.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE COMMODATI.

¶ Item in actione commodati, de qua hîc, formatur ſic libellus: Dico ego m, contra a, quòd ego accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: vnde proponendo actio. cōmodati contra eum, finito vſu ad quem codex fuit accommodatus: & peto eundem a, ad reſtitutionem codicis mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actio. quam ſufficit proponere, hæc: Quia accōmodaui ſibi codicē meū ad ſcribendum: & vſus finitus eſt.

¶ LIBELLVS IN ACTIOME DEPOSITI.

¶ Item in actione depoſiti, de qua etiam hîc, formatur ſic libellus: Dico ego t, contra l, quòd ego depoſui penes eum Digeſtum meum. vnde proponendo contra eundem l, actio depoſiti, peto ipſum ad reſtitutionem Digeſti mei mihi condemnari. & erit cauſa in iſta act. quam ſufficit proponere, talis, quia depoſui. Et aduerte, quòd datur in ſimplum act. depoſiti, niſi in his caſibus, ſcilicet quando depoſitum eſt cauſa incendii, tumultus, ruinæ, & naufragij: in quibus caſibus ſi depoſitarius inficietur, tenetur ad duplum: vt hîc in verſi. planè. &. ff. depoſi. l. j. Et formatur ſic libellus: Propono ego l, contra t, quòd ego ob timorem incendij Digeſtum meum apud ipſum depoſui: & quia inficiatur depoſitum: proponendo contra ipſum act. depoſiti: peto eundem t, mihi in duplum condemnari. Et erit cauſa in hac actio. quia depoſui apud ipſum rem, & ipſe inficiatus eſt. Item eodem modo forma libellum, quando petitur in aliis quatuor caſibus, ſcilicet quando cauſa tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij depoſitum eſt.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE MANDATI.

¶ Item in actione mandati, de qua etiam hîc, formatur ſic libellus: Dico ego t, contra s, quòd ego ſibi mandaui, vt emeret mihi equum: & ille ſuſcepit mandatum, ſed illud non impleuit: propter quod damnificatus ſum ad valorem decem librarum: & tantum æſtimo intereſſe meum. vnde proponendo contra ipſum actio. mandati, peto eundem s, in decem libras nomine intereſſe mihi condemnari. Iſta enim actio tunc demum cōpetit, quando recipit intereſſe. ad intereſſe enim datur: vt. ff. mād. l. ſi procuratorem. §. mandati actio.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE PRO SOCIO.

¶ Eſt & actio pro ſocio, de qua etiam in hoc. §. & habet locum quando ſocietas inter aliquos contrahitur conſenſu: vt. ff. pro ſo. l. vt ſit. & naſcitur finita ſocietate: vt. C. eo. l. tandiu. & formatur libellus ſic: Dico ego t, quòd s, & ego iniuimus ſocietatem emendi vinum vſque ad centum libras. vnde cùm ipſe ſocius nomine ſocietatis tantum de vino emerit, peto partem vini deducto capitali mihi adiudicari, & ad reſtitutionem dictæ partis ipſum mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actio. talis, quia contraximus ſocietatem. & ſimiliter datur propter dolum, vel culpam ſocij: vt. ff. pro ſocio. l. nemo. &. l. ſequen. &. C. eod. l. iiij.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE EX EMPTO.

¶ Item etiam hîc agitur de actio. ex empto: in qua ſic forma libellum: Dico ego t, contra s, quòd ego emi equum ab eo pro. x. libris. vnde proponendo contra ipſum actio. ex empto, peto eundem ad reſtitutionem equi mihi condemnari. Ex parte autem venditoris petitur ſic: Dico ego s, contra t, quòd ipſe debet mihi decem ex venditione talis equi, quem ſibi vendidi, & tradidi. vnde proponendo contra ipſum act. ex vendito, peto ipſum t, in illis decem libris mihi condemnari. Et erit cauſa in hac actio. talis: Quia vendidi & tradidi.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE LOCATI.

¶ Eſt & finaliter actio locati, de qua hîc: in qua ſic forma libellum: Dico ego b, contra c, quòd ego locaui ſibi domum talem vſque ad annum pro mercede decem librarum conſtituta mihi, & promiſſa ab eodem c, vnde proponendo contra ipſum actio. locati, peto ipſum in decem libras mihi condemnari. Et econtra conductor proponet hoc modo: Dico ego c, contra b, quòd ego conduxi talem domum ab eo pro mercede decem librarum ſibi promiſſarum. vnde proponendo contra ipſum actio. ex conducto, peto eundem b, vt domum conductam ad habitandum mihi tradat, condemnari.

g ¶ IN REM ACTIONES.] ſcilicet, quæ decem ſunt: vt diximus. s̄. e. §. item Seruiana. Sed certè videtur quòd ſunt omnes pœnales. nam in eis iuratur in litem: vt. ff. de rei vend. l. qui reſtituere. &. ff. de in lit. iuran. l. in actionibus. Sed dic quòd illud ſcilicet iuramentum in litem non fit iure actionis, ſed officio iudicis: vt. j̄. eodem. §. præterea. in fine. §. vnde non dicuntur pœnales. Alij tamen dicebant [c] quòd ideo non dicebantur pœnales, quia non originaliter illud fit quòd creſcant per ſacramentum in litem, ſed ex contumacia: vt. ff. de in lit. iur. l. j. & ideo magis attendebant quod naturaliter erat, quàm quod incidenter. Sed certè actio depoſiti in

Iuramentū in litem p̄ſtatur in actionibus realibus.

c Idē Ange. & Ia.

quatuor caſibus ab initio eſt rei perſecutoria:& tamē dicitur pœnalis inſpecto quod creſcit ex contumacia:vt infra proxi.&.j.eodem.§.quadrupli, aliâs.§.at ille.vnde primam reſponſionem approbo. *ADDITIO.* Secundum doc.hæc gl.videtur aduerſari gl. magnæ poſitæ in.§.pœnales. in verſi.item aduerſus.in prin.ſ.eo.quæ videtur cōcludere, ꝙ ibi illa actio dicatur pœnalis, quia iuratur in litem. & tamen ſecundum eos conſtat ꝙ illud iuramentum venit offi.iudi.ſicut in qualibet alia actione.& dicunt hanc gl.eſſe veriorem.

Earum verò actionū, quæ in perſonam ſunt,eæ quidē quæ ex cōtractu naſcūtur,ferè[a] omnes rei perſequendæ cauſa comparatæ videntur:veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit[b] actor: item cōmodati,depoſiti,mādati, pro ſocio,ex empto,vendito,locato,conducto[c]. ¶ Planè ſi depoſiti agatur eo nomine,quod tumultus,incēdij,ruinæ,naufragij cauſa depoſitum ſit: in duplum[d] actionem prætor reddit:ſi modò cum ipſo apud quem depoſitū ſit,aut cū hęrede eius de dolo ipſius[e] agitur:quo caſu miſta eſt actio.

¶ Actionum deſcendentium ex maleficijs,quædā ſunt perſecutoriæ pœnæ tantùm:quædā miſtæ tam rei,quàm pœnæ. primū per vnum,vltimum per tria exēpla declarat. Aretinus.

a ¶ FERE.] ferè dicit ꝓpter actionem ex ſtipulatu,per quam pœna petitur, nec inſpicitur quid interſit:vt ſuprà de inuti.ſtipula.§.alteri: ſecundum quoſdam.quod eſt falſum[a]: imò propter actionē depoſiti in quatuor caſibus: vt.j. ſubijcit.Item propter actionē redhibitoriam, quæ datur in duplum, aduerſus venditorem, qui neque pretium, neq; acceſsiões ſoluit:vt.ff.de ædil.edic. l.redhibitoria.

a Quia ibi loquitur de pœna cōuētionari: hic de legali. Ang.& Ia.

b ¶ PETIT ACTOR.] ad vtranq; autem[b], ſcilicet ad mutuā,& ad eam pecuniam,quæ in ſtipulatum deducta eſt,certi condictio datur:vt.ff.ſi cer. pet.l.ſiquis certum.&.ſ.de verb.obli.in prin.ita ꝙ ad mutuum detur condictio ſpecialis de mutuo:vt.ſ.quib.mo.re cō.ob.in princ.ad pecuniam deductam in ſtipulationem detur condictio certi generis, ſi certum ſit: vt.ſ. de verbo.oblig.in prin.

b Glo. ſequūt.Ang. & Ia.

c ¶ CONDVCTO.] ſed nonne omnes iſtæ dantur ad intereſſe etiam, quod eſt extra rem:vt.ff.de act.emp.l.j.in prin.ergo peto aliquid quod tibi non abeſt.ergo ſunt pœnales[c]. Sed dic tribus modis dici actionē pœnalem[d]. Primò illa quæ hincinde eſt pœnalis:vt furti,& ſimiles:quando peto quod mihi non abeſt,& quod tibi non adeſt:& hoc modo acceptæ dicuntur hic iſtæ non pœnales.Secundò quando eſt pœnalis ex parte vna,ſcilicet ex parte rei tantùm:quod eſt vbicunque actoris intereſſe excedit id quod reo adeſt.& in hac ſignificatione actiones iſtæ dicūtur pœnales,ſcilicet ex empto,& ſimiles:& etiam rei vēdicatio,quādo in litem iuratur. Et ꝙ inſpecta perſona rei tantùm pœnales dicātur,probatur.ff.de eo per quē fac. erit.l.j. §.ſi plures.&.l.fi.ſ.eo.§.pœnales[e]. Tertiò dicitur pœnalis inſpecta perſona actoris tantùm:vt ſi accepiſti ab aliquo aliquid vt me accuſares per calumniam.nam repeto,licet nihil mihi abſit,à te ſcilicet cui adeſt: vt probatur.ff.de calum.l.& generaliter.§.illud erit notandum.

c Dic ꝙ illud intereſſe non venit iure actionis,ſed officio iudicis.Fab. Ange.& Ia.

d Magiſtralis gloſ. ſecūdū Ange.hîc.

e Iſtā glo. impugnant Io. Fab. & Ia.hîc. Eſt enim ridiculū ꝙ actiones enumerate cæteræ bonæ.fi. ꝓpterea ꝙ in eis iuretur in litem ſint pœnales: ꝓpter ea quæ habentur. ſ.in dicto. §. pœnales in gl. magna. in ver. item aduerſus.in princi.

d ¶ IN DVPLVM.] ſcilicet ſi reus inficietur:vt.j.eo.§.ſed furti.Accur.

e ¶ IPSIVS.] ſcilicet hæredis.ex ſolo enim defuncti in ſimplum tantùm: vt.ff.depoſi.l.j.§.j.Et ratio quare in his quatuor caſibus datur in duplum, & in alijs in ſimplū,eſt:quia hîc ex neceſsitate deponitur:nec potuit præuidere apud quem deponeret:vt.ff.depoſi.l.j.§.merito.

¶ EX MALEFICIIS. ¶ *CASVS.* Iam vidiſtis vnam diuiſionem in qua cauetur,quòd actiones aut ſunt introductæ rei perſequendæ cauſa:aut pœnæ tantùm:aut ſunt miſtæ.& de illis quæ ſunt introductę tantùm rei perſequendæ cauſa,iam habuiſtis: quæ ſunt omnes reales actiones:& ferè omnes perſonales,quæ deſcendunt ex contractibus. Modò vult tract. de actionibus procedentibus ex delictis:quarum quædam ſunt pœnæ perſecutoriæ tantùm, & quædam rei tantum, & quædam miſtæ tam pœnæ quàm rei. & ſic proſequitur partes illas primæ diuiſionis hîc poſitæ in.§.ſequens illa diuiſio. Et primò tractat de actionibus ex maleficijs procedentibus pœnam tantùm perſequentibus. & de hoc ponit vnum exemplum,ſcilicet in actione furti.Si enim agatur actione furti manifeſti ad quadruplum, ſiue non manifeſti ad duplum, totum duplum vel quadruplum eſt pœna:quia propter iſtam actionem competit domino rei vendicatio ad rem ſuam vendicandam,ſiue ille fur rem ſuam poſsideat, ſiue aliquis alius.& præter hoc datur condictio furtiua contra furem. & ſum in verſicu.Vi autem bonorum rapto.In ſuperioribus dictum eſt de actionibus deſcendentibus ex delicto,quæ perſequuntur pœnam tantùm: modò videndum eſt de illis actionibus quæ proficiſcuntur ex delictis, & ſunt miſtæ tam rei, quàm pœnæ.Et de hoc ponit duo exempla. Primum eſt in actione Vi bono.rapto.quæ datur intra annum ad quadruplum: & de illo quadruplo triplum eſt pœna:& ſimplum pro rei perſecutione: & ita eſt miſta,& continet rem & pœnam. Secundum exemplum eſt in actione.l. Aquil.quæ quādo datur cōtra inficiātem,eſt in duplū:& vnū ſimplum eſt pœna,& aliud pro rei perſecutione:& ita ſimiliter eſt miſta:quia continet rem & pœnā cōtra inficiātem.Et etiā poteſt eſſe miſta actio.l.Aquil.veluti ſi aliquis ſeruū meū occiderit,qui tēpore quo occidebatur, luſcus fuit, vel aliter fuit ita deterioratus,quòd vilis pretij erat:in anno tamē retro magnę æſtimationis,vel magni pretij fuerat:tūc cōdemnabitur occiſor quāti plurimi fuit in anno retro,ex primo capite. ¶ In verſi.itē miſta.caſus eſt talis. Vidiſtis.ſ.de realibus actionibus quæ ſunt rei perſecutoriæ tantùm:& etiā de perſonalibus quæ deſcēdunt ex cōtractu:quæ ſunt reales ferè oēs: & de actionibus perſonalibus,quæ deſcendunt ex delictis,quæ ſunt pœnæ perſecutoriæ tantùm:& etiam de actionibus deſcendentibus ex delictis,quę ſunt miſtæ:modò intendo dicere de quadam actione perſonali,quæ non deſcēdit ex contractu,nec ex delicto,ſed eſt perſonalis miſta: quæ deſcendit ex quaſi contractu:& eſt miſta tam rei,quàm culpæ:& de hac venio ad tale exemplum.Quidam teſtator fecit teſtamētum: ipſe aliquid reliquit alicui eccleſiæ,vel alicui venerabili loco.hæres teſtatoris diſtulit ſoluere id legatum,donec in iudicium vocaretur.ille hęres conuentus actione ex teſtamento,quæ deſcendit ex quaſi contractu,condemnādus eſt in duplum. &.h.d. Frater,actio iſta ex teſtamēto de qua fit mentio in iſto.§.deſcendit ex quaſi contractu:vt.ſ.de obli. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.Alij voluerūt dicere, quòd proſequit̃ hoc modo materiā ſuā inchoatam:& quòd hîc tractatur de delictis: & propter delictū eſt hoc quòd condemnatur ad duplum: videlicet quia diſtulit ſoluere,donec in iudicium euocaretur. ſed dico quòd ex procraſtinatione & pro mora ſua condemnatur in duplum.vnde dico ꝙ deſcendit actio iſta ex quaſi contractu.h.d.Fran.de are.

¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones,aliæ tantùm pœnæ perſequendę cauſa comparatæ ſunt:aliæ tam pœnæ,quàm rei perſequendæ: & ob id miſtæ ſunt. ¶ Pœnā tantùm perſequitur quis actione furti.ſiue enim manifeſti agatur quadrupli[f], ſiue non manifeſti dupli, de ſola pœna agitur.Nam ipſam rem propria actione perſequitur quis, id eſt, ſuam eſſe petens[g], ſiue fur ipſe eam rem poſſideat, ſiue alius quilibet[h]. Eo amplius aduerſus furem etiam condictio[i] eſt rei. ¶ Vi autem bonorum raptorum actio miſta eſt:quia in quadruplo[k], rei perſecutio continetur: pœna autem tripli eſt. ¶ Sed & legis Aquiliæ actio de dāno iniuria dato,

¶ LIBELLVS IN ACTIONE FVRTI MANIFESTI.

¶ EX MALEFICIIS. ¶ Hîc tāgitur de actione furti manifeſti:in qua ſic forma libellum: Dico ego a,contra b,ꝙ ipſe palàm ſurripuit equū meū. vnde proponendo contra ipſum actio.furti manifeſti,peto eundem in quadam ſumma pecuniæ nomine pœnæ mihi condēnari.Et erit cauſa in hac actione,quam ſufficit proponere,talis: Quia furtum fecit manifeſtū.Et eodem modo forma libellum in actio.furti non manifeſti.ſed hæc eſt differentia,quia in prima actio.quadruplum eſt pœna vltra rei reſtitutionem:vt in hoc.§.in ſecunda verò,ſcilicet furti non manifeſti,duplum eſt pœna vltra rei perſecutionem.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE VI BONORVM RAPTORVM.

¶ VI AVTEM BONORVM. ¶ In actione verò Vi bonorū raptorum,de qua hîc,ſic formatur libellus: Dico ego c,contra b,ꝙ ipſe a manibus meis talem rem vi rapuit.vnde contra ipſum actio.Vi bonorum raptorum proponens,peto eundem b,in quadruplum(re in ipſo quadruplo computata)mihi condemnari:vt in hoc.§.vi autem bonorum raptorum.& ſ.vi bonorum raptorum.§.quadruplum.In furto autem manifeſto totum quadruplum eſt pœna.Et erit cauſa in iſta actio.ſicut dictum eſt: Quia talem rem rapuit de manibus meis.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE LEGIS AQVILIAE.

¶ SED ET LEGIS AQVILIAE. ¶ Itē in actione legis Aquiliæ ſic forma libellū contra negātem: dico ego c,contra b,ꝙ ipſe per culpam ſuam occidit ſeruum meum,quē æſtimo.x.& ſi negat ſe ipſum occidiſſe:proponendo cōtra eū act.legis Aquiliæ,peto eundē b,in duplū.ſ.in.xx.mihi cōdēnari:vt vnū ſimplum ſit pro damno dato:& aliud pro pœna,quia negauit.Cōtra confitentē autē formatur libellus ſimiliter ſicut dictū eſt.ſ.prox. ſed ſimplum petitur.Erit autem cauſa in priori actione talis.ſ.quia dānum dedit.& ſic erit in primo caſu pœna:in ſecundo verò non. Præterea in alio caſu eſt pœnalis:quia ſi agitur ex primo capite legis Aquiliæ, æſtimabitur res quanti plurimi fuerit retro intra annum.Si verò agatur ex tertio capite, tunc æſtimabitur res quanti plurimi retro fuerit intra.xxx.dies:vt.ſ.ad legem Aquil.§.j.j.reſpon.&.§.ex hoc tamen capite.&.ſ.de act.§.ſed & legis Aquilię.& tunc in ea ſic forma libellum: Dico ego c.contra k,quòd ipſe occidit ſeruum meum,qui valet.x.ſed hoc anno valuit.xxx.vnde proponēdo contra ipſum actio.legis Aquil.quia debet mihi fieri æſtimatio ſerui occiſi quanti retro plurimi fuerit intra annum:peto eundem mihi in.xxx.cōdemnari.Eodem modo forma libellum ſi agatur ex tertio capite:ſed non fiet æſtimatio niſi quanti plurimi retro fuerit intra.xxx.dies.

f ¶ QVADRVPLI.] ſed quare plus manifeſtū furtū punitur q̃ non manifeſtū:cùm clàm facta magis punienda ſint:vt.ff.de admi.tuto.l.non exiſtimo.&.ff.de ritu nup.l.vlti? Reſp.imò magis delinquit qui palā,[f] q̃ qui clàm amouet† vt.ſ.vi bo.rap.in prin.vnde magis punitur:vt arg.ff.de offi.præſi. l.diuus. *ADDITIO.* Sed ꝑ hāc ſolutionē nō r̃ndet̃ contrario in ea alleg.vn̄ dicas ſecūdū Cy.quē cæteri ſequunt̃:quia iſte tex.ꝓcedit in oı̄no illicitis:cōtrariū aūt in iis quæ poſſunt eſſe licita & illicita,ſecundū Ange.

f Hoc verū in his q̃ ſunt de genere prohibitorū.ſec⁹ in his quæ poſſunt eſſe licita. Nico.Bal. Io. Fa.Pla. Ange.& Ia.

† Quod nemo ſcit,penè non fit: quia Beati quorum tecta ſunt pacta. Pſalm. xxxj. iuxta illud.

Peché ſecret eſt à demy pardonné. E.Perri.

g ¶ PETENS.] ſcilicet rei vendicatione.

g Idem Nicolaus.

h ¶ QVILIBET.] vt.ſ.de ob.quæ ex deli.naſ.§.fi.

h Idem Nico.& Iaſ.& eſt de mēte aliorum.

i ¶ CONDICTIO.] ſcilicet furtiua,quæ ſoli domino datur[g]:& hæredi eius aduerſus furem,& eius hæredem:vt.ff.de condic.fur.l.j.&.l.v.&.ſ.de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.§.fi.

k ¶ QVADRVPLO.] vſque.ſ.ad annū:poſt annum in ſimplum[h]:vt.ſ.vi bo. rap.in

rap.in princi.niſi in caſu:vt ſi Iudæus contra Chriſtianum agat, tunc in duplum tantum agit:vt.C.de paga.l.Chriſtianis.Sed nunquid etiam raptor tenetur actione furti manifeſti?Dic quòd non,ſecundum P.quia in duplum tantùm tenetur ſi furti conueniatur:vt.ff.vi bono.rapt.l.prima.niſi in caſu vbi nec in duplum tenetur,ſecundum eum:vt.ff.de furt.l.ſi quis ex domo, ſed certè ibi erat actum actione Vi bonorum raptorum:vnde ſublata erat actio furti non manifeſti,niſi in id quod excedit:vt.ff.vi bono.rapt. l.j.&.ff.de act.& oblig.l. qui ſeruum.ſed ſatis[a] videtur quòd etiam manifeſti furti nomine côueniatur,& in quadruplũ: vt arg.ff.de fur.l.ſi vendidero.§.cùm raptor.&.l. ſiqs ex domo. licet Pla. contradixerit: vt dictũ eſt[b].

miſta eſt,non ſolùm ſi aduerſus infitiatem in duplum agatur, ſed interdum & ſi in ſimplum[a] quis agat:veluti ſiquis hominem claudum, aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer,& magni pẽij fuerit. tãti enim damnatur,quanti is homo in eo anno plurimi fuerit,ſecundum iam traditam [b] diuiſionem. ¶ Itẽ miſta eſt actio côtra eos[c],qui relicta ſacroſanctis eccleſijs,vel alijs venerabilibus locis[d], legati,vel fideicommiſsi nomine,dare diſtulerint[e]: vſq; adeò, vt etiam in iudicium[f] vocarentur. tunc enim & ipſam rem,vel pecuniã, quæ relicta eſt,dare compellũtur, & aliud tantùm pro pœna[g]: & ideo in duplum eius fit condemnatio.

¶ Actio familiæ herciſcundæ, pro diuidenda hæreditate, & actio communi diuidundo, pro re particulari, & actio finium regundorum, pro diuidendis fundis, dicuntur actiones miſtæ: ſcilicet reales, & perſonales: vel proprius miſtam cauſam habentia:in quibus iudici licitum eſt vni partium adiudicare rem, ſi æquum ſibi videbitur. Aretinus.

¶ Quædam[h] actiones miſtam cauſam obtinere videntur,tam in rem, quàm in perſonã:¶ Qualis eſt familiæ[i] herciſcũdæ actio,quæ côpetit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item côi diuidundo[k],quæ inter eos redditur,inter quos aliqd cômune[l]

a ¶ In simplvm.]vbi contra confitentem datur.nam tunc in ſimplũ: & contra negantem, in duplum:vt hîc,&.§.j.eod. §.at ille.&.C.de le.Aquilia.l.contra negantem.& ff.de iniur.l.eum qui.

b ¶ Iam traditam.]vt ſuprà de.l.Aquil.in princi.Nam ibi diuidit primum caput legis Aquiliæ à tertio capite ex quo tertio fit condemnatio quantum res retro valuit in proximis.xxx.diebus:vt.ſ.eodem titu.§.ex hoc capite.Item adiunge[c] actionem quod metus cauſa.nam & ipſa miſta eſt:vt.ff.quod met.cau. l.ſi cum exceptione.§.j.Accur.

c ¶ Contra eos.]ſcilicet hæredes,vel alios, qui legatis, vel fideicômiſſis grauari poſſunt:quoniam honorati ſunt pecuniariter: vt.ſ.de ſingu.re. per fideicom.relic.in prin.&.ff.de lega.j.planè.ij.in fi.

d ¶ Venerabilibvs locis.] quæ multa ſunt,& enumerantur in aut. de non alie.§.nos igitur.col.ij.

e ¶ Distvlerint.]ſcilicet fraudulenter[d],vel ſine iuſta cauſa:aliâs non puniuntur:vt.ff.ſi certum petatur.l.quod te.&.ff.de vſur.l.ſciendum. &.ff. de peti.hæredi.l.illud.in princip.Et nota quem puniri ex procraſtinatione vel dilatione illicita.ſic.ff.de eden l.prætor.§.ſed & ſi ſeruus.in fine. Et eſt ſpeciale[e] in his legatis:in alijs legatis vel fideicommiſsis non præſtatur duplum:ſed vſuræ currunt ex mora,vel ſaltem poſt conteſtationem litis[f], & fructus rerum reſtituuntur:vt.C.de vſu.& fruct.leg. ſeu fideicom.l.prima. Item hæc legata habent in alio priuilegium:vt ſi indebitum ſoluatur, non repetatur:vt ſuprà de obliga.quæ ex quaſi contractu.in fine. Quid ſi primo negauit,poſteà confiteatur?Reſpon.poteſt penitere[g],cùm exoneret actorem à probando:vt.ff de iureiuran.eum qui. in principio. Argu.contra.ff. de ædil.edic.l.quis ſit fugitiuus.in principio. Item quid ſi confeſſus eſt, & poſteà negat:Reſpon.punitur:cùm vltima mora noceat: vt.ff.de pericu. & commo.rei vend.l.illud[h].Item quid ſi non inficietur: ſed dicat non valere:vel aliam proponat rationabilem cauſam?Reſpon. quidam quòd puniatur:ne inueniatur via per quam negantes ſuam exerceant auaritiam: vt.ſ. vi bo.rap.§.quia tamen.Alij contra:quod[i] verum puto: vt infra eodem.§. at ille. Item nunquid hoc in legato generali & ſpeciali locum habet? Reſpon.ſic,ſecundum Ioan.cùm vtrunque ſit legatum:vt ſuprà de fideicommiſ.hære.§.fina.&.C.de fideicom.l.fina.in princip. Item quid ſi duplum non poteſt ſoluere?Reſpon.luat in corpore:vt.ff.de pœ.l.prima.§.generaliter.&.C.de ſer.fugiti.l.quicunque.§.quid ſi. & in gloſſ.caſtigatio. &.ff.de in ius vocan.l.penul.& fi.

f ¶ In ivdicivm.] quid ſi in iudicium non vocantur, ſed aliâs ſunt in mora?Reſpon. quidam adhuc idem, vt dupletur[k]: ſed hîc lex contradicit: item in dubijs pœnæ ſunt molliendæ:vt.ff.de pœnis.l.interpretatione.Sed dicam currere vſuras,& fructus deberi ex mora[l]: & ipſa re, id eſt ſine interpretatione dicam moram committi: ad inſtar minorum quibus legata debentur:vt.C.in quibus cau.in integr.reſtitu.non eſt neceſſ.l.in minorum. item quid ſi reipublicæ vel fiſco relinquatur?Videtur quòd idẽ ſit quod hîc dicitur:cùm ius diuinum & publicum ſimile ſit:vt.C.de ſacroſanct.eccle.l.fina.& in authen.de non alienan.§.ſi minus.col.ſecunda.Sed dico contra[m]:quia pœnæ ſunt molliendæ,vt diximus: vt.ff. de pœnis.l. pœn. Item quid in redemptione captiuorum?Videtur idem:quaſi ſic rei venerabili ſit relictum.Sed certè non extendam[n] ſcilicet id quod dicitur in hoc.§. ad hunc caſum:cùm ſit pœna.Item quid ſi deo vel alicui ſancto vel adminiſtratori:quæ idem valent:vt in aut.de eccle.titu.§.ſiquis in nomine. col.ix. &.ff.ad legem falci.l.j.§.ſiquis.&.§.ad municipium? Reſpon. locum habet hîc.§.quia venerabili loco eſt relictum:vt.ff.de annu.leg.l.annua.§.atticia, Additio. Nota ex hac gloſſ.quòd in pœnalibus non fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia,quando pœnæ imponuntur habito reſpectu ad priuilegium alicuius perſonæ,etiam ſi ipſi caſus eſſent à iure æquiparati: vt pulchrè per Iaſo. hîc, qui allegat duas gloſſas iuris cano. contrarias. vide per eum.

g ¶ Pro poena.]ſi hæc eſt ratio vt ſit miſta:patet q condictio ex.l.illa, ſiquis in tantam.ſit miſta:vt.C.vnde vi.l.ſiquis in tantam. Itẽ & illa condictio quæ datur ex.l.Conſtantini:vt.C.finium regũ.l.ſi conſtiterit.& omnes illæ actiones vbi & res & aliquid pro pœna petitur:quod verum eſt.

a Idẽ Dy. Ioa.Fab.& Angelus.
b Cũ opi. iſtius gloſ. trãſeũt indiſtĩcte doc. hic.
c Idẽ Nic. Fab. Plac. Ange & Ia.
d Idem pręd ic.ſcrib.
e Idẽ Nic. Fab. Placẽ. & Ia.
f Non eſt opus litis côteſtatiôe ſecũdũ Iaſ.
g Hoc verũ quando eccleſia vel let vti confeſſione & per eã probare legatũ: Aliáſ ſecus.Ni.Fa. Pla & Ia.
h Hanc cõcluſionẽ & pręcedentẽ limita, niſi interuenit ſet iuſtus error: qa forte excuſaretur:vt p Io. Fab.hic.
Iſtam gloſ. vſque ad fi. ſequũt Ni. Fab.Pla.& Iaſ.
k Hoc verũ ſi negauerit: aliàs requiritur vocatio in iudicium. Iaſ.
l Iſta glo. eſt ſing.ſecũdum Iaſ.
m Et bene Ang.& Ia.
n Imo ſecũdũ Fab. Ang.Et Ia. Conditio ex lege eſt ſepe miſta.

¶ Qvaedam actiones.¶ Diuiditur in tres partes.Primò ponit dictum generale. Secundò,illud per exempla declarat. Tertiò,ponit quæ poſſunt eſſe partes iudicis in iſtis actionibus.Secunda ibi, Qualis eſt. Tertia ibi,In quibus tribus &c.Arc.¶ Casvs. Dictum eſt.ſ.de quibuſdam act.quæ miſtæ ſunt,tam rei,quàm pœnæ,ponit modò de quibuſdam miſtis quę ſunt tam in rem, quàm in perſonã.Et ſcitote,quòd poſſet dici,quòd hîc adiicitur tertium membrum illius diuiſionis, quam habuiſtis.ſ. eod. in princip. vbi dicitur, quòd actionum quædã ſunt in rem:& quædam in perſonam.Et ibi poſſet addi tertium membrum quod hîc ponitur, ſcilicet, quòd quædam ſunt miſtæ, vt ibi dictum eſt de actione hac, quæ eſt miſta in rem & in perſonam.Ponit hîc dominus Iuſtin. mihi tria exempla. Primum exemplum eſt, in actione in factum,quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Secundum exemplum eſt in iudicio cômuni diuidũdo:quod redditur inter eos inter quos aliqd eſt cômune ſine ſocietate,vt diuidatur. Tertium eſt exẽplũ in act.finium regun.quæ habet locum inter eos qui confines agros habent.Et in his tribus iudicijs licebit iudici ex bono & æquo vni rem adiudicare,& illũ cui res eſt adiudicata,in certa ſumma pecuniæ alij condemnare.h.d.Fran.

¶ Libellvs in actione familiae herciscvndae.

¶ Hîc tangitur de actione Familiæ herciſcundæ,quæ habet locum inter cohæredes:& naſcitur ex quaſi contractu:vt.ſ.de obli.quæ ex quaſi contractu naſcun.§.idem iuris.dum tamen ambo poſſideant,vel confiteantur ſe hæredes.& fortè in ea formatur libellus ſic: Dico ego g,contra s,quòd fuimus cohæredes in tali hæreditate.vnde proponendo act.Fami.herciſc. contra illum,peto illam hæreditatem diuidi.Et dico quòd in iſta actio.& duabus ſequentibus permittitur iudici rem vni adiudicare,& illum alteri in certa ſumma pecuniæ condemnare,prout ipſi videbitur.& erit cauſa in hac act.Qua fuimus cohæredes.

¶ Libellvs in actione commvni divid vndo.

¶ Item ſimili modo formabis libellum in act.Communi diuidundo:quæ habet locum inter eos quibus eſt aliqua res communis ſine ſocietate:veluti legata,vel donata.vnde oritur ex quaſi contractu:vt.ſ.de obliga.quæ ex quaſi contrac.§.item ſi inter aliquos.

¶ Libellvs in actione finivm regvndorvm.

¶ Eſt & actio Finium regundorum,de qua hîc loquitur:in qua ita formatur libellus:Dico ego b,contra c,quòd inter me & ipſum habemus duos fundos,ipſe vnum,& ego alium,adeò confines,quòd vix poſſent agrorum fines diſcerni.vnde proponendo contra ipſum actio.Finium regundorũ, dico ego & petò vt fines diuidantur,& merè diſcernantur, ſic vt finalis iurgij quæſtio,ſine controuerſia inter nos ſopiatur.

h ¶ Qvaedam actiones.]hîc adiicitur ſecũdum quoſdam[o] tertium membrum illi diuiſioni quam habes.ſ.eo.§.j.vt ibi diximus.

i ¶ Familiae herciscvndae actio.]iſta ideo ſic dicitur,quia familia pro hæreditate ponitur:& herciſcundæ,id eſt diuidendæ.nam herciſco cis,id eſt diuido diuidis.q.d.actio diuidendæ hæreditatis. Item ideo dicitur miſta,quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo: & quo ad hoc eſt in rem:item partem vice conſortis,& vt ab eo:quia portio mea erat ſua: & quo ad hoc eſt perſonalis[p]. Vel ideo dicitur miſta[q], quia in ea petuntur dominia rerum corporalium non dari, ſed tradi vel aſsignari pro parte ſua: & in hoc dicitur realis. Item petuntur fructus, ſi alter tantùm eos percepit: vel ipſe ſolus impenſas fecit. & hæc petuntur dari, id eſt vt fiant ſui cui dantur. & propter hoc dicitur perſonalis:vt.ff.familiæ herciſcundæ.l.item labeo.§.familiæ.& ſ.de obligationibus ex quaſi contractu.§.item ſi inter.&.ſ.eod.§.ſic itaque. Sed quanto tempore durat?Reſpon.xxx.an.[r] inſpecto potius quòd ſit perſonalis:vt.C.de anna.excep.l.j.Item quæro ex quo naſcitur?Reſpon.ſecundum Mar.ex voluntate agentium:vt.ff.famil.herciſc.l.j. Sed certè imò ex quaſi contractu:vt.ſ.de obliga.quæ ex quaſi contra.§.item ſi inter.in fine. Accurſius.

k ¶ Commvni divid vndo.]quæ ſunt hîc loco perſonalium præſtationum,& quæ loco realium,dic eodem modo vt proximè diximus in actione Familiæ herciſcundæ.& idem in proximo caſu,& facit ad hunc.§.ff. communi diuidun.l.per hoc iudicium.§.ficut.

l ¶ Aliqvid commvne.]ſcilicet ſine ſocietate,vel cum ſocietate:vt.ff. pro ſocio.l.quibus.&.l.ſi actum.&.ſ.de obligat.ex quaſi contractu.§.item ſi inter.

Diuiſio.
o Et male Bald. Fab. Ang.& Ia.
Actio familie her. quare eſt miſta.
p Gloſ. ine pte loquitur Ia.
q Iſtam ſequitur Fa. Ang.& Ia.
r Quando alter tantũ poſſidet: ſecus ſi ambo Ang.& Ia.

eſt, vt id diuidatur. item[a] finiū regundorū actio, qua inter eos agitur, qui confines[b] agros habent. ¶ In quibus tribus[c] iudicijs permittitur[d] iudici, rē alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare[e], &, ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

¶Quarta diuiſio actionum: Nulla actio extenditur extra quadruplum: & in ſimplum agitur regulariter ex omni contractu: in duplum verò: ex furto non manifeſto, & ex lege Aquilia, & ex ſeruo corrupto, & ex depoſito in quatuor caſibus, et ex legato facto venerabili loco. In triplū verò, quoties agitur in plus debito, vt aduerſarius maioribus ſportulis ab executore prægrauetur. In quadruplum verò furti manifeſti, & quod metus cauſa. hoc dicit. Aretin.

¶Omnes[f] autē actiones vel in ſimplum conceptæ ſunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. vlterius[g] autem nulla actio extenditur. In ſimplum agitur, veluti ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & deniq; ex aliis quàm plurimis cauſis.

¶Quinq; actiones hîc poſitæ dantur ad duplum. h.d. Areti.

¶ In duplum agimus, veluti furti[h] nec manifeſti, damni iniuriæ, ex lege Aquilia[i], depoſiti ex quibuſdam[k] cauſis. Item ſerui corrupti, quæ competit in eum, cuius hortatu, conſiliōue, ſeruus alienus fugerit, aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut deniq; quolibet modo deterior factus ſit[l]. In qua actione, earū etiam rerum quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur[m].

a ¶ITEM FINIVM REGVNDORVM.] ſcilicet eſt miſta: vt hîc. & ff. finiū regun. l. ſed & loci. §. in iudicio.

b ¶CONFINES.] quid ſi domos habent cōuicinas? Reſpō. non habet locū ſi hincinde ſint domus[a]: vt. ff. fin. reg. l. iiij. in fin. §. hoc iudicium[b]. vbi ponitur differentia inter confinium & vicinium. Si autem ex altera parte tantùm ſit domus, ex altera fundus: tūc locum habet vtile iudiciū finiū regūdorū: vt. ff. fin. regun. l. ij. in princ. Et adiunge his tribus actionibus miſtis quandā aliā: ſcilicet hæreditatis petitionem[c]: vt C. de peti. hære. l. hæreditatis. & ff. de peti. hære. l. ſi bonæ fidei. §. fi.[d] Item quid de omnibus noxalibus actionibus? Videtur enim q̄ ſint in rem: quia contra quēlibet poſſidētem ſeruum dātur: vt. j. de noxal. act. §. omnis autem. Itē quid de actione de tigno iniuncto: nā & hæc datur contra quēlibet poſſidentē: vt. ff. de tigno iniuncto. l. j. in fi? Itē quid de actione Quod metus cauſa. nam & hæc quemlibet poſſidentem perquirit: vt. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. pedius? Itē quid de actione in factū quæ datur contra eum, qui aliquid habet in loco publico poſitum: vt. ff. ne quid in loco publico. l. ſecunda. §. antepenultimo? Item quid de actione in factum, ſiue interdicto Quod vi aut clam. nam & hæc contra poſſidentem datur: vt. ff. quod vi aut clam. l. competit. in fine? Item quid de actione Ad exhibendum. nam & illa poſſidentem perſequitur, ſicut & cæteræ ſuperiores: vnde videntur omnes in rem: vt. ff. de acti. & obliga. l. actionum genera? Quidam dicunt eas anomalas, id eſt nec in rem, nec in perſonam. Sed dic omnes eſſe perſonales[e]: vt patet in actione Ad exhibendum: vt. ff. ad exhiben. l. tertia. §. eſt autem perſonalis hæc actio. ADDITIO. Dicunt doct. quòd omnes actiones de quibus in gloſſ. ſunt perſonales in rem ſcriptæ, vt in dicta. l. tertia. §. eſt autem perſonalis. vbi gloſſ. prima. quæ eſt magiſtralis.

c ¶TRIBVS.] ſcilicet fami. hercif. communi diui. finium regun.

d ¶PERMITTITVR.] à lege: Accurſius.

e ¶ADIVDICARE.] & quod adiudicatur, ſtatim fit eius cui adiudicatur: vt. j. de offi. iudi. §. ſi.

Diuiſio. ¶OMNES AVTEM. ¶Hîc ponitur quarta diuiſio actionum, vt dicitur in gloſſ. quia quædam dantur ad ſimplum, quædam ad duplum & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò, illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertiò, ponit aliquas differentias, inter iſta exempla. Secunda ibi, In ſimplum agitur. Tertia ibi, Sed furti quidem. hoc dicit. Aretinus.

¶CASVS. Poſt alias diuiſiones ſuperius poſitas, ponit hîc vnam aliam diuiſionem dominus Iuſtinia. quæ talis eſt. Omnes actiones, ſiue ſint in rem, ſiue in perſonam, ſunt in ſimplum: aut in duplum: aut in triplum: aut in quadruplum. vltra autem quadruplum nulla actio pœnalis debet extendi. Et ſciendum eſt, quòd ſi diuiſio poſita. ſuprà in illo. §. ſequens diuiſio. eſſet quarta, ſecundum quod malè inuenitur ſcriptum in omnibus libris communiter: tunc eſſet hæc quinta diuiſio, prout ferè in omnibus libris reperies: ſed ſicut ſuprà dixi in illo. §. ſequens illa diuiſio. ponitur tertia diuiſio: & hæc eſt quarta, vt in fine gloſſ. ſignatæ ſuper illo verbo, actionis. Addere etiam potes quòd quidam dicunt, quòd multum refert an aliquis ſtipuletur pœnam per verba reſpectiua ſignificantia, vel deſignantia qualitatem: & huiuſmodi verba ſunt: duplum vel triplum. vel per verba ſimplicia: puta, promittis mihi. c. nomine pœnę, vel ducenta vel mille? In primo enim caſu non poteſt eſſe vltra quadruplum. In ſecundo caſu bene poteſt eſſe etiam vltra quadruplum. & ſum in verſic. In ſimplum &c. Dictum eſt ſuprà quòd omnes actiones, aut ſunt in ſimplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum: modò videamus quæ ſunt iſtæ actiones quibus agitur in ſimplum tantùm. & enumerat eas in litera. hoc dicit. Franc.

f ¶OMNES AVTEM.] hæc eſt quarta[f] diuiſio, quæ fit in hoc titulo.

g ¶VLTERIVS.] ſcilicet vltra quadruplum. Sed contra in lege Aquilia: vbi occaſione vilis ſerui interfecti agitur ad vnam hæreditatem perditam, quæ valet centum marcas[g]: vt ſuprà ad legem Aquil. §. illud. Item contra de eo qui vilem clauum de naue abſtulit, quare tota nauis perijt. nam ad totum damnum tenetur: quod etiam in quadruplum & vltrà excedit: vt. ff. de incend. rui. nau. l. tertia. §. ſenatuſconſul. Item aliud contra in actione ex empto, vbi occaſione pecoris morboſi, totus meus grex contaminatus eſt: vel occaſione tigni vitioſi tota domus corruit: vt. ff. de acti. empt. l. Iulianus. in principio. Sed certè his tribus contrarijs non agitur ad aliquid quod ſit pœna, inſpecta perſona agentis[h]: ſed totum eſt ſuum intereſſe. nam hunc. §. intelligo quando pœnalis actio ex vtraque parte. Item contra in eo qui manumiſit ſeruum alienum in præſentia principis. nam duo mancipia domino, & tria ſimilia dat fiſco: & ita in quintuplum damnatur: vt. C. de iis qui à non domi. manumit. l. final. Item contra in eo quod dicit lex: ſi dedi tibi pecuniam ne mihi calumniam faceres, & ab alio accepiſti vt mihi calumniam faceres, in octuplum mihi teneris: vt. ff. de calumn. l. & generaliter. §. finali. Sed certè primo caſu præſtatur pœna diuerſis, non vni[i]: nec eſt ibi aliqua præſtatio vltra quadruplum. In ſecundo autem caſu non vna actione habeo octuplum, ſed duabus. Item contra in eo quod dicitur: ſi dediſti pecuniam ne mihi fieret calumnia. nam tu repetis quod dediſti: & ego in quadruplum proſequor: vt. ff. de calumn. l. ſiquis ab alio. in princip. Sed certè duobus ſit præſtatio, & neutri vltra quadruplum. Item contra in eo quod dicit lex manumiſſum in ſeruitutem reuocari occaſione leuis offenſæ: & ita pœna in immenſum excedit: vt. C. de lib. & eorum lib. l. ſi manumiſſus. Sed dic quòd illa eſt accuſatio, non actio. Vel dic quòd non præſtatur pœna habito reſpectu ad rem. Item contra in eo qui ſurripuit ſeruum fiſcalem. nam damnatur in. xij. libr. argenti, & ſeruo reſtituendo. C. de ſeruis fugitiuis. l. ſiquis ſeruum. Sed ibi non fit relatio ad ipſam rem vel ad ſimplum. Eſt enim hîc. §. intelligendus[k] quando actio eſt pœnalis: & in pœna ad ipſam rem habetur reſpectus[l]. Item contra. ſ. de inutil. ſtipul. §. alteri. Nam ibi non inſpicitur quanta ſit pœna, ſed tota exigitur: ſed ibi non habetur reſpectus ad ipſam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, vt ibi: quàm in legali, vt hîc. Item contra in eo quod dicitur eum qui emit adminiſtrationem. Nam qui accepit pecuniam ab electo: quadruplum reddet, & ſua bona confiſcantur, & cingulo priuatur: vt in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. ſic igitur. in fi. coll. ij. Sed illud fit per accuſationem, non per actionem.

¶IN DVPLVM. ¶CASVS. Dictum eſt iam quæ ſunt actiones quæ dantur ad ſimplum: modò videndum eſt, quæ ſunt actiones quæ dantur ad duplum. Et de hoc ponit Iuſtin. quinque exempla. Primum eſt actio furti non manifeſti. Secundum actio. leg. Aquil. Tertium actio depoſiti in quatuor caſibus: ſcilicet incendio, ruina, naufragio, & tumultu. Quartum eſt actio ſerui corrupti quæ competit contra eum cuius hortatu ſeruus alienus quolibet modo deterior factus ſit. Quintum eſt actio ex teſtamento, quæ datur alicui pro venerabili loco relicto: quod quidem legatum hæres diſtulit ſoluere donec in iudicium vocaretur. & h.d. Et no. quod magna eſt differentia inter iſta quinq; exempla. quaquàm hîc coniungantur tanquam eſſent actiones ſimiles. Duæ enim actiones, furti non manifeſti, & ſerui corrupti, à principio ſunt pœnales. Aliæ duæ, ſcilicet actio. l. Aquil. & depoſiti in quatuor caſibus non niſi per inficiationem. Tertium autem habet ſingularem fultum: quia pœnalis eſt per inficiationem, & per nimiam procraſtinationem. & ad iſtam differentiam manifeſtandam habetis. ſ. eo. §. ſed furti. Fran.

¶LIBELLVS IN ACTIONE SERVI CORRVPTI.

¶Hîc tangitur de actio. ſerui corrupti: & illa datur cōtra eum qui ſeruum alienum hortatu vel conſilio corrupit in animo: vt. ſ. de oblig. quæ ex maleſic. §. vnde illud quæſitum. & C. de fur. & ſer. corru. l. ſiquis ſeruo alieno ſuaſerit. & ff. de ſer. corrup. l. j. §. perſuadere. & quaſi per totum titul. Vnde in hac actione ſic formatur libellus: Dico ego a, contra b, quòd ipſe perſuaſit ſeruo meo vt aufugeret: & aufugit: & ſic eum corrupit. vnde proponendo actionem ſerui corrupti, peto ipſum b, in duplum, ſcilicet pro deterioratione in decem, & pro pœna in aliis decem mihi condemnari. Et erit cauſa in hac actione talis, ſcilicet. Quia ſeruum corrupit, quam ſufficit proponere loco actionis.

h ¶FVRTI NEC MANIFESTI.] vi. ſ. de obligationi. quæ ex deli. naſcun. §. pœna.

i ¶EX LEGE AQVILIA.] puta per inficiationem: vt. j. eo. §. at ille.

k ¶EX QVIBVSDAM CAVSIS.] veluti quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum eſt: vt. ſ. eo. §. rei perſequendæ.

l ¶DETERIOR FACTVS SIT.] ſcilicet in mente. nā ſi in corpore locū habet lex Aquil. vt. ſ. de. l. Aquil. in prin. & hoc ſiue fiat de bono malus, ſiue de malo deterior: vt. ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. vſque in fin. & . l. ſeq. ADDITIO. Nota differentiam inter iſtam actionem ſerui corrupti: & actionem legis Aquiliæ pro ſeruo: quia illa competit quoties in moribus ſeruus eſt deterioratus: ſed lex Aquilia habet locum quando mores non mutantur: ſed corpus læditur: vt ibi. Ang.

m ¶AESTIMATIO deducit.] vt oē cū ipſa re dānū[m] duplet: ſiue puenerit res quā

a Iſtā glo. ſequuntur Fa. & Ang.

b Dic & . l. ij. in princ. eo. ti. & eſt ratio: quia in agris faciliter turbantur cōfinia non ſic in vrbanis: ideo id ruſticis in ſpē fuit prouiſum. Ange.

c Imò eſt realis origine: licet habeat quaſdā perſonales præſtationes. Ange. & Ia.

d Alrâs eſt lex: ſed & ſi lege. §. petuio.

e In rē ſcriptas. Ange. & Iaſ.

f Poteſt ſuſtētari quinta. Ia.

g Octo vncię faciunt marcā. Ia.

h Iſtam ſequunt Dy. Ni. Fa. Ange. & Ia.

i Bene dicit gl. Nam ſecus eſſet ſi vni. ff. de act. & obcū ex vno. poſſunt enī plures actiones ex eodem crimine acquiri diuerſis. ſ. de iniur. §. patitur. nec vna remiſſa altera tollitur: vt. ff. de iniur. l. j. §. fi. facit pro predictis. ff. de actio. & obli. l. quoties.

k Idē Nic. Fa. & Ang. dicit tamen Ia. q̃ præcedēs ſolutio eſt verior ēt ad iſtud contrariū.

l Iſta ſolutio pluries reprobatur per Ia. quāuis placeat Fab. Pla. & Ia.

m Scilicet tūc illatum & eſtimatū ſecus in eo quod poſt ea ſequitur: quod facit vt ille qui deflorauit virginē: aut perſuaſit alicui vt ſemel vnum malum faceret: vt nō teneatur de fornicationibus cum alijs viris, vel cæteris malis poſteà cōmiſſis: vt per Io. Fa. & Ang. hîc.

res quam ſecum ſeruus portauerat, ad ipſum ſolicitatorem: ſiue ad aliũ. vt ff. de ſer. cor. l. in hoc iudicio. Sed nunquid iure actionis fit hæc æſtimatio: vel iudicis officio? Reſpon. fit iudicis officio, ſecundum Ir. ita fit in actione quod metus cauſa. ff. quod me. cau. l. ſi cum exceptione. §. j. & §. quadruplatur[a]? Sed pro filio corrupto vel pro filia qualiter agitur? Reſpon. habet vtilem hãc actionẽ[b]: vt ff. de ſer. cor. l. vt tãtùm. §. j. vnde dicũt ꝙ veniet intereſſe patris cõſiſtens in operis filij, quia non vult operari. & cùm ſit corruptus, aliud quàm opera nõ poteſt æſtimari: quia liberũ corpus nõ recipit æſtimationẽ: vt ff. de ijs q deiec. vel effu. l. fi. habet enim iſtã vtilẽ ac ſi eſſet in bonis: & erit in eã. ſ. ſummã quã ipſe æſtimauerit ſuo iureiurãdo: vt de actione iniuriarũ dicitur: vt. ſ. de iniur. §. pœna. & ff. de iniur. l. cõſtitutionibus. vel dic ꝙ primo æſtimat iudex ſummam ad quam cõpetit: vt ar. ff. de custo. reorum. l. ſi quis reum.

a Iſtud impugnãt cõmuniter docto. hîc: imò totum venit iure actionis.

b Sequuntur hãc gl. Nic. Fab. Ang. & Iaſ. & idem in marito pro vxore ſecũdũ eoſdẽ.

Vide in hunc locũ Alcia. lib. diſpunc. iij. ca. xvij.

c Verſicu: eſt ſub. § ex maleficijs.

Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum eſt: ſecundum ea quæ ſuprà diximus[a].

Actor petẽs per dolũ in libello maiorem quantitatẽ, quàm debeat, vt reũ maioribꝰ grauet expẽſis: tenetur in triplũ eius dãni, quod reus paſſus eſt: in quo triplo, continetur ſimplum pro damno. Areti.

Tripli verò agimus, cùm quidã[b] maiorem veræ æſtimationis quantitatem libello[c] conuentionis inſerunt, vt ex hac cauſa viatores, id eſt executores litium ampliorem ſummam ſportularum[d]* nomine exigerent. tunc enim id quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus[e], in triplum ab actore conſequetur[f]: vt in hoc triplo etiam ſimplum in quo damnum paſſus eſt, connumeretur? Quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice[g] fulget, quam proculdubio† eſt ex lege condictitia[h] emanare.

a DIXIMVS.] ſ. eo. §. item miſta[c].

TRIPLI VERO. ¶ CASVS. Dixi vobis exempla illarum actionum quibus agitur in ſimplum: & illarum quibus agitur in duplum. Modo ponam vobis exemplum, de quadam actione quæ vocatur condictio ex. l. noua: & iſta datur in triplum. Scire autem debetis, quòd olim erat conſuetudo, quòd viatores & nuncij iudicum qui citationes faciebant, exigebant nomine ſportularum magis aut minus à reis in iudicium conuentis, ſecundum quòd maior, vel minor quantitas erat petita. Quidam ergo ad hoc vt me reum grauaret in ſportulis præſtandis, executori maiorẽ quantitatẽ in libello ſuo inſeruit. dicitur in. l. quòd quicquid damni reus paſſus eſt per malitiam actoris in iſto caſu: triplum conſequetur ab actore. Sed domine, qua actione? Frater: condictione ex quadam. l. noua quæ in noſtro. C. refulget. Et ſciatis, quia. l. illam nouam inueni hîc: & fortè fuit in. C. veteri quem non habemus: & conſtitutio iſta ſiue. l. noua à. l. condictitia emanauit. Erat enim. l. condictitia olim ſub qua erant multæ conſtitutiones. Sportulæ autem dicuntur ſalaria, quæ dantur nuncijs iudicis: & ſic vocatur illud quod datur, pro eo in quo datur, ſportula. Sporta enim, vel ſportæ vel ſportula eſt quoddam genus vaſis. De iſtis ſportulis habetis ſpecialem rubricam in principio tertij. C. de ſportul. Franciſc.

LIBELLVS IN ACTIONE LEGE EX CONDICT.

Hîc tangitur de condictione ex lege, quæ naſcitur ex lege condictitia: & datur ad triplum contra eum qui maiorem ſummam in libello conuentionali, quàm deberet, inſeruit, vt aduerſarius eius in præſtatione ſportularum grauaretur: vt in hoc. §. tripli. & in ea ſic formatur libellus: Dico ego a, contra b, quòd ipſe in libello conuentionali contra me porrecto, maiorem ſummam quàm deberet, inſeruit, vt ob hoc me grauaret in præſtatione ſportularum. occaſione cuius maioris quantitatis damnificatus ſum in decem ſolidis. vnde proponendo contra ipſum b, condictionem ex lege, peto eum in triplum, ſcilicet in. xxx. ſolidos, videlicet in. x. nomine damni dati, & in. xx. nomine pœnæ mihi condemnari. Et condictione ex eadem lege agitur contra executorem pro eo quòd exegit maiores ſportulas à reo quàm deberet ſecundum quantitatem in libello comprehenſam: & formatur libellus mutatis mutandis: vt. ſ. proxi. ſcripſi.

b CVM QVIDAM.] ſcilicet actor.

c IN LIBELLO.] hîc not. duo. Primò, quòd libellus eſt faciendus in cauſa: quod eſt verum iure nouo: vt hîc, & C. de epiſcopis & clericis. authen. generaliter. & C. de lit. conteſt. authen. offeratur. niſi in quatuor caſibus: quos no. in authen. de mand. princip. §. ſit tibi. colla. iij.[d] Aliud eſt iure veteri[e]. nam tunc non fiebat niſi ex voluntate: vt ff. de edend. l. prima. niſi in caſu: vt C. de digni. l. quoties. libro xij. Item ſecundo not. quòd quantitas certa eſt in libello comprehendenda vel res: & ita etiam in perſonali actione debet actor certificare reum: vt hîc, & in aut. de litig. §. ad exeludẽdas. col. viij. & ff. de rei vendi. l. ſi in rem. §. & ſi veſtimenta[f]. Tertio no. quòd ſportulæ vel ſalaria quæ dabantur executoribus, id eſt nuncijs qui faciunt homines repræſentari: & aliâs qui faciunt huiuſmodi citationes: pro ſuis officijs dabantur ſecundum quantitatem petitam: vt hîc dicit. Sed hodie magis ſecundum conſuetudinem[g] vel longitudinem itineris: vt C. de epiſ. & cle. aut. ſed hodie. Et dicas quod hîc dicitur ex hac cauſa, eſſe cauſatiuè, nõ conſecutiuè dictum. Sed iſte ſportulæ quæ iudicibus dabantur, certæ ſunt: nec creſcunt licet quantitas petita ſit magna: nec decreſcunt licet ſit parua[h]: vt in authen. de iudi. §. ne autem. col. vj. Item not. quòd reus ſoluebat huiuſmodi ſportulas: vt hîc, & C. de epiſco. & cleri. authen. generaliter. ſed actor ei reſtituebat, niſi iuſta cauſa eum vocaſſet: vt. ff. de iudi. l. eum quem temere. Item not. adhuc quòd huiuſmodi ſportulæ quibuſdam prorſus remittuntur, vt pauperibus: vt in aut. de mand. princi. §. oportet. col. iij. à quibuſdam pauciores exigebantur: vt à clericis: vt. C. de epiſcopis & cleric. l. cum clericis. & in authen. ibi poſita, ſed hodie. Alijs autem per priuilegium principis viuentis remittuntur in totum vel pro parte: vt. C. de fruct. & lit. expen. l. fi. Sed quæro ſi hæ perſonæ quæ habent priuilegium. ſcilicet de non ſoluendo ſportulas, ſportulas ſoluant: an habeant actionem in triplum? Dicunt quidam quòd ſic: ne fauor noceat eis: vt. C. de legi. & conſti. l. quod fauore. Alij dicunt quod non: quaſi ſuo iuri, id eſt priuilegio ſtultè renunciauerint, cùm volentes ſoluerunt: quod poſſunt: vt. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. quod verius eſt[i]. Si autem inuiti exacti ſunt, in quadruplum contra exactorem vel executorem agitur: vt j. eod. §. quadrupli. Sed cum hodie caueatur de duplo reſtituendo: vt in aut. de execu. §. j. colla. vij. videtur corrigi qđ hîc dicitur. Vnde hodie nulla eſt actio in triplũ: quod verum puto. Sed alij dicunt: ſi cautio eſt omiſſa, habet locum qđ hîc dicitur aliâs habet locum aut. prędicta.

d Melius allegaſſet gl. §. ſancimus. in authentica. de exhiben. Fa. Pla. Ange. & Ia.

e In cauſa ciuili: ſecus in criminali. Fab. Pla. Ang. & Ia.

f Iſtam ſecũdam partem. ſecuntur. Ang. & Iaſ.

g Idem Ia. licet Fa. & Ange. dicãt quòd eſt de iure.

h Dũmodo excedãt ſummã centum aureorũ. Fa. Pla. Ang. & Ia.

i Idem Ia. quicquid dicam. Pla. & Ang.

Actio nulla hodie datur in triplum.

† i. dubium non eſt. quidem leg ũt, ꝓculdubio certum eſt, que lectio mihi non multũ arridet. E. Per.

ADDITIO. Hæc communiter reprehenditur: quia ille. §. j. in aut. de executo. & aut. libellum. C. de litis conteſta. loquuntur in diuerſis ti. à tex. noſtro. vide hîc per dominum Iaſ.

Iſte. §. ſummatus eſt cum. §. omnes autem. & tamẽ in ſpecie hoc dicit: Quatuor actiones hîc poſitę dantur ad quadruplũ Angelus.

Quadrupli autem agitur, veluti furti[i] manifeſti, item de eo, Quod metus[k] cauſa factum ſit, deq; ea[l] pecunia, quæ in hoc data ſit, vt is cui datur, calumniæ cauſa

d SPORTVLARVM.] ideo ſic dicuntur: quia in ſportulis quibuſdam oblationes huiuſmodi ponebant. Eſt autem genus vaſis ſportula vel ſporta.

e REVS.] aliæ ſportulæ quæ iudicibus præſtabantur, ab vtroq; pręſtabantur: vt in aut. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. volumus. coll. ij. Item iſtæ ſportulæ quæ dabantur executoribus, dabantur ante lit. conteſt. i. porrecto libello. iſtæ aliæ in conteſtatione cauſæ[k] dabantur iudicibus: vt in aut. de exhi. §. ſancimus. col. v. & de iudi. §. ne autem circa hoc labor. col. vj.

f CONSEQVETVR.] cõdictione ex hac lege græca: vt ſubiicit: quæ erat in alio codice: nõ aũt eſt in eo quẽ habemus. Et patitur actor hanc pænam tripli ſiue ſine dolo, ſiue cum dolo inſeruit: & ſic cauſatiuè vel cõſecutiuè dicitur[l]. Sed nonne etiam cauſam amittit vt. C. de plus pet. l. j? Sed certè ibi plus deliquit: quia in certamine negotij cautionẽ de petitis exegit: vnde grauius punitur: vt arg. ff. de offi. præſi. l. diuus.

g CODICE.] quem non habemus.

h EX LEGE CONDICTITIA.] lex quædam erat quæ condictitia vocabatur: & ſub ſe quaſdam conſtitutiones habebat: vt hîc, & j. eo. §. item ex lege condictitia. Accur.

k Quod medietarẽ: alia medietas in fine cauſę. Ang. & Ia.

l Hec glo. dicit cõtrariũ eius qđ ſ. dixerat: & ideo reprobatur.

QVADRVPLI. ¶ CASVS. Dixi vobis duo exempla illarũ actionum quibus agitur ad ſimplum: & illarum quibus agitur ad duplum: & earum qbus agitur ad triplum. Modo videndũ eſt de actionibus, quæ dantur ad quadruplum: & certè ad quadruplum agitur per actionem furti manifeſti: & per actionem Quod metus cauſa: & per actionẽ in factũ, quæ deſcendit ex edicto de calumniatoribus, quæ locũ habet quando aliquid datur alicui vt alium calumnioſè vexet. Datur enim tunc actio in factum quæ eſt in quadruplum, et ad cuius malum id datum fuerit. Quartum exemplũ eſt in condictitia act. ex. l. vnde dicit Iuſti. ꝙ ex noſtra conſtitutione oritur, quæ imponit pœnam quadrupli illis executoribus litium qui plus exigunt quàm fuerit ſtatutum, contra conſtitutionis noſtrę normam.

LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM QVAE DESCENDIT EX EDICTO DE CALVMNIATORIBVS.

HIC TANGITVR DE ACTIO.] in factum quæ deſcendit ex edicto de calumniatoribus. & datur in quadruplum ad annum, poſt annum verò perpetuo in ſimplum: vt. ff. de calum. l. j. in princip. & habet locum contra ipſum qui à me aliquid recepit vt me calumnioſè non vexet. Et idem ſi ab alio recepit vt me calumnioſè vexet. in vtroq; enim mihi datur actio contra eum: vt. ff. de calum. l. generaliter: §. fi. Et in ea ſic formabis libellum: Dico ego t, contra s, quod ipſe accepit decem à Mæuio vt calũnioſè me vexaret. vnde proponendo contra ipſum actio. in factum, peto eundem in quadruplum, ſcilicet in decem quæ accepit, & in. xxx. nomine pœnæ mihi condẽnari. Et erit cauſa in iſta actio. quam ſufficit preponere, hæc ſcilicet: Quia decem à Męuio accepit vt mihi faceret negotium calumnioſè. Si autem à teipſo accepit vt te non vexaret calumnioſè, ſic forma libellum: Dico ego t, contra s, quòd ipſe accepit à me decem ne me calumnioſè vexaret, & moueret mihi litem. vnde proponendo actio. in factum contra ipſum, peto ipſum in quadruplum, ſcilicet in decem quæ accepit à me, & in. xxx. nomine pœnæ condemnari. Et erit in hac actione cauſa talis, ſcilicet: Quia decem à me accepit ne calumnioſè contra me moueret negotium.

i FVRTI.] facit. ſ. de oblig. quæ ex delic. naſcun. §. pœna. Accur.

k QVOD METVS.] ſcilicet actio, quæ ex cõtumacia fit in quadruplũ: vt. j. eo. §. item actio. & vſq; ad annum tantùm: poſt annum in ſimplum, vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §: j. Accur.

l DEQVE EA PECVNIA.] ſcilicet actio in factũ de calũniatoribus annalis in quadruplũ: & perpetua in ſimplũ: vt. ff. de calũ. l. j. in princip. & §. j. quę locũ habet ſi do alicui aliqd vt calũnioſè[m] aliquẽ vexet. dat̃ enim actio in factũ ei ob cuius malũ data fuit: nõ autẽ dãti. Itẽ dãti qñ dedit vt ſibi negotiũ per calũniã nõ fieret: vt hîc, & ff. de calum. l. j. & l. & generaliter. §. fi.

Actio in factũ de calũniatoribus.

m In iudicio: ſecus ſi extra iudicium. Fab. licet Ia. contradi.

negotium[a] alicui faceret, vel non faceret. Item ex lege cōdictitia[b] noſtra cōſtitutio[c] oritur, in quadruplum[d] condemnationem imponens ijs executoribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis[e] normam[f] à reis[g] quicquam exegerint.

¶Differunt inter ſe actiones quæ dantur ad duplum. Angelus.

¶ Sed furti quidem nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, à cæteris de quibus ſimul locuti ſumus, eo differunt, quòd hę actiones, omnimodo[h] dupli ſunt: at illæ, id eſt damni iniuriæ ex lege Aquilia, & interdū depoſiti[i], inficiatione duplicantur[k]: in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa[l] quæ de ijs cōpetit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, non ſolùm inficiatione[m] duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem, quouſq; iuſſu magiſtratuum noſtrorum conueniatur. In confitentem verò, & antequàm iuſſu magiſtratuum cōueniatur, ſoluētē, ſimpli redditur.

¶Differunt inter ſe actiones, quæ dantur ad quadruplum. Ange.

¶ Item actio de eo Quod metus cauſa factum ſit, à cæteris de quibus ſimnl[n] locuti ſumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat[o], abſoluatur[p], quod in cęteris[q] caſibus non eſt ita, ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur: quod eſt & in furti manifeſti actione.

¶Quinta diuiſio actionum: Omnes actiones exceptis ijs, quæ hîc in textu & gloſſa enumerantur, ſunt ſtricti iuris. Aretinus.

¶ Actionum autem, quædam bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti iuris. Bonæ fidei[r] ſunt hæ: ex empto,

a ¶ NEGOTIVM.] ſcilicet malum.

b ¶ LEGE CONDICTITIA.] de qua dic: vt. ſ. e. §. tripli. in fi. §. diximus.

c ¶ CONSTITVTIO.] quam non habemus. Accur.

d ¶ IN QVADRVPLVM.] cuius quadrupli iure nouo triplum[a] fiſco: ſimplum damnum paſſo datur: vt in aut. vt lit. iur. in exor. lit. §. & hoc quoq;. colla. ix. & petitur per cōdictionē ex hac lege, quā non habemus: cùm non ſit cautum quo genere actionis agamus[b]: vt. ff. de condi. ex le. l. j.

e ¶ CONSTITVTIONIS.] prædictæ: quam non habemus.

f ¶ NORMAM.] i. formā. certa enim erat forma in conſtitutione quā non habemus.

g ¶ A REIS.] id eſt conuentis.

¶SED FVRTI QVIDEM NEC MANIFESTI. ¶CASVS. Iſti duo proximi. §§. ſunt hîc poſiti ad vberiorem doctrinam. Quia enim ſuperiꝰ in iſto tit. in. §. in duplū. poſuit quinq; actiōes ínſimul & pro ſimilibus: cùm tamē in multis ſint diſsimiles: propterea ne propter hoc crederet aliquis actiones illas ſimiles eſſe omnimodo: ad errorem illum remouendum ponit hîc iſtos duos §§. In primo ergo. §. dat differentiam inter illas quinq; actiones pro duplo quas ponit. ſ. eo. §. in duplū. videlicet inter actionem furti non manifeſti: & actionem l. Aquil. & actionem depoſiti, in quatuor caſibus: & actionē ſerui corrupti: & actionē ex teſtamēto quæ datur pro legato relicto alicui loco venerabili. Et dicit ꝙ iſtarū quinq; actionum duæ ſunt quæ omnimodo ſunt pœnales à principio: ſed demum inficiatione ſecuta: videlicet actio depoſiti in quatuor caſibus, & actio. l. Aquil. Quinta autem actio ſingularem habet ſultum. Eſt enim pœnalis per inficiationē & per nimiā procraſtinationē. h. d. primus. §. Et quod dicit in litera omnimodo ſunt pœnales: nō intelligas ꝙ per ſe ſint in pœna: ſed ſimiliter omnimodo. i. à principio ambæ ſunt pœnales: licet nō ſecuta fuerit inficiatio. Fr.

h ¶ OMNIMODO[c].] De actione furti conſtat ꝙ ſemper eſt in duplū: vt hîc, &. ſ. de oblig. quæ ex delic. naſcun. §. pœna autem. Itē de actione ſerui corrupti, niſi in caſu: vt quando marito in vxorem datur, & ecōtra: vt hîc, & ff. de ſer. cor. l. doli verbum. §. hæc actio. & l. fi. Vel dic omnimodo. i. ſiue neget, ſiue non, non autem in omni perſona. Accur.

i ¶ DEPOSITI.] aliâs eſt in litera de dolo depoſiti: & tunc dic actionē depoſiti propter dolum. Nam vtraque non poteſt habere locum ſimul: ſcilicet de dolo actio, & depoſiti: vt. ff. de dolo. l. j. §. j. aliàs non eſt de dolo: & tūc plana eſt litera.

k ¶ DVPLICANTVR.] ſ. ſi legitimis probationibꝰ, nō iureiurādo cōuincātur: vt. C. de. l. aquil. l. cōtra. & ff. de iureiur. l. eum qui. ADDITIO. Et ſic probatio per iuramentum non cenſetur legitima. Adde aliam glo. in l. cùm de indebito. in prin. in verbo, legitimis. ff. de proba. Iaſon.

l ¶ SED ILLA.] ſcilicet actio ex teſtamento. Et conſtrue, ſed illa actio, ſcilicet ex teſtamento: quæ ſcilicet actio competit de ijs quæ ſunt re. ve. lo. duplicatur non ſolum &c. Accurſius.

m ¶ INFICIATIONE.] bene dicit, inficiatione: quia ſi confitentur, non tenentur: vel ſi iuſiurandum detulerit actori: qui exonerat eum à probatione. ff. de iureiur. l. eum qui. Accur.

¶ITEM ACTIO &c. ¶CASVS. Tu iā vidiſti qualiter ſe purgauit à primo vitio: modò in iſto. §. purgat ſe à ſecūdo vitio: ponēs differentiam inter quatuor actiones, in quadruplū, quas poſuit quaſi ſimiles. ſ. eo. §. quadrupli. di. ꝙ actio Quod metus cauſa eſt in quadruplū. verū eſt non à principio, ſed ita demum ſi iſte fuerit cōtumax, & noluerit rem reſtituere obediendo primæ ſentētiæ. tunc enim debet ſequi ſentētia ſecunda, quæ eſt in quadruplum. Aliæ autem omnes ab initio ſunt in quadruplum. Fran.

¶LIBELLVS IN ACTIONE QVOD METVS CAVSA.

¶HIC TANGITVR DE ACTIO. Quod metus cauſa: & illa datur contra eū qui metū intulit, & cōtra quēlibet poſſeſſorē: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. in hac actione. In qua ſic forma libellū: Dico ego Titius cōtra Sempronium, ꝙ ipſe detinet rem mihi per metum ablatam. vnde proponendo act. Quod metus cauſa cōtra ipſum, peto eundem ad reſtitutionem rei mihi condemnari. Et tunc iudex cōdemnabit eum ad reſtitutionem rei. & ſi reſtituere non vult, petetur ab eo quadruplū: in quo quadruplo ipſa res continetur: vt. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. & tunc forma hoc modo libellum: Dico ego Titius contra Sempronium, quòd ipſe rem mihi per metum ablatam detinens, illam non vult reſtituere, licet ſit ſuper hoc condemnatus. vnde proponendo contra ipſum actionem Quod metus cauſa, peto ipſum in quadruplū, id eſt ad rei reſtitutionem, & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte ꝙ ſi vult reſtituere ante ſententiam, liberabitur à pœna tripli: vt in hoc. §. item actio. Et erit cauſa in hac actio. quam proponere ſufficit, hæc ſcilicet. Vnde cùm per metum res iſta ſit mihi ablata, peto &c. Et datur hæc actio vſque ad annum tantùm in quadruplum, poſt annum verò in ſimplum: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. primo & ſecundo.

n ¶ SIMVL.] cautè ponit illud ſimul. i. vnà cū eis de quibus aliâs dixit: vt. ſ. eo. §. quadrupli.

o ¶ RESTITVAT.] vſque ad definitiuam ſententiam[d]: quod intellige de ſecunda ſententia. Nā in actione Quod metus cauſa duę ferūtur ſententię. Prima de reſtituenda re. Alia de dando quadruplo, re computanda in eo: vt. ff. quod me. cau. l. ſi cū exceptione. §. hæc autē[e]. Sed nūquid vtraque eſt definitiua? Dic ꝙ ſic: quia vtraque definit controuerſiam: vt. ff. de re iudic. l. prima. Alij eſſe dicūt admonitionē quādam primā ſententiam: vt in authen. de hære. & fal. §. ſiquis autem non. coll. j. & ex eo ꝙ per primam ſententiam admonetur, & tandiu expectatur qui metum intulit, dicitur hæc actio arbitraria: vt. j. e. §. præterea.

p ¶ ABSOLVATVR.] ſcilicet à præſtatione quadrupli.

q ¶ IN CAETERIS CASIBVS.] qui enumerantur. ſuprà eodem. §. quadrupli. Accur.

¶ACTIONVM. ¶Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit regulam generalem. Secundò in ſpecie ponit quæ ſunt actiones bonæ fidei. Tertiò, quòd licet olim eſſet dubitatio, tamen hodie clarum eſt, quòd petitio hæreditatis eſt bonæ fidei. Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, quamuis. Aret. ¶CASVS. Multas diuiſiones actionum habuiſtis. ſ. & poſt illas de quibus dictum eſt. ſ. ponitur hîc quædam alia diuiſio. Et hoc eſt quod dicit dominus Ia. Diuiſio eſt hæc per ſe, non pendens ex præcedentibus. Et tractat iſte. §. vt dicit Ioan. de iuſtitia poſitiua: vbi non redditur alia ratio, niſi quia ità placuit iuris conditoribus. Eſt quippe diuiſio quam hîc ponit, talis: Actionum quædam ſunt bonę fi. quædam ſtricti iuris. & enumerat hîc. xvij. actiones bon. fi. Prima eſt actio ex empto, ſecunda ex vendito, & ſic de alijs. Eſt & hæreditatis peti. de qua ſemper ante tempora Iuſti. magna fuit dubitatio vtrum eſſet bonæ fidei, vel ſtricti iuris. Noſtra tamē conſtitutio (dicit) quam habes. C. de petitio. hæredi. l. vlti. diſpoſuit eam eſſe bo. fid. De. xvij. actionibus tractat in ſequenti. §. Notare autem debes in principio quòd duplex eſt bona fides. Vna quæ eſt contraria dolo, & fraudi. & hoc modo omnes contractus bonæ fidei ſunt: in omnibus enim debet abeſſe dolus & fraus. Eſt & alia bona fides, quæ antonomaticè vocatur bona fides, propter exuberantem fidem, quæ eſt in ea. Ab iſta bona fide dicuntur contractus in iſto. §. enumerati, bo. fid. Sed domine, quæ eſt exuberantia fidei, quæ eſt in iſta, ſiue in iſtis actionibus? Reſpon. Frater, ex hoc quòd in eis multa eueniunt ex bono & æquo de quibus non fuit actum inter partes. In contractibus autem ſtricti iuris ſolùm veniunt ea de quibus actum eſt inter partes vt venirent. De act. depo. quando ipſa ſit bon. fid. nemini venit in dubium quantum ad aliquid. De ipſa tamen dixerunt quidam antiqui, quòd ſimpliciter eſt bo. fid. in quatuor tamen caſibus, puta tumultus, incendij, ruinæ, naufragij. Dominus autem Ia. dicit quòd act. depo. bon. fid. eſt. Franciſc.

¶ ACTIONVM.] hæc eſt quinta diuiſio actionum. Sed quare actionum dicit: & non contractuum? Reſpon. quia generalius & plenius loquitur dicēdo actionum quàm contractuum. Accur.

r ¶ BONAE FIDEI SVNT HAE.] ſ. xvij. actiones quæ enumerantur in hoc. §. & ſeq. bonæ fidei ſunt[f]. aliæ autē omnes ſunt ſtricti iuris. Nam quācūq; hîc nō inueniā, ſtricti iuris eam iudicabo[g]: quia poſito vno de cōtrarijs, & omnia alia intelligenda ſunt: vt. ſ. de ijs qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. videamus. Sed quare magis hæ dicūtur bonæ fidei quàm aliæ: nunquid ideo quia poſsit eſſe mala fides in alijs? Reſpō. non: quia in omni cōtractu debet bona fides interuenire: vt. C. de act. & obli. l. bonam fidem. Imò ſi interueniat dolus in cōtractu bonæ fidei qui det cauſam cōtractui, non valet ipſo iure: vt. ff. de do. l. & eleganter. in prin. Sed in contractu ſtricti iuris purgatur per actionem, vel per exceptionem doli: vt. C. de inuti. ſtipu. l. dolo. Si verò incidit in contractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo contractu. vt. ff. de act. empt. & vendi. l. Iulianus. §. ſi venditor. Sed in ſtricti iuris de dolo agitur vel excipitur: vt dictum eſt: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. nō ſolum. & ff. de verborum obligatio. l. ſi quis cùm aliter[h]. Cùm ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides: ad quid bonæ fidei iſte dicuntur? Reſpon. aliæ ſtricti iuris dicuntur[i], quia non venit in eis niſi quod ſtrictè exigit natura

a Imò totū applicat parti. Ang. & Ia. licet Fa. cōtrà.

b Iſtā glo. ſequuntur communiter doctō.

c Quidīm portet iſta dictio, omnimodo: habetur in l. ſi cū exceptione. §. quatenus. & ibi Bart. ff. qđ me. cau. & in. l. græce. illud. ff. de fideiuſſ. Ac. etiā importat perpetuitatem actus: vt no. gloſ. j. & ibi Pet. de Ancha. in cle. j. de vi. & ho. cle. Ange.

d Dic ꝙ non eſt neceſſaria niſi vna ſentētia quāuis duo poſſint ferri. Ang.

e Sed Bar. ibi, quē cōmuniter doc. ſequūtur: tenet ꝙ non eſt neceſſe, quòd feratur niſi vnà.

Diuiſio.

Bona fides duplex.

f Imò ſunt xxv. cōputatis actionibus cōtrarijs quæ eodem modo ſunt bonæ fidei. Ang. & Ia. hîc.

g Gl. procedit in directis actionibus, non in cōtrarijs bo. fi. ſecūdum Io. Fa. & An. hîc.

h Sed ſi cōtractus ſit duplex: puta quia in contractu bonæ fidei interceſsit ſtipulatio: tunc dolus dās cauſam contractui annullat ipſo iure: vt per Bald. in d. l. dolo.

i Iſta gl. non reſpondet ad quæſitum: ſcilicet quare magis actiones impoſitæ ſūt bonę fidei quàm aliæ: ideo dic vt per Ia. ī ij. notabili iſtiꝰ. §.

natura actionis. Vnde nõ veniunt vſuræ ex mora in cõtractibus ſtricti iuris, vt. ff. de nego. geſt. l. quia tantũdem. &. C. de vſur. l. iij. & de cõdi. inde. l. j. ſed in cõtractibus bonæ fidei ſic: vt. ff. de act. emp. l. Iulianꝰ. §. ex vẽdito. &. ff. de vſur. mora. §. in bonæ fidei. Itẽ in actionibus ſtricti iuris fructus nõ veniũt ex mora, ſi petã quod nõ fuit meũ, niſi à tempore litis cõteſtatæ. tũc enim incipiunt venire fructus ex mora: ſed ſi petã qđ aliquãdo fuit meum veniũt fructus ex mora. ſecus in bonæ fidei iudicijs: vt. ff. de vſur. l. videamus. §. ſi actionẽ. Itẽ nõ venit intereſſe ſi rẽ dari eſt in obligatione ſecus ſi rẽ tradi vel factũ: vt. ff. de ver. ob. l. vbi autẽ. §. fi. & l. ſi fundũ. & ff. de re iud. l. ſi qs ab alio. §. fi. quę veniunt in bonæ fidei iudicijs: vt. ff. de ac. empt. l. j. in prin. Iſta ergo omnia quę vicẽ obtinẽt acceſſionũ: non veniunt in cõtractibus ſtricti iuris, niſi vt dictum eſt. Nec obſtat, quòd veniunt iſta in arbitrarijs quæ ſunt ſtricti iuris: quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: vt. j. eo. §. præterea. & §. ſed iſtę. in fi. Sed in bonæ fidei iure actionis[a] veniunt, præter vſuram, quæ venit ex mora officio iudicis: vt C. depoſi. l. iiij. & ff. de nego. geſt. l. quia tantundem. Item in bonæ fidei veniunt ea, de quibus nec actum nec cogitatum eſt[b]: vt ruta ceſa, & ſimilia: vt. ff. de act. emp. l. fundi. § ſi ruta. &. C. de act. empt. & ven. ꝑ totũ. Itẽ ex hoc. §. nota quandã differentiã circa cõpẽſationẽ: qua dic vt. j. eo. §. in bonæ fidei. patet ergo ꝙ exuberantius & pinguiꝰ iudex officiũ ſuũ ad ea quæ bonę fidei ſunt extẽdit, quã in cõtractibꝰ ſtricti iuris. & facit. s̃. de obli. quę ex cõſenſu. in fi. & ideò dicunt bonæ fidei, & aliæ ſtricti iuris. †Vnde de talibus dantur tales verſus:

Empti, conducti, mandati, depoſitiq;,
Pignora, ciſcunde, communi, pro ſocioq;.
Dotis & hæredis, tutelę, commoda, geſtor,
Præſcriptis verbis, ſi mutat, ſiue licetur,
Iſta bonæ fidei ſunt: ſtricti cætera iuris.

ADDITIO. Vide gloſ. ferè ſimilem in ca. cùm venerabilis. extra de excep.

vendito, locato, conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti[a], pro ſocio[b], tutelę[c], commodati, pignoratitia[d], familiæ[e] Herciſcundę, communi diuidundo[f], præſcriptis verbis, quæ de[g] æſtimato proponitur, &[h] ea quæ ex permutatione[i] cõpetit, & hæreditatis petitio[k]. quãuis enim vſque adhuc[l] incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hęreditatis petitio eſſet, an nõ noſtra tamen conſtitutio[m] apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

¶ Actio rei vxoriæ, quæ olim pro dote competebat, eſt hodie transfuſa in actionẽ ex ſtipulatu, cũ omni ſuo iure: quàm actio eſt priuilegiata, reſpectu hypothecæ, & prioritatis, ſeu prælationis. Are.

¶ Fuerat antea & rei vxoriæ[n] actio vna, ex bonæ fidei iudicijs: ſed cùm pleniorẽ eſſe, ex ſtipulatu[o] actionẽ inuenientes, omne ius quod res vxoria ante habebat cum multis diuiſionibus, in actionẽ ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigẽdis proponitur, trãſtulerimus[p]: merito rei vxoriæ actiõe ſublata, ex ſtipulatu actio, quæ ꝑ ea introducta eſt, naturã bonæ fidei iudicij tãtũ in exactiõe dotis meruit[q], vt bonæ fidei ſit. ſed & tacitam[r] rei[s]

a Et eſt effectus, quia tũc ſi iudex omittat in ſñia condemnare: nihilominꝰ poſſent peti iure actionis. ſecus ſi venirent officio iudicis, vt eſt glo. in l. non ſolũ. in verbo, cauere. ff. de rei ven.

b Gl. ſequitur Iaſ. licet diſpliceat Fa. & Pla.

† Hactenus progredit Accur. glo. Egi. Per.

c Iſta opin. Ioan. cõiter approbatur per doctores.

a ¶ DEPOSITI.] hanc actionẽ dicunt quidam eſſe ſtricti iuris in. iiij. caſibus qui enumerantur ff. depoſi. l. j. §. j. Sed Ioan. contra[c]. Et datur in duplum cõtra eum qui depoſitum ſuſcepit, de eo quod dolo fecit: ſed in hæredẽ defuncti, ex dolo defuncti, dat in ſimplũ, ſed hæres ex dolo ſuo tenet in duplũ: vt in. d. §. j. aliàs ſemp tenet in ſimplũ, q depoſitũ ſuſcepit. Et eſt ratio quare plus puniatur in prædictis quatuor caſibus, qui enumerantur. ff. depoſi. quia grauius eſt fidem fallere ei qui ex neceſsitate deponit, quàm qui ex voluntate: vt. d. l. j. ff. depo. §. merito. Sed nunquid in his caſibus eſt bonæ fidei? Dicunt quidam quòd non: arg. ff. de preca. l. j. Nos contrà: & dicimus, quòd ſit bonæ fidei. nam cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus.

b ¶ PRO SOCIO.] quæ eſt vtriq; directa ab vtraque parte: vt. j. de pe. te. liti. §. ex quibuſdam.

c ¶ TVTELAE.] ſed cùm iſtæ tàm cõtrariæ quã directæ inueniantᷣ: nũquid omnes ſunt bonæ fidei? Rñ. ſic in dubio, cũ fauor ſit extẽdẽdꝰ. vt. ff. de lib. & poſth. l. cũ quidã. ADDITIO No. quòd actio tutelæ eſt bonæ fidei. & idẽ dicas in actione pro tutelę directa & cõtraria: vt puta in eo qui geſsit vt tutor, cũ nõ eſſet: vt no. Bar. Dy. & Bal. in. l. j. §. pro tutore. ff. eo. de eo qui pro tutore, vel cura. neg. geſ. Ang.

Actio pignoratitia eſt duplex.

d ¶ PIGNORATITIA.] tã directa quę debitori datur ſoluto debito: vt s̃. qui. mo. re. cõtrahi. obl. §. fi. quàm cõtraria quæ datur creditori: vt. ff. de pig. act. tutor. §. cõtrariũ. ADDITIO. Quæ pignoratitia datur debitori cõtra creditorẽ ad repetẽdũ pignus traditũ: & naſcit tp̃e ſolutionis, vel ſatisfactionis crediti quomodocũq; de volũtate ipſius creditoris factæ: vt. l. ſi rẽ. §. omnis. & ibi gl. Bar. & doc. ff. de pig. act. licet naſcatur ex contractu dudum facto & inito: vt. s̃. qui. mo. re. contra. obli. §. fi. ſecundum Ange.

e ¶ FAMILIAE HERCISCVNDAE.] quæ inter cohæredes datᷣ: vt. ff. fami. herciſ. l. ij. & s̃. de obli. quæ ex quaſi contrac. §. idem iuris.

Actio cõi diuidundo. Actio finiũ regundorũ eſt ſtricti iuris.

f ¶ COMMVNI DIVIDVNDO.] quæ datur inter eos, qui habẽt rẽ cõmunem. cum ſocietate, vel ſine, vt diuidatur: vt. s̃. de ob. quæ ex quaſi contractu. §. item ſi inter aliquos. & no. s̃. e. §. quędã. Sed quid de actione finium regundorum? Rñ. quidam: idem propter ſimilitudinem quam habet cum his duabus: vt. s̃. e. §. quædam actiones. Sed contradico[d]: cùm hîc de ea nõ inueniam. & poteſt eſſe ratio, quare ſecus ſit in iſta, quàm in alijs duabus: quia in iſta id quod purè eſt meum, poteſt alteri adiudicari: vt. ff. fini. reg. l. ij. in fi. ſed in alijs duabus communis res, non propria adiudicatur: vt. j. de offi. iudi. §. fi.

d Cum iſta opin. cõiter tranſeũt doctores.

Aeſtimatæ rei cuius eſt periculum.

g ¶ DE AESTIMATO.] vt ſi tibi rem meã do, & æſtimo tibi eã decẽ vt aut rem aut decẽ reddas: ſi vero plus vẽdas, tuũ ſit: & eſt tũc periculũ accipiẽtis indiſtinctè: vt hîc, & ff. de ęſti. acti. l. j. in fi. Si verò ſic dixi: rem aut æſtimationẽ reddas: tunc diſtinguitur quis rogauerit vtrum ego te de vendendo: aut tu me de tradendo: vt ſit periculum rogantis, vt ff. de præſcrip. verb. l. ſi gratuitam. §. j.

h ¶ ET EA.] ſcilicet actio pręſcriptis verbis.

Actio quãdo naſcitur ex permutatione.

i ¶ EX PERMVTATIONE.] quę naſcit re demũ ab altera parte ſecuta: & tunc nõ ex traditione rei, ſed ex pacto dudũ appoſito ſcilicet naſcitur: vt C. de re. permuta. l. ex placito. Sed cũ iſtis duobus caſibꝰ ſit bonæ fidei: quæro vbi ſtricti iuris erit? Rñ. datur ex pacto incontinẽti appoſito: qđ euenit: vt ff. de pact. l. iuriſgentiũ. §. ſed cùm nulla. & §. quinimo. Et eſt ratio: quia nõ inuenio, ꝙ ſit bonæ fidei niſi in duobus caſibꝰ, itẽ in cõtractibus tribꝰ innominatis: do vt facias: facio vt facias: & in tertio de quo diximus, do vt des: qđ eſt permutatio. In primis enim duobus præſcriptis verbis actio eſt ſtricti iuris: ſed in tertio eſt bonæ fidei, vt hic dicitur. In quarto contractu innominato, ſcilicet facio vt des: de dolo agitᷣ nõ præſcriptis verbis[e]: vt ff. de præſcrip. verb. l. naturalis. §. ꝙ ſi faciã vt des. Itẽ in omni cõtractu vbi eſt incertũ de nomine actionis, habet locũ hæc actio: & eſt ſtricti iuris: vt ff. de præſcrip. verb. l. ij. iij. & iiij. Sed quid de actione in factum: nunquid eſt bonæ fidei? Rñ quatuor ſunt genera actionis huius in factum. Vnum vt detur ex omni edicto, vel interdicto prætoris, vbi non dedit prætor certum actionis nomen: vt j. de interdict. §. fi. ff. nau. caup. ſtabu. l. & ita. §. ait prætor. in gl. ex edicto. Secũdo vbi datur in ſubſidiũ legis Aquilię: vt s̃. de l. aquil. §. fi. Tertio vt detᷣ vbicunq; præſcriptis verbis actio dat: & tũc eadẽ eſt quod actio præſcriptis verbis: vt ff. de præſcrip. ver. l. j. in fi. Itẽ quarto dicitur in factum: quæ eſt ex varijs figuris cauſarũ: vt C. de ſac. ſanc. eccl. l. ſancimus. j. §. ſin autẽ. quod quartũ genus nõ põt ſub regula cõprænhendi, ſicut nec mora: vt ff. de vſur. l. mora. in prin. Nũquid ergo eſt ſtricti iuris ſemper? Rñ. ſic, cùm nõ inueniã ꝙ bonæ fidei ſit. Sed quidã dicunt, ꝙ in tertio caſu vbi loco præſcriptis verbis dat, quæ cõpeteret ex permutatione, vel æſtimatione, ſit bonæ fidei: quod eſt falſum: quia in omni cõtractu vbi certũ debetur, habet locũ certi cõdictio: vt ff. ſi cer. pet. l. certi cõdictio. & tamẽ nemo dicit aliquã cõdictionẽ eſſe bonæ fidei. Itẽ quid de actione præſcriptis verbis quæ pro precario datur? Dicũt quidã, ꝙ bonæ fidei eſt: vt ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictũ. Sed cõtradico[f]: quia nõ inuenitur ꝙ ſit bonæ fidei: vt ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum. Accur. ADDITIO. Niſi tale pactum ſit æſtimatio vel permutatio: vt quia ab vtraque parte ſit ſpecies certa præſtanda: quia tunc talis actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei. Iac.

e Quod verum vbi ex facto meo nihil tibi adeſt. alias ſecus: vt per Iaſ. hic ponentem etiã qualiter ex permutatione plures & diuerſæ & ad diuerſa tendẽtes cõpetãt actiones.

f Iſtã cõiter approbant doct. hic.

k ¶ HAEREDITATIS PETITIO.] quę dat cõtra poſſidẽtẽ ꝓ hęrede, vel ꝓ poſſeſſore: vt ff. de pet. hær. l. regulariter. & l. ſeq. & l. q. interrogatus.

l ¶ VSQVE ADHVC.] id eſt vſq; ad tẽpora huius legis, vel noſtræ cõſtitutionis, de qua ſtatim memoriam facit.

m ¶ CONSTITVTIO.] vt C. de peti. hære. l. fi. in fi.

¶ FVERAT ANTEA. ¶ CASVS. Dñe, intellexi ꝙ xvij. ſunt actiones bonæ fidei, quæ enumerãtur in ꝓximo ſuperiori. §. eſt & xviij. quæ vocat actio ex ſtipulatu ꝓ dote: de qua in præſenti tractare intẽdimus. ꝓ deo dicatis mihi, quæ eſt eiꝰ natura? Frater, dicit ipſe, ſcire debes, ꝙ olim erat quædã actio quæ erat bo. fid. quæ vocabat rei vxoriæ actio: quæ cõpetebat mulieribꝰ ad dotes ſuas repetẽdas: & olim numerabat. xvij. ſed quicquid olim erat in actiõe illa, hodie trãſfuſum eſt in actionẽ ex ſtipulatu ꝓ dote: & illa penitꝰ eſt ſublata. Duõ autẽ bona erãt in illa actione, videlicet antiqua, qa erat bo. fid. & etiã tacitã habuit hypothecã vnde dicimꝰ, ꝙ actio ex ſtipulatu, quãquàm ſtricti iuris ſit ex ſui primitiua natura, tñ qa in oĩbus ſupplet naturã rei vxoriæ actiõis, qñ dat pro dote: dicimꝰ, ꝙ habet iſta duo, ſcilicet ꝙ eſt bo. fid. & etiam ꝙ tacitam habet hypothecam. h. d. Fran.

n ¶ REI VXORIAE ACTIO.] nomẽ erat actiõis. Vel dic, ꝙ factũ denotat i. rẽ ipſam, vel quia pro re vxoris cõpetebat ſoluto matrimonio.

o ¶ EX STIPVLATV.] quæ ſimiliter pro dote datur.

Actio ex ſtipulatu pro dote cõpetit marito & vxori.

p ¶ TRANSTVLERIMVS.] vt C. e rei vxo. act. in prin & cõpetit hæc actio ex ſtipulatu, ſiue marito[g], vt ei dos detᷣ: ſiue vxori, vel patri eius vt reſtituatur. & ſiue vtiliter fuerit interpoſita ſtipulatio, ſiue non: tamen ſemper creditur tacitè & vtiliter interuenire: vt C. de rei vxo. ac. §. j. nã & aliàs intelligitur ſtipulatio tacita vbi non eſt: vt ff. de adopt. l. his verbis. & ff. ſi cui plus. quàm per leg. Fal. l. niſi §. item ſciendum.

g Not. ꝙ nõ tantum vxori ad repetẽdam dotem præſumitur fieri ſtipulatio vt hic: ſed etiã ex parte viri ad conſequendã dotẽ: et ex vtraque parte

q ¶ MERVIT.] ſcilicet actio ex ſtipulatu: vt hic, & C. de rei vxo. act. §. ſed & ſi non ignoramus. aliàs enim ſtricti iuris eſt: cùm non inueniatur ꝙ ſit bon. fid. vt s̃. eo. §. actionum.

r ¶ TACITAM.] ſcilicet actionem hypothecariam.

s ¶ REI.] ſcilicet actiõi ex ſtipulatu, vel mulieri. ADDITIO. Quod verũ intellige quantum ad priuilegium tacitę hypothecæ. ſecus quo ad priuilegium prælationis: quia competit mulieri: & eſt effectus, quia tunc eſt perſonale: & non tranſit ad alium niſi ad filium:

o

dedimus hypothecam[a]. Præferri autem alijs creditoribus[b], in hypothecis, tunc cenſuimus, cùm ipſa[c] mulier de dote ſua experiatur: cuius ſolius[d] prouidentia hoc[e] induximus.

¶ Hodie compenſatio oppoſita ab homine, perimit omnes actiões, vſq; ad cõcurrentes quantitates ipſo iure: ſiue ſit actio bonæ fidei, ſiue ſit ſtricti iuris: excepta actione depoſiti, quæ per cõpenſationem non tollitur. Aretinus.

¶ In bonæ fidei iudicijs, libera poteſtas permitti videtur iudici, ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui[f] debeat. In quo[g] & illud cõtinetur, vt ſi quid inuicẽ præſtare[h] actorem oporteat: eo compenſato[i], in reliquum is cũ quo actum eſt, debeat condemnari. ¶ Sed & in ſtricti iuris iudicijs, ex reſcripto diui Marci oppoſita doli[k] mali exceptione, compenſatio inducebatur. ſed noſtra conſtitutio[l], eas compẽſationes quæ iure aperto[m] nituntur, latius introduxit, vt actiões[n] ipſo iure[o] minuant[p], ſiue in rem, ſiue in perſonã, ſiue alias[q] quaſcunque: ¶ Excepta ſola depoſiti[r] actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credimus, ne ſub pretextu compẽſationis, depoſitarum rerum quis exactione defraudetur.[s]

¶ Actiones, arbitrariæ ideò dictæ ſunt, quia merè in arbitrio iudicis ſunt: & ſunt tàm reales, quàm perſonales. Areti.

ineſt tacitè hypotheca: vt eſt text. i.l.j.§.j. C. de rei vxo. act. ibi ſtipulationem & hypothecã &c. Angel.

vt hic in glo.fi.ſecus In primo caſu: vt hic per doctores.

a ¶ HYPOTHECAM.] ſcilicet ex vtraq; parte: ſiue ex parte mulieris ad repetendam dotem: ſiue ex parte viri, ad petendam eam. Semper enim ſunt ibi tacitæ hypothecæ: vt C. de rei vxo. actio. §. j.

Dotẽ petẽs mulier an præferatur oĩbus creditoribus.

b ¶ CREDITORIBVS.] ſed nũquid omnibus indiſtinctè? Rñ. ſecundũ M. ſic: ſiue primi habeant pignus expreſſum, ſiue non. Sed hęc opinio non valet: quia l. diſtĩguit: vt C. de iu. dot. l. vbi. Itẽ fiſcus, & mulier pari paſſu ambulãt: vt C. de pri. fiſ. l. quãuis. & fiſc⁹ nõ prefertur habẽtib⁹ expreſſam: vt ff. q pot. in pig. hab. l. ſi pignus. ergo nec mulier. Secũda eſt opi. vt diſtinguat inter pign⁹. ſ. traditũ, & hypothecã. ſ. nõ traditam: vt primo caſu nõ preferatur mulier: ſecũdo ſic: vt arg ff. quib. mo. pig. ta. cõtra. l. pen. Sed & hãc reprobo per id quod eſt. ſ. eo. § inter pignus. Tertia eſt opi. ſecundum B. & Ioã. & Azo. vt habentibus tacitã hypothecã præferatur: nõ autẽ habẽtibus expreſſam. lex enim ſuũ priuilegiũ quod dederat primis, eis adimere præſumit, ꝑpter mulierẽ: nõ autẽ id priuilegiũ, qđ qs ſibi adinueniſſet. & hoc cautè probatur per verba. l. C. qui pot. in pig. ha. l. fi. ibi, licet anterioris tẽporis priuilegio ſint vallati &c. Accurſius.

Mulieris hęres in petitione dotis non potitur priuilegio mulieris.

a Hoc eſt verũ ĩ ꝓcuratore ſimplici. ſi verò ſit procurator in rem ſuã: diſtingue, vt per Iaſ. hîc.

b Scilicet prælatiõis: habet tamẽ priuilegiũ tacitę hypothecæ, vt p Iaſ. hîc. in ſecundo not.

c Hoc verũ intellige quando filia eſſet viua tempore quo pater agit: aliâs ſecus vt hîc p doctο.

c ¶ CVM IPSA.] vis faciẽda eſt in eo qđ dicit, ipſa. Nã alius nõ admittitur ad tale priuilegiũ agẽs pro dote, etiam hæres mulieris: vt C. de priui. do. l. j. niſi ſit de ſuis hæredibus. i. de filijs & alijs deſcendentibus mulieris: vt C. qui pot. in pig. hab. l. fi in fi. Sed nũquid procuratori mulieris datur hoc priuilegiũ? Rñ. ſic: vt ff. ſol. mat. l. alia. & ff de procur. l. minor. §. qm̃.[a] Itẽ quod hîc dicit de dote ſua: ideò dicit, qa aliud eſt in donatione propter nuptias. nã in ea nõ habet hoc priuilegiũ[b]: vt C. qui pot. in pig. hab. l. fi. in fi. Sed qñ mulier põt experiri de dote? Rñ. ſoluto matrimonio, nõ prius, niſi maritus ad inopiã vergat: vt C. de iur. dot l. vbi. & ff. ſol. mat. l. ſi cõſtante. in prin. & hoc ſiue ipſa dederit dotẽ, ſiue alius extraneus, qui tamẽ non fuit pactus de ea ſibi reddenda: quo caſu ſibi, nõ mulieri daretur: vt C. de rei vxo. act. § accedit. Si autẽ pater mulieris dederit dotẽ: patri actio & filiæ ſimul dabitur: imò aliquantulũ habet plus pater qui agit. & filia ſemper creditur cõſentire, niſi habeat iuſtã cauſam cõtradicendi, & contradicat: vt ff. ſol. mat. l. ij. §. fi. & l. nõ ſolum. & hanc dotẽ integram debet ſeruare pater pro filia: niſi clade. i. tẽpeſtate, vel vi patrimoniũ ſuum fuerit diminutum: vt in aut. de æquali. do. §. quia verò omnia. colla. vij. Sed nũquid patri hoc priuilegiũ dabitur? Videtur ꝙ nõ: quia ſua actione agit: vt ff. ſol. mat. l. ij. §. voluntate. Ecõtra ꝙ ſic, videtur: quia per hoc filiæ prouidetur, cùm pater hanc reſeruare cogatur filiæ, vt dictũ eſt. & hoc verum puto[c]: vt hîc dicitur, cuius prouidentia &c.

d ¶ SOLIVS.] ſcilicet mulieris.

e ¶ HOC INDVXIMVS.] ſcilicet alijs præferatur.

¶ IN BONAE. ¶ Diuiditur in treis parteis. Primò, æqualiter cõpenſatio fit in bo. fid. iud. Secũdò, qualiter olim & hodie fit in ſtricti iuris. Tertiò, facit quandã exceptionem. Secũda ibi, ſed & in ſtricti iuris. Tertia ibi, excepta. ¶ CASVS. In ſuperioribus dictum eſt, quæ actiones ſunt bo. fid. & etiã per oppoſitũ patet quæ ſunt ſtricti iuris: quia omnes præter eas quæ in alijs præcedentibus §§. enumerantur. Modo intendit dominus Iuſti. proſequi quandã largã materiam, quã habet iudex in iudicijs bo. fid. Vberius enim & pinguius exercet iudex officium ſuũ in act. bo. fi. quàm in act. ſtricti iuris: adeò ꝙ ex iſta vberantia permittitur iudici ex bono & æquo in act bon. fid. ęſtimare quantũ per actiones iſtas actori ſit præſtandũ. in quo iudicis officio continetur, vt ſi actor qui petit puta xv. reo teneatur in aliquo, puta in x. cõpenſato eo quod actor reo debet, iudex reũ in ſolidos quinque cõdemnabit. & fiebat iſta cõpenſatio in iudicio bon. fid. ipſo iure: ſed in act. ſtricti iuris nõ poteſt habere locũ compẽſatio: niſi oppoſita doli mali exceptiõe, & hoc erat inductũ ex cõſtitutiõe diui Pij: ſed noſtra conſtitutio (dicit Imperator) induxit eandẽ compenſationem ipſo iure, tàm in ſtricti iuris iudicio, quàm in bo. fi. vſq; ad contentã in petitione quantitatẽ, in omni actione, in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte ſit debita: & hoc ſiue ſit actio in rẽ: ſiue in perſonam: excepta actione depoſiti: in qua videtur abſurdum aliquid compenſationis nomine opponi: ne prætextu cõpenſationis aliquis depoſitarum rerum exactione fraudaretur. h. d. Fran.

f ¶ RESTITVI.] largè accipe: ſiue pro dando: ſiue pro reſtituendo: vt ff. de verbo. ſign. l. verbum reddendi. & hoc intelligas ſiue in vſuris ex mora: vt ff. de vſuris l. mora. §. in bonæ fidei. ſiue in intereſſe agentis: vt ſ. de oblig. ex conſenſu. Accur.

g ¶ IN QVO.] ſcilicet officio iudicis.

h ¶ PRAESTARE.] ſcilicet reo.

i ¶ EO COMPENSATO.] ſcilicet oppoſita exceptiõe cõpẽſationis tãtũ.

k ¶ DOLI MALI EXCEPTIONE.] quę exceptio ideò dabat, quia dolo facit ꝗ petit qđ reſtitutur⁹ eſt: vt. ff. de exce. do. l. dolo. Et ita nota, quãtũ ad effectũ nulla eſt differẽtia: ſed quãtũ ad verba[d] vel rigorẽ iuris.

d Iſt ag lo. male loquitur ſecundũ Iaſ. cũ leges non verbis, ſed rebus imponãtur. l. ij. C. cõia de leg.

l ¶ CONSTITVTIO.] vt. C. de compen. l. fi.

Compenſatio in qbus rebus fit.

m ¶ IVRE APERTO.] i. vbi quãtitas hincinde debetur. Nã ſpeciei ad ſpeciem: vel ſpeciei ad quãtitatẽ: vel quãtitatis ad quãtitatem: ſi eſt quãtitas vt ſpecies: nõ ſit cõpenſatio: quia nõ patet iure aperto: vt. ff. de pig. act. l. ſi cõuenerit. j. rñ. & ff. de condi. indebi. l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centũ. & de impẽ. in re. do. fac. l. qđ dicit. & l. fin. & ff. de pec. l. ſi creditor §. j. Sed nõne ſtatim hîc ſubijcit, ꝙ actioni in rem poteſt obijci cõpenſatio? ergo videtur fieri de ſpecie ad quantitatẽ. Sed dic, quòd ſit rei vẽdicatio, qñ re non reſtituta iuratur in litẽ, vel in veram æſtimationẽ: vt ff. de rei vẽ. l. qui reſtituere. Itẽ quid ſi hincinde debitum eſt in genere: vt debeo tibi hominem, & tu mihi hominẽ? Rñ. ſit compenſatio: vt. ff. ſi pars hæ. pe. l. j. §. item ſi cùm me. & ff. de hære. inſti. l. qui non militabat. j. rñ. & ff. de leg. ij. l. vnũ ex familia. §. ſed ſi vno. Itẽ quid ſi ab vna parte debitum eſt confeſſatum, ab altera negatum? Rñ. non patet aperto iure: vnde non ſit compenſatio: vt C. de compen. l. fi. §. pe. ADDITIO. Niſi tale debitum non confeſſatũ poſſet de proximo liquidari: vt. d. l. fi. C. de compen. quando autem oppoſitio compenſationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum: vide hîc per doc.

n ¶ VT ACTIONES.] accuſatiui caſus. Eſt enim ſenſus, vt compenſationes minuant actiones.

Cõpenſatio non fit ipſo iure, ſed debet opponi.

e Nota illũ caſum: & gloſ. ibi nõ adducit plures alios caſus, ĩ quibus quis cõpenſat, nõ tãtũ debitũ ſibi: ſed debitũ alteri. dic vt ibi Ang.

o ¶ IPSO IVRE.] adeò vt dixerint quidam non eſſe neceſſe voce hominis opponi compenſationem: vt hîc. Sed certè imò eſt neceſſarium, vt opponatur. quod probo tribus rationibus. Nam fideiuſſor conuentus eligit vt vel quod ſibi, vel quod reo debetur, compenſet: quæ electio ſibi non daretur, ſi ius compenſaret: vt. ff. de compen. l. ſi quid[e]. Item & reus conuentus eligit in quam cauſam compenſet ſi debeat ex pluribus cauſis: vt. ff de compen. l. quod Labeo. Item lex dicit eum male agere, cui obijci poteſt compenſatio: vt. ff. de compen. l. verum. §. ſicut ſed qui male agit, habet actionem, ſed eliditur exceptione: vt ff. quando di. vſuſfru. le. ce. l. j. in fi. Sed ſecundum hanc opi. quid adijcitur in actione ſtricti iuris ad id quod erat olim? Reſpon. quia doli mali tantum obijciebatur exceptio: per quam non extinguebantur actiones ipſo iure: ſed nunc etiam cõpenſationis exceptio opponitur, per quam ipſo iure hincinde actio extinguitur: vt hîc, & . j. eod. §. penul. & nihilominus doli: cùm generalis ſit: vt. ff. de except. do. l. ij. §. generaliter.

p ¶ MINVANT.] ſcilicet compenſationes.

q ¶ ALIAS.] actiones: vt. ſ. miſtas, quæ ſunt. iiij. vt. ſ. eo. §. quædã actiones. Item perſecutio fideicõmiſſorum. Item officium iudicis: & ſimilia: quæ actiones ſunt largiſsime accepto vocabulo: vt. ff. de act. & obli. l. actionis verbo. Vnde & petitiones cautionum occaſione damni infecti compẽſantur: vt. ff. de dam. infec. l. j. & . l. qui bona. §. ſi quis quia. Accurſius. ADDITIO. Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obſtaculum eſt in medio. aliâs ſecus: vt per Bar. in. l. fi. §. fi. ff. de condi. indebi.

Cõpenſatio ĩ multis caſibus ceſſat.

r ¶ DEPOSITI.] quod tu intelligas quando pecunia non ſignata eſt depoſita: quo caſu etiam aliam ſimilem reddere poteſt: vt ff. depoſi. l. Lucius. & . l. diem ſponſaliorum. §. j. Si autem eſſet depoſitio facta in ſpecie, vel in pecunia vt in ſpecie: quod eſſe poteſt: vt ff. de leg. j. l. planè. j. §. ſi eadem. verſi. ſed hoc ità. tunc etiam alia ratione non obijcietur compenſatio: quia in ſpecie non fit compenſatio. Item quod hîc dicit in actione depoſiti, idem dicunt quidam in actione commodati: vt. C. de commo. l. prætextu. Sed certè imò eſt ibi ratio: quia in ſpecie fieret. Nam ſolæ ſpecies commodantur, non quantitates, niſi quantitas, vt ſpecies commodetur: vt. ff. commo. l. iij. §. fin. Item ceſſat aliâs compenſatio: vt quando per violentiam mihi rem abſtuliſti: vt. C. de compen. l. fina. in fi.[f] Item & fiſco non opponitur in quibuſdam caſibus: quos dic vt. ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. qui compenſationem. & C. eodem de compenſa. l. compenſationes. & . l. in ea. Item in curatore qui fraudauit publicam annonam: vt. ff. de compen. l. ob negotium.

Species ſole commodãtur.

f Iſtud de violentia intelligas vt ibi no. glo. & docto. Ange.

s ¶ DEFRAVDETVR.] ſed nõne hęc ratio vbiq; poteſt habere locum? Rñ. non ità: quia ſi reſtitutio denegatur, eſt dolus: vt. ff. man. l. ſi procuratorem. §. dolo. Item depoſitarius de dolo tantum aliâs tenetur, vnde ſi hîc magis grauetur, non eſt mirum: vt argu. ff. de iureiuran. l. eum qui. in princi.

Depoſitarius de dolo tantũ tenetur.

Præterea.

¶ PRAETEREA. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, quare dicā tur arbitrariæ. Secundò, quæ ſunt iſtæ arbitrariæ. Tertiò, quid iudex in his poſsit. Secunda ibi, Sed iſtæ. Tertia ibi, in his enim. Aretinus. ¶ CASVS. Præter actiones de quibus facta eſt mentio. ſ. adhuc ſcire debetis, ꝙ ſunt quædā actiones arbitrariæ, hoc eſt ex arbitrio iudicis dependentes. In quibuſdā enim actionibus: niſi reus actori iudicis officio ſatisfaciat: veluti rē reſtituat cū rei ven. agitur: vel rem exhibeat cùm ad exhibendū agitur: vel ſoluat cùm aliquid certo loco eſt ſoluēdū: vel ex noxali cauſa ſeruū dedat, cùm noxaliter agitur cōtra ipſum: ille q ſic condēnat à iudice, re⁹ ſcilicet: ſi nō vult ſatisfacere ad arbitriū iudicis, pōt condēnari, vel ad intereſſe, vel vt in litē contra eū iuret. & h.d. litera iſta. Præterea. q.d. Iſtę actiōes de quibus ad pręſens tractare propono, nec ſunt bonæ fidei, nec ſtricti iuris: ſicut illæ de quibus proximè tractatū eſt: ſed habēt aliā quādam naturā per ſe. & in hac opinione fuerunt quidam antiqui. Alij dicunt, ꝙ ſunt bo.fi. & hoc quia in iſtis habet iudex largas habenas, ſicut in cōtractibus bo.fi. Sed tu dic, ꝙ cēſentur ſtricti iuris: cùm inter eas quæ ſunt bo.fi. non numerētur. Item videtur, ꝙ iſta litera, vel ex noxali cauſa ſeruū dedat, nō innuat ꝙ dn̄s qui cōuenitur noxaliter, præciſè cōdemnari debeat ad hoc, ꝙ ſeruum dedat pro noxa, cùm l. dicat ęſtimationem damni eſſe in obligatione noxæ, aut deditionē in liberatione: vt ff. de re iudi l. miles. §. aut noxæ. Frater, intellige, ꝙ facta fuit cōdemnatio in æſtimatione damni: ſed poterat euitare illam damnationē dando ſeruum pro noxa. vnde expone literā, debet condēnari. Vel ſic, potes dicere, ꝙ omnia iudicia ſunt abſolutoria: adeò ꝙ ſi aliquis alicui in veritate debet decē, qui à creditore in iudicium vocetur: & in tali ſtatu ſit, ꝙ cōtra eū debeat ferri ſententia: ſi tamen ante ſententiā ſoluerit: illud iudiciū quod debebat eſſe condēnatoriū, modo erit abſolutoriū. & ſic intelligo illud verbū, iudicia ſunt abſolutoria. Pone ergo, ꝙ ſeruus ignorāte dn̄o damnum dederit in rē alicuius: ille qui damnū paſſus eſt, agit cōtra dominum, petēs ꝙ damnū emēdet. certè condēnabitur dn̄s ad æſtimationē, niſi ante condēnationē dederit ſeruū pro noxa. & ſum in verſi. Sed iſtę actiones &c. Dixi vobis, ꝙ actionū ſtricti iuris, quædā ſunt arbitrariæ. Iſtarū autē quædā ſunt in rē: quædā in pſonā. Arbitrariæ in rē ſunt, vtputa Publiciana, & Seruiana. In perſonā ſunt actiones, quod metus cauſa: de dolo actio, quæ eſt arbitraria actio: & actio per quā petitur pecunia certo loco promiſſa: & actio ad exhibendum. Et in oībus illis caſibus & ſimilibus permittitur iudici ex bono, & æquo æſtimare, ſecundū rei naturam, inquantum actori ſatisfieri oportet. h.d Franciſ.

¶ Præterea quaſdam actiones [a] arbitrarias, id eſt ex arbitrio [b] iudicis pendētes appellamus: in quibus, niſi arbitrio iudicis is cum quo agitur, actori ſatisfaciat: veluti rē reſtituat [c], vel exhibeat [d], vel ſoluat [e], vel ex noxali [f] cauſa ſeruum dedat [g]: condemnari [h] debeat. ¶ Sed iſtæ [i] actiones, tàm in rem [k], quàm in perſonā inueniuntur. In rem, veluti Publiciana [l]: Seruiana [m], de rebus coloni: Quaſi ſeruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur in perſonam, veluti quibus de eo agitur, quod vi, aut metus [n] cauſa, aut dolo malo [o] factū eſt. itē cùm id [p] quod certo loco promiſſum [q] eſt, petitur. Ad exhibēdum quoq; actio, ex arbitrio iudicis pēdet. ¶ In his enim actionibus [r] & cęteris ſimilibus [s] permittitur iudici, ex bono, & æquo, ſecundum cuiuſq; rei, de qua actū eſt, naturā [t] æſtimare, quēadmodū actori ſatisfieri [v] oporteat.

¶ Iudex debet ferre ſententiam certam, etiam ſuper libello incerto, ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. h.d. Aretinus.

¶ Curare † autem debet iudex, vt oīno quantùm poſsibile [x] ei ſit, certæ

a ¶ ACTIONES ARBITRARIAS.] ſed nunquid ſunt bonæ fidei, vel ſtricti iuris? Rn̄. quidā ꝙ bonæ fidei ſunt: qa in iudicis arbitrio ſunt: vt j. proxi. §. in fi. & ſ. e. §. in bonę fidei iudicijs. Sed hęc nō valet: quia officiū iudicis quod in bo.fid. iudicijs venit, eſt iure actionis. Sed hoc quod eſt in arbitrio, merū eſt, & in iudice tantum eſt: vt ff. de eo quod cer. loc. l. in bonæ fidei[a]. Alij dicunt ꝙ nec ſunt bonæ fidei, nec ſtricti iuris: imò eſt tertia ſpecies ad illā diuiſionē quæ eſt. ſ. e. §. actionum. & facit pro eis. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. §. planè. & ff. de vſur. l. in fideicōmiſsi. quæ eſt l. iij. §. in his. hanc etiā reprobat: quia dicta diuiſio eſt perfecta & immediata. Alij dicūt ꝙ verius eſt, ꝙ ſint ſtricti iuris, cùm bonæ fidei non inueniantur: vt ſ. e. §. actionum. Accur.

ADDITIO. Hæc vltima vera eſt: & eā ſequuntur communiter ſcribentes hîc.

b ¶ EX ARBITRIO.] bene dicit ex arbitrio. nec enim obligatus eſt rē reſtituere, vel ſimile quid facere: quod prompte dices eſſe verum in actione in rem. In perſonalibus autem & arbitrarijs, quæ hîc enumerantur, dices ꝙ licet exhibitio, vel reſtitutio ſit in obligatione, pœna tamen. i. intereſſe, vel quanti in litem iuratum eſt, non niſi per officium iudicis præſtatur: & ideò arbitrariæ dicuntur.

c ¶ REM RESTITVAT.] vt in rei vēdicatiōe: quæ eſt arbitraria: cùm primò rē reſtituēdo liberet: aliàs iudicis arbitrio in litē iurat: vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus. & ff. de rei ven. l. qui reſtituere[b]. vel hypothecaria: vt j. proxi. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

d ¶ VEL EXHIBEAT.] cùm ad exhibendum agitur.

e ¶ VEL SOLVAT.] ſcilicet cùm certo loco ſoluendum eſt.

f ¶ VEL EX NOXALI.] cùm noxaliter agitur.

g ¶ DEDAT.] id eſt det. Accurſius.

h ¶ CONDEMNARI.] diuerſis modis fiet condemnatio: ſicut diuerſæ ſunt iſtæ arbitrariæ: vt dicemus j. proxi. §. in fi.

i ¶ SED ISTAE ACTIONES.] ſcilicet arbitrariæ.

k ¶ IN REM.] ſeparatim intellige: nam vna & eadem actio non poteſt in rem, & in perſonam eſſe, niſi in quatuor caſibus miſtis: vt ſ. eo. §. quædam actiones.

l ¶ PVBLICIANA.] de qua habes ſ. eo. §. alie.

a Ang. no. iſtā gl. pro ſingulari: ſed Iaſ. reprobat: vide hic p eū: & reprobationē quam facit iſta gl. quæ approbatur cōiter per doc. & etiam ſequens.

b Aduertas ꝙ Bart. in l. actionibus. ff. de in lit. iur. in verſi. tertio habet locum in &c. dat vnā regulā ꝙ oīs actio ꝗ qua res nō reſtituitur, ſecundū pręceptū iudicis: dicitur arbitraria: vt iudex habeat poteſtatē deferēdi iuramentum in litē: & ſecūdum illud cōdemnādi: ſiue ſit actio bonæ fid. ſiue ſtricti iuris: perſonalis: ſiue in rē: ſiue quęcunque actio ſit. & allegat d. l. qui reſtituere. quod credo verū propter idētitatē rationis: quia in oībus caſibus cōtēnit maieſtas prætoria: ſecundum Ange.

m ¶ SERVIANA.] de his duabus habes. ſ. eo. §. Seruiana. Accur.

n ¶ METVS CAVSA.] licet ſit in perſonā, vt hîc: tn̄ in rē eſt ſcripta: vt ff. quod me. cau. l. metū. §. cùm autem. & de hac dic vt. ſ. eo. §. itē actio.

o ¶ DOLO MALO.] actio de dolo eſt arbitraria: vt hîc. qđ eſt ideò quia liberatur doloſus verum intereſſe præſtando, ſi reſtituere nō poſsit: aliâs iudicis officio iuratur in litem: vt. ff. de do. l. arbitrio. in prin.

p ¶ ITEM CVM ID.] ſcilicet pecunia.

q ¶ PROMISSVM eſt.] idē etiā ſi legatū ſit relictum certo loco dandū: & idē ſi mutuū ſit datū certo loco reddēdū. Nā in his tribus caſib⁹, locum habet certi cōdictio arbitraria: vel ex teſtamento arbitraria, ſcilicet in promiſſione & legato, & mutuo: & aliâs nō: vt ff. de eo qđ cer. lo. l. ij. §. hæc autē. & l. ſi hæres. & l. aūt ſi[c]. Et qđ hîc dicitur petitur, ſcilicet alibi quàm vbi fuerat promiſſum dari: & venit in ea vtilitas tàm agentis, quàm rei: vt. j. eo. §. loco.

r ¶ ACTIONIBVS.] ſcilicet perſonalibus & arbitrarijs.

s ¶ SIMILIBVS.] ſcilicet in rem, & ſunt decem: de quibus dixerat. ſ. vel dic quòd & aliæ ſunt arbitrariæ, quæ hic non enumerantur: vt ecce actio in factum quæ datur contra nautam, cauponem, ſtabularium: vt ff. nau. cau. ſta. l. j. in prin. Sed quidam dicunt eam non eſſe arbitrariā: quia ibi non feruntur ſententiæ duæ. Item eſt actio in factum quæ datur contra publicanum: vt ff. de publi. l. j. in prin.[d] Item actio finium regun. ff. finium regun. l. ij. in fi. & l. iij. Item actio redhibitoria: vt. ff. de ędil. edic. l. redhibitoria. Itē actio ex ſtipulatu, quę pro dote repetēda datur: vt. ff. ſolu. mat. l. ſi filiofamilias. §. maritum. Sed certè iſto caſu non, ideò iuratur in litem quia arbitraria ſit. Sed quia bonæ fidei ſit: vt. ſ. eo. §. fuerat. Item actio rerum amotarum eſt arbitraria: vt. ff. rerum amo. l. ſi cùm dos. in fi. Accurſius.

t ¶ NATVRAM.] i. bonitatem: vt dicunt quidam. Vel melius. i. ſecundum naturam actionis arbitrariæ quæ intenditur. Nam triplex poteſt modus condemnationis depræhendi in arbitrarijs. Vnus vt duæ ſententiæ ferantur: prima de reſtituenda re: & niſi reſtituatur, fiat condemnatio in pœnam, vel intereſſe per delationem iuriſiurandi in litem: vt patet in actione quod metus cauſa, & in actione de dolo, & rei vendicatione, & in actione ad exhibendum, & ſimilibus. Eſt & alius modus, vt vna feratur ſententia: & in ea ſtatim intereſſe cōſyderatur: quando certo loco aliquid dandum eſt: & hoc eſt in iſta ſola. Tertius modus eſt, vt non in quantitate condemnationis fiat arbitrium, ſed in qualitate: vt in actione noxali: in qua arbitratur iudex an liberetur dando ſeruum pro noxa: quod eſt quando domino ignorāte, vel prohibere non valente deliquit. aliâs inſolidum tenetur: vt. ff. de noxa. l. ij in prin. & l. in delictis. in prin.

v ¶ SATISFIERI.] ſed nónne hoc idem in bonæ fidei iudicijs fit? Rn̄. dic ꝙ triplex eſt iudicis officium. Primum quod obtinet actionis vicem: per quod officium petuntur ſalaria aduocatorum, & reſtitutiones maiorum & minorum: vt. ff. de minori. l. quòd ſi minor. §. fi. Aliud eſt quod bonæ fidei actionibus inhęret: quod iure actionis venit: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. in bonæ fidei. & vna cum actione perit: vt. ff. de poſi. l. iiij. Tertium eſt, quod inhęret actionibus ſtricti iuris quibuſdam, ſcilicet arbitrarijs: & ex hoc ſolo motu iudicis deſcendit: vt quaſi liberum ſit ei hoc facere: ſed in actionibus bonæ fidei adſtringitur ad hoc[e]. Item in actionibus bonæ fidei vna fertur ſententia: in his autem plerunque duæ: vt modo diligenter notauimus. ADDITIO. Tu dic ſecundum Ia. quòd in actione bonæ fidei officium iudicis eis deſeruiens: prouenit ex natura ipſarum: per quod ſtatim, quòd debitor eſt in mora, poteſt condemnari ad vſuras, vel intereſſe: ſed in actione ſtricti iuris prouenit, ex quodam accidenti extrinſeco: puta quia non pręſtatur res, in qua fuit facta condemnatio: & ſic iſtæ actiones ſunt arbitrariæ.

¶ CVRARE. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, mandat iudici de ferendo certā ſententiā: ibi, Certæ pecuniæ. Secundò, limitat mādatum, ſi illud eſt poſsibile: ibi, Quantū. Tertiò, remouet vnum obiectū ibi, Etiam ſi de incerta. ¶ CASVS. Suprà dictæ ſunt multæ diuiſiones actionum, adhuc ponet plures: ſed in præſenti. §. dat quendam effectum actionis: & dicit, quòd ſi quædam actio coram iudice proponatur, curare debet iudex, vt quantum poſsibile eſt: & inquantum natura actionis hoc patitur, vt certam ferat ſententiam. h.d. Fran.

x ¶ POSSIBILE.] hoc ideo dicit, quia interdum nō poteſt certam ferre ſententiam. Quid enim ſi homo in genere promiſſus petitur, vel ſub alternatione: puta Stichum aut Pamphilum: aut damnum emēdari: vel ſeruum pro noxa dari[f]? certè iudici non eſt poſsibile, ferre certā ſententiam: quia natura actionis non patitur: vt j. de offi iudi. in prin. Idē dico in hæreditatis petitione. nam ſicut ſufficit in libello proponere vniuerſaliter, ita & in ſententia: puta ſic. pronuncio te hæredem extitiſſe ex aſſe, vel ex ſemiſſe: & ideò tibi hæreditatem reſtituendam.

c Barto. & cōiter doc. in d. l. ſi hæres. reprobant iſtam gl. & dicūt, ꝙ oīs actio ſtricti iuris, ꝓpter adiectionē loci, pōt eſſe arbitraria: vt refert hîc Iaſ.

† Concor. c. licet. in gl. ſuper verbo poſsidetis. poſt princi. extra de ꝓba. & c. iuuenis. in gl. ij poſt principi. extra de ſponſa.

d Sed gl. in l. hoc edicto. in verbo abſoluēdū. ff. de publica. tenuit cōtrariū: & illam ſequitur ibi Bar. pōſt Dyn. reprobata hac glo. ſecūdum Ia. Cōdemnatio in arbitrarijs pōt fieri tripliciter.

Officiū iudicis eſt triplex. ſ. nobile, mercenariū merū, & mercenariū miſtum.

e Ioā. Fa. repræhēdit hāc gl. quia in arbitrarijs iudex neceſsitatur impertiri officiū: ſed nō neceſsitatur ad tale vel tale: vt hic per eum.

Sentētia nō pōt ſemper eſſe certa.

f Illud exēplum de ſeruo cōiter reprobat: qa i cauſa noxa.

pecuniæ [a] vel [b] rei ſentẽtiam [c] ferat, etiam ſi de incerta [d] quãtitate apud eum actum eſt.

¶ Plus petens in iudicio, loco, cauſa, re, vel tempore, olim cadebat à cauſa, niſi reſtitueretur, legitima ſubſiſtente cauſa. hodie verò plus petens tempore, venit aliter puniendus: quia in eo inducię duplicantur: & actor ad omne damnum litis tenetur. Plus verò petens alijs modis, in triplum ſumptus quem ſuſtinuit reus litis nomine, punietur. Aret.

¶ Si quis agens, intentione [e] ſua, plus [f] cõplexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat, id eſt rem amittebat [g]: nec facilè in integrum reſtituebatur à prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. huic [h] enim ſicut alijs in cauſis, cauſa cognita [i] ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute [k] fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiam conſtantiſsimus [l] quiſque labi poſſet: etiam maiori viginti quinq; annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totum legatum petierit: pòſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus [m] aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam [n] alijs legata data ſint: quæ efficiebãt vt plus petijſſe videretur petitor, quàm dodrãtẽ, atq; ideò lege Falcidia legata [o] minuebãtur [p].

¶ Summatus eſt iſtę. §. ſupra: tamen ſpecialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, ſcilicet, re, tempore, loco, & cauſa. & primò, tres primos modos exemplariter declarat. hoc dicit Angelus.

¶ Plus [q] autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, cauſa. ¶ Re, veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut ſi is cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe intenderit. Tempore, veluti ſi quis ante diẽ, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratiõe qui tardius ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur: eadem ratione [r] qui prematurè petit, plus petere [s] videtur. Loco plus petitur, veluti, cùm quis id quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione [t] illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt. verbi gratia, ſi is qui ita ſtipulatus fuerit: Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat ſibi dari oportere. ¶ Ideò autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit [v] ei pura intentione. Propter quã cauſam alio loco petenti arbitraria [x] actio proponitur [y]: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis quæ promiſſori [z] competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopon-

b Iudex debet certam ferre ſententiã puta ad emendationem dãni: cùm illud ſit ſolum in obligatiõe: vt hic per doctos.

a ¶ PECVNIAE.] ſcilicet cùm pecunia petitur.

b ¶ VEL REI.] qñ alia res petitur quæ in quãtitate conſiſtat, vel non: & hoc ſi certũ eſt petitum. aliàs enim nõ tenet ſententia: niſi in aliqua parte actorum res certa ſcripta inueniatur: vt C. de ſen. quæ ſine cert. quam. l. hæc ſentẽtia. j. ſi autem eſt incertum: aut certificari poteſt, vt ſi peto ĩtereſſe, quod debet coram iudice probari, & deduci ad certitudinem: vt C. de ſent. quæ p eo quod intereſt. l. vnica. §. ij. & tunc locum habet hîc. §. aut nõ poteſt deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petito, & ſimilibus quę modo diximus: & tunc nõ habet locũ iſtę. §. Accur.

Sentẽtia eſt in ſcriptis ferenda.

c ¶ SENTENTIAM FERAT.] & in ſcriptis: vt C. de ſent. ex breui. reci. l. fi. niſi ĩ quatuor caſibus: vt in authẽ. de man. prin. § ſi tibi. col. iij. & in aut. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. neceſsitatem. coll. ij. & in aut. vt cler. apud propri. epiſc. conue. §. j. colla. vj.

d ¶ DE INCERTA.] vt de intereſſe.

Diuiſio.

¶ SI QVIS AGENS. ¶ Diuiditur prĩcipaliter in duas partes. Primò, ponit id quod erat de iure antiquo, quãdo plus petebat. Secundò, id quod eſt de iure nouo. Secunda ibi, Et hęc quidem. Item prima ſubdiuidit in tres. Nã primò, ponit regulã generalem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundò, quot modis dicatur plus petere. Tertiò, exempla vniuſcuiuſq;. Secunda ibi, Plus autem. Tertia ibi, Re veluti. Areti. ¶ CASVS. In ſuperioribus dictum eſt, de natura omnium actionum: nunc autem nihil aliud intendit legislator oſtendere, niſi qualiter abuſores actionũ puniantur. Dicit ergo, quòd quotieſcunq; actor plus petit in intentione ſua, quàm ſibi debeatur, quocunq; genere plus petendi: cadit à cauſa, hoc eſt rem quam petit, amittit: nec ſuccurritur ei de facili à prætore per in integrum reſtit. niſi fuerit minor. Si eñ minor. xxv. annis aliqua facilitate lapſus plus petierit: tunc cauſa cognita ſuccurritur ei: ſed maioribus plus petentibus nullo modo ſuccurrebatur, quin à cauſa caderent niſi haberent magnam, & iuſtam cauſam erroris. tunc enim parcendũ erat eis. & de hoc ponit duo exẽpla. Primum eſt, quàdo aliquis maior petebat totum legatum: puta petebat legatum relictum ſibi in teſtamẽto, & per errorem, cùm aliqua pars legati, vel fortè ſolida legata in codicillis eſſent adempta: quia tamen ignorauit, ſuccurrebatur ei. Secundũ exẽplum eſt in maiore, qui integra legata petebat: & tñ tota erãt alijs legata: ita q locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petẽdi: ſcilicet q cadebat à cauſa, niſi iuſtã cauſam haberet: vt ſuprà dictum eſt: ſed hodie nõ eſt ita: vt habetis. j. eo. §. ſed hęc quidẽ antea. Frã.

e ¶ INTENTIONE SVA.] id eſt in libello vbi erat intẽtio ſua. Accur.

f ¶ PLVS] etiam tpe: vt ff. de lib. leg. l. non ſolũ. §. j. & §. fi. nam plus quatuor modis dicitur: vt j. pxi. §. & in oĩbus his locũ habet. §. iſtę.

a Aduertas, q litera ibi dicit q induciæ duplicantur, & q poſtea non cogitur litẽ ſuſcipere: niſi refectis ſibi expenſis. & idẽ dicit text. ĩ c. j. extra de plus petiti. Ang.

g ¶ AMITTEBAT.] facit j. de excep. §. temporales [a]. & quod hîc dicit in priuato, idem erat in fiſco: vt C. de iur. fiſc. l. iuſtas. lib. x.

h ¶ HVIC.] minori viginti quinque annis.

i ¶ CAVSA cognita.] bene dicit cauſa cognita. Nã oẽs in integrum reſtitutiones cauſa cognita pmittuntur: vt ff. de in integ. reſt. l. oẽs. Acc.

k ¶ IVVENTVTE.] id eſt facilitate ſua. idem multò magis ſi dolo aduerſarij: vt ff. de minori. l. j. Accurſius.

l ¶ CONSTANTISSIMVS.] quia errauit in facto, in quo prudentiſſimi falluntur: vt ff. de iur. & fac. igno. l. ij.

m ¶ QVIBVS.] ſcilicet codicillis.

n ¶ QVIBVSDAM ALIIS.] ſcilicet legatarijs.

o ¶ LEGATA.] ſcilicet ea quæ ſibi in teſtamento relicta ſunt.

p ¶ MINVEBANTVR.] nam tot erãt legata, vt lex Falcidia locum haberet, id eſt oportebat, vt legata defalcarentur ad hoc vt haberet hæres Falcidiam, quia dodrantem excedebant: vnde hæres debet detrahere Falcidiam: vt ſ. ad legem Falc. §. j.

¶ PLVS AVTEM. ¶ CASVS. Domine ſupra dixiſtis, q quicunq; petebat plus quocunq; genere petẽdi plus: cadebat à cauſa, & rem amittebat, niſi iuſtus error eũ excuſaſſet. Sed dñe, cùm plus, pluribus modis peti poſsit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc rñ. dñs Iuſtiñ. ſic: Quatuor enim modis, plus petit, re, tẽpore, loco, cauſa. Re, vt ſi ille cui debent. x. petat. xx. vel. xxx. vel ſi ille cuius fund[us] eſt pro parte, totũ petat: petit plus re. Tẽpore, de hoc habuiſtis exẽplũ de eo cui aliquid debetur in diem, vel ſub conditione, ſi ante diẽ vel cõditionem exiſtentẽ petat. Et ſum in verſ. loco plus petitur. Supra vidiſtis duo exẽpla in quibus plus petitur. ſ. re, & tẽpore. Modo videatis exẽplũ de eo, qui plus petit loco. & eſt exẽplum in eo qui qđ certo loco ſtipulatus eſt ſibi dari, petit in alio loco, nulla facta cõmemoratione de loco, in quo pmiſit promiſſor: vtputa, ſi aliqs ſtipulatus fuerit à Titio aliquid ſibi dari Epheſi, & illud petat Romæ ſibi dari. iſte plus petit loco, eò q auſert cõmoditatẽ vel vtilitatẽ promiſſori quã habuit ratione loci, in quo promiſit. Vnde in iſto caſu habet locum actio arbitraria loci: in qua habebit ratio vtilitatis, quę competitura eſſet pmiſſori ſi ſoluiſſet loco illo, in quo promiſit ſe ſoluturũ. & iſta vtilitas in mercibus veluti in frumento, oleo, vino, & in alijs mercib[us] bene apparet. Merces enim in diuerſis regionibus: diuerſa habent pretia. vnde ſi decem modia frumenti promiſit tibi Epheſi: & tu petas ea Romæ: auſers mihi magnã vtilitatẽ. modiũ enim quòd non valebat Epheſi, niſi x. valet fortè Romæ xv. vel. xx. & iſtius vtilitatis habebit rõ. Sed dñe, quid dicetis vos de pecunia? Rñ. idẽ dico tibi de pecunia: quia plus expedit promiſſori pecuniam ſoluere in vno loco, quàm in alio, eò q in vno loco, poteſt pecuniam ſub leuioribus vſuris habere, quàm in alio. Sed quid ſi is qui alio loco certo ſibi aliquid dari ſtipulatus eſt, eodẽ loco pecuniã petat, quo ſibi promiſſa eſt? Rñ. tunc rectè agit: nec habet locum arbitraria loci: quia loci commoditas eſt ſalua promiſſori.

q ¶ PLVS AVTEM QVATVOR modis.] vt oĩbus his modis à cauſa videatur cadere iure antiquo. vnde iſti quatuor modi plus petendi patent in hoc verſu: Plus petitur cauſa, vel tempore, reque, locoque.

Plus, petitur q̃tuor modis. Verſus.

r ¶ RATIONE.] à ſimili per contrarium.

s ¶ PETERE.] vt hic, & ſ. de fideicom. §. non ſolum.

t ¶ SINE COMMEMORATIONE.] i. ſine vtilitate rei debitæ, vel intereſſe rei. nã eſt habenda ratio ei[us] vtilitatis ſi ſua interſit in loco deſtinato potius conueniri [b]. Vel dic cõmemoratione. i. mẽtionem faciente de ipſo loco. nã ipſum locũ vbi erat faciẽda ſolutio, in libello ponere debet: ſic: peto vt. x. mihi ſoluas hîc, vel vbi ſoluere promiſiſti: vt hîc, & ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. fi. pòſt hæc niſi ſoluat, poterit eũ conuenire vbicunq; voluerit: dũmodo conuentus habeat ibi, forũ, nõ aliàs: vt. ff. de iudi. l. hæres abſens. in fi. Sed Pla. dicit, q ſcilicet vbicunq; poterat eũ cõuenire, poteſt etiã ibi vbi non habeat forum. & eſt pro eo. ff. de iudi. l. eũ qui. & ff. de cõſti. pe. l. ſi duo. §. ſed & certo. Sed certè qđ dictis legibus dicitur, vt quolibet loco poſsit conueniri: verum eſt idoneo, vbi conuentus habeat forum: vt. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. j.

b Quærit Io. fa. ſi eſt notoriũ, q vtilius eſt debitori, ſoluere in loco vbi agitur, quàm in loco cõuẽto: nũquid tũc debeat actor mẽtionem facere de loco cõuento? & dicit q ſic: qa petitor ſemper debet narrare formã obligationis: vt j. proxi. §. in fin. itẽ quia aliqñ expedit & facilius eſt debitori ſoluere quod dãnoſius eſt ſibi. j. eo. §. pręterea in fin. igi. Ange.

v ¶ ADIMIT.] id eſt adimere deſyderat: non tamen adimere poteſt.

x ¶ ARBITRARIA.] i. vtilis certi condictio ex ſtipulatu, vbi ſtipulatio interceſsit, vt hîc fuit: vel vtilis certi condictio ex mutuo, vbi mutuũ erat datum certo loco reddendum: vel vtilis actio ex teſtamento, vbi legatum eſt dandum certo loco. nec enim eſt proprium nomẽ actionis: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. hæc autem actio. & l. ſi hæres &. l. aut ſi mutua. Accurſius.

y ¶ PROPONITVR.] id eſt tribuitur vel datur: vt. ff. de eo quod certo loco. l. quod ſi epheſi.

z ¶ PROMISSORI.] ſed & actoris vtilitas attẽdit. & vtriuſq; vtilitas ſimul attẽdit: vt. ff. de eo qđ cer. lo. da. opor. l. ij. j. rñ. ADDITIO. Dic q intereſſe rei ſi conueniatur in alio loco, ſemper æſtimatur: ſed

non

non actoris,niſi reus fuiſſet in mora vel culpa:vt not.gloſ.Bart.& docto.in.d.l.ij.in prin.Angelus.

a ¶PVRA.] id eſt non habita mentione vel ratiõe loci vbi erat facienda ſolutio:vt diximus.ſ.eo.§.

¶HVIC AVTEM. ¶ CASVS. Supra dictũ eſt,ꝙ quocũque genere plus petendi olim plus petebatur:cadebat à cauſa,& rem amittebat plus petens. qualiter autem plus petebatur re, vel tẽpore,vel loco,dictũ eſt ſupra. Modo dicit dominus Iuſtinia.qualiter plus petitur cauſa:& de hoc ponit duo exempla:vnũ in iſto.§.& aliud in ſequẽti. Primũ exẽplum eſt tale. Si quis eſt ſtipulatus Stichum,aut decẽ, vel viginti aureos,& poſtea petit Stichum præcisè:plus petere cauſa videtur. Habuit enim electionẽ promiſſor ſoluendi decẽ,vel Stichũ. vnde cùm precisè petat vnũ: adimere ſibi videtur electionẽ: & ita plus petere cauſa videtur:& ita olim cadebat à cauſa. Quid ergo debet facere ſtipulator:quid petet? Rñ. ſecũdum qualitatem cõtractus debet facere libellum:& hoc eſt optimũ verbũ cotidianũ: hoc eſt,eodem modo quo ſtipulatus eſt.vnde quia ſtipulatus eſt alternatiuè:& alternatiuè debet libellũ ſuũ conficere vel formare. Et ſum in verſi. Præterea ſi quis. Tu habes vnũ exemplum de eo qui plus petit cauſa. Hîc ponit domin' Iuſti.aliud exemplum de eodem. Plus enim petit cauſa ille cui homo in genere ꝓmiſſus eſt, ſi hominem certum petat.& ſimiliter eſt in vino & in purpura,& in alijs. Generaliter enim quandocũq; aliquid debetur in genere:ſi certum quid petatur,plus pẽti videtur. Videtur enim promiſſori adimere electionem:vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis:hoc verum eſt,quando aliquid in genere promiſſum eſt: & ille cui promiſſum eſt,certum petit:quia tunc ſi pretioſiſsimũ petat,plus petere cauſa videtur. Sed quid diceretis vos,domine ſi aliquis in genere eſſet promiſſum:& ipſe precisè petat illud qđ viliſsimũ eſt in illo genere:videtur ne plus petere? Et rñ.ꝙ ſic,quia adhuc electionẽ ſoluẽdi promiſſori adimere videt. Sæpe enim accidit,vt ꝓmiſſori facilius ſit ſoluere illud qđ maioris pretij eſt. Oĩbus ergo iſtis modis dicitur plus peti:& quocunq; iſtorum modorum,plus petebatur, cadebat plus petens à cauſa. Hodie non eſt ſic:vt patet in proxi.§.Fran.

...dit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus,maxima inuenitur:veluti, vino, oleo,frumento:quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ,non in omnibus regionibus ſub eiſdem vſuris fœnerantur. Si quis tamen Epheſi petat, id eſt eo loco petat, quo, vt ſibi detur,ſtipulatus eſt,pura [a] actione rectè agit. idque etiã prætor monſtrat, ſcilicet quia vtilitas ſoluendi, ſalua eſt promiſſori.

¶Summatus eſt iſtæ.§.ſuprà:tamen ſpecialiter hîc declarat per exempla qualiter plus petitur cauſa. vnde nota, quòd in alternatiuis contractibus in dubio eſt electio debitoris.concor.l. plerunque. in fine.ff.de iure dot.Aretinus.

¶Huic autem,qui loco plus petere intelligitur,proximus eſt is,qui cauſa [b] plus petit: vt ecce ſi quis ita à te ſtipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantum,aut decem aureos tantum. Ideò autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt electio [c], vtrum pecuniam, an hominem ſoluere malit, qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum ſibi dari oportere intendit, eripit [d] electionem aduerſario: & eo modo, ſuam quidem conditionem meliorem facit [e]: aduerſarij verò ſui deteriorem. Qua de cauſa,talis in ea re prodita [f] eſt actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere:id eſt vt eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. ¶ Præterea [g] ſi quis generaliter hominẽ ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat:aut generaliter vinũ ſtipulatus ſit, & ſpecialiter campanum petat:aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit,deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur:quia electionem aduerſario tollit [h]: cui ſtipulationis iure liberum fuit aliud ſoluere,quàm quod peteretur. Quinetiam licet viliſsimum ſit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur:quia ſæpe accidit, vt promiſſori facilius ſit, illud ſoluere quod maioris [i] pretij eſt.

¶Summatus eſt in.§. ſi quis agens: tamen ſpecialiter hoc habet: Hodie contra plus petentem tempore,duplicantur inducię:& fit condemnatio induciæ: & fit condemnatio ad omne damnum litis.petens verò plus alijs modis, in triplũ ſumptus quem ſuſtinuit reus litis nomine, eſt condemnandus. hoc dicit Angelus.

¶Et hæc quidem [k] antea in vſu fuerant:poſtea verò lex Zenoniana [l], & noſtra [m] rem coartauit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio [n]. ſinautem quantitate [o], vel alio modo [p] plus fuerit petitum:in omne, ſi quòd fortè damnum ex hac cauſa acciderit,ei contra quem plus petitum fuerit,commiſſa tripli cõdemnatione (ſicut ſupra diximus [q]) puniatur [r].

¶Petens minus quàm ei debeatur, poteſt coram eodem iudice reſiduum petere.hoc dicit Aretinus.

¶Si minus † intentione [s] ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti, ſi cùm ei decem aurei deberentur, quinque ſibi da-

b ¶QVI CAVSA.] hanc cauſam electionem iam vocabit.

c ¶ELECTIO.] niſi cùm iam vnum interijt.tunc enim alterum quod ſupereſt præſtabit:vt.ff.de eo quod cer.lo.l.non vtiq;.§. qui ſtichum. Et facit ad hunc.§.ff.de iu.do.l.plerunque.in fi.

d ¶ERIPIT.] id eſt eripere vult.

e ¶FACIT.] id eſt facere vult.

f ¶PRODITA EST.] id eſt data. Et eſt actio ex ſtipulatu hoc modo ſcilicet alternatiuè proponenda:vt dicitur hîc.

g ¶PRAETEREA.] hoc eſt aliud exẽplũ qualiter cauſa plus petit.

h ¶TOLLIT.] id eſt tollere vult.

i ¶MAIORIS pretij eſt.] facit ad hoc.ff.lo.l.itẽ quęrit.§.j.& ff.de cõd.& de.l.qđ traditũ eſt.& l.ſeq.& ff.de in diem addic.l.ſi vẽditor.§.ſed ſi neuter.& ff.de vſu & habi.l.fi.[a] & ff.de vſufr.l.hacten'.§.fi.& l.ſeq.

a Iſta lex bene facit ad ꝓpoſitum: ſed aliæ nihil faciunt. Ia.

¶ET HAEC QVIDEM. ¶ CASVS. Ab illo.§.ſi quis agẽs.vſq; nũc ſolũ habuiſtis,ꝙ quatuor ſunt modi plus petẽdi:& quicũq; aliquo iſtorũ modorũ plus peteret,cadebat à cauſa ſua. propter qđ dicit dñs Iuſti.ꝙ hoc videtur iniquũ,& correctiõe dignũ: & dicit: hæc antea in vſu fuerãt:ſed poſtea lex Zenoniana & noſtra cõſtitutio hoc arctauerũt. Et hodie obtinet ꝙ nullus à cauſa cadat,ſcilicet ꝗ plus petit tẽpore,aut alio modo. Sed ſi plus petat tẽpore:tũc in pœnã petentis plus tẽpore,duplicabunt inducię:ita ꝙ ſi illud qđ poſt annum debebat, incõtinẽti petat: non poterit illud petere niſi poſt biennĩũ:& etiã neceſſe habebit adhuc ſoluere oẽs expẽſas, quas in lite reus fecerit. Si autẽ re, vel loco, vel cauſa plus petat? Rñ. Imp. ꝙ tũc omne dãnũ qđ ſuſtinebit reus per pluris petitionẽ,reſarciet ſibi actor in triplũ.h.d. Sed videtur per hoc qđ dicitur hîc,ꝙ nõ habebit locũ id.C. de plus peti.l.vnica? Rñ. imò: quia tit.ille in alio caſu loquitur:vt patet in apparatu,ꝓpter mẽdacium enim ibi punit.

k ¶ET HAEC quidẽ.] ſ.quę diximus vt plus petendo cadat à tota cã:vt.ſ.e.§.ſi qs agẽs. ADDITIO. Et conſulit do. Iaſon ad euadendum iſtas pœnas,ꝙ in libello ſemper adijciatur illa ſalutaris clauſula: ſaluo iure ſuperflui,&c.

l ¶LEX ZENONIANA.] ſ.græca,quam non habemus.Accurſius.

m ¶ET NOSTRA.] ſ. gręca quã nõ habem'.

n ¶CONSTITVTIO.] ſ.græca:vt dixim':cui' ſententia eſt vt tempus debeat duplicari conuento,& oẽs expẽſę ſibi reſtitui: vt.j. de excep.§.hodie autem.

o ¶QVANTITATE.] & ſic re.

p ¶ALIO MODO.] id eſt loco vel cauſa: vt.ſ.§.plus autem.Accur.

q ¶DIXIMVS.] vt.ſ.e.§.tripli.& ibi hui' noſtræ cõſtitutionis, græcè ſnĩa recitatur. Sed ſi nõ ſolũ petijt,ſed etiã cautionẽ exegit pòſt litẽ cõteſtatã:amittit debitũ etiam hodie [b]:vt.C.de plus pe.l.j. quæ eſt huic cõtraria. Si añ litẽ cõteſtatã pœniteret:nõ punit [c],ꝗa nõ petit,ſed petere vult:vt ff.rẽ ra.hab.l.ampli' nõ peti.& in d.l.C.de plus pet.l.j.

b Idẽ Fab. Pla.& Ang.

c Sequunt Bal.Fa.Pſa. Ang.& Ia.& eſt gl.ſimilis in c.j. extra de pl' peti.

r ¶PVNIATVR.] ſcilicet condictione ex lege illa græca cuius effectum habuimus.ſ.eo.§.tripli.& in hoc.§.plus autem.

¶SI MINVS. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò, quando minus petijt. Secundò,quando aliud pro alio per errorem petijt. Secunda ibi,ſi quis aliud.Aret. ¶ CASVS. Vidiſtis iam de eo,qui plus petit,qualiter puniebatur olim:& qualiter hodie punitur. Dominus Iuſti.nihil volens dimittere indiſcuſſum,adhuc tractat de eo, qui minus petit,quid iuris ſit:& dicit, quòd qui minus petit,hoc poteſt facere,ſine periculo:& in eodem etiã iudicio plus petere poteſt:quia ex conſtitutione bonæ memorię Zenonis,fuit hoc introductum,quòd ille qui minus peteret,poſſet in eodem iudicio plus petere. Et ſcire debetis,quòd hæc materia illius.l.C.de eden.l.edita actio.& ea quæ ſuper repetitione illius.l.dicuntur,poſſunt hîc repeti. Quidam autem per.§.iſtum voluerunt dicere,quòd emendatio libelli & mutatio poſſit fieri vſque ad ſententiam definitiuam:quia vſque ad ſentẽtiam definitiuam ſemper manet idem iudicium. Doctores tamen noſtri, in hoc reſident omnes,quòd ante litis conteſt.poteſt fieri emendatio, & mutatio.& literam iſtam ita intelligunt:in eodẽ iudicio:id eſt ante litem conteſtatam.vel ſic:in eodem iudicio.i.apud eundem iudicẽ: non in eadem inſtantia iudicij. Vocatur tamen iudicium idem propter identitatem iudicis & cauſarum.Fran.de Are.

¶ Glo.in c. inter dilectos. ſuper verb.addendi. dicit ꝙ argu. huius ◊ in libello ſunt ponenda illa verba,ſaluo iure addendi,&c.

s ¶INTENTIONE.] id eſt in libello intẽtionis:& hoc per errorẽ. ſi eñi ſciẽter donare præſumit,ſecũdũ quoſdã. Sed cõtrà puto,ꝙ nũquã donare præſumit niſi tũc quãdo traditio fieret ab eo qui donare præſu-

ri oportere intenderit: aut ſi cùm totus fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit. in reliquum enim, nihilominus iudex aduerſarium eodem iudicio [a] ei condemnat, ex conſtitutione [b] diuæ memoriæ Zenonis.

¶ Si quis per errorem, aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. h.d. Aret.

¶ Si quis aliud, pro alio intenderit [c], nihil eum periclitari placet: ſed in eodem iudicio [d] cognita veritate, errorem ſuū corrigere [e] ei permittitur: veluti ſi is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit [f], quod ex ſtipulatu debetur.

¶ Actiones omnes aut ſunt perſecutoriæ ſolidi, aut inquantum quis facere poteſt, vel inquantum habet: vt probatur in exemplis ſequentibus, & primo in actione de peculio.

¶ Sunt præterea quædam actiones,

mitur: vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorē. hîc autem non erat datio, ſed quædam abſtinentia. Vnde ſiue de reliquo ſciat qui agit, ſiue nō tempore cepti iudicij: locū habet §. iſtę. ADDITIO. Iſta gl. in ſe, & relata ad textū noſtrū, eſt vera: & ſecundùm Iaſ. vnica & ſingularis: non tamen eſt ſimpliciter vera, inquantum dicit nunquam præſumi donationē, niſi interueniat traditio. proſequere vt per eum.

a ¶ IN EODEM IVDICIO.] id eſt quandocunq; ante ſententiam reliquum petierit ſine noua conteſtatione, ſecundum quoſdā, vt hîc dicitur: & hoc propter duas rōnes falſas. Vna, quia poteſt emendare libellum quandocunq; ante ſententiam, vt dicunt. & eſt pro eis. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & ſic intelligunt. C. de edē. l. edita. Altera ratio eſt, qa ſecundùm eos etiam, ſi non petat, vel probet hoc actor: tamen iudex ſi ſcit, debet ſecundum ſuam conſcientiā condemnare reū. & eſt ꝓ eis ad hanc rationē. ff. fin. reg. l. ſi irruptione. §. ad officium. & in hac ſententia fuit dn̄s M. Sed certè ſecundū Ioā. poſitum eſt falſum, & duæ rationes malę. Nā non poteſt quis immutare libellū, niſi vſq; ad litem conteſtatam: nec etiam hodie pòſt datum libellum [a], quia ſic dicit aut. ꝙ non habet neceſſe in primo libello perſiſtere: vt in aut. de litig. §. omnem. col. viij. Item quia nō videtur in iudiciū veniſſe, quod pòſt litis cōteſtationem contingit: vt ff. de iudi. l. nō poteſt. & ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur. & l. egi tecū. Nec obſtat quod hîc dicitur, & quod dicit eodē iudicio. Nam dic id eſt corā eodem iudice, & ab eodē actore & reo. Nam, & propter hanc cauſam, ſcilicet propter idētitatem perſonarū, etiam vbi prorſus aliud petitur, tamen dicitur iudiciū idem: vt j. ꝓxi. §. Item non obſtat ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. quia ibi ex eadē cauſa, & eadem actione, & ad idem agebatur: licet eſſet variatio in quodam beneficio, quod dn̄s habet per. l. vt poſsit pro noxa dare: vt j. de noxa. acti. §. ſumma. & ff. de re iudi. l. miles. §. j. Item alia ratio nō eſt bona: quia nō ſecundum cōſcientiā, ſed ſecundū allegata debet iudex iudicare & pronunciare: vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. veritas. niſi habeat conſcientiam vt iudex: vt in d. l. & ff. finium reg. l. ſi irruptione. §. ad officium. & hoc in ſingularibus iudicijs [b]. Sed quid in vniuerſalibus? Reſpon. poteſt in eis adijci quādocunq; ante ſententiam: vt ff. de peti. hære. l. iiij. & l. ſi quo tempore. & ſic intelligitur. C. de app. l. fi. §. fi.

b ¶ CONSTITVTIONE.] ſcilicet Græca: quam non habemus. Accur.

¶ SI QVIS ALIVD. ¶ CASVS. Supra vidiſtis, quid iuris de eo qui plus petit. Sed quid ſi aliquis, aliud, pro alio petierit, vel ſi vnam actionem pro alia propoſuerit? Reſpondet, ꝙ non propter hoc periclitabitur ei aliquid: ſed in eodem iudicio cognita cauſa, errorem ſuum corrigere poteſt. hoc dicit Franciſcus.

c ¶ INTENDERIT.] ſcilicet ſibi deberi.

d ¶ IN EODEM IVDICIO.] id eſt apud eundem iudicem. & dicitur idem iudicium propter idētitatem perſonarum & iudicis: tamen verè aliud eſt. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Reſpon. ſi poteſt eſſe inſtructus ex petitione prima etiam ad ſecundam, non dabuntur: cùm neceſſariæ, non voluntariæ ſint dandæ dilationes: vt C. de dilat. l. j. Nam ſi primò egit actione vi bonorum raptorum, & poſtea mutetur, & agatur actione furti: ſatis poteſt eſſe reus inſtructus. Si autem ſunt diuerſæ petitiones, vt in hoc §. dicitur. nouæ dilationes dandæ ſunt: vt C. de dilat. l. j. Item nunquid iterum de calumnia iurabitur? Reſpon. ſic, quia poteſt, & in hac cauſa calumniari: vt ff. de dam. infect. l. qui bona fide. §. antepenult & penult.

e ¶ CORRIGERE.] Nota quòd permittitur alicui errorem ſuum corrigere. Sed nunquid in veteri habet neceſſe perſiſtere? Reſpon. non, ſecundum hanc. l. Sed hodie contra: vt in aut. de lit. §. omnem. col. viij. & ita intentabit veterem & nouam: niſi reo abſoluto in veteri, obijciatur exceptio rei iudicatæ in noua: vt quia ſit eadem cauſa agendi, & eędem perſonæ, & eadem res, licet alia ſit actio: vt ff. de iureiurand. l. duobus §. exceptio. & ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §. eandem. & l. cùm quæritur. Vel niſi actio prima [c] ita ſe habeat ad ſecundam, vt electione tollatur: quod in caſibus contingit: vt C. de furt. l. j. & C. ſi ſeruus exte. emi ſe mand. l. j. & C. de codi. l. fi. & C. de pact. inter emp. & vendi. l. commiſſoriæ & ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. & ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. varijs.

f ¶ INTENDERIT.] ſcilicet ſibi deberi.

a Contrarium tenent Fab. Placē. Ang. & Ia.

Iudiciū dicif idē propter perſonarum idētitatem.

Iudex non ſecundū cōſcientiā, ſed ſecundū allegata debet iudicare.

b Not. ſecundū Iaſo. ꝙ iudex ꝗ eſt ſupra legem: vt papa, imperator, vel princeps, cuiuſdictum habet ꝓ lege: debet ſemp ſecundū conſcientiā ſuā iudicare q̄litercunq; eā habeat ſiue ex actis, ſiue nō, alias peccaret. Item not. ꝙ executor tenet exequi ſñiam etiam cōtra ꝓpriā cōſcientiam niſi in cauſa criminali & corpali: qa tunc iudex non debet exequi contra ſuā conſcientiam: vt pulchrè per eum.

c Gloſ. intrat hîc materiā cumulationis. de q̄ vide Bar. Bal. Salic. & Ia. ī l. edita.

quibus nō ſemper ſolidum, quod debetur nobis, perſequimur: ſed modo ſolidum perſequimur, modo minus. Vt ecce, ſi in peculium filij ſeruíve agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: inſolidum dominus paterve cōdemnatur. ſi verò minus inueniatur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio ſit. Quēadmodū autē peculium intelligi debeat, ſuo ordine ꝓponemus [g].

¶ In dotis reſtitutionem condemnatur maritus, inquantum facere poteſt.

¶ Item ſi de dote in iudicio mulier agat: placet eatenus maritum [h] condemnari debere, quatenus facere poſſit, id eſt, quaten⁹ facultates [i] eius patiuntur. Itaq; ſi dotis quantitati concurrant facultates eius, inſolidum dānatur: ſi minus, in tātùm quātùm facere poteſt. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impenſas [k] in res dotales fa-

¶ SVNT PRAETEREA. ¶ Diuiditur in duas partes. In prima ponit vnum dictum generale, videlicet, ꝙ non omnis actio eſt perſecutoria ſolidi. Secundò, illud per plura exempla probat. Secunda ibi, vt ecce. Item ſecunda ſubdiuiditur. Nam primò, ponit exemplū de peculio. Secundò, de dote. Tertiò, quando agitur contra patrem, patronū, ſociū, vel donatariū. Quartò, quando agitur per cōpenſationē. Quintò, qn̄ agitur contra illū, qui bonis ceſsit. Secūda ibi, Itē ſi de dote. Tertia ibi, Sed & ſi quis cum parēte. Quarta ibi, Compenſationes. Quinta ibi, Cū eo quoq;. Legam tamē per particulas, vt clarius vnaquęq; materia cōpræhendatur. Areti.

¶ CASVS. Iā vidiſtis in tit. de actionibus varias & diuerſas diuiſiones actionum. Adhuc etiā eſt alia diuiſio actionū, quā innuit nobis Iuſtinian⁹, & vſq; in finem tituli proſequitur: & eſt diuiſio iſta talis: Actionum quędā ſunt quibus perſequimur ſolidū: quædā quibus non ſolidum: & quædam quibus minus. Et ponit exemplum, dicens quòd per actionem de peculio, aliquādo perſequimur ſolidum: veluti, ſi tempore litis conteſta. tantum reperiatur in peculio deducto omni eo quod de iure deduci debet quantum nobis debetur. & quemadmodū peculiū intelligi debeat, ſuo loco proponemus. Et ſum in. §. item ſi de dote Iam vidiſtis exemplum, de vna actione, quæ quandoq; perſecutoria eſt ſolidi: quandoque non. Modo dabo vobis exemplum, de alia actione, quæ quandoq; datur inſolidū: quandoq; non: & eſt exemplum de act. de dote, quæ eſt perſecutoria ſolidi, quando maritus ſolidum facere poteſt. Si autèm non habeat vnde ſolidum facere poſsit: tunc debet condemnari inquātum facere poteſt. Et ſumus in ver. Propter retentionem. Iam vidiſtis vnum caſum, in quo non conſequitur mulier ſolidum per actionem de dote. Hîc ponit dominus Iuſti. alium caſum, puta, quando maritus vtitur retentione propter impenſas factas in dote. h.d Fran. de Are.

¶ Sunt præterea quædam actiones. Innuit hîc quandam diuiſionem actionum, ſcilicet quòd aliæ ſunt perſecutoriæ inſolidum: aliæ non. & hanc proſequitur vſq; in fi. huius titu. & non eſt iſta diuiſio de. xij. diuiſionibus. Nam prima eſt, quòd aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam. vt. ſ̄. eo. §. omnium. Secunda eſt, quòd aliæ ſunt ciuiles, aliæ prætorię: vt. ſ̄. e. §. ſed iſtę quidem actiones ſunt. Tertia fuit [d]. ſ̄. eo. §. ſequēs. Quarta. ſ̄. e. §. omnes autem actiones. Quinta. ſ̄. eo. §. actionum autē quædā ſunt. Sexta eſt, quòd aliæ ſunt temporales, aliæ perpetuæ. Septima, ꝙ aliæ ſunt tranſitoriæ ad hæredes, aliæ non: vt. j. de perpe. & temp. act. §. nō omnes. Octaua eſt, ꝙ aliæ ſunt famoſe, alię non: vt. j. de pe. te. lit. §. pe. Nona, ꝙ aliæ ſunt directæ, aliæ vtiles: vt. ff. ſi qua. pau. fe. di. l. pe. Decima, quod aliæ directæ, aliæ contrariæ: vt. ſ̄. de obli. quæ ex quaſi cōtractu. §. j. & ij. Vndecima, quòd aliæ ſingulares, aliæ vniuerſales, aliæ generales: vt. ff. pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. Duodecima diuiſio [e] eſt, ꝙ aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices: vt fami. herciſ communi diui. fini. regun. & quædam interdicta: vt. j. de interd. §. tertia diuiſio. Eſt autem & hæc extrauagans de qua hîc dicitur.

g ¶ PROPONEMVS.] vt. j. titu. j. §. cum autem.

h ¶ MARITVM.] vel eius hæredes, ſcilicet filios cōes. ſec⁹ in extraneis hæredibus: vt. ff. ſol. ma. l. etiam filios mulieris. & l. maritum. & l. ſeq.

i ¶ FACVLTATES.] vt tamen ipſe maritus non egeat [f]: vt. ff. de re iudi. l. inter eos. & ff. de reg. iur. l. in condēnatione perſonarū. & hoc niſi dolo fecerit maritus: quo minus poſsit cautione expoſita, ab eodem de ſolido ſoluendo, ſi ad meliorem fortunam peruenerit: vt. C. de rei vxo. act. § cū autē. & ff. ſol. mat. l. etiam filios. §. licet. & ff pro ſocio. l. verum eſt. §. id quod. ADDITIO. Item niſi mulier ipſa eſſet pauper, ita vt ad ipſius victum tota dos eſſet neceſſaria. Item, ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex re dotali, extaret: quia nō haberet locum beneficium iſtius textus: vt per docto. hîc.

k ¶ IMPENSAS.] [g] dic ꝙ impenſæ aliæ neceſſariæ ſunt, vt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus non factis res nō erat peritura, ſed eis factis res eſt melior futura. Alię voluptariæ, quæ tantū rem exornant: vt. ff. de verb. ſigni. l. impenſæ. & ff. de impen. in rebus dota. fac. l. j. & l. qd̄ dicitur. j. §. vtiles. & l. voluptariæ. In primis impenſis dic ꝙ minuunt dotem ipſo iure, ſi conſiſtat in pecunia & ſpecie: vt ſi eſt fundus, & pecunia in dotem data quantū in fundū impenditur, tantū in pecunia ipſo iure deberi deſinit. Si verò ſolus

C. de eden. Ioā. Fab. & Ang. hîc.

d Poteſt ſuſtineri, ꝙ tertia diuiſio fuit ī §. præiudiciales. & iſto mō diuiſio. §. ſequens. erit quarta. Iaſ.

e Dic ꝙ in iſto tit. non ponunē niſi ſex diuiſiones. prima ī §. ij. ſecūda ī §. ſed iſtę. tertia in §. ſequēs. quarta in §. oēs. quīta in §. actionū. ſexta hîc. Ia. & eſt de mēte aliorum.

f Et in hoc deducendo, debet attēdi modus circa duo. Priò, circa quātitatē rei, conſideratis facultatibus & conditione pſonæ: vt ſi poſsit operari, & habeat officiū, vel artificiū: ſibi cōputet & fiat deductio iſtarū operarū. nobilis verò plus expendat, q̄ ruſticus. Scdò, circa quātitatem tpis: puta annorū ipſius mariti: ſecūdū formā. l. hæreditatem. ī prin. ff. ad. l. Falci. vt per Ioā. Fab. & Ange. hîc.

g Iſta glo. eſt magiſtra, & melior de toto iure in ſua materia: ſecundū Fab. Placē. Ang. & Ia.

ro ſolus fundus in dote ſit: tunc ſi tantùm expenditur ſimul, vel diuerſis vicibus, quanti eſt fundus: tunc ipſo iure deſinit eſſe dotalis: niſi mulier intra annum, ſponte marito impenſas obtulerit Si verò non tantum, non deſinit eſſe dotalis: ſed tandiu totus, vel pro parte retinetur, quandiu impenſę reſtituantur: vt. ff. de impen. in rebus do. factis l. quod dicitur. & ff. de iu. do. l. ſi quis. §. penul. & fi. & hoc in neceſſarijs impenſis. Si autē vtiles ſunt, tunc per act. neg. geſt. vel mādati, ſi mandato mulieris fecit, repetũtur. Voluptarię non repetuntur, etiam ſi mandato mulieris factę ſunt: ſed abraduntur ſine lęſione prioris ſtatus: vt. C. de rei vxo. act. §. ſed nec ob impenſas. & ff. de rei ven. l. in fundo[a]. Et ſecundum hanc diſtinctionem hunc. §. intelligas. & quod dicit in litera, quaſi, non denotat improprietatem, ſed eſt impenſa neceſſaria, vt dictum eſt. ſed ſi vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hîc. §.

Impēſæ voluptariæ an poſsint abradi.

a Et hoc eſt ſpeciale ĩ vxore, tamen ab alio cuius volũtate factæ fuiſſent ĩ re ſua: benè repetuntur. l. iij. aliàs iiij. §. ſi mutuatus, ff. de in rēm verſo.

ctas, marito quaſi retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure, neceſſarijs ſumptibus, dos [a] minuitur: ſicut ex latioribus Digeſtorum libris [b], cognoſcere licet.

¶ In his quatuor caſibus, reus condemnatur, inquantum facere poteſt. Ang.

¶ Sed & [c] ſiquis cum parente ſuo patronóve agat: item ſi ſocius cum ſocio [d], iudicio ſocietatis agat: non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt [e]. Idem eſt, ſi quis ex donatione [f] ſua conueniatur[g].

¶ Ratione compenſationis ſępe minuitur intentio actoris. Angelus.

¶ Compenſationes quoque oppoſitę, plerunque [h] efficiunt, vt minus quiſque conſequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & ęquo, habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem cauſa [i] pręſtare oportet: in reliquum eum cum quo actum eſt, condemnat: ſicut iam [k] dictum eſt.

¶ Impedit bonorum ceſsio, ne fiat inſolidum condemnatio. Angelus.

¶ Cum eo quoq; qui creditoribus [l] ſuis bonis ceſſit: ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod * idoneum emolumentum habeat: ex integro [m] in id quod facere poteſt, creditores experiuntur. Inhumanum [n] enim erat ſpoliatum fortunis ſuis, inſolidum damnari.

a ¶ Dos. In pecunia conſiſtens.

b ¶ Libris. Vt. ff. de impen. in re. do. fa. per totum titu. Accur.

¶ Sed et si quis. Casus. Præter actiones iam dictas, ſunt & alię, quibus quandoque perſequimur ſolidum, quandoque non. Eiuſmodi ſũt illę, quæ dantur contra parentes, & patronos, et contra ſocium. Idem dico in actionibus quæ cōpetunt cōtra eum, qui conuenitur ex ſua donatione. h. d. Fran.

* Nō ex ĩtegro ſed ĩ id quod facere poteſt.

c ¶ Sed et si qvis. ſ. filius vel libertus, qui agunt venia impetrata: aliâs puniuntur: vt ſ. e. §. pœnales. verſ. veluti. ibi, & in eũ. Accur.

d ¶ Socio. & ſe confitente ſociũ. aliâs non datur ei hoc beneficium: vt ff. pro ſocio, ſi vnus. §. vltimo. Additio. Quod verum intellige, ſi perſeueret in negatione, vſque ad litem conteſta. & negauit in ſpecie eſſe ſocium. alias ſecus, puta ſi in genere: vt nego narrata prout narrantur &c. ſecundum docto. hic.

e ¶ Potest. quod ſemper accipe detracto tanto, quòd poſsit inde viuere conuentus: vt ff. de regu. iur. l. in condemnatione.

f ¶ Ex donatione. id eſt quando non poteſt ſoluere, cùm donare promiſit. Accurſius.

g ¶ Conveniatvr. ſcilicet condictione ex lege: vt C. de donat. l. ſi quis argentum. §. ſinautem. Et nota quòd hîc ſolus conuenitur inquantum facere poteſt deducto ęre aliêno: vt ff. de re iudi. l. inter eos. §. j. & ij. & melius. §. finali.

¶ Compensationes. ¶ Casus. Supra vidiſtis, qualiter quandoq; per actiones perſequimur ſolidũ: & quandoq; nō: & hoc per naturā actionis, vt in ſuperioribus patet. Hîc autem dicit, quòd ſimiliter per actiones quādoq; non perſequimur ſolidum propter compenſationem factam, vel compoſitam ab homine. h. d. Fran.

h ¶ Plervnqve. hoc dicit propter actionem depoſiti, & alias quaſdam in quibus non obijcitur compenſatio: vt ſ. e. §. in bonę fidei. & C. de compen. l. fi.

i ¶ Ex eadem cavsa. hodie ex quacunq; cauſa, & in quolibet cōtractu bonę fidei vel ſtricti iuris [b]: vt ſ. eo. §. in bonę fidei.

b Hæc gl. peſsimè loquitur: ſecũdum Ia. quē videas plenius.

k ¶ Iam dictvm est. ſ. eo. § in bonę fidei.

¶ Cvm eo qvoqve. ¶ Casus. Adhuc ponit dñs Iuſti. nobis aliud exemplum actio. in quo exemplo non ſemper perſequimur ſolidũ, ſed aliqñ minus ſolido. Pone quòd habebā debitorē qui ceſsit bonis: deinde tamē ad pinguiorē fortunā deuenerit. intento contra eũ actionem vtilē, quę mihi ante bonorum ceſsionem competebat directa: condemnabitur ne in iſta actione ſecũda inſolidum? Rñ. quòd non: ſed inquātum facere poteſt. Inhumanũ eñ eſſet, quòd de poſtea acquiſitis inſolidum condemnaretur. hoc dicit. Fran.

l ¶ Creditoribvs. quòd fieri nō poteſt, antequàm debitũ agnoſcat, vel in iure confiteatur: vt ff. de ceſ. bo. l. pe. Prodeſt autem hæc ceſsio, vt non ducatur debitor in carcerē: vt. C. qui bo. ce. poſ. poſ. l. j. & ꝙ in acquiſito poſtea conueniatur, inquantũ facere poſsit: vt ſubijcit.

Ceſsio bonorũ ĩ duobus ꝓdeſt

m ¶ Ex integro. videtur ſibijpſi cōtraria litera, quòd ex integro, & inquantum facere poteſt, conueniatur: vt ſubijcit. Sed ſic intelligitur, quòd inſolidum conueniatur quādiu poteſt ſoluere: hoc tamen eſt deducto ſempne egeat: vt. ff. de ceſſ. bo. l. qui bonis. & ff. de regu. iur. l. in condemnatione. Additio. Vel dic & longè facilius, ex integro, id eſt denuo ſiue iterum: vt ſit vna dictio: & ita exponũt doctores periti. Et hoc ſcilicet ꝙ qui ceſsit bonis, poteſt iterum conueniri ſi perueniat ad pinguiorem fortunam: verum eſt, niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet pœnas corporales, vel ceſsionem feciſſet culo nudo ſuper lapidē. de hoc glo. no. in verbo, ſi habēt. in. c. ſicut dignũ. §. eos in ſuper. extra de ho. & in. c. peccatũ. de re. iu. in. vj.

† Aliàs, qđ cum eo contractum eſt qui ĩ aliena eſt poteſtate.

Ceſsiōe bonorum factā nō ſemper conuenietur q ceſſit: etiā ſi ad pinguiorē fortunam peruenit.

n ¶ Inhvmanvm enim. bene dico ꝙ inquantum facere poteſt, deducto &c. ne cōueniatur inhumanum enim &c.

Titvlvs VII.

Quod cũ eo † qui in aliena eſt poteſtate, negotiũ geſtum eſſe dicitur.

¶ Cognito contractu ſeruorum ad obligandum dominum, erit cognitum quid de contractu filij ad obligandum patrē.

QVia tamen ſuperius [o] mentionem habuim⁹ de actione, qua in pèculiũ filiorum familiâs, ſeruorũq; agitur: opus eſt, vt de hac actione, & de cæteris quæ eorundem nomine in parentes dominósve dari ſolent, diligentius [p] admoneamus. ¶ Et quia ſiue cum ſeruis negotium geſtum ſit, ſiue cum ijs, qui in poteſtate parentum ſunt, eadem ferè [q] iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio [r], dirigamus ſermonem in perſonam ſerui domínique, idem intellecturi [s], de liberis quoque & parentibus, quorum in poteſtate ſunt. Nā ſi quid in his [t] propriè ſeruet, ſeparatim oſtendemus [v].

¶ Dominus tenetur ex contractu ſerui inſolidũ, ſi contrahi iuſſerit, vel ſi ipſum, vel liberum hominem naui, vel alicui alij negotiationi præpoſuerit, actionibus cognominatis quod iuſſu, & exercitoria, & inſtitoria. Angelus.

¶ Qvod cvm &c. ¶ *Qualiter conueniamur ex contractibus, vel furtis nobiſcum habitis, dictum eſt: nunc qualiter conueniamur ex habitis, cum ijs, quos in poteſtate habemus. Accurſius.*

Continuatio.

QVia tamen. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes. Primò, ponit cōtinuationem rubricę. Secundò, quòd filius & ſeruus æquiparantur: ideò dictum in vno, poteſt intelligi dictum in alio. Tertiò, proſequitur de cōtractibus ſeruorum qualiter, & inquātum eorum dominus teneatur. Quartò, illud extendit ad filios. Quintò, ponit vnum in filio, quod non habet locum in ſeruo. Sextò, reddit ad contractum ſerui. Secunda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quæ diximus. Quinta ibi, Illud propriè. Sexta ibi, Illud in ſumma. ¶ Casus. Supra titulo proximo. §. ſed & ſi quis cum parente. tractatum eſt de actione de peculio, quæ datur contra parentem, vel dominum pro contractu facto cum filiofa. vel cum ſeruo. ſed non plenè: & propterea dicit in hoc loco, quòd de ea vberius tractare proponit: & occaſione inde ſumpta, tractat de omni negotio quod geſtum eſſe dicitur, cum eis, qui in noſtra poteſtate ſunt. Dicit ergo, ſiue cum filiofamil. ſiue cum ſeruo negotium geſtum ſit, quòd in omnibus ferè eadem natura ſeruatur. & ſine dubio in quolibet articulo poſſemus tractare, & exemplificare de ambobus: quia tamen in his duobus, eadem ferè natura intelligitur: ne verboſa fiat diſputatio, ſermonem noſtrum in perſonam ſerui & domini dirigamus, & idem intelligamus in parētibus & liberis: & de hoc tractabimus. j. eo. §. illud propriè. arg. eius quod dicitur, opus eſt vt de hac actione &c. voluerũt quidam dicere, quòd hoc verbum, de peculio, eſt proprium nomen actionis. nos cōtra: ſed ſunt adiectiones: vt notatur in fi. huius. §. hoc dicit. Fran. de Are.

Diuiſio.

o ¶ Svperivs. vt. ſ. ti. j. §. actiones autem. & §. ſunt præterea.

p ¶ Diligentivs. quā. ſ. dictũ ſit. vel dic diligētius, id eſt diligēter.

q ¶ Fere. hoc dicit propter Macedonianum quod habet locum in filijs, non in ſeruis: vt. j. eo. §. quæ diximus. & proter alios caſus quos ibi dicemus. Accurſius.

r ¶ Dispvtatio. [c] No. contra multos doc. qui legendo & conſulendo multa & inutilia effundunt: cùm paucis vti poſsint: contra id quod dicitur quòd gaudent breuitate moderni. nam in multiloquio non deeſt peccatum. facit l. ampliorem. §. in refutatorijs. cùm ibi no. per glo. & doc. C. de appel. Ange.

c Iſta gl. nō eſt. Accur.

s ¶ Idem intellectvri. nam ſimilium eadē eſt diſciplina: vt hîc, & ff. de in rem ver. l. iij. §. proinde. & §. quoties.

t ¶ In his. ſcilicet parente & filio.

v ¶ Ostendemvs. vt. j. eo. §. quæ diximus.

¶ Si igitur iuſſu domini [a] cum ſeruo negotium geſtum erit, inſolidū prętor aduerſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet quia is qui ità contrahit, fidem domini ſequi videtur [b]. Eadem ratione [c] prętor duas alias inſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria [d], altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis ſeruum ſuum, magiſtrum naui prępoſuerit, & quid cum eo eius rei gratia [e] cui prępoſitus erit, contractum fuerit. Ideò autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur ad quem cotidianus nauis quæſtus [f] pertinet. Inſtitoria tunc locum habet, cùm quis tabernę fortè, aut cuilibet negotiationi, ſeruum [g] ſuum prępoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui prępoſitus erit, contractum fuerit. Ideò autem inſtitoria appellatur, quia qui negotiationibus pręponuntur, inſtitores vocantur [h]. Iſtas tamen duas [i] actiones prætor reddit, & ſi liberum quis hominem, aut alienū ſeruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi prępoſuerit, ſcilicet quia eadē æquitatis [k] ratio etiā eo caſu interueniat.

¶ Si ſeruus ſciente domino in merce peculiari negotiatur, & inde dominus aliquid recipere debet: vocatur in tributum, vna cum alijs creditoribus. Aret.

¶ Introduxit & aliam prętor actionem, quę tributoria vocatur. Nāque ſi ſeruus in peculiari [l] merce, ſciente dn̄o negotietur [m], & quid cū eo eius rei cauſa [n] contractū erit; ita prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quodq; inde receptū erit: id inter dominū, ſi quid ei debebit, & cæteros creditores, pro rata portione diſtribuat. & ideò tributoria vocatur, qa ipſi dn̄o diſtributionē prætor ꝑmittit. Nā ſi quis ex creditoribus quærat quaſi minus [o] ei tributum ſit, quam oportuerit, hanc ei actionem accōmodat, quæ tributoria appellatur.

¶ Ex contractu inito cum ſeruo, domino ignorante, tenetur dominus de peculio, vel in id quod in rem ſuam verſum eſt. Et dicitur verſum in rem domini ſi aliquit in rem domini impenderit neceſſario: iudex tamen debet prius inſpicere vtrum in rem domini ſit verſum, quàm de peculio condemnet. Aretinus.

¶ Præterea introducta eſt actio de peculio, deque [p] eo. quod in rem dn̄i verſum erit, vt quamuis ſine voluntate dn̄i negotiū geſtum erit, tamen ſiue quid in rem eius verſum fuerit, id totum pręſtare debeat: ſiue quid non ſit in rem eius verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur [q]. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rē eius impēderit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruētia fulſerit, aut familię frumētū emerit, vel ēt fundū, aut quālibet aliā rē neceſſariā mercatus [r] erit. Itaq; ſi ex [s] decem

¶ Si igitur iuſſu domini. ¶ Caſus. Supra dictum eſt quòd tractandum erat de acti. ſiue adiectionibus actionum, quę competunt propter negotia geſta cum ſeruis & filijſfa. Videamus igitur, primò, de illa act. quę competit propter negotium geſtum cum ſeruo, iuſſu domini. Dicit igitur, quòd ſi aliquis iuſſu domini cum ſeruo contrahat, cum dn̄o contraxiſſe videtur: & ideò contra dn̄m competit ei actio inſolidū cum hac adiectione, quid iuſſu, & inſolidum. Fidem enim dn̄i ſequi videtur, qui eius iuſſu cū ſeruo contrahit. Similiter poſſet poni exemplum in filio cum quo iuſu patris contractum eſt. ſed ne verboſa. i. verborum ſit diſputatio: idem intelligas in filio & patre, quod dicit in ſeruo & dn̄o. & ſum in verſiculo. Eadem ratione prętor &c. Vidiſtis duas actionum adiectiones inſolidū. adhuc præter illas duas adiectiones, prętor proponit alias duas: quarum vna vocatur exercitoria: & alia inſtitoria: & primò, ponit exemplum de exercitoria: dicens, ꝙ tunc cōpetit exercitoria, cùm dn̄s nauis ſiue nauta, qui exercere dicitur, ſeruum ſuum magiſterio nauis præpoſuit: & cum ſeruo illo contractum fuerit. Datur enim tunc contrahenti contra dn̄m nauis act. exercitoria inſolidum, cum prępoſuerit eum inſolidū. & quanquàm litera in ſeruo ſuo loquatur, idem tamē intelligas in ſeruo alieno, vel in libero hoīe, magiſterio nauis præpoſito, ſi cum eo cōtractum fuerit. eius rei gratia, ad quam præpoſitus fuerit. & ſic trahit exercitoria nomen ſuum ab ipſo domino nauis, qui alium præpoſuit alicui negotio, qui exercitor dicitur. ſed inſtitoria econuerſo trahit nomen ab eo, qui certo negotio præponitur: qui inſtitor appellatur. & ſumus in verſ. inſtitoria &c. Supra vidiſtis quando locū habet exercitoria adiectio: modo videatis, qn̄ locū habet inſtitoria: & certè habet locū cum quis præponit ſeruū tabernę, aut alicui negotiationi: & cum eo contractū fuerit, eius rei gratia cui pręponitur. Tunc eñ datur acti. contra eum ex eo cōtractu, cum hac adiectione, inſtitor. a. Qui autem à dn̄o pręponitur, inſtitor appellatur. In verſ. iſtas tamen duas actiones &c. caſus eſt talis. Supra diximus, ꝙ locū habet exercito. ſiue inſtito. cùm ſeruū ſuum naui, vel tabernæ, vel alteri rei, ſiue certæ negotiationi dn̄s præpoſuerit. Iſtas etiā duas actiones prætor reddit & donat: & ſi dn̄s ſeruū alienum, vel liberum hoīem alicui negotiationi prępoſuerit: quia eadē ratio æquitatis in eo caſu inuenitur. h. d. Fran.

a ¶ Domini.] ſ. volētis cū ſeruo cōtrahi, ſiue dirigat iuſſum ad ſeruū, ſiue ad cōtrahētē cū ſeruo, ſiue ſubſcripſit, ſiue quocūq; mō cōtractū ratū habuit: vt. ff. qđ iuſſu. l. j. §. j. &. §. ſed & ſi ſerui chirographo. &. §. ſi ratum.

b ¶ Videtur.] vt etiā ab ipſo dn̄o debitū condici poſſit: vt. j. e. §. pen.

c ¶ Eadem ratione.] qa fidē dn̄i ſequi videt: vt. ſ. pxi. §. in fi. Acc.

d ¶ Exercitoria.] quæ ꝑpetuo hęredi & in hęredē datur: vt. ff. de exer. l. ſi tn̄. §. fi. [a] Idē in inſtitoria: vt. ff. de inſti. l. nouiſsime. Idē etiā de in rem verſo: vt. ff. quando de pecu. act. anna. eſt. l. quęſitum. in fine.

e ¶ Eius rei gratia.] bn̄ dicit, ei⁹ rei gr̄a. Nā ſi ob aliā rē, puta negotij ſui: vel cū eſſet prępoſitus advehēdū onus, ipſe accepit mutuā pecuniā, nō ad vtilitatē nauis: nō tenet dn̄s: vt. ff. de exerc. l. j. §. nō autē.

f ¶ Quaeſtus.] i. puēt⁹ ſiue lucrū. Sed magr̄ appellat, cui toti⁹ nauis anchora i. gubernatio cōmēdat: vt ff. de exer. l. j. §. magiſtrū nauis.

g ¶ Seruum.] vel liberum: vt in fi. huius. §.

h ¶ Vocantur.] nota quòd inſtitoria à prępoſito, ſed exercitoria à pręponente vocatur: vt hîc, &. ſ. proxi. §.

i ¶ Duas.] per hoc ꝙ dicit duas, excludit primā quod iuſſu. Accur.

k ¶ Aequitatis.] Not. ꝙ vbi eadem eſt æquitas, idem ius ſtatuendum eſt. ſic ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. cùm enim. in gloſ. æſtimari. & ſ. quibus mod. ius pat. poteſta. ſol. §. pari ratione.

¶ Introduxit. ¶ Caſus. Præter prædictas actiões qđ iuſſu, exercito. & inſtito. adinuenit adhuc prætor aliā adiectionē, quę vocat tributoria: & habet locū hæc adiectio. qn̄ dn̄o ſciēte, & iubēte in mercib⁹ peculiarib⁹ negotiat ſeru⁹. Tunc enim ſi aliqs in illis mercibus cū ſeruo cōtrahat: ſtatuit prætor, ꝙ quicquid in illis mercibus cū ſeruo cōtractū eſt, vel inde receptū, ꝙ totū inter dn̄m & creditores tributoria agentes diſtribuat: & quia dn̄o permittit diſtribuere: ſi cōtingeret, ꝙ malè diſtribueret dn̄s, propterea in hoc caſu accōmodauit prætor hāc actionē, ſiue adiectionē creditori cōquerēti de mala diſtributiōe. h. d. Quidā tamen dicūt, ꝙ non habet locū tributoria cōtra dn̄m, niſi ī eo caſu qn̄ dn̄s iā malè diſtribuit. tu dic cōtra Frā.

l ¶ In peculiari merce.] hoc cautè dicit, non in dominica: vt. ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. pe. [b]

m ¶ Negotietur.] ad omnem quoq; porrigitur negotiationē: vt. ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.

n ¶ Eius rei cauſa.] nota ꝙ ad hoc vt competat iſta actio, oportet quòd ſit cōtractum illarum merciū: cauſa: aliâs nō cōpeteret: vt per Ange. hîc.

o ¶ Minus.] hāc actionē tributoriā dicūt ꝗdā non dari, niſi dn̄s primò diſtribuat: & dicūt ꝙ cogit officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc. §. quia dicit, minus. Sed dico ꝙ ante & pòſt cōpetit: quia minus tribuit ꝗ nihil tribuit: vt. ff. de tribu. l. illud. § ſi cui⁹ dolo. ver. minus. & arg. ff. de verbo. ſig. l. minus. & l. verbum amplius. ſecūdum Io.

¶ Praeterea introducta. ¶ Caſus. Iā vidiſtis naturā diuerſarū adiectionū: videlicet adiectiōis ꝙ iuſſu exercitorię. & inſticoriæ & tributorię. adhuc pręter iſtas ſunt inductę à prætore, aliæ adiectiões, quarū vna vocat de in rē verſo, & alia de peculio: & ſunt diuerſæ à prædictis: quia ſupradictæ adiectiões, nūquā habēt locū, cōtra dn̄m, ꝑ cōtractu facto cum ſeruo: niſi hoc factū fuerit dn̄o volēte: ſed iſtæ duæ actiões, dātur cōtra dn̄m, ꝑ cōtractib⁹ factis, cū ſeruo dn̄o ignorāte & nolente: adeò ꝙ ſi ſine dn̄i volūtate negotiū geſtū ſit: tn̄ ſi quid in eius negotiū verſum fuerit, id totū præſtare tenetur dn̄s, & ad hoc poteſt agi actione ex illo cōtractu, cum hac adiectione, de in rem verſo. ſi aūt non ſit aliquid verſum in rem eius, tunc poteſt dn̄s cōueniri quatenus eſt in peculio. Deinde docet quid videtur verſum in rē dn̄i: dicens ꝙ illud videtur verſum, qđ in rē eius neceſſario impēdit ſeru⁹. & de expēſis neceſſarijs ponit multa exēpla. Sed pone ꝙ ſeruus alicuius qui ſciente dn̄o in negotijs peculiaribus negotiatur, à Titio decē aureos acceperit mutuo: & quinq; aureos creditoribus ſuis ſoluerit: reliquos verò quinq; alio modo cōſumpſerit, ꝑ illis quinq; quos in rē dn̄i cōuertit, debet dn̄s inſolidū conueniri: pro alijs vero quinq; peculio tenus dn̄s cōuenitur. Si autē oēs decem aurei in rē dn̄i verſi fuiſſent, decē aureos conſequetur per actionē, de in rē verſo. Licet enim vna ſit actio, ſiue adiectio qua de peculio. & de eo qđ in rē dn̄i verſum ſit, agitur: tamen duas habet condēnationes. Iudex ergo coram quo de in rē verſo agit, debet inſpicere, an in rem dn̄i verſum ſit, an nō. Non enim aliter debet venire ad æſtimationē peculij, niſi aut nihil in rē domini verſum ſit, aut non totū. h. d. Frā.

p ¶ Deque eo.] caue tibi: quia de duabus actionibus ſimul dicit, ſcilicet de pecu. & de in rem verſo.

q ¶ Patitur.] facit. ff. de pecu. l ſi quis ſeruum. §. etiam. & hîc adiūge. §. cæterum: qui eſt. j.

r ¶ Mercatus erit.] facit. ff. de in rem ver. l. iij. §. proinde.

s ¶ Ex decem.] qa quot ſūt cōſumpti, in tot debet teneri: vt ſ. pxi. §.

Exercitoria actio.

Exercitor.

Inſtitoria actio.

Inſtitor.

a Dic hoc verū ſi pria actio dabatur hæredi, vel contra hæredē. qa iſtæ nō ſūt propriæ actiones: ſed adiectiones: vt habet in d. l. ſi tamē. §. ſi ſecūdū Angel. Ius idē ſtatuatur, vbi eſt eadem æquitas.

b Nota ex illo. §. pen. differentiam: qa īſtitoria habet locū in merce dominica: tributoria in merce peculiari. & ſi vna egi & ſuccubui, qa malè intentaui: poſſū aliā intētare. de quo dic vt ibi p gloſ. Ange.

puta aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuò, accepit, creditori tuo quinque aureos ſoluerit: reliquos verò quinq; quolibet modo conſumpſerit, pro quinque quidem inſolidum damnari debes [a] : pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decem aureos Titium cōſequi poſſe. Licet [b] enim vna ſit actio qua de peculio, deq; eo quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione [c] agitur, ante diſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculij æſtimationem trāſit, quàm aut nihil in rem domini verſum intelligatur: aut non totum.

¶ In peculio dicitur eſſe, id quod ſupereſt deducto eo quod debetur domino, dummodo non debeatur vicario ſerui. h.d. Aretinus.

¶ Cùm autem quæritur quantum in peculio ſit: ante deducitur quicquid ſeruus domino [d], eíve qui in poteſtate eius ſit, debet: & qđ ſupereſt, id ſolum peculium intelligitur. Aliquando tamen id quod ei debet [e] ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is [f] in ipſius [g] peculio ſit. quod eò [h] pertinet, vt ſi quid vicario ſuo ſeruus [i] debeat: id ex peculio eius [k] non deducatur.

¶ Cui competit actio inſtitoria, vel exercitoria, vel quod iuſſu, competit etiam de peculio: & in actione de peculio, totius ei' quod eſt in peculio, ratio eſt habenda: in tributoria ſolū eius circa quod negotiatur. quapropter quandoque expedit agi vna: quandoque alia. Aretinus.

¶ Sed hodie hæc aliter obſeruantur. Siue enim quis in rem actione cōuenitur, ſiue perſonali, ſuo nomine: nullam ſatiſdationem[h] pro litis æſtimatione[i] dare compellitur: ſed pro ſua tātum perſona, quòd in iudicio permaneat[k] vſq; ad terminum[l] litis: vel committitur ſuę promiſsioni[m], cum iureiurando (quam iuratoriam cautionem[n] vocant) vel nudam promiſsionem[o], vel ſatiſdationem pro qualitate[p] perſonæ[q] ſuæ dare cōpellitur.

¶ Procurator domini actoris, vel quaſi, ſatiſdat de rato, ſi dubium fuerit de mandato: procurator rei, etiam ſi de mandato certum extiterit, cauet iudicatum ſolui, cum omnibus clauſulis opportunis: pro quo reus poteſt exiſtere fideiuſſor, quæ fideiuſſoria obligatio hypothecariam habere debet annexam, quæ ſtipulatio iudicatum ſolui, contra hæredem fideiuſſoris porrigitur. tenetur etiā idem procurator, ſi reus fuerit litem conteſtatus, cauere quòd tempore ferendæ ſententiæ, reus in iudicio paratus erit: aliâs fideiuſſor pro eo intercedens tenebitur pro eo quod fuerit mandatum, niſi prouocatio intercedat. hoc dicit. Aretinus.

¶ Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, vel ſuſcipitur: in actoris quidem perſona, ſi nō mandatum[r] actis inſinuatum[s] eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam cōfirmauerit[t]: ratam rem dominum habiturū[v], ſatiſdatione procurator dare compellitur: eo-

a ¶ Remittebatur.] ſcilicet de facto.

b ¶ Haec ita erant.] hîc non debet eſſe. §. ſecundum Io. quia & quod ſequitur, eſt de antiquitate.

c ¶ Agitur.] vt ſuo nomine agens non caueat: aliâs caueat rem ratā dominum habiturum: vt. s. eo. §. ipſe autem. &. §. procurator.

d ¶ Omnimodo.] ſcilicet ſiue cum mandato: ſiue ſine mandato.

e ¶ Satisdaret.] ſcilicet iudicatum ſolui.

f ¶ Quia nemo.] no. antiquā regulam, quæ etiam hodie bona eſt: vt hîc, &. j. eo. §. ſi vero reus. &. ff. de pcu. l. nō videtur. &. l. qui proprio. §. qui alium.

g ¶ Non cogebatur.] In hoc ſolo caſu differebat ab actiōe in rē: licet per multa verba hucuſq; inter eas notauerit differētiā. *Additio* Dic ſecūdum Io. fab. quòd hæc gl. rectè loquitur: quæ ſupponit, quòd olim cōuentus actione perſonali nō ſatiſdabat: & idē dicit ff. de pcu. l. ſi procurator meus. in gl. nō datur. Sed contrariū dicitur in rubr. iudi. ſol. pro qua. ff. de ſol. l. cùm quis. §. de peculio. ſecundum Ang.

¶ Sed hodie.

¶ *Casus*. In ſuperioribus dixi, quòd cōuētus act. in perſonā, nō tenebatur iudi. ſol. ſatiſdare: ſed cōuentus in rē acti. ſuo nomine ſatiſdare tenebatur iudi. ſol. Sed hodie aliud eſt. ſiue enim hodie aliquis conueniatur in rem: ſiue in perſonā, & ſuo nomine: non tenetur ſatiſdare de iudi. ſol. ſed tenetur ſatiſdare iudicio ſiſti, vſq; ad terminum litis. & in iſta cautione quandoque ſtatur ſuæ promiſsioni cum iureiurando: aliquando ſuæ nudæ promiſsioni: aliquando fit iſta cautio, per bonos fideiuſſores, ſecundum qualitatem perſonæ ſi fuerit extraneus. Si enim fuerit patronus vel parens: quilibet fideiuſſor, pro idoneo habetur. h. d. Fran.

Litis æſtimatio.

Iuratoria cautio.

h ¶ Nullam satisdationem.] i. nullā promiſsionē per fideiuſſores facere. Nā ſatiſdatio per fideiuſſores fit: vt. ff. qui ſatiſd. co. l. j. nam nec de defendēdo: nec de dolo qđ abſit: nec iudicatū ſoluere pmittit: quæ tria continentur ſub clauſula hac ſcilicet, iudicatū ſolui: vt. ff. iud. ſol. l. iudicatū ſolui. nec vllā aliā niſi vnā quam ſubijcit. Sed econtrà, nūquid actor aliquā facit ſatiſdationem? Dic quòd ſic duas. Primò, q̃ lite conteſtabitur vſq; ad duos mēſes, connumerādos à die libelli porrecti: vt in aut. de execu. & his. §. j. col. vij. quæ eſt aut. C. de lit. cōteſt. l. libellū. Aliā q̃ pſiſtet vſq; ad finē: & ſi victus fuerit iniuſtè ſe mouiſſe litē, decimā partē litis nomine expēſarū dabit reo: vt in aut. de litig. §. ad excludendas. col. viij. quæ eſt in C. de epiſco. & cle. aut. generaliter. qñq; tñ hæ duę ex cōſuetudine nō ſeruant: nec ſunt in vſu. Accur.

Satiſdare eſt promiſſionē per fideiuſſores facere.

Satiſdatio duplex ab actore exigitur.

i ¶ Pro litis aestimatione.] iudicatum ſolui. Accurſius.

k ¶ In iudicio permanebat.] hæc ſatiſdatio appellatur iudicio ſiſti? vt hîc patet, &. ff. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. prætor ait. in fi. Et caue tibi in notanda differentia horum capitulorum. hîc enim primò loquitur quando immobilia non poſsidet: vt hîc, &. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum eſt. in prin.

l ¶ Ad terminum.] hoc eſt tempus definitiuæ ſententię. Sed nūquid fideiuſſor tādiu tenetur. ſ. quādiu durat lis? Diſtingue, aut fideiuſsit in certum tempus: & tūc tandiu tenetur, & non vltra: vt. C. de fideiuſ. l. pe. Aut non: nec in cauſa publica: nec in ſcriptis: & tunc non tenetur vltra duos menſes: vt dicitur. d. l. C. de fideiuſ. Et eſt ratio: quia actor videtur ſibi remittere: cū promiſerit litē ſe conteſtaturū, vſq; ad duos menſes: vt in aut. de execu. §. j. colla. vij. Si autem in cauſa publica, vel in ſcriptis: tunc perpetuo: vel (qđ eſt veri⁹) vſq; ad triēniū tenet, cùm tantum duret inſtantia cauſæ: vt. C. de iudi. l. properandū. in prin. Sed nunqđ ſub pœna fiet hęc ſatiſdatio? Rñ. nō, niſi cōueniat inter partes: ſed intereſſe tantum venit: vt. ff. qui ſatiſd. cog. l. ij. §. fi. Sed ſi eſt promiſſa, & eſt ſtatutū tēpus intra qđ teneat fideiuſſor: ſi quidē ſex mēſiū eſt, intra alios ſex mēſes, poterit fideiuſſor morā purgare. ſi maius, nō habet tamē niſi ſex mēſes intra quos poteſt mora pœnæ purgari ſi exhibeatur reus: licet primò exhibitus nō fuerit. quæ dic vt. C. de fideiuſ. l. antepe.[a] Sed quid ſi poſsidet immobilia tantū quæ valēt. x. & cōueniatur in centū, nunquid ſatiſdabit? Rñ. ſic, ad minus in eo qđ excedit: quia qđ iuris eſt in toto quo ad totū, idem erit in parte quo ad partem. vt. ff. de acqui. hęre. l. ſi ſeruus eius. & dixi in. l. quæ de tota. in gl. dicta ſunt. ff. de rei vendi.

Fideiuſſor iudicio ſiſti quādiu tenetur.

Satiſdatio iudicio ſiſti an poſsit ſub pœna fieri.

a Intelligas diſpoſitionem huius l. procedere in caſu ſuo: videlicet in ſtipulatiōe prætoria & iudiciali, nō autē in ſtipulatiōe cōuentionali: vt ibi notāt Bal. Ang. & Saly. & no. Bar. in l. iiij. circa fi. ff. de cu. reo. qđ not. ſecūdū Angel.

m ¶ Promissioni.] ſcilicet vbi poſsidet immobilia. Itē propter priuilegium: vt. C. de princ. agen. in re. l. fi. lib. xij. & de dig. l. quoties. eo. lib. Item in caſu, quando non poſsidet immobilia: vt. C. vt omnes tam ciui. quòd cri. l. j. ibi, iuratoriæ tantum cautioni.

n ¶ Iuratoriam cautionē.] ſ. iudicio ſiſti.

o ¶ Nudam promissionem.] repete, dare cōpellitur. vt economus, & alij clerici: vt in aut. de ſan. epiſ. §. ſi quis autē pro pecuniaria cauſa. colla. ix.

p ¶ Pro qualitate.] vt ſi ſit parēs vel patronus rei, vel actoris: vt quia vocet patronū, vel parentem. tūc enim quilibet fideiuſſor p idoneo accipitur: vt. ff. in ius vocati vt eāt. l. j. &. ij. &. iij. &. ff. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. ij. &. §. qđ ait prætor. Sed nūquid hodie indiſtinctè ſatiſdandū eſt: vt in aut. de exhibē. & intro. re. §. ſuſcepto. col. v. quæ eſt in C. de lit. conteſt. aut. offeratur.? Rñ. illa ſecundum diſtin. huius. l. intelligit. Nā poſteriores p priores intelligūtur: vt. ff. de leg. & ſenatuſcō. l. ſed & poſteriores.

q ¶ Personae.] ſ. rei.

¶ Sin autem per procuratorem.

¶ *Casus*. Suprà dictū eſt, quòd ſi aliquis ſuo nomine conueniatur, q̃ nunquā ſatiſdabit de iudic. ſol. ſed ſolum præſtabit cautionem, vſq; ad terminū litis. Sed quid ſi quis litiget per procuratorē? Frater, per procuratorem poteſt actor litigare vel reus. Et primò, videamus de illis, qui litigāt per procuratorem, ex perſona actoris. Tunc enim neceſſe eſt, quòd caueat de rato, ſi dubitetur de mandato. Si enim conſtet de mandato: tunc nō tenetur cauere de rato. Sed qualiter poterit cōſtare de mādato procuratoris? Frater, tibi dico: de mandato procuratoris cōſtabit, ſi mandatū eſt actis inſinuatum: vel ſi dominus litis in iudicio eſt præſens, & in iudicio procuratoris perſonā confirmauerit. Idem obſeruandum eſt de tutore, & curatore, volente agere per procuratorem: & in alijs quibuſcunq; perſonis alienarū rerū gubernationem habentibus: vt in gl. & ſum in ver. Si verò aliquis. in quo pone caſum ſic. Iam habuiſtis quid iuris ſit quando lis infertur per procuratorem actoris modo videamus quid iuris ſit, quando lis ſuſcipitur, per procuratorē rei. Tūc enim poteſt reus præſens eſſe fideiuſſor procuratoris ſui, coram iudice: vel extra iudiciū, poteſt eſſe fideiuſſor ſui procuratoris, pro omnibus clauſulis contentis ſub illo verbo, iudi. ſol. ita quòd teneatur per illā ſatiſdationē, & etiā hæres eius. debet etiam cauere procurator rei, quia reus veniet ad iudiciū tēpore ſentētiæ definitiuæ: vel ſi nō venerit, q̃ ſoluet omnia quæ in definitiua ſententia fuerint: niſi à definitiua ipſa fuerit appellatū. h. d. Hæc tamen vltima cautio in perſona rei hodie nō habet locū: nec etiam aliæ duæ in perſona actoris: ſcilicet q̃ caueat ſe cōteſtaturū litē intra duos mēſes: & q̃ idē ſoluet decimā partē litis ſi ſuccūbat. vñ q̃ ſatiſdet, in. l. cauet: ſed in vſu nō habet. Fran.

r ¶ Mandatum. extra ius factum.

s ¶ Insinuatum.] id eſt coram iudice demonſtratum.

t ¶ Confirmaverit.] repete non. nā confirmare poteſt, & tunc ſatiſdare nō tenet: vt. j. prox. §. aliâs eſt in litera, nō. *Additio*. Nota q̃ quādo procurator agit præſente domino, & cōfirmāte nō poteſt procurator repelli defectu mandati: vel vbi dominus mittat literas aduerſario vel iudici: vt. l. ſi procuratorem. ff. de procura. Ange.

v ¶ Habiturum.] i. quòd dominus habebit ratum. quæ committitur quando dominus ſcit & poteſt habere ratum, & non habet: vt. ff. rē ra. ha. l. quo enim. §. j. & ff. de ſol. l. ratum.[b] vbi dicitur, ratum autem habere dominus debet cùm primum certior factus eſt. Hîc tamē diſtingue, an ſit certū habere mādatū: & tūc nō cauet: vt hîc, &. C. de ſatiſd. l. j. Aut certum eſt quòd non habet: & tūc etiā cū ſatiſdatione non admittitur: vt. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. fi. Aut dubium eſt: & tunc ſecundum P. eſt in electione rei vtrum exigat probationē mandati à pcuratore: an ſatiſdationē recipiat. & eſt pro eo ar. in aut. de col. §. eos. in fi. col. ix. Sed ibi non loquitur de procuratore: ſed de exactore tributorum. Sed Io. contrà. Dicit enim in electione procuratoris eſſe q̃ duorū iſtorū facere velit: quia quoties ad duo quis alternatiuè tenet, eius eſt electio: vt. s. de act. §. huic. Bul. autem diſtinguebat vtrum diceret, non habes

b Dic quòd iſta ſtipulatio rati cōmittitur ad intereſſe, & ſic ad totale, vel particulare intereſſe: prout ratū pro pte vel nullo modo habetur: vt l. ſi pcurator. ff. rē rat. ha.

dem obſeruando,& ſi tutor,vel curator,vel aliæ tales perſonæ[a] quæ alienarū rerū gubernationē receperūt, litem quibuſdā per alium[b] inferūt. ¶ Si verò aliquis cōuenitur, ſi quidem præſens[c] procuratorem dare paratus eſt,poteſt[d] vel ipſe in iudiciū venire, & ſui procuratoris perſonā per iudicatum ſolui ſatiſdationem, ſolenni ſtipulatione firmare:vel extra iudicium ſatiſdationem exponere[e],per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat[f],pro omnibus iudicatum ſolui ſatiſdationis clauſulis[g].vbi & de hypotheca ſuarum rerum conuenire compellitur[h],ſiue in iudicio promiſerit,ſiue extra iudiciū cauerit,vt tàm ipſe,quàm hæredes[i] eius obligentur:alia inſuper cautela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius[k] exponēda[l],quòd tēpore ſententiæ recitandæ,in iudiciū veniet[m]: vel ſi non venerit,omnia dabit fideiuſſor[n],quæ condemnatione continentur[o],niſi fuerit prouocatum.

¶ Alienæ litis defenſor nemo legitimus cēſetur,niſi ſatiſdet:ſiue habeat mādatū, ſiue nō. Et procurator interueniēs,etiam pòſt litē cōteſtatā,tenet̄ ſatiſdare. Aret.

¶ Si verò reus præſto[p] ex quacunq; cauſa non fuerit,& alius velit defenſionem eius ſubire,nulla differentia inter actiones in rem,vel perſonales introducenda poteſt hoc facere: ita tamen,vt ſatiſdationem[q] iudicatum ſolui, pro litis præſtet æſtimatione. Nemo[r] enim ſecundum veterem regulam(vt iam dictum[s] eſt) alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

¶ Experientia,eſt rerū magiſtra. Areti.

¶ Quę omnia apertius,& perfectius cotidiano iudiciorum vſu,in ipſis rerum documentis apparent.

¶ Omnes ciuitates,debent ſequi conſuetudinem ciuitatis Romanæ.

¶ Quam formam non ſolum in hac regia[t] Vrbe,ſed etiam in omnibus noſtris prouincijs(& ſi ꝓpter imperitiam aliter fortè celebratur) obtinere cēſemus:cùm neceſſe ſit omnes prouincias,caput[v] omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt hanc regiam Vrbem,eiusq; obſeruantiam ſequi[x].

TITVLVS XII.

De perpetuis & temporalibus actionibus,& quæ ad hæredes,& in hæredes tranſeunt.

¶ Actiones ciuiles tàm reales,quàm perſonales ſunt perpetuæ: prætoriæ verò pœnales regulariter durant anno, quod fallit in actione furti manifeſti,quæ perpetua eſt. Sed prætoriæ rei perſecutoriæ,perpetuæ ſunt. Aretinus.

HOc loco admonēdi ſumus,eaſquidē

& no. gloſ. & Bar. in l. iiij. §. cato. ff. de verb. obli. Ange.

habes mandatū:& tūc probet mandatū.an dicat,dubito:& tūc ſatiſdat.Sed Io.opinio verior eſt. Præſtat etiā aliā cautionem procurator actoris:ſcilicet de defendendo eū pro quo agit:vt.ff.de procur.l.ſeruū. §.fi.aliâs denegatur ei actio:vt.ff.de procura.l.mutus.§.pœna.

Perſonæ alienarū rerum gubernationē habentes.

a ¶ Personae.] vt ſunt patres in bonis filiorū:vt.C.de bo.ma.l.j. & de bo.quę lib.l. fin.§. vbi aūt. Itē orphanotrophi & brephotrophi:vt.C.de epiſ.& cleri. l.orphanotrophos. Itē economi vel actores vel ſyndici:vt.ff.qđ cuiuſq; vniuer. no.l.j. §.quib⁹.&.l.nulli. &.l. item.§.j.&.C.de ſacroſan.eccl.l.iubem⁹.ij.circa prin.ibi, nulli economo.&.C.de epiſc.& cle.l.omnes qui vbiq;. §. hoc nihilominus. Itē apocriſarij:vt in authē.qūo opor.epi.§. & illud.coll.j.Item magiſtratus nomine municipij[a]:vt C.de iur.ꝓpter calū.dā.l.ij.§.j. iſti eñ poſſunt inferre ꝑ aliū litem:vt hîc ſubijcit.

a Nota ꝙ magiſtratus municipalis ꝓ ſua ciuitate vel municipio pōt agere: vt eſt text. i l.iij.§.plaue.ff. quod vi aut clam. cum ibi no. Ange.

b ¶ Per alivm infervnt.] ſ.per procuratorē:qđ eſt intelligēdū ſi prius ipſi litē cōteſtentur,& ſic litium domini efficiant:vt.C. de procur.l.neq;. aliâs non:cum non dñi, ſed adminiſtratores ſint: & procurator à domino debet cōſtitui:vt.ff. de procur.l.j.in prin. Sed ſi ipſe ſupradictæ perſonę agūt:nunquid de rato cauēt,vel de iudicato ſoluendo,ſi cōueniunt? Rñ.non:vt.C. de admini. tut.l. tutores debita. &.l. ſancimus.ij.§.defenſionem. Sed tamē in tutore viſo det dicere lex cōtra, ſi ſit incertum de officio ſuo:vt.ff. de admi. tut l.vulgo.Sed certè ibi non dicit,quòd debeat de rato cauere:ſed ꝙ reus damnum non ſubibit propterea quòd iſte non ſit tutor.Sed quæ eſt ratio,quòd procuratores ſatiſdant:ſed ſupradictę perſonę nō? Rñ. quia prædictæ perſonę quaſi domini ſunt:vt.ff pro emp.l qui fundū. §.ſi tutor.&.C.de epiſ.&cle.l.orphanotrophos.ſed in procuratoribus ſecus : quia non ſunt domini verè, ſed fictè:vt ff.de ꝓcura.l.j.in prin.

Tutor an teneatur canere de rato.

Procuratores ſatiſdāt, non autem patres orphanotrophi.

Poteſt.i. debet.

c ¶ Praesens.] prǫſentem accipe etiā ſi ſit in ortis,vel in continentibus ędificijs:vt.ff.de procura.l.prǫſens.&.l.qui in foro. &.l.& ideò.

d ¶ Potest.] id eſt debet,ſecundū quoſdā.dicunt enim, ꝙ ſi dñs eſt prǫſens:ipſe tantū debet fideiubere pro procuratore ſuo.ſi aūt abſens eſt,ꝓcurator poteſt, & debet fideiuſſores ſuos dare.& facit pro eis.ff. iudi.ſol.l.ſi ad defendendū.&.ff.de procur.l.qui proprio.in prin. Vel dici poteſt,quòd etiā ſi dñs eſt prǫſens,tamen poteſt procurator dare ſuos fideiuſſores:cum etiam ſine mandato quilibet poſsit aliū defendere:vt.C.de ſatiſda.l.j.&.C.de procura.l.exigendi.& etiam inuitū:vt ff.de ſolu.l.ſolutionem.& ita propriè accipitur hoc verbum,poteſt.

Defendit qlibet etiā ſine mandato.

e ¶ Exponere.] actorì vel notario ſcribenti procuratiouē:ex cui⁹ ſtipulatiōe quæritur actori vtilis actio:vt ff rem pu.ſal.fore.l.nō quaſi.

f ¶ Fideivssor existat.] no.quòd dominus etiam extra iudiciū, poteſt pro ſuo procuratore fideiubere,& releuare eum ab omni onere ſatiſdandi,fideiubendo pro eo notario,qui de ſuo mandato eſt rogatus:vt.l.ſi defunctus in prin.ff de procura.Ange.

g ¶ Clavsvlis.] quæ clauſulæ tres ſunt.ſ.de defendendo reo : & de dolo quod abſit:& quod ſonat ipſum verbum:vt ff.iudi.ſol.l. iudicatum ſolui.& hîc dicitur.

h ¶ Compellitvr.] per iudicem.Accurſius.

Iudicatum ſolui , tres clauſulas habet.

i ¶ Haeredes eivs.] nā habet naturā hæc ſtipulatio vt ad hęredes trāſeat,ſicut illa iudicio ſiſti:vt.ff.ſi quis cau.l.ſi eū.§.qui iniuriarū.

k ¶ Ipsivs.] ſcilicet rei Accur.

l ¶ Exponenda.] à procuratore.

m ¶ Veniet.] ſcilicet reus qui litem prius cōteſtatus eſt ſuo nomine.

n ¶ Fideivssor.] datus nunc à procuratore.

o ¶ Continentvr.] ergo debet condemnari procurator præſens.

¶ SI VERO REVS. ¶ CASVS. Intellexi.§.præcedētē in eo qui prǫſens erat,& cōſtituit ꝓcuratorē ad ſe defendēdū.Si aūt reus ſit abſens:ſiue cōueniatur in rem,ſiue in perſonā,procurator eius debet ſatiſdare iudi.ſol.pro litis æſtimatione:nec alio modo admittetur,quātumcunq; bonæ famæ fuerit:quia nemo &c.Franciſcus.

p ¶ Praesto.] ſcilicet poſt litem conteſtatam contra reum.

q ¶ Satisdationem.] Nota quòd ſiue interueniat procurator ante lit.cōteſt.vt.ſ̄.e.§.ſi verò.debet ſatiſdare:ſiue poſtea:vt hîc.&.C. de conſor.eiuſ.li.l.ij. Nec obſtat quod dicit, ꝙ debet fieri ante lit. cōteſt.vt.ff.de ꝓcur.l.Pōponi⁹.§. ratihabitiōis. quia ſibi interuenit ꝓcurator ante litē cōteſt. vbi autē poſtea interuenit, & poſtea ſatiſdat:vt dictum eſt.

Procurator rei ſiue interueniat ante litē cōteſtatam, ſiue pòſt, tenetur ſatiſdare.

r ¶ Nemo.] ſ. procurator : vt . ff. de procu. qui proprio.§.ij.

s ¶ Dictvm est.] ſ̄.e. §.ab eius.

t ¶ Regia vrbe.] ſ.Cōſtātinopolitana.vel dic de veteri Roma. Acc.

v ¶ Capvt.] C.de vete. iur.enuc.l.j.§.nulla. & §.ſed & ſi quæ leges.

Roma caput mundi.

x ¶ Seqvi.] imò nō videtur inſpiciēdū qđ ibi fiat:ſed quod fieri debeat:vt.ff de off.præſi.l.ſed licet.quæ eſt cōtra.Sed hęc eſt intelligenda,quādo ex certa ſcientia eſt cōſuetudo vel lex:nō per errorē: vt ibi & facit ad hanc. ff.de leg & ſenatuſc. l.de quib⁹.Acc. ADDITIO. Hoc verū,quādo lex tollit cōſuetudinem. aliâs vnaquęq; ciuitas abūdat in ſenſu ſuo:& ſic obſeruare debet ſuā conſuetudinem:& ex generali principis permiſſu inducere poteſt particulares cōſuetudines, etiam cōtra leges:quibus ſtari debet:vt habet̄ in.§.ex nō ſcripto.ſ̄.de iure natu gē.& ciuili. Quæro tamen an in fideiuſſorem de iudicato ſoluendo,fiat executio ſine nouo proceſſu?Et cōmuniter docto.dicunt quòd ſic: vt in.l.fi.C. de vſu.rei iudi.& Bart.in.l.j.ff iudi.ſol.per tex.d.l.fi. vbi dicitur. ſtatim.quia dictio,ſtatim,importat ſummariam cognitionem,ſine ordine iudiciario:vt.l.momentaneę.C.vnde vi.dic vt in dictis iuribus latius per docto.Ange.

¶ DE PERPETVIS &c. ¶ *Quia de actionibus eſt dictū:& quædam ſunt perpetuæ,& quædam non:ideò de his ponit:ut.j.e.in prin. Item quia quædam tranſitoriæ ſunt hæredibus,& contra hæredes:& de his ponit j.eo.§ non autem.Accur.*

Continuatio.

ADDITIO. Sed melius reſideret iſta rubrica immediatè pòſt tit.de ac.qa cōtinuat à remotis nimiū,cùm nō ſim⁹ in principio libri.

Diuiſio.

HOC LOCO. ¶ Totus iſtę tit.diuiditur in tres partes. Primò,ponit regulam & exceptionem.ſ.quæ actiōes ſunt perpetuæ.Secūdò,ponit regulā & exceptionē.ſ.quę actiones ſunt trāſitoriæ ad hæredes.Tertiò,ponit nouum caſum.Secūda ibi,Nō autē omnes.Tertia ibi,Supereſt. ¶ CASVS. Scire debetis(dicit Iuſti.)ꝙ quædā actiones erant olim perpetuæ,hoc eſt ſine tēporis præfinitione durabāt:ſed hodie quædam ſunt perpetuæ.i.duratiuæ vſq; ad tēpus à ſacris cōſtitutionibus conſtitutū, hoc eſt vſq; ad xxx.annos:cuiuſmodi ſunt illæ actiones,quæ deſcēdunt à legibus,& à ſacris conſtitutionibus Imperatorum,& ſenatuſcon. ſed prætoriæ regulariter loquēdo,& olim erāt & hodie ſunt annales: qa prætoris imperiū,& olim erat,& etiā hodie eſt annale.& hoc dicit.Et caue tibi:quia ꝓpter hoc ꝙ dicit litera,donec ſacræ cōſtitutiones tàm in rē, quàm in perſonā &c.nō vult innuere,ꝙ actiōes in rem ſolę erāt ꝑpetuę:ſed hoc ideò dicit,quia tàm in realib⁹,q̄ in ꝑſonalibus dederūt ſacrę cōſtitutiōes fines certos.& ſum in verſ.aliquādo.Supra ꝓxi. §.dixit Iuſti.ꝙ plerūq; ſunt annales prętorię actiōes.Sed dñe, quare dicitis vos,plerūq;?Et rñ.ideò qa nō oēs prętorię act.annales ſunt:ſed aliqñ ꝑpetuæ:hoc eſt vſq; ad finē ſacris cōſtitutionib⁹ cōſtitutū duratiuæ:vt patet in bonorū poſſeſ.hęreditatis petitione,quę dat ſuccedēti de iure prętorio.Hęc eñ eſt prętoria & tñ ꝑpetua.& idē in fideicōmiſſarijs:qa bonoꝝ poſſeſſores ſunt hęredes de iure prętorio:fideicō-

miſſarij verò ſunt vtiles loco hæredũ: vnde cõiunctos immediate vnũ poſt aliũ habetis iſtos tit. in.ff. vete. ſimiliter in pœnalibus prætorijs quædam act. reperiuntur perpetuè: vt act. furti manifeſti, quę à prætoris iuriſdictione deſcendit. Abſurdum enim videbatur actionem ita famoſam anno finiri. h.d.

actiones quæ ex lege [a], ſenatúſve conſulto [b], ſiue ex ſacris cõſtitutionibus [c] proficiſcuntur, perpetuo † ſolere antiquitus competere, donec ſacræ cõſtitutiones, tam in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt. eas [d] verò quæ ex propria prætoris iuriſdictione pendent, plerũq; [e] intra annum [f] viuere. nam & ipſius prætoris intra annum erat imperiũ. Aliquãdo [g] tamẽ, & in perpetuũ extẽduntur, id eſt vſq; ad finem conſtitutionibus [h] introductũ: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori [i] cæteriſq; qui hæredis [k] loco ſunt, accommodat. Furti quoq; manifeſti actio, quamuis ex ipſius prætoris iuriſdictione proficiſcatur [l]: tamẽ perpetuo datur. abſurdum enim eſſe exiſtimauit [m], anno eam terminari.

† De hoc verbo perpetuo, quot modis accipiatur, vide gloſ. x. q. ij. ea enim. §. perpetua.

a ❡ Ex lege.] xij. ta. vt fami. herciſ. vt.ff. fami. herciſ. l. j. Item noxalis de pauperie: vt. ſ. ſi quadru. paupe. feciſ. dic. in pri. &.ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica. l. j. in pri.

b ❡ Senatuſve conſulto.] vt hæreditatis petitio: vt ff. de pet. hæred. l. itẽ veniunt. §. pridie. &. C. de pe. hęre. l. fi. in prin. Itẽ ſi quis clauũ de naui abſtulerit, cui⁹ cauſa tota nauis perijt: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. ij. §. ſenatuſc.

c ❡ Constitutionibus.] vt cõdictio ex lege, quæ datur ex cõſtitutionib⁹ quibuſlibet poſt. l. xij. ta. cõſtitutis: vt.ff. de cõdi. ex lege. l. vnica. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. qđ ex his. & C. de dona. l. ſi quis argẽtũ. § fi. &. ſ. de act. §. tripli. vel ex quacunq; alia parte iuris, vt plebiſcito: vt patet in lege aquilia: vt. ſ. de leg. aql. §. cæterũ. & ff. ad le. aquil. l. j. Nam quinq; ſunt partes iuris præter prætoriũ: vt. ſ. de iure natu. §. cõſtat. & totũ eſt ius ciuile: vt.ff. de iuſti. & iur. l. ius autẽ ciuile. & actiones ex eo deſcẽdentes ſunt perpetuæ, vt hic dicit. i. ſine præfinitiõe tẽporis ſecundũ antiqua tẽpora: ſed ſacræ cõſtitutiones, in perſonalib⁹ metas impoſuerũt. xxx. annorũ: vt. C. de præſcr. xxx. vel. xl. an. l. ſicut & l. omnes. & C. quibus nõ obijcit lõgi tẽp. præſcr. l. neq;. & C. de anna excep. l. j. & de cõſti. pecu. l. ij. In realibus autẽ imponitur meta per conſtitutiones in rebus mobilibus triũ annorũ: in immobilibus. x. an. inter præſentes xx. inter abſentes: & hoc quando titulũ habet poſſeſſor: aliàs. xxx. an. vt. C. de vſuſca. transfor. l. j. &. ſ. de vſuſca. §. j. [a] In hypothecaria etiam quæ eſt in rem, certa ſtatuũtur tẽpora vel. x. vel. xx. vel. xxx. vel. xl. an. vt. C. ſi aduer. cre. l. diuturnũ. & C. de præſcr. xxx. an. l. cùm notiſsimi. & de anna. excep. l. j. Sed quomodo erat perpetua rei vendicatio ſecundũ antiqua tempora: imò tẽporaliſsima: vt. ſ. de vſuſcap. in prin? Rñ. ꝙ hic dicit, quòd erant perpetuæ. ſ. perſonales: ſed meta imponitur tàm in realibus, quàm in perſonalibus. Item caue tibi, quia duæ perſonales ſunt ciuiles: quæ durant per annum tantum: vna iniuriarum quæ deſcendit ex. l. cor. vt C. de iniur. l. ſi non conuicij. in fi. Alia quæ datur ex. l. iul. repetundarum: vt. ff. ad l. iul. repe. l. ij.

Actiões ex quinq; partibus iuris deſcendentes, ſunt ciuiles & perpetuæ. Actiões reales quãto tẽpore durãt. a Et not. ꝑ vltra titulũ requiritur etiã poſſeſſio. nã ſine, poſſeſsione nõ inchoatur vſuſcapio. l. ſine poſſeſsiõe. ff. de vſuſca. licet aliquãdo inchoata trahatur ad finẽ, vt l. cœptam. ff. de vſuſc. cõiuncta. l. j. § ſcęuola ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. Angel.

d ❡ Eas.] ſcilicet pœnales: & tũc nõ eſt neceſſe, plerunq; vel ſi habes; plerunque. expone vt. j. Accurſius.

e ❡ Plervnqve.] hoc dicit propter prætorias rei perſecutorias, quæ perpetuæ ſunt: niſi in reſciſſoria, quæ annalis eſt: quia cõtra ius ciuile datur: vt. ff. de act. & ob. l. in honorarijs. §. ſed cũ reſciſſa. &. ſ. de ac. §. rurſus. &. j. e. §. Itẽ niſi in redhibitorijs, quæ dantur ad tẽpus, licet rei ſint perſecutoriæ: vt. ff. de ædil edic. l. ſciẽdũ. §. fi. quia dãtur cõtra id in qđ cõuenerũt cõtrahentes. Itẽ fallit dicta regula. ff. qđ fal. tu. au. l. huius actionis. §. has actiones. & quæ in frau. credi. l. ait prętor. §. ſi debitorẽ. verſi. annus. C. de dolo. l. fi. & ff. de eo per quem fac. eſt. l. j. §. pe. Si autẽ ſunt pœnales prætoriæ, locũ habet qđ hîc dicitur, vt ſint annales: ſiue pœnales ex vtraq; parte, ſiue ex altera tãtũ: vt. ff. de calũ. l. j. & de in ius vo. l. pe. & ff. de ali iu. mu. l. vel poſt annũ. Accur. *Additio*. Sed ſecũdũ Ang. illa eſt pœnalis ex vna parte tm̃: & ideo nõ videt bene excipi. Sed Bar. in. l. in honorarijs ff. de ac. & obl. cõcludit, ꝙ omnes rei perſecutoriæ ex vtraq; parte ſunt perpetuæ. Ex parte autem actoris rei perſecutoriæ, & ex parte rei pœnales, finiunt anno.

Prætoriæ rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ. Prætoriæ pœnales ſũt annales.

f ❡ Intra annvm.] ſcilicet vtilẽ. Nã de talib⁹ annis prætores loquebantur: vt patet ff. de vi & vi ar. l. j. §. qđ autẽ ait prętor. verſi. ann⁹. & ff. de ędil. edic. l. ſciendum. §. fi. niſi in caſu vbi eſt inutilis ad ſui principium: ſed continuus ad ſui proceſſum: vt. ff. de calum. l. annus.

g ❡ Aliqvando.] ecce quare dicit, plerunque.

h ❡ Constitvtionibvs. de quibus dixit. ſ. eo. in prin.

i ❡ Bonorvm possessori.] i. cuilibet poſſeſſori qui vult ſuccedere de iure prętorio qui habet hęreditatis petitionẽ bonor. poſſeſſoriã: de qua habes. ff. de poſſeſſoria hære. peti. per totum. Accurſius.

k ❡ Haeredis loco svnt.] vt quib⁹ reſtituta eſt hęreditas ꝑ fideicõmiſſum: quib⁹ dat hęreditatis petitio fideicõmiſſaria: de qua habes. ff. de fideicõ. hęre. peti. per totũ. Et hæ duæ ſunt rei ꝓſecutoriæ. Accur.

l ❡ Proficiscatvr.] nota actionem furti manifeſti eſſe prætoriã: ſed nõ manifeſti eſt ciuilis: vt. ſ. de noxa. §. ſunt autem. Accurſius.

m ❡ Existimavit.] ſcilicet prætor. & idẽ in qualibet pœnali in eo quod peruenit ad delinquentem: vt. ff. de vi & vi arma. l. j. in prin. & ff. de dolo. l. Sabinus.

❡ Poenales actiones prætoriæ, vel ciuiles, contra hæredes non dẽtur, niſi lis contra defunctos fuerit conteſtata hæredi verò competunt, excepta actione iniuriarum, & ſimilibus. Ex contractu verò cõpetunt contra hæredes, præter actionem de dolo: niſi aliquid ad eos peruenerit. Aretinus.

❡ Non autem [n] omnes actiones quæ in aliquem, aut ipſo [o] iure competũt aut à prætore dantur. & in hæredem æquè competũt, aut dari [p] ſolent. Eſt enim certiſsima iuris regula, ex maleficijs [q] pœnales actiones in hæredem rei non competere [r]: veluti furti vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. [s] Sed hæredibus [t] huiuſmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta iniuriarum actione [v], & ſi qua alia ſimilis inueniatur [x]. Aliquando tamen etiã [y] ex contractu, actio [z] contra hæredem nõ cõpetit: veluti cùm teſtator

❡ Non avtem omnes. *Casus*. Expediuit iã dñs. Iuſti primã partẽ rubr. modo incipit tractare de ſcđa pte, di. Nõ autẽ omnes &c. vñ quęſiui vtrũ omnes actiones dant hæredibus, & in heredes, & rñ. ꝙ nõ. Certiſsima eſt enim regula iuris quæ dicit ex maleficio actiões in hęredes nõ cõpetere: cuiuſmodi ſunt actio furti, vi bo. rap. iniuriarũ, dãni iniurię. qđ intellige lit. nõ cõteſt contra defunctũ: etiã ſi ad hæredes furtũ ꝑuenerit ꝑ maleficiũ. & poſſem cũ iſto. §. cõiũgere illũ. §. pœnales actiões &c. dicendo ꝙ pœnales act. deſcẽdentes ex maleficio lite cõteſt. cũ defuncto cõpetũt vel dantur hæredib⁹ eorũ qui maleficiũ paſsi ſunt: excepta actione iniuriarũ, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. & ſum⁹ in verſi. Aliqñ tñ. Quia ꝓpter quãdã generalitatẽ quã vidiſtis modo in. §. pręcedẽti (vidiſtis enim ꝙ certiſsima iuris regula eſt, quę dicit ex maleficio pœnales act. in hęredẽ nõ cõpetere. & habetis regulã iſtã. ff. de pri. deli.) videbatur à cõtrario ſenſu quòd omnes act. quę nõ ſunt pœnales & maleficio, dãtur in hęredes, & ſic ꝙ oẽs actiones, ex cõtractu prouenientes, dentur cõtra hęredes: ideò cõtra generalitatẽ iſtã ſumptã à contrario ſenſu, ex iſta generali regula, loquit litera iſta, & dicit: Aliquando tamen actio ex cõtractu nõ datur cõtra hæredẽ: veluti ſi dolosè verſatus fuerit teſtator in cõtractu ex dolo teſtatoris, ad hęredẽ res nõ peruenit. Et ſum in verſi. Pœnales autẽ. Suprà vidiſtis quòd certiſsima eſt iuris regula quę dicit, quòd ex maleficio petẽtis pœnales actiões, de quibus ſupra dixit, ſi ab illis principalibus perſonis in eis lis fuerit conteſt. hæredibus dantur: & in hęredes tranſeunt. h.d. Fran.

n ❡ Non avtem.] hîc ponit diuiſionem ꝙ alię ſunt tranſitorię: aliæ nõ: ſed ſuperior fuit, ꝙ aliæ erãt perpetuæ, alię non: vt. ſ. eo. in prin.

Actiõis duplex diuiſio

o ❡ Ipso ivre.] ſcilicet ciuili.

p ❡ Dari solent.] ſcilicet iure prætorio. Accurſius.

q ❡ Ex maleficiis.] ſcilicet priuatis, vt ſubijcit in exẽplis: & ſubaudi vel quaſi maleficijs: vt. ſ. de obli. ex quaſi delic. §. fi. [b] Quid in publicis de quibus tractatur. j. de pub iud? Rñ. idem, & plus. quia etiã lite cõteſtata nõ tranſeunt contra hęredes: vt. ff. de accu. l. ex iudiciorũ. niſi in quinq; caſibus. Primus eſt legis Iuli. maieſta. in duobus capitulis tantum eius legis: vt ff ad le. Iuliã maieſta. l. fi. Secundus eſt crimen hæreſis: vt. C. de apoſta. l. ij. & l. apoſtatarum. in fi. Tertius eſt crimen repetundarum. Quartus eſt de reſiduis. Quintus peculatus crimen: vt. ff. ad le. iul. pecu. l. fina.

b Dic ꝙ eſt verum in q̃ſi delicto omittẽdo cõmiſſo: ſecus ſi cõmittendo, vt. l. iiij. § fi. ff. de dã. infec. vel dic vt ibi per Barto. Ange.

r ❡ Non competere.] niſi lis fuerit cõteſtata: vt. j. eo. §. pœnales. & ff. de accu. l. ex iudiciorũ. in fi. Item niſi aliquid ad hęredẽ peruenerit tũc enim tenetur: vt. ff. de calum. l. in hæredẽ. & ff. quod me. cau. l. videamus. In duobus tamẽ caſibus eſt contrà: vt in actione vi bo. rap. quæ non datur in hæredem, licet ad hæredem aliquid peruenerit: ſed furtiuã datur condictio: vt. ff. vi bo. rap. l. ij. §. fi. Item in interdicto vnde vi: quod non datur in hæredem: ſed in factum actio: vt. ff. de vi & vi ar. l. ij. §. fi.

Actiões ex maleficio in duobus caſibus trãſeũt in hæredes.

s ❡ Damni inivriae.] legis Aquilę actio.

t ❡ Sed hæredibus.] i. hæredibus eorũ qui paſsi ſunt hæc maleficia.

v ❡ Inivriarvm actione.] nam hæc non datur hæredi, niſi lis conteſtetur: hoc ideò, quia non eſt in bonis noſtris ante lit. conteſt. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. iij. & l. iniuriarum. j. in prin. & in gloſ. ij. Eſt & alia ratio: quia nihil mihi de matrimonio abeſt, nec reo adeſt: vt. ff. de col. bo. l. cum emancipati. § emancipatus. Sunt & aliæ ſimiles ei: vt ſubijcit: in quibus nec actori aliquid de patrimonio abeſt, nec reo aliquid adeſt: vnde idem iuris eſt, quod & in iſta: vt eſt actio in factum, quæ datur contra libertum vocantem patronum in ius ſine venia, in l. aureos: vel in filium vocantem patrem. & j. de pœna teme. liti. §. fi. & ff. de in ius vo. l. pe. Idem in popularibus actionibus: vt ſi quis habeat poſitum vel ſuſpẽſum: vt. ff. de ijs qui deie. vel effu. l. ſi vero. §. quę autem. Quidam dicunt idem de actione in factum de calumniatoribus: vt. ff. de calum. l. hæc actio. Sed certè ibi alia eſt ratio: quia habet cõdictionem ob turpem cauſam: vt ibi dicitur. Item quia abeſt ibi aliquid actori, & adeſt aliquid reo: vnde non eſt ſimilis ſupradictis.

Iniuriarum actio nõ datur hæredi ratione duplici. Iniuriarum actio aliquas habet ſimiles conuenientes.

x ❡ Inveniatvr.] hic continuatur ille. §. qui eſt. j. eo. §. pœnales.

y ❡ Etiam ex contractv.] non ſolum ex delicto, Accurſius.

z ❡ Actio.] ſ. de dolo, nata ꝑpter dolũ adhibitũ in cõtrahẽdo. Nam ſi

dedit

Dolus aliquãdo dat cauſam cõtractui, aliquãdo incidit in cõtractũ. Actio depoſiti datur in duplũ in quatuor caſib⁹ nõ tamẽ in hæredẽ. Actiones ex contractu deſcẽdẽtes, quæ nõ dãtur in hæredes.

dedit dolus cauſam cõtractui, nõ agiť actione ex eo cõtractu, cũ nullus ſit: ſed de dolo: vt hîc, &.ff. de dolo.l.& elegãter. in prin. Si enim eſſet incidẽs: agereť actiõe ex eo cõtractu, vt purgareť dolus: vt.ff. de ac. empt.l. Iulianus. §. ſi vẽditor. & dareť in hæredes: vt.ff. de act.& obl.l. ex cõtractibus. Vel pone caſum, ꝙ dolus fuit incidẽs, vel ſuperueniẽs: & remanet cõtractus: & nõ agiť contra hæredẽ, niſi peruenerit aliqđ ad eũ: vt in actione depoſiti, quæ datur in duplũ, cõtra eũ, qui dolum commiſit in depoſito cauſa tumultus, vel incendij, vel ruinę, vel naufragij: ſed in hæredẽ nõ datur in duplũ ex dolo defuncti, licet in ſimplum detur: vt.ff. depo.l.j.§.j. Itẽ qualis eſt actio in factũ, quæ dať cõtra agrimẽſorẽ: nõ aũt aduerſus hæredem: vt.ff. ſi mẽſ. fal. mo. di.l.iij.§.pe. Itẽ in actione ex ſtipulatu iudicio ſiſti in eo q̄ erat cõuẽtus iniuriarũ: vt.ff. ſi quis cau.l. ſi eũ. §. iniuriarũ. Idẽ eſt in actione tributoria: vt.ff. de tribu.l. illud.§. fi.& de his caſibus loquitur hîc. §. cũ dicit ex cõtractu in hæredẽ nõ dari quandoq;. Aliâs autẽ ex contractu agiť contra hæredẽ etiã de dolo defuncti regulariter: vt.ff. de act.& obl.l. ex cõtractibus.&.l. ex depoſiti. quæ ſunt huic cõtrarię. & hãc ſpecialitatẽ, ſi velis tenere primam opinionem. denotat hæc litera cùm dicit, aliquando tamen &c.

doloſè[a] verſatus ſit, & ad hæredem[b] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas ſuprà diximus[c], ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint cõteſtatæ[d]: & hæredibus dãtur[e], & cõtra hæredes trãſeunt[f].

Condemnandus debet abſolui ab obſeruatione iudicij, ſi ante ſententiam ſolue rit quod debet. Aretinus.

Supereſt[g], vt admoneamus, ꝙ ſi ante rem iudicatam is, cũ quo actum eſt, ſatisfaciat actori: officio iudicis cõuenit eum abſoluere[h], licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet. & hoc eſt, quod anteà vulgò dicebatur: omnia iudicia abſolutoria eſſe.

TITVLVS XIII.

De exceptionibus.

Exceptiones ſunt arma reorũ: & æquitate nituntur ad excludendum actiones, quæ competunt actori ipſo iure: quales ſunt, metus, doli, & in factum exceptiones. Aretinus.

SEquitur, vt de exceptionibus diſpiciamus. ¶ Comparatæ[i] autẽ ſunt exceptiones defendẽdorum eorum[k] gratia, quibus cum agitur. ſæpe enim accidit: vt licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit[l], tamen iniqua ſit aduerſus eum, cũ quo agitur. ¶ Verbi gratia, ſi metu coactus, aut dolo inductus[m], aut errore lapſus, ſtipulanti Titio promiſiſti,[n] quod non debueras promittere: palàm eſt, iure ciuili te obligatum[o] eſſe: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax eſt[p]: ſed iniquum[q] eſt te cõdemnari. ideoq́ue datur tibi exceptio, Quod metus[r] cauſa, aut doli[s] mali, aut in[t] factum compoſita ad impugnandam actionem.

Exceptio nõ numeratę pecunię debitori competit, qui confeſſus fuit ſe pecuniã recepiſſe, quam non receperat, & ipſam per ſtipulationem reſtituere promiſerat: & in æquitate fundatur. Aretinus:

Idem iuris eſt, ſiquis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum certũ eſt. dare enim te oportet, cùm ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ nõ numeratæ te defendi debere. Cuius tempora nos (ſecundum quod iam ſuperioribus libris ſcriptum eſt[v])

a DOLOSE.] dolo dãte cauſam cõtractui. Vel dic ĩcidẽti, vel ſupueniẽti, vt modò diximus. Ac.

b AD HAEREDEM.] ſed ſi ſuperueniſſet, actio in factum perpetuò contra hæredem & contra defunctum daretur: vt.ff. de dolo.l. itaque. Sed de dolo olim intra annum vtilem, hodie intra biennium continuum datur: vt.C. de dolo.l. finali.

c DIXIMVS.] vt.ſ. eo.§. non autem omnes. Accur.

d CONTESTATAE.] imò vt dentur hæredi, ſola præparatio ſufficit: vt ff. de inoffi. teſta.l. poſthumus.§. fi. Io. Vel ſine præparatione datur querela hæredi hodie.

Operæ liberto impoſitæ, non trãſeũt ad hæredẽ extraneum.

e DANTVR.] niſi in duobus caſibus. Primus cùm agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quem non ttranſeunt operæ, etiam lite conteſtata: vt.ff. de oper. liber.l. operarum iudicio. Secundus in patre repetente dotem filiæ, quæ à viro diuerterat, ſi decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite conteſta. vt.C. de rei vxo. act.l. vnica.§. videamus. ADDITIO. Nam eo ipſo quòd pater moritur, vel aliter filia efficitur ſui iuris: ſtatim actio conſolidatur in filiam: vt dicto.§. videamus. licet pater fuerit lit. conteſtatus: & ſic propter hoc non facit tranſitum in ſuum hæredem. & ſic eſt ſpeciale in dote, quia eſt proprium patrimonium filiæ: vt.l. iij.§. ſed vtrum. in fin.ff. de mino. & facit.l. Pomponius Philadelphus.ff. fami. erciſ. Ange.

f TRANSEVNT.] niſi in duobus caſibus. Primus in actione de dolo.C. de dolo.l. fina. Secundus in retractione alicuius in ſeruitutem vel libertinitatem, qui per colluſionem pronunciatus fuerat ingenuus: vt.ff. ne de ſta. defunc.l.j.§. ſed interdum.

Continuat dicta dicendis.

SVPEREST. ¶ CASVS. Omnia quæ iam dixi à princip. titu. vſque nunc, in duobus conſiſtunt: ſcilicet in vita & tranſitu actionum. Modò vult dicere de officio iudicis: & parum defecit, quòd non poſuit hunc totum tit. de offi. iudi. ſed reſiduum ſeruat vſque ad tit. ſpecialem. de offi. iudi. dicit ergo Iuſti. Volo, quòd vos ſciatis, quòd ſi ille qui conuenitur, ante condemnationem ſatisfaciat: offi. iudi. conuenit eum abſoluere, licet erat talis qui debebat condemnari. Et licet iſtud iudicium de ſui natura debeat eſſe condemnatorium: per ſolutionem tamen ante condemnationem factam ſit abſolutorium & hoc eſt, quod vulgò dicitur: omnia iudicia eſſe abſolutoria. Fran.

g SVPEREST.] hæc de vita & tranſitu actionum, ſecundum quod in rubrica promiſit, dicta ſunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cùm exponere debeat, iam pauca, vt modicum reſpiret, deliberat. nam conceptum ſermonem quis retinere poteſt? quia igitur iam concepit in animo tractare de offi. iudi. quomodo poterit tacere, quin dicat aliquid hîc?

h ABSOLVERE.] ſcilicet ab obſeruatione iudicij. nã principalis cauſa eſt ſublata ſolutione vt.ſ. qui. mo. tol. ob. in prin. Accur.

Continuatio.

DE EXCEPTIONIBVS. ¶ *Quia exceptio tenet uicẽ actionis: ut.ff. de exceptio.l.j. ideo poſt actiones, ponit de exceptio. Vel quia de armis actorum uidimus, & de reorum armis uidendum eſt: ideo dicit, ut ſequitur. Accurſius.*

Diuiſio.

SEQVITVR.] ¶ Tot⁹ iſte tit. diuidiť in quinque partes principales. Primò cõtinuat ad pręcedentia rubricã. Secundò ponit cauſam, quare fuerunt exceptiones inuentæ. Tertiò id demonſtrat per exẽpla, tàm in actionibus realibus, quàm in perſonalibus. Quartò ponit duplicem, vel potius triplicẽ diuiſionem exceptionũ. Quintò, id exemplificat. Secunda ibi, Comparatæ ſunt. Tertia ibi, verbi gratia. Quarta ibi in §. appellãtur. vel potius in.§. alioqui. ex quàm multis. Quinta ibi, Perpetuæ & peremptoriæ. ¶ CASVS. Viſo de actionibus, ſequitur (dicit Iuſti.) vt de exceptionibus videamus. Et domine Iuſti. ꝓ Deo inſtruatis nos competenter materiam de exceptionibus. Frater, dicit ipſe, ſcire debes, quòd inuentæ ſunt, ſeu inſtitutæ, exceptiones, ad defenſiones reorũ. ſunt enim arma reorum. Frequenter enim contingit, quòd actio competens actori, prima facie iuſta videtur: iniquum tamen eſſet reum condemnare: vtputa ſi metu coactus aliquid promiſit: & ideo datur reo contra actorẽ exceptio de dolo, vel exceptio quod metus cauſa. Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionem impugnandam. hoc dicit. Franciſc. de Are.

Exceptiones ſunt arma reorum.

i COMPARATAE.] aliâs inuentæ. Accur.

k EORVM.] ſcilicet reorum. Nam ipſi ſunt, cum quibus agitur: vt.ff. de iureiuran.l. iij. in prin.& in.§. eum.

l IVSTA SIT.] prima facie.

m DOLO INDVCTVS.] hoc eſt in ſtricti iuris iudicijs. in bonæ fidei autem iudicijs ipſo iure non tenet contractus.ff. de dolo.l.& elegãter. in prin. Accur. ADDITIO. Hoc verum in odium doloſi: ſed in ſui præiudicium tenet contractus: & ex eo poteſt cõueniri, niſi lex reſiſtat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio: vt eſt gl. in.l. à diuo Pio.ff. de rit. nup. in gl. ij.& Bal. in.l.j.C. plus vale. quod agi. Ange.

n PROMISISTI.] credens te debere, cùm nõ deberes: vt hîc, &.ff. de excep. doli.l. ij.§. circa[a].

o OBLIGATVM ESSE.] ſcilicet inſpecto iuris rigore: de æquitate obligatus non es: vt.ff. de lib. cau.l. vel obligatus eſt.§. obligatum.&.ff. de verb. ſigni.l. ſi creditor. quæ ſunt contra.

a Sed ſecũdũ Ang. ille tex. non facit ad propoſitũ quia loquitur quãdo ſtipulatio ſit ſine cauſa: hîc verò ſecus.

p EFFICAX EST.] ſcilicet ſui ſubſtãtia. Nam ciuiliter & naturaliter eſt obligatus, & purè: ſed non eſt efficax quãtum ad opem exactionis. Vel dic, efficax eſt inſpecto genere. nam prima facie cõdemnandus videtur: ſed inſpecta qualitatę, quia ſit dolo facta, vel metu vel ſimili cauſa impediatur, eſt inefficax. & ita expone in ſequentibus caſibus.

q INIQVVM.] Not. quòd contra iniquitatem, & ſic econtra ex æquitate datur reo excep.l. qui æquitate.ff. de do. mali excep. Ange.

r METVS CAVSA.] hoc quando metu fuit compulſus.

s DOLI.] hóc quando inductus fuit per dolum.

t IN FACTVM.] redde ſingula ſingulis propoſitis cauſis, ſecũdũ Io. Sed nõne hoc tertio caſu. ſ. quãdo per errorẽ promiſi: datur doli exceptio? Certè ſic: vt.ff. de do. ma. excep.l. ij.§. circa. quare dic, quòd hæc actio in factũ eſt proponenda in ſubſidiũ doli exceptionis, ſcilicet contra patronum & parentem: contra quos turpes exceptiones non opponuntur: vt.ff. de do. ma. excep.l. apud Celſum.§. aduerſus.& ita hîc accipitur. Accurſius.

IDEM IVRIS ¶ CASVS. Iã dixi vobis vnũ exẽplũ, in quo videtur æquũ prima facie vt actor debeat obtinere: iniquũ tñ inſpecta perſona rei: quia cõpetẽti excep. poteſt ſe defendere. Et de hoc eodem recito vobis hîc aliud exemplũ. ſ. de eo qui cauſa credendi pecuniã ſtipulatus eſt pecuniã ſibi reddi: & poſteà pecuniã nõ numerauit. vnde ſi agat ſtipulator, cõpetit promiſſori excep. non numeratæ pecuniæ. h.d. Franciſcus de Areti.

Exceptiones turpes non opponũtur in patronos, & parentes.

v SCRIPTVM EST.] ſ. de lit. ob.

conſtitutione[a] noſtra coartauimus.

¶ Exceptio pacti de non petendo, actionem non tollit, ſed eam elidit: quæ exceptio nititur æquitate. Aretinus.

¶ Præterea debitor, ſi pactus fuerit cum creditore, ne à ſe pecunia peteretur[b], nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes nõ omnino[c] diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam actor intendit, Si apparet[d] eum dare oportere. Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

¶ Exceptio iuriſiurandi actionẽ non tollit, ſed eam elidit: quæ etiam nititur æquitate: & contra realem actionem exceptio iuriſiurandi opponi poteſt, quæ repellit agentem in rem.

¶ Aequè ſi debitor creditore deferente iurauerit, nihil ſe dare oportere, adhuc obligatus permanet: ſed quia iniquum[e] eſt de periurio queri, defenditur per exceptionem iuriſiurandi. ¶ In ijs quoque actionibus, quibus in rem agitur: æquè neceſſariæ ſunt exceptiones: veluti ſi petitore deferente, poſſeſſor iurauerit eam rem ſuam eſſe[f], & nihilominus petitor eandem rem vendicet Licet enim verum ſit, quod intendit, id eſt, rem eius eſſe: iniquum tamen eſt poſſeſſorem condemnari.

¶ Abſolutoria lata in perſonali, ſiue reali, eandem actionem non perimit, ſed exceptionem rei iudicatæ parit conuento. Aretinus.

¶ Item ſi in iudicio tecum actum fuerit[g], ſiue in rem, ſiue in perſonam: nihilominus obligatio durat[h]: & ideo ipſo iure de eadem re poſteà aduerſus te agi poteſt, ſed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

¶ Exceptiones quarum vſus eſt valde neceſſarius, ſunt duplices: quia quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Angelus.

¶ Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. ¶ Alioqui ex quàm multis variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum, ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt. Quarum quædam ex legibus[i], vel ex ijs, quæ legis vicem obtinent[k], vel ex ipſius prætoris[l] iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

¶ Quædam exceptiones ſunt perpetuæ: & quædam temporales. Itẽ quædam exceptiones ſunt peremptoriæ: vt doli, metus, pacti, & ſimiles. quædam dilatoriæ, ideo ſic vocatæ, quia negotium differre dicuntur: quæ olim actorem temere litigantem faciebant cadere à cauſa.

¶ Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper[m] agẽtibus obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tẽpus nocent, & tẽporis

---

a ¶ Constitutione.] vt. C. de non nume. pecu. l. in contractibus.

¶ Praeterea si debitor. ¶ Casus. Iã vidiſtis duo exẽpla, in quibus prima facie æquum videtur, ꝙ actor debeat obtinere: iniquum tñ videtur inſpecta perſona rei: quia competenti excep. ſe defendere poteſt. Modò ponit tertium exemplum: puta cùm creditor fecerit debitori pactum de non petẽdo, ſicut patet in litera.

Pactum de non petendo tres habet effect⁹.

b ¶ Peteretur.] Nota quòd pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipſo iure: vt. ff. de ſol. l. ſtichum. §. naturalis. Item elidit ciuilem: vt in hoc §. item obligat naturaliter paciſcentem nõ petere. Nam & aliâs quis eſt obligatus naturaliter aliquid non facere: vt non facere furtum: vt. ſ. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. j.

c ¶ Non omnino.] quia non ciuilis, ſed naturalis tantùm: vt. ff. de ſolu. l. ſtichum. §. naturalis. In caſibus tamen etiã ipſo iure vtrunque tollit pactum: vt in maleficijs factis, ſi quis paciſcatur ne agatur[a]. Item in pignore rem ſſo per pactum: vt. ff. de pac. l. ſi tibi. §. quædam actiones. & §. de pignore.

a Not. tamen quòd qui remittit actiones ex maleficio, non videtur remittere dãnũ vel intereſſe: vt p Dy. Bart. Bal. & Ang. in. §. quædam. in gl. alle. vbi etiam vide an per remiſsionem iniuriarum factã in foro pœnitentiali tollantur iſtæ actiones ex maleficijs.

d ¶ Si apparet.] oratio poſita loco actionis, ſecundum P. ſed ſecundum Ioan. contra: vt diximus. ſ. de act. §. ſic itaque. Accurſius.

¶ Aeque si debitor. ¶ Casus. Iam vidiſtis tria exempla, in quibus prima facie videtur æquũ, quòd actor debeat obtinere: iniquum tamen videtur inſpecta perſona rei: quia competẽti excep. ſe defendere poteſt. Hîc ponit quartũ exemplum de eodem: puta in excep. iuriſiurãdi, cùm iuramentum delatum fuerit debitori à verò creditore: & ipſe ſe nihil debere iurauerit: ſi agat actor cõtra reum qui iurauit: defendere ſe poteſt reus per exceptionẽ iuriſiurandi. & ſum in verſi. in ijs quoque actionibus &c. In ſuperioribus habuiſtis qualiter exceptiones opponuntur cõtra actiones perſonales. Modò intendit tractare de exceptionibus quæ opponuntur contra eos, qui agunt actionibus realibus: vt ſi rem tanquã meã vẽdicẽ, dicens rem meam eſſe, & verum dico, quia res mea eſt: tamen iniquum eſſet, quòd ipſe reus qui iurauit, condemnetur contra ſtylum ſui iuramenti. hoc dicit. Franciſcus.

Iuramẽtum cõtra leges nõ eſt ſeruandum.

e ¶ Iniquum est.] hîc no. ſimile. ff. de in lit. iu. l. fin. &. ff. de iureiur. l. nam poſteà. §. iureiurando dato. &. ff. de dolo. l. nam ſufficit. hoc tamen fallit quoties eſt contra leges iuratum: quia non ſeruatur ſacramentum: vt in aut. ſceni. non ſolùm. §. non enim ſi quis. col. v. quæ eſt. C. de nupt. aut. quod eis. &. ff. de iur. patro. l. adigere. &. C. de le. & conſti. l. non dubium. in fi. Item quando veritas aliâs per teſtimonium poteſt inueniri: vt. C. de re. cre. l. fin. Item quando defertur ſacramentum à iudice: vt. ff. de iureiur. l. admonendi. aliâs autem obtinet quod hîc dicitur.

Iurorẽ meã eſſe, & iuro tuã nõ eſſe differunt.

f ¶ Rem suam esse.] diſtinguitur tamen vtrum iuret ſuam rem eſſe, vel petitoris nõ eſſe: quia ſi iuret ſuam eſſe, datur ſibi actio & exceptio. ſed ſi iuret petitoris non eſſe, naſcitur ſibi exceptio contra petitorem tantùm: vt. ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. j. &. ij. reſpon. ibi, non enim.

¶ Eadem interueniunt, & ſi communi diuidundo, de pluribus rebus actum ſit. Quòd ſi de vna re, veluti de fundo: ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet. & ſi vnius pars pręgrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condénandus eſt. Quòd ſi cómodè diuidi nõ poſsit[e], veluti ſi hõ fortè, aut mulus erit, de quo actũ ſit: tũc totus vni adiudicãdus eſt: & is inuicẽ alteri certa pecunia cõdénandus eſt.

¶ In iudicio finium regundorum, iudex de fundo vnius alteri adiudicat, ſi viderit expedire: eumq; cui de fundo alieno adiudicat, condemnat in pecunia: & ſi quid malitioſè reperit circa confinia geſtum eſſe, eo nomine condemnat: & adiudicans, rei dominium in eum cui adiudicauit, transfert.

¶ Si finium[d] regundorũ actum fuerit, diſpicere[e] debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio[f] †. quæ ſanè vno caſu neceſſaria eſt, ſi euidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quàm olim fuiſſent diſtincti. Nã tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. quo caſu conueniens eſt, vt is alteri† certæ pecuniæ debeat cõdemnari. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitioſè commiſit: verbi gratia, quia lapides finales furatus[g] eſt, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine, quiſque eo iudicio cõdemnatur[h]: veluti ſi quis iubente iudice metiri[i] agros paſſus non fuerit. Quod autem iſtis iudicijs alicui adiudicatum† fuerit: id ſtatim eius fit[k], cui adiudicatum eſt.

¶ EADEM INTERVENIVNT. ¶ CASVS. Iam habuiſtis de officio iudicis in iudicio fami. herciſ. Sed dñe, pro deo dicatis quod eſt officium iudicis in iudicio communi diuidundo. Frater (dicit Iuſti.) eodem modo debet ſe habere in iudicio cõmuni diuidundo iudex, ſicut in iudicio familię herciſ. quia ſi aliqui quibus plures res ſunt cõmunes, intendant iudi. communi diuidundo inter ſe, debet iudex ſi plures res ſint communes: vni vnam, alteri alteram adiudicare. Si autem de vna re agant, quæ commodè diuidi poſsit: eam diuidere debet: & vni vnam partem, & alteri alteram partem adiudicare. Et ſi pars vni aſsignata melior ſit, quàm altera quæ alteri aſsignatur: tunc debet iudex eum cui meliorem partem aſsignauit, alteri ĩ quadam ſumma pecuniæ, ſecundũ quòd ſibi viſum fuerit condemnare. Si autem res commodè diuidi nõ poſsit: tunc poterit iudex eam totam adiudicare vni: & eum alteri in certa ſumma pecunię condemnare. h. d.

¶ Eadem interueniũt. ſcilicet vt fiat adiudicatio rerũ & pecuniæ: vt ſ. eo. §. ſi familiæ. aut circa damna data in rebus: vt. ſ. e. §. proxi. & ff. cõmuni diui. l. iij.

e ¶ NON POSSIT.] Not. nõ poſſe fieri ꝙ ſine cõmoditate ſit: vt hîc, & ff. de ver. ſig. l. nepos Proculo. Item nota corpus aliud diuiduum: vt fundus, qui diuiditur ſecundum voluntatem patrisfa. vt ff. de legat. j. l. quod in rerum natura. §. ij. Aliud indiuiduum: vt homo: vt hîc, & ff. de vſuſcap. l. rerum miſtura. in prin.

Corpus eſt duplex.

¶ SI FINIVM REGVNDORVM ¶ CASVS. Iam vidiſtis offi. iudi. circa iudicium fami. herciſ. & communi diuidundo. Modò videatis qualiter ſe debet habere iudex in iudicio finium regundorum: ſcilicet coram quo eſt controuerſia. Et dicit Iuſti. quòd iudex in iſto caſu debet inſpicere an neceſſaria ſit adiudicatio: quod contingit in vno caſu: videlicet, quando fines in tali loco erant poſiti, quòd propter loci naturam ſępius fit contentio ſuper terminis: veluti ſi locus fuerit humidus, vel morboſus. Debet enim iudex tunc in alio loco firmo & ſolido ponere fines: ità ꝙ amplius ſuper finibus nõ poſsit eſſe contentio, & ità ex agro alterius partẽ aliquã adiudicare alteri: & eum cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa ſumma pecuniæ condemnare. Et ſum in verſi. Eo quoque nomine. Scire debes, quòd in iudicio finium regundorum ſi circa fines aliquid malitioſè fecerit, criminaliter poteſt cõueniri. Propter cõtumaciã etiam debet quis in iudicio iſto condemnari, quantùm viſum fuerit iudicanti: veluti ſi iudex iuſſit agros menſurari, vt fines ponantur: & aliquos agros metiri non fuerit paſſus. & ſum in verſ. Quod autem iſtis. Iam vidiſtis ꝙ in iſtis iudicijs duplicibus fami. her. communi di. finiũ reg. ſępe illud qđ erat vnius, adiudicatur alteri: & alter in quadã ſumma pecunię cõdemnatur. modò ſcire debetis ꝙ qcquid in iudicijs iſtis alicui adiudicatur: incontinenti fit illius cui adiudicatur. h. d. Franc.

d ¶ SI FINIVM REGVNDORVM.] quo iudicio agitur vt agris confinibus termini ponãtur: ſed pro domibus vicinis hoc iudicio nõ agitur. Si autẽ ſit domus in prędium ruſticum, agitur vtili finiũ regundorum, non directa: vt ff. finium regun. l. ij. in prin. & l. ſed & loci. §. fi.

e ¶ DESPICERE.] hoc. ſ. quod ſequitur, ſi euidentioribus, &c. Accur.

f ¶ ADIVDICATIO.] facit. ff. finium regũ. l. ij. §. fi. & l. iij. & iiij. in prin.

g ¶ FVRATVS EST.] ad quid dãnabitur? Reſpõ. quanti in litem iurauerit actor. Poteſt etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex. l. agraria pro qualibet vice: quę applicatur fiſco: vt ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tollitur per criminalem: cùm ad rei perſecutionẽ altera detur: vt. C. quando ciuilis actio præiudicet crimi. l. j. niſi interim donec altera exercetur: vt. ff. de publi. iudi. l. is qui.

h ¶ CONDEMNATVR.] ſ. ad intereſſe delato iureiurãdo in litẽ. Accur.

i ¶ METIRI.] no. ꝙ ille qui non patitur metiri fundũ ſuum ad mandatum iudicis: vt contumax & inobediens poteſt puniri. Aret.

k ¶ EIVS FIT.] not. ex ſentẽtia iudicis dñium trãſferri. ſic eſt in miſſione quę fit ex ſecũdo decreto: vt. ff. de acqr. poſ. l. iij. §. fi. & ff. ſi ex noxa. cau. agatur. l. ij. in fi. & ff. cõmuni diuidũ. l. ſed ſi res, quæ ſic accipe, ſi fuerit facta miſſio per ipſum prætorẽ. Nam ſola ſentẽtia non facit dñm, ſed traditio: vt. C. de pact. l. traditionibus. & ſ. de re. diui. §. per traditionẽ. & . ff. de acquirẽ. poſ. l. iuſtè. Sed quid in rei vẽdi. ſi res eſt aliena, & mea pronuncietur, & ex ea cauſa mihi traditur? Rñ. idẽ. cùm enim Publiciana mihi detur qñ à dño mihi adiudicatur & traditur: vt. ff. de pub. l. iij. in fi. ergo vbi dñs eſt, debet ex ſentẽtia traditione me dominũ facere: vt. ff. de pub. l. quæcunq;. Præterea lex videt expreſſa: vt ff. dę procu. l. Põponius. §. ſed & is. & ff. de except. rei iudi. l. ſi inter. in fi. Nec ob. ꝙ ibi ſit error ex quo videatur dominium non trãſire: quia hîc error iam reprobari non poteſt, iudicis ſententia purgatus: à qua nõ fuit appellatũ. Itẽ nec obſtat, ꝙ ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto remanet debitor: vt ff. de cõdi. inde. l. Iulianus. quia illud habet locum in obligatione, quæ eſt res incorporalis: hîc autem dicimus de dominio rei corporalis, quod facilè & prorſus poteſt ſeparari ab vno, & alijs dari: ſed non ſic in incorporali: vt. ff. pro ſo. l. ea verò.

Sententia & ſecundum decretum transferunt dominium.

† abiudicatio.

† aliâs, certa pecunia

† abiudicatum.

Dominium rei corporalis, facilius perditur, q̃ incorporalis.

TITVLVS XVIII.

De publicis iudicijs.

¶ Iudicia ex edictis publicis deſcendentia, in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuique permittitur accuſatio: ideò dicuntur publica, quorũ pœna aliquãdo eſt corporalis: aliquando irrogat infamiam cum pœna pecuniaria. Are.

Publica iudicia neque per actiones[l] ordinantur, neq; oĩno quicquã ſimile[m] habẽt cum cæteris iudicijs, de

¶ DE PVBLICIS IVDICIIS. ¶ *Quia ciuilia iudicia dicta ſunt uſq; huc, & etiam quædam criminalia ſcilicet circa priuata delicta: ut ſ. in prin. huius quarti libri uſque ad titu. de act. ideò nunc ponit de publicis accuſationibus, ſiue iudicijs.*

Continuatio.

PVBLICA. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primò, ponit ꝙ publica iudicia nõ habẽt cõformitatẽ cũ priuatis. Secũdò, vnde dicta ſunt pub. iudi. Tertiò, ponit in genere quæ pœna ſit in publicis iudicijs. Quartò, ſigillatim demõſtrat pub. iudicia, & pœnas vniuſcuiuſq;. Secũda ibi, publica aũt dicta. Tertia ibi, Publicorũ iudiciorũ. Quarta ibi, Publica aũt iudicia ¶ CASVS. Quæſiui à legiſlatore, vtrũ publica iudicia. i. publica crimina ordinẽtur, & cõſtituãtur, ſeu exerceãtur ꝑ ciuiles act. de quibus dictũ eſt. Et ipſe rñ. & di. Chariſsimi, ſcire debetis, ꝙ alio modo inſtituuntur, & alio modo exercentur publica iudicia, quã act. Et di. aliqs: Dñe, quare dicũtur publica iudi? Frater di. ipſe, ꝑpter hoc qa cuilibet de populo datur eorũ executio: & hoc intelligẽdum eſt dum tamen ſit habilis ad accuſandum. & ſum in verſi. Publicorum &c. Scire debetis, quòd publicorum iudiciorum quædam ſunt capitalia, & quædam non capitalia. Capitalia dicuntur illa, per quæ infligitur mors, vel exilium perpetuum, vel ignis, & aquę interdictio, vel in metallum damnatio. Publica autem & non capitalia ſunt, quæ irrogant infamiam cum damno pecuniario. Fran.

Diuiſio.

l ¶ NEQVE PER ACTIONES.] imò per accuſationem. ADDITIO. Nota quòd actio ſignificat ad vtilitatem partis priuatæ, & ciuiliter. facit quod no. Bar. in. l. agraria. ff. de termi. mo. Ange.

m ¶ NEC OMNINO QVICQVAM SIMILE.] hoc verbum nimis largè poſitum ſic intellige, quia in ciuilibus agitur, vt aliquid detur actori: in iſtis autem non vt aliquid detur, ſed vt puniatur accuſatus. & ita conſyderata petitione conquerentis nihil habent ſimile inſpecto fine: nec in principio: cùm vnum per actionem, alterum per accuſationem inſtituatur. Nec in exercitio: cùm in ciuilibus probet actor tantùm. vt. C. de edẽ. l. qui accuſare. ſed in criminalibus actor & reus

Publica iudicia differunt à ciuilibus.

Iudicia publica & ciuilia in aliquibus conueniunt. Libellus in criminalib[9] quid continere debet.

reus quãdoque:vt.C.de aboli.l.fallaciter.&.C.ad le.Cor.de fal.l.vbi. In aliis autem multa ſunt ſimilia.nã in vtriſque fit libellus:vt.C.de li.conteſta.aut. offeratur.&.ff.de accu.l.libellorum.Item in vtriſque de calumnia iuratur: vt.C.de iureiur.l.j.in princi.&.C.de fide inſtru.l.vlt.licet quidam dixerunt contrã:vt argu.ff.de bo.eorum.l.j.

quibus locuti ſumus:magnaq; diuerſitas eorum eſt,& in inſtituendis [a], & in exercendis. ¶ Publica[b] autem dicta ſunt,ꝙ cuiuis ex populo executio eorũ plerunq;[c] datur. ¶ Publicorũ[d] iudiciorũ quædã capitalia ſunt:quædam nõ capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio [e] afficiunt homines, vel aquæ & ignis interdictione [f], vel deportatione, vel metallo[g]. Cætera,ſi quam infamiam[h] irrogant cum damno pecuniario: ea publica quidem ſunt,non tamen capitalia[i].

¶Crimen læſæ maieſtatis eſt publicum: & in duobus caſibus morte non extinguitur,ſed memoria defuncti damnatur.

¶ Publica autẽ iudicia hæc ſunt: lex Iulia maieſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rem publicã[k] aliquid moliti [l] ſunt, ſuum vigorem extẽdit.cuius pœna animæ[m] amiſſionem ſuſtinet[n]: & memoria [o] rei etiã poſt mortem damnatur.

¶Ex lege Iulia de adul.in omnibus capitulis eſt crimen publicũ: cuius pœna aliter honeſtiores,& aliter humiles puniuntur.Areti.

¶ Item lex Iulia [p] de adulteriis coercendis, quæ[q] non ſolùm temeratores[s] alienarum nuptiarũ gladio punit [r],

a ¶ Et in instituendis.] ſed qualiter formatur libellus?Re ſpõ.ſic vt cõtineat nomẽ accuſantis & accuſati,& crimẽ,& mẽſem quo cõmiſſum fuit crimẽ:& locum vbi fuit cõmiſſum: & cõſules ſub quibus eſt admiſſum[a].Itẽ dies dati libelli debet inſeri: ſed dies cõmiſſi criminis,vel hora non eſt neceſſe: vt ff.de accu. l. libellorum. in prin.& in autẽ.de exhiben.re.§. ſuſcepto. col. v.& habet hoc locum in publico & in priuato crimine, quãdo criminaliter agitur:vt.ff.de priua. delic.l.fin. [Et iſta poſſunt haberi his verſibus. Conſulæ,mẽſe,die, corã prætore profeſſus.Te deferre reum,crimẽ, loca, pone ſodalẽ. Et licet hora,dies:non tẽpus præteatur. ca. tuæ. extrã de procu.] Quandoque tñ hæc ſolẽnitas non eſt neceſſaria:vt in leui crimine & notorio:vt.ff.de accu.l.leuia.&.C.de accu.l. ea quidem quę.Et idẽ in caſibus,in quibus ſine accuſatore quis damnari poteſt: qui, ſcilicet caſus his legibus notãtur.ff.ad le.iul.de adul.l.j.§.ſi publica.&.C.de teſti. l. nullum.&.C.de proba.l.pe.&.ff. de ſuſpe.tu.l.tutor.§.præterea.&.C.de calum. l.j.&.ff.de bo.li.l.qui cũ maior.§.ſi libertus.& idem in notorio crimine, vt diximus per.l.C.de accu.ea quidem quæ.& idem in crimine falſi, ſecundum B.vt.C.ad le.Cor.de fal.l.vbi.Sed Io.contra.& dicit quòd ibi principaliter fuit accuſatio falſi inſtituta.

a Dic ad minus duos vt.l. forma ff.de cenſi.&.l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg.j.niſi locus eſſet inſignis & notorius perſe:vt .l. j.in fi.ff. de do.prele.& l. demonſtratio. in princ. ff. de condi.& demon. Ang. Aditio.

b ¶ Pvblica.] hæc eſt ratio quare dicantur publica,ſcilicet quaſi populica. ſic.ſ.de ſuſpec.tu.§.conſequens.Et intellige,quòd aliãs poſſit eſſe habilis ad accuſandum:non aliãs:vt.ff.de accu.l.qui accuſare.

Partus ſuppoſiti & adulterii accuſatio non omnib[9] cõceditur.

c ¶ Plervnqve.] hoc ideo dicit,quia quandoque eſt publica accuſatio,& tamen non competit cuilibet ius accuſandi:vt crimine ſuppoſiti partus:vbi accuſant ſoli parentes:vt.ff.ad.l.Cor.de fal.l.lege Cornelia.§.j.Item propter accuſationem adulterii,quæ primò defertur certis perſonis:vt.C.ad.l.iul.de adul.l.quamuis.ii.Accur.

d ¶ Pvblicorvm.] facit.ff.eo.l.ij.Accur.

e ¶ Vltimo svpplicio.] quod interpretamur mortem:vt.ff.de pe.l.vltimum.

f ¶ Interdictione.] quæ eſt mors ciuilis:vt.ff.de contra tabu.l.j.in fi.

g ¶ Deportatione vel metallo.] has pœnas expone vt diximus.ſ.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.cùm autem.

h ¶ Infamiam.] vt in.l.Iulia.de vi priuata.vt.j. eodem. §. item lege Iulia de vi publica.

i ¶ Capitalia.] & iſta appellantur relegationes:vt.ff.eo.l.ij.in.§.fi.

¶Pvblica avtem ivdicia.¶Casvs. Domine,pro Deo ponatis nobis exempla de publicis iudiciis & capitalibus. Frater, dicit ipſe,libenter.vnde dicit ipſe:Publicum iudicium & capitale eſt.l.Iul. maie. per quam puniuntur illi,qui contra Imperatorem, vel rempublicã aliquid moliti ſunt. Per.l.enim Iul.maie.puniuntur tales vltimo ſupplicio:& etiam eorum memoria damnatur,qui cõtra principem aliquid moliti ſunt. Fran.

k ¶ Rempvblicam.] ſcilicet Romanorum.Accurſius.

l ¶ Moliti svnt.] cum effectu:tamen ſola voluntas ſufficit:vt.C.ad le. Iuliam maie.l.quiſquis.

Anima eſt in Dei poteſtate.

m ¶ Animae.] id eſt animati corporis.nam anima non in hominis, ſed in poteſtate Dei conſiſtit.ſic.C. de ſacroſanct.eccleſ.l.ſancimus.j.in fine.& in gloſſ.penulti.

n ¶ Svstinet.] id eſt infert.Accurſius.

Accuſatur quis etiam poſt mortem.

o ¶ Et memoria.] id eſt dicere: etiam poſt mortem poteſt accuſari, vt bona de ferantur in fiſcum,& auferantur hæredibus tanquam indignis: vt C.ad le.Iuliam maie.l.quiſquis.&.l.ſeq.& quòd dixi poſt mortem accuſari, intelligas in duobus capitulis illius legis: hoc eſt, cùm contra principem, vel contra rempublicam Romanorum eſt machinatus, id eſt niſus ad malum: aliãs finitur morte, vt cætera crimina: vt. ff. ad le. Iuliam maie. l.finali.

¶Item lex ivl. ¶Casvs. Vidiſtis iam vnũ publicum iudicium:Hic ponit dominus Iuſt.exẽplum de quodam alio iudicio publico ſ.de le.Iul.de adul.quæ punit temeratores alienarũ nuptiarũ vltimo ſupplicio:& illos qui cum maſculis rem nefandam cõmittunt.& non ſolùm puniũtur illi qui adulterium cõmittunt.l.Iul.de adul.ſed etiam qui ſine vi virginem vel viduam honeſtè viuẽtem ſtuprauerit. Si enim honeſtus cũ honeſta muliere fornicat: patietur publicationem dimidiæ partis bonorũ. ſi autem humilis ſit,relegabitur.

ſed & eos,qui cum maſculis[s] nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia[t] etiam ſtupri flagitium punitur,cùm quis ſine vi[v], vel virginẽ,vel viduam[x] honeſtè viuentem ſtuprauerit. Pœnam autẽ eadẽ lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt,publicationẽ partis dimidiæ bonorum:ſi humiles[y], corporis coerctionem cum relegatione[z].

¶Hominem telo,id eſt quocunq;:quod manu emittitur, occidens: vel cum telo cauſa occidendi perſequens:lege Corne. de ſicariis punitur:qua lege caſtigabitur veneficus,vel arte magica hominem occidens, vel malo medicamento publicè occidens.

¶Item lex Cornelia[a] de ſicariis[b], quę homicidas vltore ferro perſequitur[c],vel eos, qui hominis occidendi cauſa,cum telo ambulant[d].Telũ autem (vt Caius noſter ex interpretatione legum Duodecim tabularum ſcriptũ reliquit) vulgò quidẽ id appellatur, quod arcu mittitur †: ſed & omne ſignificat,qđ manu cuiuſq; iacitur.Sequitur ergo,vt lignum,& lapis[e],& ferrum hoc nomine cõtineatur:dictũ ab eo,ꝙ in longinquũ mittitur,à Græca[f] voce τηλοῦ figuratũ.

p ¶ Item lex ivlia.] ſ.inter publica iudicia numeratur.

q ¶ Qvae.] ſ.lex Iulia de adulteriis.Accur.

r ¶ Gladio pvnit.] ſacrilegos enim nuptiarum gladio feriri oportet:vt.C.de adulte.l.quãuis.ij.in fi.b

s ¶ Cvm mascvlis.] nam in hoc caſu armantur iura vt gladio feriantur: vt.C.ad le.Iul.de adul.l.cùm vir nubit.

t ¶ Lege ivlia.] ſ.de adulteriis.nã habet hæc lex multa capitula:vt.ff. de mino. l. auxilium. §. ſed vt ad legis.&.ff.ad legem Iul.de adulter.l.capite quinto.

v ¶ Sine vi.] quid ſi vi?habetur.j.eo.§.ſinautem per vim.

x ¶ Vidvam.] adiicias,vel puerum.& dic de vidua & de virgine, niſi ſint meretrices, vel licitæ concubinæ: vt hîc ſubiicit, honeſtè &c.& ff.de adult.l.ſtuprũ.j.reſpõſo.&.§.j. Addition. Dic quòd hoc procedit de iure ciuili:ſed de iure canonico non eſt permiſſum:vt ele.ad noſtrum. de hæreti.§.ſeptimo.& ibi gloſſ.ij.igitur &c.Ange.

b Dic ꝙ iu adulterio pœna mortis fuit hodie inuenta quæ non erat olim tẽpore digeſtorum: vt no.gl.in.l. qui cũ vno §. adulterio.ff. de re mil.& dicas quòd in talibus delictis etiã per viam inquiſitionis poteſt procedi:vt.l.ij. §.ſi publico.ff. de adul. Ang.

† Concor. c. ſi perfodiens.iũcta glo. ſuper verb. text. extrà de homi.

y ¶ Hvmiles.] qui ſint humiles vel honeſti,dic vt.C.de inceſt.nupt.l. humilem.

z ¶ Cvm relegatione.] hæc diſtinctio pœnę fallit in tribus caſibus, in quibus cõmittitur ſtuprum,& tamen maior pœna imponitur. Primus eſt ſi quis in puerum cõmittit:quia tunc gladio feritur:vt.ſ.eo.§.itẽ.& quando tutor ſtuprauerit eam cuius eſt tutor:vt.C.ſi tu.pup.ſuam.l.j.Item ſi fuerit ſtuprata aliqua à ſuo proprio ſeruo:vt.C.de mu.quæ ſer.pro.ſe iunx.l.j. Et not.pœnam ſtupri eſſe quinquennalem:niſi quando per vim committitur.tunc enim ſine præfinitione temporis poteſt inſtitui:vt.ff.ad leg.Iul. de adul.l.mariti.§.quinquennium.&.§.fina.

Stupri pœna eſt quinquennalis.

¶Item lex cor. ¶Casvs. Suprà vidiſtis duo exempla publicarum act.adhuc dabo vobis vnum exemplum:videlicet in.l.Corn. de ſica.quæ homicidas punit,& etiam eos, qui cum telo ambulant hominis interficiẽdi cauſa.Sed quæſiui à domino Iuſt.Domine,quid eſt telum? Frater,dicit ipſe,ſtrictè accipiendo telum eſt quod ab arcu emittitur:largè tamen loquendo dicitur telum,quicquid emittitur vel de manu,vel de arcu, dum tamen nocere poſſit. & ponit in litera multa Græca nomina. & ſum in verſi.ſicarii &c.Domine Iuſti.vnde dicuntur ſicarii? Frater, à ſica, quod eſt cultrum ferreum vtrobiq; ſcindens. In verſic. eadem lege dic ca. iam vidiſtis vnam.l.Cor.quæ tractauit de ſica.modò videamus aliam,quæ tractat de veneficis:& lege iſta tenentur omnes illi,qui artibus odioſis,vel venenis,vel ſuſurris homines occiderunt:& etiam qui mala medicamina publicè vendiderunt.h. d.Franc.

a ¶ Item lex cor.] ſcilicet computatur inter publica iudicia.

b ¶ De sicariis.] quare ſic dicatur, dic vt infra eodem.§. ſicarii. Accurſius.

c ¶ Persequitvr.] id eſt perſequitur eos, qui homicidium fecerunt cum ferro.nec enim per hãc legẽ occiditur occidens,ſed deportatur: & omnia bona ſua publicãtur:vt.ff.ad.l.Cor.de ſica.l.eiuſdem.§.legis. & l.penul.Vel dic ꝙ perſequitur homicidas ferro:quia eos hodie occidimus:vt.d. l.eiuſdem.§.fi. Addition. Dic quòd pœna legis Corneliæ de ſicariis eſt mors:vt not.in.l.j.&.l.is qui cum telo.ff.de ſica.Ang.

d ¶ Cvm telo ambvlant.] licet eos non occidant: vt.C.ad.l.Corn. de ſica.l.is qui cum telo.Et not.capitula ex quibus aliquis hac.l.tenetur: vt ff.ad le.Cor.de ſica.l.j.Accurſius.

e ¶ Lapis.] facit.ſ.de interdic.§.qui autem.

f ¶ Graeca.†] Significat enim telou,idẽ qđ longe.Niſi fortè malis ſubſtituere telothẽ.quaſi dicas,de lõginquo.qđ & Neb.placuit ĩ lexico ſuo iuciui.dictione telum,& Bud.in codice ſuo Inſt.annotauit.Nos tñ quod pro-

† Hæc gloſ. nõ eſt Acc. Egi. Perri.

pius accedit, elegimus, quando & ita legit Sypontinus, & poſt eum Ambroſius Calepinus dictione telum.

a ¶ A SICA.] vnde videbatur ꝙ tãtùm qui cũ ſica occiderent, hac lege tenerentur. Sed tñ generalibus hodie accipitur ſica & telum per interpretationem: vt.ſ.proxi.§. Eſt autẽ ſica (vt ſubiicit) cultellus vtrinq; ſcindens: quẽ portant peregrini quandoque in baculo quodã, ita quòd non apparet. vnde verſus. Mucro latens ſica: ſicarius inde vocatur.

Verſus.

Et hãc ſignificationẽ inuenire poſſumus & in græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βελος appellãt, ἀπο του βαλλειν. Admonẽt nos epigrãmata ĩ Xerolopho † vrbis lautiſsimè † ſcripta. ¶ Sicarij autem appellantur, à ſica[a], quod ſignificat ferreum cultrum. ¶ Eadem[b] lege, & venefici[c] capite damnantur, qui artibus odioſis[d], tàm venenis, quàm ſuſurris[e] magicis homines occiderint[f], vel mala medicamenta publicè vendiderint.

† Xerolophum quid ſit pulchrè in primis Suidas, & poſt eũ Ioan. Bapt. pius annota. poſteri. c.clxxvj. & Nebriſ. in lexico iur. ciui. dictione xerolophum. Niſi xeraloepheo malis legere, vt Bud. in ſuo codice annotauit, vt locũ intelligas, ĩ quo apricantes vngebãtur: qui ſenſus dictioni lautiſsimè, appoſitiſsimè conueniat. † Fauſtiſsime.

b ¶ EADEM LEGE.] quæ dicitur Cornelia de ſicarijs.

c ¶ VENEFICI.] nam plus eſt hominẽ veneno extinguere, quàm gladio occidere: vt. C. de mathemati. l.j. Accur.

d ¶ ARTIBVS ODIOSIS.] i. artificijs odioſis. Nã omnis ars bona eſt.

e ¶ SVSVRRIS.] id eſt, incantationibus. Nã hæc ſcientia reprobanda eſt: vt. C. de male. & mathe. l. eorum.

f ¶ OCCIDERINT.] etiam ſine dolo: vt. ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. ij. §. qui abortionis. Secus in Cornelia: quia dolus eſt neceſſarius: nec ſufficit etiam lata culpa: vt. ff. ad legem Corne. de ſica. l. in lege.

¶ Lex Pompeia de parricidijs, quã cauetur, quòd occidens parentes, vel alios de quibus hîc, ſingulari pœna plectatur, eſt publici iudicij. Et cõmittẽs delictũ in ſe: plus punitur, quàm cõmittẽs in alio. Arc.

¶ Alia deinde lex aſperrimũ crimen noua pœna perſequitur, quæ Põpeia de parricidijs vocatur: qua cauetur, vt ſi quis parẽtis[g], aut filij, aut omnino affinitatis[h] eius, quæ nuncupatione parentum continetur[i], facta præparauerit[k] (ſiue clàm, ſiue palàm id auſus fuerit) necnon is, cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis extitit: licet extraneus[l] ſit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neq; ignibus, neque vlli alij ſolenni pœnæ ſubijciatur, ſed inſutus culleo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, et ſimia, et inter eas ferales anguſtias cõprehenſus (ſecundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem[m] proiiciatur, vt omnium elementorum vſu viuus carere incipiat: & ei cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione, vel affinitate coniunctas ſibi perſonas necauerit, pœnam legis Corneliæ de ſicarijs ſuſtinebit[n].

¶ ALIA DEINDE LEX. ¶ CASVS. Adhuc eſt quædam lex, quæ aſperrimũ crimẽ perſequitur noua pœna quia ſi quis patrem, vel matrem, vel auum, vel proauum, vel aliquẽ eorum, de quibus ſit mentio in litera, occiderit, debet cædi cum virgis ſanguineis: & poſtmodùm conſui debet in quodam ſacculo: & cũ ipſo debet poni ſerpens viuus, & canis, & gallus gallinaceus, & vipera, & ſimia: & tũc cũ illis animalibus brutis debet proiici in vicinum flumẽ, vel in vicinum mare: ſecũdũ quod regionis qualitas tulerit: vt ſic inter ferales anguſtias deficiat: & omniũ elemẽtorũ vſu viuus careat: vt ei cœlũ ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. & ſum in verſi. ſi quis autẽ &c. Iam vidiſtis qualiter punitur ille, qui aliquem de linea deſcẽdenti, vel aſcẽdenti interfecerit Sed certè, ſi quis alias perſonas ſibi coniunctas, aliqua affinitate, vel cognatione, quàm illa de qua dictum eſt. ſ. §. proxi. necauerit, per legem Corne. de ſicarijs ſimiliter punitur.

g ¶ PARENTIS.] accipe parentes & filios vſque in infinitum: vt. ff. de in ius vocan. l. quique. §. fi. & l. ſed ſi hac. §. liberos. Accurſius.

h ¶ AFFINITATIS.] aliâs affinitatis: & aliâs affectionis. Accurſius.

Parricidiũ quas perſonas concernit.

i ¶ CONTINETVR.] ſed qui ſunt hi, qui hac appellatione continentur? Reſpon. ſuperiores & inferiores: vt diximus. Item collaterales: vt fratres, conſobrini, & patrueles, & proximiores eis. Item affines quidam: vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, ſocer, & etiam patronus: vt. ff. eodem. ad l. Pompeiam de par. l. prima. & l. ſed ſciendum. & l. cùm pater. Accurſius.

k ¶ PRAEPARAVERIT.] fortè & ſi non occiderit: ſecundum P. & facit pro eo. ff. eodem. ad l. Pompeiam de par. l. prima. in fi. vel dic illum ſpecialem caſum[a].

a Dic primã opi. ſequitur hîc Io. Fa. Propter atrocitatẽ criminis. facit. l. fi. C. de ſica. & hãc tenet glo. in l. vnica. C. e. Ange.

l ¶ EXTRANEVS.] No. extraneum plus puniri, quàm ſi ipſe occidiſſet: ff. eo. l. vtrum. & l. ſi ſciente.

m ¶ VEL IN AMNEM.] id eſt, flumen. vel ſi hæc vicina non ſunt, beſtijs ſubijcitur: vt ff. eo. l. penul.

n ¶ SVSTINEBIT.] ſed nonne & qui ſuperiores perſonas occidit, hac lege Cornelia tenetur? Videtur quòd ſic: vt. ff. eodem. l. prima. ſed contra. C. eodem. l. j. Dic ergo quòd hac lege Cornel. tenetur, ſed non accuſatur. Vel dic ſecundum Ioan. quòd tenetur eadem pœna ſcilicet capitali: ſed maior hîc imponitur.

¶ ITEM LEX CORNEL. ¶ CASVS. Iam vidiſtis multas actio. publicas adhuc ponit vnam act. publicam: videlicet ſi quis falſum inſtrumẽtum vel teſtimonium ſcripſerit, vel ſignauerit, vel ſubiecerit. l. Cornelia de falſis punitur: ita ꝙ ſi ſeruus eſt, vltimo ſupplicio affligetur: ſi verò liber eſt, deportari debet. Franc.

¶ Publici iudicij crimen legis Corneliæ de falſis cenſetur: qua tenetur quicunque aliquid de ijs quæ exprimuntur in textu, commiſerit, & pœna eius in ſeruo eſt vltimum ſupplicium: in libero deportatio. Aretinus.

¶ Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria[o] vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum[p] falſum ſcripſerit[q], ſignauerit, recitauerit[r], ſubiecerit, vel ſignum[s] adulterinũ fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens, dolo malo. Eiuſque legis pœna in ſeruos, vltimum[t] ſuppliciũ eſt (quod etiam in lege de ſicarijs, & veneficis ſeruatur) in liberos verò deportatio[v].

¶ Vim committens cum armis aliter, quàm virginem rapiendo, deportabitur: ſi ſine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem vel monialem rapiens, vel prẹſtãs opem, capite punitur. Areti.

¶ Itẽ lex Iulia, de vi publica, ſeu priuata, aduerſus eos exoritur, qui vim, vel armatam, vel ſine armis commiſerint. Sed ſiquidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur: ſi verò ſine armis, in tertiam[x] partem bonorum publicatio imponitur. ¶ Sinautem[y] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tũc & raptores, & ij qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur †, ſecundum noſtræ conſtitutionis[z] definitionẽ: ex qua hoc apertius poſsibile eſt ſcire.

¶ Publicam, ſacram, vel religioſam rem furto ſubtrahens, & talibus opem præſtans, ex lege Iulia peculatus, quẹ publica eſt, capite punitur: aliter autem ex ea delictum cõmittens, deportatur. Areti.

¶ Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam[a] pecuniam, vel

o ¶ TESTAMENTARIA.] ideo ſic dicta, qa de teſtõ falſo ibi agitur.

p ¶ INSTRVMENTVM] ſ. emptionale, vel alicui contractus. Accur.

q ¶ FALSVM SCRIPSERIT.] & ita veritatem mutauit: vt in aut. de inſtru. cau. & fi. §. j. in prin. col. vj.

r ¶ RECITAVERIT.] Not. cõtra illos, qui habent inſtrumẽta & ſcripturas alienas in cuſtodiã: & tñ alijs oſtẽdũt & recitãt, & copiam faciũt: qa incidũt in falſum: vt hîc, & l. j. §. ijs qui. ff. ad le. Cor. de fal. cõiuncta. l. qui teſtamentum. Ange.

s ¶ SIGNVM[b].] i. ſigillũ quod in teſtamẽtis apponitur: vt. ſ. de teſta. §. poſt eà. Itẽ ſignũ quod chartis imponĩt, vt qñq; facilius fiat cõparatio ex inſtrumentis: vt in aut. de inſtru. cau. & fi. §. oportet autẽ. coll. vj. Accur.

b Singu. gl. ſecũdũ Amanellũ in ſing. ſuis: ad hoc ꝙ ſi notariꝰ mutauerit ſignum puniatur pœna falſi.

t ¶ VLTIMVM SVPPLICIVM.] quod interpretamur mortẽ: vt ff. de pœnis. l. vltimum.

v ¶ DEPORTATIO.] & omniũ bonorũ publicatio. Et ſic not. ꝙ ex eodẽ cõmiſſo plus ſerui, quàm liberi puniũtur: vt hîc, & ff. ad l. Cor. de fal. l. j. §. fi. & ff. ſi ex noxa. cã aga. l. pe. & ff. de pœ. l. in ſeruorũ. imò & inter liberos magis puniũtur minores, quàm maiores: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. Pediꝰ.

Pœnæ diuerſificãtur ex perſonarũ diuerſitate.

† Cõcor. c. peruenit. iũcta glo. j. in fi. extrà de adulte. & ſtup.

¶ ITEM LEX IVLIA. ¶ CASVS. Iã vidiſtis multas accuſatiões publicas: adhuc eſt quædã accuſatio publica, per quã punĩt violentia, ſiue ſit publica, ſiue priuata: quia per. l. Iul. de vi pub. punitur qs de vi armata: quia deportatur. Per. l. autem Iul. de vi priuata aliquis punitur, qui vim fecit ſine armis, quòd tertia pars bonorum ſuorũ publicatur & ſum in verſic. Sinautem per vim. Suprà vidiſtis de illo qui cõmiſit ſtuprum cum vi: vt quia viduam, vel virginem, vel monialem rapuit. vel potes continuare iſtum. §. ad præcedentem ſic. In. §. proximo. dictum eſt qualiter punitur ille, qui per vim armatam, vel ſine armis aliquid alicui abſtulerit. modò autem tractat qualiter punitur ille qui ſtuprum committit per vim. Franciſc.

x ¶ IN TERTIAM PARTEM.] no. ex maioritate delicti maiorem pœnam imponi: vt hîc, & C. ad legem Iul. de vi. l. ij. & facit ſuprà de interdi. §. qui autem. Item hîc damnatus ſit infamis: vt. ff. ad legem Iul. de vi pri. l. j. j. reſpon. Accur.

Pœna maior maiori delicto debetur.

y ¶ SINAVTEM.] dixit ſuprà quando ſinè vi aliquis commiſerit ſtuprum: vt ſuprà eodem. §. eadem. nunc quando vi. Vel continua cum ſuperiori proxi. §.

z ¶ CONSTITVTIONIS.] vt. C. de raptoribus virgi. l. j.

¶ ITEM LEX IVLIA. ¶ CASVS. Non ſolùm leges ſuperiores dicuntur accuſationes publicæ: ſed etiam accuſatio. l. Iul. peculatus dicitur accuſatio publica. & hac. l. punitur ille, qui pecuniam reipublicæ ſurripuit: & ſi fuerit iudex vel magiſtratus, qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autem qui extraneus, qui non fuerit iudex, vel magiſtratus, pecuniam reipublicæ ſurripuerit: ipſe & eius cõplices deportari debent. Franc.

a ¶ PVBLICAM PECVNIAM.] ſcilicet ciuitatis Romanæ, non alterius: vt. ff. de fur. l. ob pecuniam. & ff. ad legem Iul. pe. l. iiij. §. penul.

Rem ſacram.

rem ſacram [a], vel religioſam [b] furati [c] fuerint. Sed ſi quidem ipſi iudices tẽpore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animaduerſione puniuntur: & nõ ſolùm hi, ſed etiã qui miniſterium [d] eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint [e]. Alij verò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis [f] ſubiugentur.

¶ Lex Flauia de plagiarijs, quandoque pœnam capitis, quandoque leuiorem irrogat, ſecundum Ange.

¶ Eſt & inter publica iudicia, lex Flauia † de plagiarijs [g], quæ interdũ capitis pœnam [h] ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

¶ Lex Iulia de ambitu, repetundarũ, de annona, & reſiduis, quæ in diuerſis capitulis loquuntur, diuerſas pœnas (præterquam mortis) inferunt. Aret.

¶ Sunt prætereà publica iudicia, lex Iulia [i] de ambitu, lex Iulia repetũdarum [k], & lex Iulia de annona [l], & lex Iulia de reſiduis [m]: quæ de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem amiſsionem non irrogant, alijs autẽ pœnis eos ſubijciunt [n], qui præcepta earum [o] neglexerint.

¶ Iuſtinianus finem facturus, ampliorem publicorum iudiciorũ determinationem Digeſta continere dicit. h.d. Ange.

¶ Sed de publicis iudiciis hæc expoſuimus, vt vobis poſsibile ſit ſummo [p] digito, & quaſi per indicẽ [q] ea tetigiſſe: alioqui diligẽtior eorũ ſciẽtia vobis ex latioribus Digeſtorũ, ſeu Pandectarũ libris Deo propitio aduentura eſt [r].

a ¶ Rem sacram.] vt calices & thuribula, quæ ſacra ſunt: vt. ſ. de rerũ diui. §. nullius.

b ¶ Religiosam.] vt ornamenta ſepulchrorum.

c ¶ Fvrati fverint.] vel etiam immiſcuerint, ita quòd damnificauerint publicam. vt. ff. ad legem iul. pecu. l. j.

d ¶ Ministerivm.] id eſt, adiutorium.

e ¶ Svsceperint.] ſcilicet ad cuſtodiendũ.

Peculatus actio quinquennio durat.

f ¶ Deportationis.] deportantur enim. Et not. quòd quinquennio durat hæc actio: vt. ff. ad legem iul. pecul. l. peculatus [a]. Item eſt ſpeciale in ea, quòd contra hæredes inchoetur: vt. ff. ad leg. iul. pecu. l. fi. Accur.

a Dic idẽ in adulterio & ſtupro: vt notat gl. ſ. e. §. ij. regulariter autẽ durat per annos xx. l. querela. cum ibi not. C. de fal. &c. An.

¶ Est et inter ¶ Casvs. Non ſolùm iſta ſunt publica iudicia, quæ vos vidiſtis: ſed & l. Flauia de plagiariis, quæ interdum pœnam capitis infligit, & interdum minorem, dicitur publicum iudicium: & habet locũ hæc lex, ſi aliquis filiũ alterius ſurripuerit, & eum vendiderit. talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem eſt, ſi ſeruum alienũ ſurripuerit & diſtraxerit. Fran.

† Phaniam vocant hãc legem Beroaldus, Perottus, Caelian' Cotta: Flauiam vero, id qđ magis placet, Ponponius letus, vir ętatis ſuæ doctiſſimus à flauio quodã tribuno plebis. Fauiam autẽ nemo peritiorum modo agnoſcit.

g ¶ De plagiariis.] ideo ſic dicta, quia orbato patre filio, vel domino ſeruo, hæc lex punit orbantem, ſiue talem plagam inferentẽ. habet enim locum quando aliquis diſtrahit alienum ſeruum vel filium, ita quòd pater vel dominus non poteſt re habere: vt. ff. ad legem Fla. de Pla. l. j. & l. lege. & l. eum. & l. penulti. §. fina. Item tenetur, qui liberum hominem de loco in locum tranſportat: vt. C. ad leg. Fla. de Plag. l. quoniam. & hoc ſi dolo facit: non aliter: vt. ff. ad legem Fla. de Plagi. l. legis Flauiæ. Item hac lege tenetur, ſi quis ſeruum in fuga conſtitutum vendat, ita vt emptio ſtatim teneat: vt. C. ad legem Fla. de Pla. l. in fuga.

h ¶ Capitis poenam.] ſcilicet maiorem: aliquando minorem capitalem: cùm capitalis aliâs ſit minor, aliâs maior. Nam ingenuus nobilis in metallum damnatur, ignobilis gladio feritur: ſeruus vel libertus beſtiis ſubiicitur: vt. C. ad legem Fla. de Plag. l. fina. & ff. ad legem Fla. l. fina. in fine. Item quædam ciuilis pœna olim imponebatur, quæ ceſſat hodie: vt. ff. eodem. l. fina.

Lex Iulia de ambitu in quatuor caſibus habet locum.

¶ Svnt praeterea. ¶ Casvs. Scire debetis, quòd omnia ferè iudicia publica, de quibus tractatum eſt à princi. iſtius titu. vſque huc, ſunt publica & capitalia. Modò autem eſt tractaturus Iuſti. de quibuſdam iudiciis, quæ ſunt publica, ſed non capitalia: & enumerat ea in litera. Prima eſt. l. Iul. de ambitu. Secunda eſt. l. Iul. repetundarum. Tertia eſt. l. Iul. de annona. Quarta eſt. l. Iul. de reſiduis. Quando autem, & in quibus caſibus locum habeant iſtæ leges, plenè habes notatum in gloſſ. ordi. Iſtæ autem leges minorem pœnam quàm capitalem inferunt eis, qui præcepta earum, ſiue earum iudicia neglexerint. Fran.

i ¶ Lex ivlia de ambitv.] quæ habet locum in quatuor caſibus. Primo ſi quis dederit clàm pecuniam, vt aliquem ſortiatur honorem non in ciuitate Romana: nam ibi ceſſat hæc lex: cùm princeps ibi eligat: vt ff. ad legem Iul. de ambi. l. j. in princi. Ideo dixi clàm, quia palàm poteſt [b]: vt ff. de pollicitat. l. j. §. j. & ff. de officio prætor. l. Barbarius. Secundo habet locum, quando quis ſtat in magiſtratu vltra annum: vt. C. ad legem Iuliam de ambitu. l. j. Tertio ſiquis ingreditur domum iudicis cognoſcentis de cauſa criminali: vt. ff. ad legem Iul. de ambitu. l. j. Item quarto ſiquis iudex nouum vectigal inſtituerit: & eſt pœna centum aureorum: vt. ff. ad legem Iul. de ambitu. l. j. Sed in caſu deportatur: quando ſcilicet bis idem officium continuè eſt aſſecutus: vt. C. ad legem Iul. de ambitu. l. j. Sed fallit in aſſeſſore: vt. C. de aſſeſſ. l. liceat. Item in proconſule: vt. ff. de offi. procon. l. antepenul. Vel dic ibi ſex faſcibus, id eſt ſex menſibus: quia tantum durabat eius officium. Accurſius.

b Dicit Io. Fab. ꝙ hoc non eſt verum. vt. l. in eos. ff. de tute. & in authen. vt iudi. ſine quo ſuf. per totũ. &. ff. de mu. & hon. l. exiſtimationem. tu autẽ dic ꝑ honore ſine adminiſtratioue conſequendo bene dari: non autẽ cum adminiſtratione ſecũdũ Bar. & Ang.

Lex Iulia repetundarum.

k ¶ Lex ivlia repetvndarvm.] quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit: vt. ff. ad legem Iuli. repet. l. j. iij. iiij. v. vj. & vij. Eſculentum tamen poteſt accipere iure veteri: dummodo non nimis magnum: vt. ff. de offic. proconſu. l. ſolent. in fine. ſed iure nouo non, niſi quando deficeret ſalarium: vt in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. ſcriptum eſt exemplar huius. verſicu. quapropter. ibi, aut ſi non eſt. colla. ij. Pœna autem huius legis eſt ciuilis in quadruplum: vt. C. ad legem Iul. repe. l. j. Criminalis extra ordinem: vt ff. ad legem Iul. repet. l. lex Iulia. §. hodie.

Lex Iulia de annona.

l ¶ Lex ivlia de annona.] hæc lex locum habet, quoties quis facit vt annona carior ſit: & eſt pœna in eum ſtatuta. xx. aureorum: vt. ff. ad legem Iuli. de annona. l. ij.

Lex Iulia de reſiduis.

m ¶ Lex ivlia de residvis.] & hæc lex habet locum, quando aliquid ſuperfuit ex aliqua adminiſtratione publica: & ipſe in vſum ſuum conuertit, cui erat illa adminiſtratio commiſſa: vt. ff. ad legẽ Iul. pecu. l. ij. & iij. §. lege. Pœna autem huius legis eſt tertia parte amplius, quàm debet: quod P. ſic dixit, vt eſſet in quadruplũ. Vel dic amplius tertia parte: quia punitur in ſimplum, & in tertia parte ſimpli: vt. ff. ad legem Iul. pecu. l. iiij. §. ſed & qui pecuniam. in fine. maximè quia pœnæ reſtringendæ ſunt: vt. ff. de pœ. l. interpretatione. Additio. Nota quòd in iſtam legem incidunt officiales, ſiue camerarij, qui habent ex adminiſtratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinent: quia tenentur iſta lege & pœna ſuprà dicta. Et etiam aduertas, quòd iſta pœna & lege tenentur officiales, qui vnam collectam impoſitam in communi, deſtinatam pro vſu & neceſſitate communis, ipſi conuertunt dictam pecuniam in alium vſum: quia etiam ſi eſſet pro neceſſitate communis, tamen incidunt in iſtam legem: vt eſt caſus in. l. ſecunda. ff. ad legem Iul. pecu. ſecundum Angelum.

Pœnæ ſunt reſtringendæ.

n ¶ Svbiicivnt.] ſcilicet leges prædictæ quatuor. vel dic quòd loquitur indefinitè: vt patet in inferioribus.

o ¶ Earvm.] ſcilicet legum. nam in contractibus & aliis quæ debent de iure ſortiri effectum, & non ſortiuntur, iudicat lex non valere: vt. C. de leg. & cõ. l. non dubium. Item in criminalibus variæ conſtituuntur pœnæ: quarum quædam ſunt ordinariæ, quæ ſcilicet habent certam pœnam aliqua lege inductã: vt patet per multas rub. ff. de publi. iud. & in ſequentibus. Aliæ ſunt extraordinariæ: vt. ff. ad ſenatuſcon. Turpil. l. & in priuatis. & ff. de extraordi. cri. l. j. & in ſequentibus titu. vſque ad tit. de publ. iudi.

Pœnę in criminalibus ſunt ordinariæ, & extra ordinariæ.

¶ Sed de pvblicis ivdiciis. ¶ Casvs. Dixi Iuſtiniano. Domine, quare tantũ de publicis iudiciis tractaſtis: & tot exempla de eis poſuiſtis? Frater (reſpõdet dominus Iuſtinianus) hoc fecimus ad vtilitatem veſtram, ſcilicet vt de eis aliquam notitiam generalem haberetis, ſiue cognitionem: ſed plena eorum cognitio, ſiue ſcientia ex latioribus. ffo rum. libris Deo propitio aduentura eſt. Modò autem ſufficiat vobis hæc ſummo digito, & quaſi per indicem tetigiſſe. Et nota quòd per hæc duo verba, aduentura, & ſummo digito, duo dat nobis intelligere: ſcilicet profunditatem, per hoc quod dicit, ſummo digito: & beatã ſpem, per hoc quod dicit, aduentura. hoc dicit. Fran. de Are.

p ¶ Svmmo digito.] id eſt longiori digito, cum quo quis tangere poteſt altius, quàm cum aliis: qui dicitur medius. Accurſius.

q ¶ Per indicem.] id eſt per alium digitũ qui dicitur index. Vel dic, & melius, quòd hæc dicta ſunt vt ſint index, ſiue demonſtratio aliorum dicendorum: ſicut & ſub gallina ouum dimittitur, vt ſit index ad hoc vt ibi alia faciat oua. & idem in his, qui aucupantur ad columbas.

Oua quare ſub gallinis & colũbis dimittũtur.

r ¶ Adventvra est.] vt. ff. de publicis iudiciis per totum librum vſque ad titulum de appellationibus, qui ſequitur. Accurſius Florenti.

Additio. Velit rex cœleſtis noſtra crimina omnia, & priuata, & publica tollere: ne nos æthereas ad ſedes impediant aſcendere. Amen.

Finis quatuor librorum Inſtitutionum.

BIBLIOPOLA

Beneuolo Lectori S.

STVDIOSORVM COMMODITATI non ſegniter proſpicere ingenui cùm ſit animi, eiusq; de quàmplurimis bene mereri qui cupiat: hinc à nobis nuperrimè factū eſt, ut excellentiſsimo huic Inſtitutionū operi, quod nūc eſt accuratè recognitū, præter accentus ac diphthongos, multiplices etiam, nec eæ pœnitendæ, lectionum uarietates è regione textus, præfixis, quæ immutādis locis reſpondeant, hunc in modum ✳ aſtris, aliisúe ſignis margini decenter acceſſerint: ut his perſpicuum ſit, in quorum manus hæc excultiſsima Ciuilis diſciplinæ cunabula peruentura ſunt, cum uetuſtiſsimis codicibus ſingula, quæ lucis egere uidebantur, non oſcitanter nos contuliſſe: ut ſicubi uel anceps, uel parum ſyncera foret lectio, ex diligenti fideliq; collatione quæ prius obſcura, nunc illuſtrata, quæ quondam corrupta, nunc integritati ſuæ, adhibita non mediocri uigilantia, reſtituta fuiſſe. Ad hæc Iuriſprudētiæ ſtudio gnauiter addictos ut nobis gratos, oblato eiſdem recèns adiecto munuſculo, redderemus: adiiciendum curauimus opuſculum, quod non inconcinnè CORPVS LEGVM IN COMPENDIVM PER MODVM INSTITVTIONVM redactū, inſcriptū eſt, perquàm multa paucis haud dubiè cōplectens. Cūq; exemplar ipſum, quòd diutiſsimè delituerat, carioſum eſſet, tamen propter non contemnendam antiquitatis maieſtatem allicere lectorem non ſupinum poterat, ut in eo perlegendo non leuioris operæ quippiam collocaret. Hoc igitur tibi, quòd in publicum nunc primùm exeat, utile nedum iucundum fore ſperamus. CAII QVOQVE INSTITVTIONES præſcriptis accedere nobis curæ fuit, ut candido lectori notum ſit hoc opus nunc noſtra diligentia locupletius necnon caſtigatius eſſe redditum.

È calcographia noſtra Lugdun. Prid. Calend. Octob. Anno publicæ ſalutis M. D. XLVIII.

Corpus Legum per modum Institutionum, ab incerto Authore in compendium redactum, ex vetuſtiſsima Bibliotheca, vbi diutius latuerat, nuper inuentum quod in ſtudioſorum Iuris prudentię gratiam & vtilitatem in lucem nunc emiſſum eſt.

¶ De iuſtitia & iure.

IVRI OPERAM DATVRVM, prius noſſe oportet, vnde iuris nomen deſcendat. Eſt enim à iuſtitia appellatum. Iuſtitia autē eſt cōſtanș[a], & perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuens. Ius verò (vt Celſus diffiniuit,) eſt æquitas conſtituta vel præceptum boni & æqui. Huius quidem prudentia, eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti, ſcientia. Eius præcepta ſunt honeſtè viuere, alium non lædere, ſuum vnicuiq; tribuere. Virtus eiuſdem eſt, imperare, permittere, vetare, punire. Huius autem ſtudij[b], duæ ſunt poſitiones, publicum ius & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatū Reipubl. pertinet. Priuatum eſt, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat. Et prius quidem dicēdum videtur de iure priuato, quod eſt tripartitum. Collectum[c] eſt enim, ex naturalibus præceptis, vel gentium vel ciuium.

a ¶ Secūdū hoc quòd à Deo creata fuit.

b ¶ Ius dicitur ſtudiū: quia per ſtudium adipiſcimur, vt ius calleamus.

c ¶ Subdiuiſio eſt ſecūdū conſtituentes.

¶ De iure naturali gētium & ciuiū.

¶ IVS NATVRALE EST, quod natura docuit omnia animalia, vt ſunt maris & fœminæ coniunctio, filiorumq; procreatio & educatio. Huius ęnim iuris peritia nō ſolùm homines, ſed etiam cætera animalia cenſentur. Ius gentium, eſt quod gentes humanæ ſibi ipſæ cōſtituerunt. Huius autem iuris ſunt, emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mādatum, depoſitū, mutuum, pign⁹, permutatio, cōmodatū, & penè omnes contractus. Penè dictum eſt, propter contractus [d]donatiōis, ſtipulationis, emphyteuſeos. qui iuris ciuilis ſunt. Ius ciuile eſt, quod vnaquæque ciuitas ſibi ipſa conſtituit. ¶ Diuiditur exhinc in ius ſcriptum, & nō ſcriptum. Iuris ſcripti ſunt partes heæ. lex, plebiſcitum, ſenatuſconſultum, principum placita magiſtratuū edicta, reſponſa prudentum. Lex eſt, quod populus [e] cōſtituit, ſenatorio magiſtratu [f]veluti cōſule, interrogante. Plebiſcitum eſt, quod plebs conſtituit, plebeio magiſtratu veluti Tribuno, interrogante. Plebs autem differt à populo, eo quòd appellatione populi vniuerſi ciues continentur. Plebis verò appellatiōe cæteri, præter patritios, & ſenatores. Sed plebiſcita, lege Hortēſia, nō minus authoritatis habent quàm leges. Senatuſcōſultum eſt, quod ſenatus iuſsit atq; conſtituit. Nam cum ita auctus eſſet populus, vt facilè in vnum cōuenire non poſſet, legis ſanciendæ cauſa, omne imperium condendarum legum, traditum eſt à populo ſenatui. Principis placita ſunt, quæ iubet imperator atque conſtituit. Quod enim principi placuit, legis habet vigorem. Hæ enim conſtitutiones vocantur: quarum quædam ſunt communes, quæ in omnium cauſis valent. quædam ſingulares, quæ in vna tantùm cauſa valentes, vel perſona, ad exemplum trahendæ non ſunt, hæc priuilegia vocantur. Eſt enim priuilegiū ius ſingulare, certis ex cauſis, contra ius cōmune introductū. In priuilegijs autem cōſiderandū eſt vtrū contra ius, eliciantur. Ait enim lex, Reſcripta cōtra ius elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari. Ea enim quę cōtra ius fiunt, pro infectis habenda ſunt. Rńſa prudentum ſunt ſententiæ, & opiniones eorum, quibus datum eſt à Cæſare, ius reſpondendi. veluti. Caij, Vlpiani, Papiniani, & cæterorū, quorū nomina & opera in digeſtis cōtinentur. Magiſtratuum edicta, ſunt heæ quæ prætores conſtituerunt. hoc etiam ius honorarium appellatur, eò quòd ab eis cōſtitutum eſt, qui honores gerebāt. Huius etiam pars ſunt edicta edilium curulium. Ex non ſcripto, ius venit, quod vſus comprobauit. Nam conſuetudinis[g] vſuſque longeui non vilis eſt authoritas. verùm non adeo ſui valitura momento, vt aut rationē [h] vincat, aut legem. ¶ Viſo autem quid ſit ius, & eius partes, vidēdum eſt, circa quod verſetur. verſatur autē circa res, vel perſonas, vel actiones. Et primitus de perſonis, quia earum cauſa, omnia iura conſtituta ſunt, dicendum eſt.

d ¶ Hæc tria iure ciuili inuēta ſunt. licet em̄ donatio apud gentes eſſet, tn̄ ex ſolo pacto, quis non obligabatur.

e ¶ Id moris erat, vt cū aliqua noua cauſa īteruenięte, neceſsitas ingrueret conſtituēdæ legis, conſules in primis populū interrogarent congregatū, & populus ſi ſibi placebat, ſua authoritate adhibita confirmabat. ſimiliter & tribuni plebis.

f ¶ Magiſtrat⁹ eſt quicūq; propriam iuriſdictionem habet.

g ¶ Secūdū Tulliū cōſuetudinis ius eſſe putatur id quod voluntate omnium, ſine lege, volūtas cōprobauerit. Item cōſuetudinis ius eſſe, quod autē leuiter à natura tractū habuit & maius fecit vſus: vt religionem, vt ſi quid eorum, quæ ante diximus à natura profectū maius factum propter conſuetudinē videm⁹, aut quod in morē vetuſtas vulgi approbatione perduxerit. Aug. fruſtra inquit, q ratione vincunt, conſuetudinē nobis obijciunt. quaſi cōſuetudo maior ſit veritate. hoc planè verum eſt: quia ratio & veritas conſuetudini præponēda eſt. ſecundum eum conſuedini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius teneri.

h ¶ Iſidorus. legem ratio commendat. porrò ſi ratione lex cōſtat, lex erit omne quod iā rōne cōſtiterit dūtaxat, quod religiōi cōgruat, quod diſciplinæ cōueniat, qđ ſaluti ꝓficiat.

¶ De iure perſonarum.

¶ SVMMA ITAQVE DIVISIO, de iure perſonarum hæc eſt, quòd omnium hominum, aut liberi ſunt aut ſerui. Et libertas quidem eſt, naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet: niſi quod vi, aut iure prohibetur[i]. Seruitus autem eſt, iuris gentium cōſtitutio, qua quis dominio alieno, cōtra naturam ſubijcitur. Iure enim naturali, omnes homines liberi naſcebantur. ¶ Serui autē, aut naſcuntur, aut fiunt. Naſcuntur ex ancillis noſtris. fiunt autē, aut iure gentiū, ſcilicet ex captiuitate, aut ciuili, cum homo liber maior. xx. annis, emptore ignorante eū liberum ſe venundari ad participandum pretium paſſus eſt. Et in ſeruorū quidem conditione, nulla differentia eſt. In libertorum verò ſtatu, multæ differentiæ ſunt. aut enim ingenui ſunt, aut libertini.

i ¶ Cū enim quis ꝓhibetur naturalē quidē habet facultatē ſed tamē effectus eſt impeditus. & ideo quantū ad effectū dicit niſi quod iure &c.

k ¶ Ingenuus nō niſi his duob⁹ modis nullo mō pōt effici ſeruus hominis libert⁹ ēt ob ingratitudinē crimine verò tam ingenuus quàm libertus, nō hominis, ſed penę ſeruus efficit, ſi vel in metallum damnetur, vel beſtijs ſubijciatur.

¶ De ingenuis.

¶ INGENVVS[k] EST, qui ex libera matre naſcitur, nec refert vtrum liberum patrem habuerit necne. Nec etiam refert vtrum mater ingenua fuerit, an liberta. Et ſi liberta, vtrum ancilla conceperit vel libera, dummodo libera facta pariat. Quòd ſi & ancilla conceperit, & poſtea

manumittat,deinde ob ingratitudinē ancilla facta pariat,placuit eū q̃ naſcit,liberū naſci,q̃a calamitas matris,nō debet ei nocere,q̃ in vtero eſt.

¶LIBERTINI SVNT, qui ex iuſta ſeruitute,manumiſsi ſunt. Manumiſsio autem eſt datio libertatis. Manumiſsionis[a] autem olim triplex genus erat. Nam qui manumittebantur, modò conſequebantur libertatem perfectam, & fiebant ciues Romani.modò mediocrem, & fiebant latini.modò minimam:& fiebant numero deditiorum. Hodie verò latinis & deditijs ſublatis, non habita etiam vlla differentia manumiſsionis, ſiue etiam ætatis, manumiſsionis, liberti ciuitate Romana fruuntur.Quòd licet omnis manumitti poſsit, non tamen omnis dominus, manumittere poteſt.

¶NAM IS, QVI in fraudem[b] creditorum cōſilio etiam & re manumittit,nihil agit, quia lex ælia ſentia impedit libertatem. Item impubes manumittere non poteſt.Item furioſus,& prodigus,cui interdictum eſt bonis,manumittere non poteſt.Item debitor,ſeruum pignoratum, non rectè manumittit.Item vir dotale mancipium non æſtimatum acceptum manumittere non poteſt. Nec etiam vxor conſtante matrimonio.

¶MANVMITTITVR autem ſeruus in eccleſia, inter amicos Vindicta, teſtamento, [c] epiſtola,codicillis,alijſque quamplurimis modis.

¶SEQVITVR DE IVRE PERSONARVM, altera diuiſio.quidam enim ſui iuris ſunt, quidam alieno iuri ſubiecti ſunt. qui alieno iuri ſubiecti ſunt,alij ſunt in poteſtate dominorum, alij in poteſtate parentum.In poteſtate dominorum ſunt ſerui.Quæ quidem poteſtas quamuis gentium inuenta ſit,iure tamen ciuili temperatur.Olim enim iuregentium vitæ necisq; ſeruorum ius penes dominum conſtitutum erat, hodie verò iure ciuili,qui ſeruum ſuum ſine iuſta cauſa occiderit,non minus punitur, quàm qui alienum occiderit, etiam quodcunque per ſeruū acquiritur,domino acquiritur.In poteſtate[d] parentum ſunt liberi,quos ex iuſtis nuptijs procreamus,vel per arrogationē adoptamus. Liberorū autem alij ciuiles & naturales,alij naturales tantum,alij ciuiles tantum.Ciuiles & naturales ſunt quos ex iuſtis nuptijs procreamus.

¶NVPTIAE AVTEM, ſiue matrimonium, ſunt viri & mulieris coniunctio,indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. Iuſtas [e] autem nuptias,ciues Romani contrahunt inter ſe: maſculi autem puberes,fœminæ autem viri potentes,qui & ſuæ mentis & poteſtatis ſunt: nec vlla affinitate[f] vel cognatiōe[g] vel religiōe[h], aut alijs nuptijs[i] aut poteſtatu impediunt.[k] Serui enim, in iure ciuili,nullam perſonam habent ideo nuptias quæ iuris ciuilis ſunt non contrahunt. Si verò in parentum poteſtate ſint, neceſſe eſt parentes conſentire,in quorum poteſtate ſunt,niſi ſint furioſi.Separantur autem licita matrimonia,ſine pœna,ſi maritus vxori ſuæ miſceri non potuerit,ſi alter vel vterq; religioſam vitam elegerit,aut ab hoſtibus capti fuerint. Cum pœna autem ſeparantur,ſi alter contra imperatorem molitus fuerit,vel ſi alterius vitæ inſidiatus fuerit,vel in adulterio deprehenſus.Naturales tantum ſunt, vulgo concepti, qui ſpurij dicuntur,

¶De liberti.& eorū manumiſsione.

a ¶ In hoc erat differētia triplicis generis manumiſsiōis, quia ciues Romani & liberi erant,& alienandi inter viuos & teſtādi in morte liberā facultatē habebant.Latini verò inter viuos bona ſua poterant alienare. relinquere verò in morte niſi patrono nō poterant.Dedititijs verò nec inter viuos alienare,nec vlli in morte niſi patrono relinquere licebat.

¶Qui manumittere poſſunt.

b ¶ In fraudē creditorum conſilio & re manumittit, qui credens bona ſua creditoribus nō ſufficere, aīo fraudandi eos,ſeruos libertate donati & ex ipſa manumiſsione, defraudantur creditores.

¶Quibus modis manumiſ. p̃cedat.

¶De his qui ſui iuris, vel alieno iuri ſubiecti ſunt.

c ¶ Teſtamētum ep̄la codicillus ſunt vltimæ diſpoſitiones,q̃a cauſę mortis fuerit. vindicta vocabatur virga prętoris, cuius percuſsione vindicabātur homines in libertatem.

d ¶ In poteſtate parentū ſunt liberi ſolū mō, p̃ virilē ſanguinē aſcēdentiū, vt patris, aui, p̃aui,abaui, & aliorū. Liberorū autē appellatione oēs deſcēdentes cuiuſcunq; ſexus ſint, continentur.

¶ De nuptijs.

e ¶ Legitima cōiugia non ſunt quæ ſine cōſenſu vtriuſq; perſonę cōtrahunt:q̃m ſecūdū humanas & diuinas leges, cōſenſus in eo contractu non eſt, vbi ab vtraq; perſona nō intelligitur quod agit.

f ¶ Affinitate p̃hibemur vxorē ducere, veluti nurū, nouercā, & generaliter quęcūq; ſe alicui nr̄o cognato copulauerit, eā nobis in matrimonio copulare p̃hibemur affinitate.

g ¶ Cognatio,eſt om̄is per cōmunē ſanguinē p̃ximitas, q̃diu ſcitur aut ī memoria retinet.

h ¶ Religione p̃hibētur,ne ſubdiaco. preſbyter, epiſcop⁹ monachus, Iudæus,Pagan⁹, Chriſtianam orthodoxus hęreticam vxorem ducat.

Horum autem,alij iure ciuili prohibiti,alij verò non cogniti.prohibitorum, alij inceſti, alij alia macula infamiæ aſperſi.Inceſti ſunt qui contra fœdus[l] ſanguinis[m] fiunt alia macula infamiæ aſperſi,veluti hi,quorum mater non tranſacto anni[n] ſpatio, à morte prioris mariti, ſecundis nuptijs ſe inteſtauit,vel contra aliquā prædictarum rationum,matrimonium contraxerit.Qui autem huiuſmodi matrimonio ſe ſcientes copulauerint,ſiquidem ſine liberis ex libero matrimonio ſint,ſtatim dignitatibus amiſsis,bona eorum iuribus fiſci[A] deputentur, & ipſi exilio puniantur.quòd ſi viliores ſint perſonæ, etiam corporali quæſtioni ſubijciantur.Si autem legitimi liberi,ſint pœna patris,ſui iuris fiant:& paternas vel maternas facultates accipiant.ita tamen vt parentibus neceſſaria adminiſtrent.Iure autem ciuili non cogniti ſunt hi,quorum parentes, iuſtas inter ſe nuptias contraxiſſe potuerunt. Hi etiā ciuiles fieri poſſunt,ſi vel curiæ donent: vel poſt natiuitatem eorum,inter parentes aliquo tempore dotalia inſtrumenta conficiantur, vel ſuper his, preces imperatori porrigantur,& princeps ſuā interponat authoritatē.vel ſi in teſtamēto vt legitimos hæredes inſtituerit,vel ſi matrem eorū,vſq;quo die defunctus eſt in cōtubernio habuerit.Ciuiles tantum ſunt hij,quos adoptamus.

¶ADOPTIO[o] AVTEM, duobus modis fit, id eſt vel imperio magiſtratus,vel ex ſacro reſcripto,quæ etiam arrogatio dicitur.Imperio magiſtratus,ideſt iudicis authoritate,adoptamus eos, qui alienæ poteſtatis ſunt.Ex ſacro reſcripto,eos qui ſui iuris ſunt.Sed arrogati tranſeunt in poteſtatem patris adoptiui,omnimodo.Adoptati verò per magiſtratum,non aliter quàm ſi auus vel proauus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim caſu,quia tam ciuilia quàm naturalia iura concurrunt,ſoluitur quidem ius naturale parentis, & tranſit in poteſtatem adoptiui. Non autem permittitur cuiq; aliquem arrogare,niſi cautione [p] facta,permittat perſonæ publicæ,ideſt tabulario, ſe daturum quartam omnium bonorum ſuorum,ei quem adoptat, ſi viuus eum mancipauerit,& inſuper omnia bona ſua,reſtitutum iri.In vtraque verò adoptione,conſiderandum eſt,vt is qui adoptat, plena pubertate ideſt.xviij.annis præcedat.[q]Item fœminæ adoptare non poſſunt, niſi ad ſolatium amiſſorum liberorum.Item caſtrati,[r] nec non natura frigidi,[s] qui etiam generare nō poſſunt. Item qui tres habet filios in poteſtate quartum adoptare non poteſt.Adoptare autē poteſt quis tam loco filij,quàm loco nepotis.Cùm autem loco nepotis adoptat, neceſſe eſt filium conſentire, ne ei inuito ſuus hæres agnaſcatur.

¶COGNITIS AVTEM,qui & quibus modis liberi ſint in poteſtate,videndum eſt, quomodo ſoluantur à poteſtate.Soluitur autem ius patriæ poteſtatis, morte vtriuſq;, capitis diminutione, maxima & media & minima emancipatione, dignitate.Capitis autē diminutio,eſt prioris ſtatus commutatio.Huius autem ſpecies ſunt maxima & media & minima.Maxima capitis diminutio eſt,cùm quis libertatem amittit, & ciuitatem, quod euenit his,qui beſtijs ſubijciūtur,& in metallum perpetuò damnantur,vel qui in hoſtium poteſtatem

i ¶ Alijs nuptijs p̃hibemur vxorem ducere eam, quæ alteri copulata eſt. Itē quæ fiunt intra annum à morte mariti ſui numerādū, p̃pter permiſtionē ſanguinis, & p̃pter tēpus luctus, vxorem habere non poſſumus.

k ¶ Poteſtate p̃hibetur præſes, ne eiuſdem p̃uinciæ vxorē ducat.

l ¶ Sine patre. non enim intelligitur iure ciuili pater,quē iuſtæ nuptię nō demonſtrāt.

m ¶ Fœd⁹ ſanguīs eſt, vt cognatorū ſanguis non permiſceatur.

A ¶ *Fiſcus eſt Romana Reſpubl.*

n ¶ Seneca, annū fœminis ad lugendū conſtituerunt Maiores,vt tādiu lugerent, ſed ne diutius.

¶ De adoptionibus.

o ¶ Adoptio eſt ciuilis actus,quo quiuis liberorum nanciſcitur.

p ¶ Cautio dicit̄ promiſsio per ſcriptum.

q ¶ Quia adoptio,debet imitari naturam.

r ¶ Spadones verò adoptare poſſunt.

s ¶ Non debēt habere ciuiles, qui nō poſſunt habere naturales. Notandū, quòd ſi aliquis velit aliquē loco nepotis adoptare,neceſſe eſt quòd habeat filium in poteſtate, ex quo adoptet alioquin, neceſſe eſt, vt primitus filium adoptet, ſic in pronepote & abnepote,& cęteris.

¶Quomodo ius patriæ poteſtatis ſoluatur.

poteſtatem deueniunt.ſed ij,ſi reuerſi fuerint,recipiunt priſtinum ſtatum,propter ius poſtliminij. Media capitis diminutio eſt,cùm quis libertate retenta, ciuitatem amittit,quod euenit, his quibus aqua & ignis interdicitur,vel qui in inſulis relegãtur.Minima capitis diminutio eſt, cùm quis libertate,& ciuitate retenta,familiã tantùm commutat. [a] Hac autem capitis diminutione, ita demum ius patriæ poteſtatis ſoluitur, ſi is qui habetur in poteſtate, minuatur capite.

a ¶Qui ſui iuris ſit, alieni efficitur vel econtra.

¶De emãcipationibus.

¶EMANCIPATIO, eſt ciuilis actus, quo quis patria poteſtate per magiſtratum eximitur. Emancipatio quidem olim fiebat per æs & libram, adhibitis ciuibus Romanis puberibus, & eo qui dicebatur libripens,quaſi imaginaria venditio.Hodie verò competenti magiſtratu adito, & emancipantis voluntate patefacta,& authoritate magiſtratus adhibita, ſcriptura ſuper his ſubſequuta,emancipatio ritè procedit.Dignitate verò ſoluitur ius patriæ poteſtatis, ſi fortè is qui in poteſtate eſt epiſcopatum vel ſummam patriciatus dignitatẽ, nactus fuerit,ideſt ſi eum Imperator ſibi in patrem elegerit, vel ſi conſul, præfectus magiſter militum factus fuerit.Dominorum autem poteſtas,ſoluitur,manumiſsione. Item ſi dominus ſeruum ægrotum contempſerit,& neceſſaria non præſtiterit, ſi eo neſciente & ſi contradicente, clericus aut monachus factus fuerit,ius poteſtatis ſoluitur.vel ſi eo ſciente & non contradicente,ancilla pro libera, libero homini ignoranti ſe in matrimonium copulauerit.Qui autem ſui iuris ſunt,alij ſunt in tutela, vel curatione, alij neutro iure tenentur.

¶De tutelis.

¶TVTELA AVTEM EST, (vt Seruiꝰ diffiniuit)ius ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui ſe propter ætatem defendere nequit.Tutores autem ſunt,qui eam vim ac poteſtatem habent.vnde tutores dicti ſunt quaſi tuitores.Tutorum autem, alij ſunt teſtamentarij, alij legitimi,alij datiui. Teſtamentarij ſunt qui teſtamento parentum dantur.dare autem poteſt teſtamento tutores, parens ſuis impuberibus,quos in poteſtate habet.& ij primò veniunt ad tutelam.his verò deficientibus,vocantur legitimi.Legitimi verò ſunt,qui ex lege deſcendunt. Hi autem,ſecundum antiquum ius parens,patronus agnati, [b] hodie verò cognati. Nam ad quos pertinet emolumentum ſucceſsionis, eis incumbit onus tutelæ.Datiui ſunt, qui à Iudicibus dãtur,deficiẽtibus teſtamẽtarijs,& legitimis.

b ¶Agnati ſunt cognati per cognationẽ virilis ſexus cõiuncti.

¶Quomodo tutores dentur.

¶OSTENSO QVI DARE POSSVNT, videndum eſt,qui dari poſsint. Dari autem poteſt tutor,tã paterfamilias quàm filiusfamilias. [c] Minor.xxv.annis,dari non poteſt.Item nec miles,nec clericus,nec monachus,nec mulier,(niſi liberorum ſuorum) nec furioſus,aut prodigus, rectè tutores [d] dantur. Creantur verò tutores, ex inquiſitione,& ſatiſdatione. Inquiritur enim, vtrum ſint locupletes,& diligentes. Teſtamentarij autem non inquiruntur. Satiſdatione tamen hi qui legitimi & datiui onerantur, idem coguntur promittere,& idoneos fideiuſſores dare, rem pupilli ſaluam fore. [e] Sine ſatiſdatione tamẽ nemo idoneꝰ tutor eſt.Datiui aũt tutores, periculo dãno tutelę diſtringunt,niſi ſe excuſent.

c ¶Quantum ad publica munera, filijfamilias pro patribus,familias habentur.

d ¶Nec magiſtratus, quia publicis negotijs nõ priuatis vacare debent.

e ¶Qđ ſi perit aliqđ de rebꝰ quę ſunt in eiꝰ tutela dolo vel negligentia tutoris, tutorẽ emendare oportet.

¶De excuſatione tutorum.

¶EXCVSANTVR AVTEM TVTORES varijs ex cauſis.Si enim Romæ quis tres liberos in poteſtate habebat, vel in Italia quatuor,vel in prouincijs quinque:à tutela excuſatur. Item qui capitales inimicitias cum patre pupilli habuit. Quiſq; huiuſmodi morbo fatigatur,vt non ſuis rebus intereſſe poſsit, quive cauſa reip.abfuturus eſt.quive habet onera tutelæ (non affectatæ)excuſare ſe poſſunt.Sunt & alię multæ cauſæ excuſationum, quas in libris Digeſtorum & Inſtitutionum, facilè eſt cognoſcere.

¶Intra quod tempus ſe quis excuſare debeat.

¶OPORTET AVTEM, eos qui ſe excuſare volũt intra quinquaginta dies,ſi præſentes ſunt. ſi verò abſentes,habita æſtimatione.xx. milium diurnorum, & inſuper dierum.xxx. cauſa ſuæ excuſationis ante competentem Iudicẽ allegare.

¶De ſuſpectis.

¶NON SOLVM AVTEM tutores volentes,excuſantur,ſed & inuiti quãdoq;, vt ſuſpecti remouentur,qui ex fide non adminiſtrant. Alioquin ſi ex fide adminiſtrẽt (licet ſoluẽdo nõ ſint) nõ remouenť vt ſuſpecti,ſed curator eis adiũgiť.

¶De reddenda ratione tutelæ.

¶QVI AVTEM NON EXCVSANTVR, ſiue gerant ſiue non de reddenda ratione finita pupillari ætate,iudicio tutelæ(pupillis adultis factis)tenentur.Sed ſi quidem vnius pupilli, plures tutores ſint,ſi quidem diuiſam regionibus habẽt adminiſtrationem,pro ea parte tantum tenentur.Si verò pro indiuiſo adminiſtrant, in ſolidum vnuquiſq; tenetur.Hæc autem omnia quæ dicta ſunt de tutoribus,de curatoribus intelligantur,in his ſolùm habita differentia, quòd tutor non rei,ſed perſonæ datur: curator nõ perſonæ ſed rei.Item tutor,ad certum tempus,& ex certo tempore nõ datur.Curator verò & ad certũ tempus,& ex certo tempore,& ad certam rem, rectè datur.Item tutor, pupillis tantum datur, curator verò & pupillis & adultis, & in omni ætate dari poteſt Et tutor quidem iudicio tutelæ rationem reddit.Curator verò iudicio negotiorum geſtorum tenetur.

SECVNDA PARS, SIVE LIBER SECVNDVS.

De rebus diuini iuris & humani.

SVperiore libro,de iure perſonarum actum eſt: nũc autem videamus, de rebus quæ in noſtro patrimonio habentur.Rerum enim aliæ ſunt diuini iuris. Aliæ verò humani iuris ſunt.Diuini iuris,ſunt res, ſacræ,religioſæ & ſanctæ.Sacrum eſt, quod ritè Deo, & per pontificem dedicatum eſt. Alioquin ſi quis ſua authoritate velit ſacrum conſtituere,non eſt ſacrum,ſed profanum:vt ſunt templa & donaria,ad perpetuum vſum diuini cultus deſtinata. Ea verò quæ ad vſum inibi deſeruientium deſtinantur,veluti prædia,& domus,licet ſacra non ſint,tamen veluti ſacra ſi immobilia ſint,vel mãcipia ruſtica,vel ciuilis annona,alienari prohibẽtur.vel hypothecæ ſeu pignoris titulo, obligari, niſi cauſa redemptionis captiuorum, vel iure

emphytheſeos, vel iure permutationis habitæ vel inter eccleſiam & eccleſiam, vel inter eccleſiam & photium vel alias venerabiles domos, vel inter eccleſiam & alias venerabiles[a] domos, & principem. Sanctum eſt, quod ſanctione quadam ſubnixum eſt, veluti muri & portæ ciuitatum, vnde & capite puniuntur, qui ea ſine magiſtratus competentis permiſsione, dolo[A] malo corruperint. Religioſum autem locũ vnuſquiſq; ſua voluntate facit, dum in eum locum infert mortuum, in quo ius inferendi habet. licet autem religioſus locus diuini iuris ſit, ius tamen inferendi, humani iuris eſt, quod & ad hæredem tranſmitti poteſt, & inter viuos alienari non poteſt, niſi ſit tantum familiæ. tunc enim extra familiam alienari non poteſt. Res autem humani iuris, aliæ ſunt publicæ. aliæ vniuerſitatis, aliæ ſingulorum. aliæ nullius in bonis. Publicæ, vt mare, flumina, litora maris, vſus quoque riparum publicus eſt. Itaque per ea nauigare, naues arboribus ibi natis ligare, retia ſiccare, piſces capere. & cætera facere, quæ communi vſui impedimento non ſint, cuilibet liberum eſt. Proprietas autem riparum, eorum eſt, qui prope ripam, prædia poſsident, vniuerſitatis[b] ſunt, & non ſingulorum, vt forum, theatra, ſtadia: & cætera quæ publico vſui ciuitatis deſtinata ſunt. Nullius in bonis ſunt, vt beſtiæ, volucres, piſces, quæ in naturali libertate retenta à nullo poſſeſſa ſunt. Eiuſdem etiam iuris ſunt, res hæreditariæ ante quàm aliquis exiſtat hæres ex teſtamento vel abinteſtato. Sed tamen quia hæreditas vicem perſonæ ſuſtinet[c], cuilibet occupanti non cõceduntur. Itẽ res habita pro derelicto, nullius in bonis eſſe creditur. Singulorũ autem res ſunt quæ in vniuſcuiuſq; patrimonio ſunt, quę acqrũtur, cuiq;, aut ſpeciali iure, aut ꝑ vniuerſitatẽ.

a ¶ Alias venerabiles domos .i. xenodochiũ, orphano trophiũ, brephotrophiũ, Gerontochomiũ, naſochomiũ, theochiũ, ſeu catatrophium. locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi paſcuntur. xenodochiũ, in quo peregrini, ſtaſochomiũ, in quo ægri curantur. Orphanotropium, in quo deſtituti à parentibus. Gerontochomium, in quo ſenes. bephotrophium vbi infames.

A ¶ Dolo *malo .i. uolũtariè, cum nullam iuſtam cauſam corrumpẽdi habuerit.*

b ¶ Quia licet omnes poſsint dicere noſtrũ eſt, nullus tamẽ poteſt dicere meum eſt.

c ¶ Quia ſicut hæredis eſſet ita qcquid acquiritur per ſeruos vel alio modo hæreditati acquiritur.

¶ De acquirendo rerum dominio.

¶ SPECIALI ENIM IVRE, dominia rerum quæruntur iure naturali, aut iure ciuili. Iure naturali quæruntur dominia rerum, ſex modis: occupatione, inuentione, ſpecificatione, contributione, acceſsione, traditione.

¶ De occupatiõe.

¶ OCCVPATIONE QVAERVNTVR, quæ nullius in bonis ſunt. Quod enim nullius in bonis eſt, occupanti conceditur. Nullius in bonis ſunt, vt piſces, volucres, beſtiæ quæ feræ natura ſunt Feræ autem natura videntur eſſe illa animalia, quæ à nullo coercita libertate proprij arbitrij, quo volunt ſe feruntur: vt leones, apri, cerui, vrſi, & huiuſmodi ſimilia. Nec intereſt, vtrum quis hæc in ſuo fundo capiat, an in alieno. Planè ſi videris aliquem ingredientem in fundum tuũ, venandi aut aucupandi gratia, potes eum prohibere ne ingrediatur. qui ſi contra prohibitum, ingreſſus fuerit, iniuriarum tibi tenebitur. Hæc autem ita capta, eo vſque noſtra eſſe intelliguntur, quouſque noſtra cuſtodia coercentur. Alioquin ſi noſtram cuſtodiam euaſerint, & in naturalem libertatem ſe receperint, noſtra eſſe deſinunt, & rurſus occupãtis fiunt. Inſula quæ in mari nata eſt, quod rarò accidit occupantis fit, Nullius enim in bonis eſſe creditur. At in flumine nata, quod ſæpè accidit, ſi quidem mediam partem fluminis tenet, eorum eſt qui prope ripam prædia vtriuſq; poſsidẽt, pro modo latitudinis cuiuſq;, quæ latitudo prope ripam eſt, Si verò alteri proximior eſt, eius eſt, cuius & ager cui proxima eſt. Theſaurus quoq; quos quis in ſuo loco inuenerit diuus Adrianus naturalem æquitatẽ ſecutus, ei conceſsit qui inuenerit. Sed ſi qs in alieno ſolo, inuenerit, ſi qdẽ fortuitò inuenerit ſuos eſſe. Sin verò ad hoc, data opera dimidiũ domino ſoli, dimidium inuentori cõceſsit. Id eſt, ſi quis in matrimoniali vel fiſcali loco inuenerit.

¶ De ſpecificatione.

¶ SPECIFICATIONE NOBIS, res acquiruntur, veluti ſi ex alienis vuis vinum, vel ſi ex alieno vino & melle, mulſum: vel ex alieno argento ciphum fecerimus. In huiuſmodi enim omnibus, talis regula comprobata eſt, vt ſi quidem ea res reduci poteſt ad priorem maſſam, is ſit dominus ſpeciei, cuius fuit & maſſa. Sin verò minimè poſsit reduci, is erit dominus, qui ſpecificauit, ipſe tenebitur domino materiei, condictione, vel furti actione, ſi duorum dominorum materiæ, permiſtæ ſunt. ſi quidẽ volũtate dñorũ, cõmunes erũt. Si verò fortuito caſu, ſi quidẽ ſeparari poſſunt, eiuſdẽ manẽt cuius & ante quodq; eorũ fuerit. ſi verò ſeparari non poſſunt, cões ſunt.

¶ De acceſsione.

¶ ACCESSIONE NOBIS, dominia rerum acquiruntur, veluti ea quæ per alluuionem adijciuntur. Eſt autem alluuio, incrementum latens. Per alluuionem enim, id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non poſsit, quid quoquo momento temporis, adijciatur. Itaque ſi alieno agro, flumen partem aliquam detraxerit, & agro meo adiecerit, meum erit. Item ſi quis in ſolo meo ædificauerit, acceſsionis loco mihi quęritur. Nec enim naturalis ratio permittit, vt alterius ſit ædificium, quàm cuius & ſolum. Sed ſi quidem bonæ fidei[B] ſit poſſeſſor, qui ædificauerit, neceſſarios & vtiles ſumptus, dominus ei reſtituere[d] cõpelletur. voluptarios verò ſine læſione prioris ſtatus ei tollere permittitur, niſi & hoc caſu, dominus ei æſtimationem[c] offerat ſublatorum. Malęfidei autem poſſeſſor, neceſſarios tantum & vtilium æſtimationem (inquantum res melior facta eſt) reſtituere cogitur. Item ſi quis in ſolo alieno plantam poſuerit, ex quo ſolo radices coaleſcunt, erit cuius & ſolum. Qua autem ratione plantæ ſolo cedunt, eadem ratione, ſata ſolo cedere intelliguntur, Item ſi in membrana mea vel quarta, Titius carmen & hiſtoriam ſcripſerit, acceſsionis iure mihi cedit. At verò in tabula[e] picta contra eſt. Ridiculum eſt enim, picturam Apellis vel Parrhaſij, in acceſsione viliſsimæ tabulæ cedere. Item ſi quis purpuram alienam, ſuo veſtimento adiecerit, vel cipho anſam, vel ſtatuæ brachium, acceſsionis iure ſibi cedit. Quicquid enim alicui adijcitur[f] vt pars vel emblema, toti cedit.

B ¶ *Putans ſuam eſſe rem quam poßidet.*

d ¶ Sine quibus conſiſtere poſſet ſed facti magnam rei vtilitatẽ cõferunt. vt ſi ſerui inſtuantur artibus.

c ¶ *Quantum ualerent poſtquã eſſent ſublati.*

e ¶ Qđ tabula picturę, non pictura tabulæ cedit.

f ¶ Vt cohereat & vnũ fiat.

¶ De traditiõe & poſſeſsione acquirenda, retinenda, amittenda.

¶ PER TRADITIONEM NOBIS, iure naturali, dominia rerum acquirũtur, cùm in alterius rei poſſeſsionẽ inducti ſumus. Poſſeſsio verò, eſt corporalis rei detẽtio. Poſſeſsio autem animo & corpore nobis acquiritur, ſolo animo retinetur, ſoloq; animo amittitur. Traditio verò eſt corporalis rei tranſlatio. Incorporalis enim rei non eſt traditio, ſed quaſi traditio, ideſt cõceſsio. Nihil enim tam conueniens humanæ æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. Igitur ſi aliquo titulo[g] præcedente à domino, aut ab alio, domini volun-

g ¶ I. cauſa ex qua dominium transfertur.

ni voluntate res nobis tradatur: eius dominiũ rei nobis quæritur. Iuſti autẽ tituli ſunt, vt emptio, venditio, pro ſolutio: iudicati tutelæ. & cętera huiuſmodi, quibus rerum dominia transferuntur.

Quibus modis ciuili iure dominia rerum nobis quærantur.

CIVILI IVRE, dominia rerum quærũtur, vſucapione, ſeu temporis longi præſcriptione. Vſucapio autẽ eſt, ciuilis acquiſitio, per continuationem[a] poſſeſsionis, temporis lege diffiniti. Si quis enim rem mobilem per continuum trienniũ, ſine aliqua legali interpellatiõe poſſederit bona fide, & iuſto titulo, vſucapione, dñs rei efficit.

Quæ res vſucapi non poſſunt.

RES AVTEM MINORVM,[b] vſucapi nõ poſſunt. Item quæ diuini iuris ſunt, vſucapi non poſſunt. Item nec res furtiuæ vel nec poſſeſſæ, vſucapi poſſunt, quia lex Attilia inhibet vſucapionem niſi vitium purgetur. Vitium aũt purgatur, cùm in poteſtatem domini reuertuntur. Item nec res[A] litigioſa[c] aut liber homo vſucapi poteſt. Longi temporis præſcriptio eiuſdem diffinitionis eſt, cuius & vſucapio.[d] Tempus diffinitum in longi temporis præſcriptione, eſt decennium vel vicennium. Si quis enim rem mobilem aliquam, vel immobilem ſeu ſe mouentem decennio inter præſentes, vicennio verò inter abſentes bona fide poſſederit, ſciente domino, cùm is qui alienauit malęfidei poſſeſſor fuit, ſuam facit. Quibus autem de cauſis, vel prohibẽtur vſucapi, eiſdem etiam prohibẽtur præſcribi.

De præſcriptione .xxx. annorum.

EST AVTEM ET ALIA,[B] longi temporis præſcriptio, quæ quidem poſsidentem dominum non facit. verùm contra petentem, exceptione poſſeſſorem tuetur. Si quis enim rem alienam bona fide, ſeu ſciens alienam titulo vel ſine titulo per iuge tricennium, ſine aliqua legali interpellatione pro ſua[e] poſſederit, aduerſus petentem quẽlibet (niſi ſit venerabilis[f] domus, vel fiſcus) iuſta ſe præſcriptione defendet. Hæ enim perſonæ, non niſi .xl. annorum præſcriptione remouentur. Si autem huiuſmodi poſſeſſor, poſt emenſum præfatum tempus, ſiue vi à poſſeſsione exciderit, ſi quidem bona fide poſſedit, & contra poſsidentem actionem ad eam petendã habebit. Mala fide verò poſsidenti, nulla actio prodita eſt niſi vi de poſſeſsione ſit expulſus. Tunc enim interdicto vnde vi, intra annum vtilem[g], & ex ſacris conſtitutionibus perpetuo agere poterit: quibus cõſtitutionibus cauetur, vt ſi quis rem alicui poſsidenti, per vim abſtulerit, ſi quidem ipſius auferentis erat, dominio eius cadat. Sinverò alienam, & poſt reſtitutionem rei eius vim paſſo, præſtet æſtimationem. Vi autem videtur auferre, qui non per Iudicem repoſcit. Eſt autem vis, neceſsitas impoſita, contrariæ voluntati. vis eſt maior rei impetus, qui repelli non poteſt. ſecundùm Paulum. In connumerandis autem temporibus, etiam auctorum tempora, ſucceſſoribus, proſunt. aduerſus autem triennalem præſcriptionem, ipſo iure minores non iuuantur, ſed per reſtitutionem in integrum[h] ſicut & in omnibus alijs cauſis[C], in quibus ſe aliqua ratione læſos monſtrari poſſunt. & ſi à tutoribus, vel curatoribus damnum ſarcirę poſsint poſt. xxv. annorum curricula, vel poſt impetrationem[i] ætatis iuſta iuge quadriennium eis ſuccuritur, niſi dolo ſuo lapſi ſint, vel contra matrimonium vel iuſiurandum reſtitui poſtulent. Per auxilium & in integrum reſtitutionis certis ex cauſis, & maioribus ſuccurritur, tàm aduerſus præſcriptiones, quàm etiam cætera iura. Certæ autem cauſæ ſunt. veluti ſi quis cauſa reip. abſit, vel in hoſtium poteſtate ſit: vel ſi copiam magiſtratus non habeat, aut neceſſaria peregrinatione detineatur & alię huiuſmodi quas facilè eſt intelligere, ex digeſtorum libris, titulo, quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur. Succurritur etiam maioribus per iuſtam ignorantiam. Ignorantia autem alia eſt facti, alia iuris. Facti autem ignorantia omni generaliter ſuccurritur, tam in lucro, quàm in damno niſi ſit ſupina ignorantia, veluti cùm vnus ignorat, quod omnes faciunt in ciuitate. Factum enim, quiſque ignorare poteſt. Iuris verò ignorantia non omnibus ſubuenit, ſed certis duntaxat perſonis, veluti militibus & præcisè. Item mulieribus & ruſticis, in certis caſibus, & hæc vera ſunt, cùm de lucro captando quæritur. Si verò de damno agatur, iuris ignorantia omnibus ſubuenitur, niſi ſolutum ſit ex cauſa iudicati, vel tranſactionis. vel ex qua, lis creſcit in inficiando. vel naturale ſit debitum, quod ſolutum eſt. Idcirco iuris ignorantia non omnibus in lucro & damno ſubuenitur ſicut ſubuenitur per ignorantiam facti. quia ius certum & præfinitum eſt, & ab omnibus ſciri debet. Ait enim ius. Leges ſacratiſsimæ quæ cõſtringunt hominũ vitam, ab omnibus ſciri debent. Factũ verò, nulla ſub ſciẽtia capi põt.

De donationib⁹.

EST AVTEM ET ALIVD GENVS ciuilis[k] acquiſitionis, quod dicitur donatio. Donationum autem, alia inter viuos, alia mortis cauſa. Inter viuos, alia ſimplex, alia propter nuptias. Simplex donatio eſt, quæ ex ſola liberalitate procedit. Propter nuptias donatio eſt, quæ cauſa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias donationum, alia dos, alia tantum propter nuptias donatio. Dos eſt quæ à parte ſponſæ, ſponſo, vel parti ſponſi, cauſa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias tantum donatio eſt, quæ etiam ante nuptias dicitur, quæ ſponſæ eadem de cauſa à ſponſo datur. Huiuſmodi autem donationes, ideſt dos, & propter nuptias donatio, etiam conſtante matrimonio fieri vel augeri poſſunt. cùm cæteræ donationes inter viuos, non ſolùm inter viros & vxores, ſed inter eas perſonas quæ poteſtate[l] iunguntur ſint prohibitæ: niſi ſit quid cauſa cotidiani vſus, inter ſe donent. Harum autem donationum, parem eſſe[m] quantitatem pactaque & de recentione pari modo componi, & augmẽta[n] pari modo debere fieri, noua Iuſtiniani conſtitutio iubet. Mortis cauſa donatio eſt,[o] quæ fit propter ſuſpicionem mortis. Huiuſmodi ſpecies, duæ ſunt. aut enim ita quis donat, vt ſtatim velit eum habere, cui donat, nec etiam morte non ſecuta, reuocari. vel ita donat, vt mallet ſe habere; quàm eum qui donat, vel quàm hæredem ſuum. & prior quidem donatio, ſimplicibus donationibus connumeratur. Hæc verò vim obtinet legatorum, ideſt morte confirmatur. In donationibus ergo inter viuos, & quantitatem cõ-

a Quia ſi temp⁹ interrumpitur, vſucapi non poteſt.

b Cũ minor abſolutè dicitur vtrũ. xv. anno. intelligitur.

A *Rem in litigio poſitam nemini licet dare uel accipere.*

c Quæ ducta in litigiũ eſt, & ſententia diffinitiua terminata nõ eſt.

d Item differẽtia q̃ in vſucapione tantum mobilis continetur.

B *Item differẽtia. quia hic nõ requiritur titulus.*

e Quòd ſi alij poſſedit vt creditor colon⁹, nõ præſcriptione tuetur ſe.

f l. venerabiles dom⁹ vel fiſcus, perſonæ dicũtur. quia vicẽ perſonæ in acquiſitionibus, tenent. ſicut de hæredita te dictum eſt. Siue vi. veluti eſt. poſſeſsionem abſentis aliquis aggreſſus eſt.

g Vtilis annus dicitur, intra quem copia agendi eſt. alioquin ſi intra annum ex quo vi deiectus eſt, agere non potuit: fortè quia magiſtratũ nõ habuit & in alium annũ agendi poteſtas dabit: & ita vſq; xxx. annos, quandoque annus vtilis poterit ꝓlongari.

h Reſtitutio in integrũ eſt ius quo ſententia prætoris, certis ex cauſis per ius ciuile reſcinditur.

C *Per æquitatem. quia minor eſt quicquid iure ſtricto amiſit, ei reſtituitur, ueluti in emptione.*

i Si minores adeò præditi ſint honeſtate morũ & ſciẽtia, vt idonei ad adminiſtrationẽ ſuarum rerum ſint ꝑmittitur maribus poſt xx. annos. fœminis verò poſt. xviij. preces imperatori porrigere & ſuarum rerum adminiſtrationẽ impetrare, vt idẽ illud quod deeſt eis ex natura, mereantur ex induſtria per impetrationem.

k Idcirco hic genus inter cæteras iuris acq̃ſitiones non ponitur, quia à poſteris principibus, quantum ad pati infirmitatem introductum eſt.

l Poteſtate iungitur nobis tam is in cui⁹ poteſtate ſumus quàm q̃ in mea ꝑtãte eſt. vel qui mecum in eiuſdem poteſtate eſt.

m Parẽ eſſe quãtitatẽ. i. quantum ſpõſa donaret ſpõſo, tãtũ ab eo accipiat nõ vult. Soluto matrimonio tãtũ debet recipere vxor, ex donatiõe ꝑꝑ nuptias, quantum vir ex dote.

n Et augmenta ſi q̃d pariter inter ſe, cũ matrimoniũ contraherẽt dedere pręter q̃d donatiões augere pati mihi, i. vt tantum augeat vir propter donationes nuptias quantũ mulier auget dotem.

o Ideo autẽ hui⁹ donationes inter virũ & vxorẽ prohibentur, ne propter nimium amorẽ, cautior, minus cauſam ſuis priuet facultatibus.

ſiderare oportet, quæ ſi maior fuerit quingentorum ſolidorum, geſtis intimari oportet: excepta donatione habita in venerabiles domos. vel habita in Imperatorem, vel ab Imperatore.

¶ Quibus modis reuocantur donationes.

¶ REVOCANTVR AVTEM DONATIONES, ob ingratitudinem. Ingratitudinis cauſæ ſunt hæ. Si impias manus contra donatorem mouerit, vel ſi magnum & intolerabile damnum ei iniecerit, vel ſi contumelias ei atroces fecerit. His enim interuenientibus, non ſolùm aliæ donationes, ſed etiam libertas reuocatur. Reuocantur etiam donationes, ſi ſub conditione, [a] vel propter cauſam datæ ſint & conditio, vel cauſa non ſit ſecuta. Pacto autem donatiõis interpoſito, donator conditione ex lege, ad rem tradendam tenetur.

a ¶ Veluti ſi ita datũ ſit, ſi Rex venerit in Italiam, vel ꝑpter cauſam.i. ſi ita datũ eſt, vt aliqd fiat vel non fiat.

De rebus corporalibus vel incorporalibus.

¶ PRAETEREA [b] SCIENDVM QVIDEM, quòd quædam res ſunt corporales quædã incorporales. Corporales ſunt, quæ tangi poſſunt. vt fundus homo, veſtis. Incorporales, ſunt que tangi nõ poſſunt, veluti ea quæ in iure conſiſtunt. ſicut ſeruitutes rerum, vel perſonarum. Itẽ hæreditas vel obligationes. Nec nos mouere debet, quòd in his ſunt corporales res. Nam ipſum ius ſeruitutis: veluti ius vtendi fruendi, & hæreditatis, & obligationis, incorporale eſt.

b ¶ I præter illam diuiſionem. Res aliæ diuini iuris, alias humani iuris.

¶ De ſeruitutibus prædiorum vrbanorum aut ruſticorum.

¶ SERVITVTES AVTEM RERVM, ſunt ſeruitutes vrbanorum prædiorum. vel ruſticorum. Ideo autem ſeruitutes rerum dicuntur, quia nemo poteſt eas habere, niſi qui habet prædium. Prædiorum autem vrbanorum, [c] ſunt ſeruitutes, veluti hæ ius proſpiciendi, vel non proſpiciendi ius alterius ædificandi, vel non ædificandi, ius etiam tignum immittendi. ſtillicidium vel cloacas in ſuo recipiendi. Prædiorum ruſticorum iura, veluti hæc iter, actus, via, aquæductus, pecoris ad aquas apulſus. Iter eſt ius eundi. actus ius eundi agendive. via eſt ius eundi, agendi, ducendive. Igitur qui actum habet, & iter habet. qui verò viam habet, & iter & actum non conuertitur. Quòd viæ quidem latitudinis octo pedum indirecto. & .xvj. in anfractum ſpatium eſſe oportet. Itineris verò vel actus ſpatium, non diffinitur. Conſtituuntur autem ſeruitutes, teſtamento, pactionibus. Acquiruntur etiam longi temporis præſcriptione.

c ¶ Vrbana prædia dicuntur, quæ ædificata ſunt, & ſi ſint in villis. Ruſtica quæ nullũ ædificium habent, & ſi ſint in ciuitate.

¶ De vſu & vſufructu & habitatione.

¶ PERSONARVM SERVITVTES, ſunt hæ vſus, vſusfructus habitatio. vſus autem eſt ius vtendi. vſusfructus, ius vtendi fruendi re aliena, ſalua rerum ſubſtantia. Habitatio eſt ius alienis ædibus inhabitandi. Differunt autem vſus & vſusfructus, quia in vſufructu, vſus continetur. in vſu verò vſusfructus non vtique. Qui enim in aliqua re, vſumfructum habet, capiendo fructus omnes ſuos facit, quos etiam licet ei vendere, donare, & quomodo voluerit, tractare. Qui verò vſum tantum habet, fructibus ad ſuum vſum & familiæ ſuæ vti poteſt. vendere autem eos, vel donare vti non poteſt. Item qui ædium vſum vel habitationem habet, ipſe tantum cum familia ſua, habitare poteſt. alijs autem locare vel commodare non licet. Qui verò vſumfructum habet, hæc omnia facere poteſt, & alium vſumfructuarium conſtituere poteſt. vti omnes ij debent. ſicut bonus paterfamilias. vnde ſi quis gregis vſumfructum habet, in loco capitum de mortuorum, ex fœtibus alia ſubmittere [d] debet.

d ¶ Quia non cõſtringuntur vt de ſuo acqrant, & ſubmittant.

¶ Quibus modis ſeruitutes perſonarum tollantur.

¶ HVIVSMODI AVTEM, perſonarum ſeruitutes, tam morte vſufructuarij, quàm etiam duabus capitis diminutionibus, maxima ſcilicet, & media finiri ſolent. Item pacto. item dominio rei acquiſito, tollitur [e] vſusfructus. hæc autem iura quæ perſonarum ſunt, ad hæredem non tranſmittuntur.

e ¶ Tollitur vſusfructus. qa vſusfruct⁹ eſt in iure aliena. tollitur autem ab vſufructuaaio.

¶ Quia oſtenſum eſt quæ res & quomodo nobis quærãtur: videndum eſt per quas perſonas nobis quærantur.

¶ HOC ETIAM LOCO, admonendi ſumus, acquiri nobis, non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus. Et quidem quod per ſeruos noſtros acquiritur, ſine vlla diſtinctione, nobis acquiritur. Per liberos noſtros, quos in poteſtate habemus, conſtat nobis aquiri. ſi quidem ex re noſtra, vel ex operibus noſtris acquirant, Milites tantum filijfamilias, & aduocati, & clerici, & qui publica adminiſtratione funguntur, & generaliter qui caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium [f] meruerunt, quicquid ex ſuis profeſsionibus quærunt ſibi quærunt. In his enim, donandi teſtandi, aut quomodo voluerint alienandi, libera facultate conceſſa. Si verò aliunde, filijs familias quæritur, præter ea quæ ſunt caſtrenſis peculij vel quaſi caſtrenſis peculij, ſi quidem ex re patris, vel ex operibus ſuis, quærunt parentibus, quantum ad proprietatem & ad vſumfructum acquirunt. Si verò aliunde, vſusfructus ſolùm quæritur parentibus, niſi in ea conditione eis aliquid datum vel relictum fuerit: vt nihil iuris in eo pater habeat. Item quod ſeruus vſufructuarius, aut ſeruus alienus & liber homo bona fide poſſeſſus quærunt ex re mea, vel ex operibus ſuis, mihi quærunt. Item vtilitatis cauſa, per procurationem, poſſeſsionem queri poſſe receptũ eſt.

f ¶ Peculiũ, eſt patrimonium perſonæ in poteſtate conſtitutæ.

¶ De acquiſitionibus per vniuerſitatem.

¶ PER VNIVERSITATEM QVOQVE, res nobis acquiruntur, quatuor modis, hæreditate, bonorum poſſeſsione, arrogatione, adiectione. Eſt autem hæreditas, ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. Hæreditatum autẽ alia ex teſtamento alia ab inteſtato.

¶ De teſtamentis.

¶ TESTAMENTVM VERO EST, vltimũ elogium, quo directo [A] relinquitur hæreditas.[g] Eius genera ſunt duo, alia in ſcriptis, alia ſine ſcriptis, quod & nuncupatio vocatur. In ſcriptis teſtamentum eſt, quod fit ſcriptura intercedente, qua etiam inſecuta, non valet. In hoc autẽ teſtamento condendo .vij. teſtes adhiberi debent ciues Romani, maſculi & puberes, & bonæ opinionis. nomenque etiam hæredis propria manu teſtatoris, vel publici tabellarij, exprimi oportet: omnium teſtium ſignaculis vno vel diuerſis anulis, ſignari neceſſe eſt. In teſtamento ſine ſcriptis. vij. teſtibus adhibitis, ſola voluntas teſtatoris tam de inſtitutione hæredis, quã de alijs capitulis, exigenda eſt. Hæc autem obſeruantia, non ſolùm militibus, ſed & ruſticis remiſſa eſt. Quocunq; enim modo voluntas eorũ pateat legitimũ ſorcietur effectũ.

A ¶ *Directò ideſt nulla perſona media interueniente, ueluti cùm ita dicit* Pãdulfus *hæres eſto.*

g ¶ Eulogium eſt diſpoſitio, vltimũ dicitur, quia cauſa mortis ſit, quocunque tempore fiat.

¶ Qui teſtamentũ facere nõ poſſunt.

¶ TESTAMENTVM QVIDEM FACERE, nec impuberes vel furioſus aut prodigus cui

cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, poſſunt. Item mutus, & ſurdus, & cæcus, & qui morbo perpetuo laborat, non (niſi comprehenſo conſtitutionis modo) teſtari poſſunt. Item epiſcopi, & cuiuſlibet venerabilis domus adminſtrator de rebus poſt conſecrationis diem acquiſitis, niſi iure cognationis, vſque ad quartum gradum, teſtari non poſſunt.

¶ Qui hæredes inſtitui poſsint vel non poſint.

¶ QVI AVTEM TESTATVR, hæredem inſtituere oportet. Hæredes verò inſtituere poſſumus, tam liberos homines, quàm ſeruos, & tam proprios, quàm alienos. Sed ſi prius hæres inſtituatur, vel etiam aliquid ſibi legetur, etiam libertas, tacitè videtur relicta, niſi nominatim teſtator aliquid expreſſerit. In alieno verò ſeruo, hærede inſtituto, vel legato honorato, inquirendum eſt, vtrum ſciens an ignorans eſſe ſeruum, teſtator ei reliquerit, vt ſi quidem liberum ſciens, valeat relictum. ſi verò putans liberum, minimè valeat. Qui verò ex iniuſtis [a] nuptijs procreati ſunt, vel ex ea concubina, quæ vxor eſſe non potuit, nullo modo hæredes, vel legatarij parentibus fieri poſſunt. Qui autem ex ea matre nati ſunt, quæ legitimè vxor [b] eſſe potuit, ſi quidem legitimi liberi extent in vncia ſolummodo cum matre pro virili portione diuidenda inſtitui poſſunt. Sed ſi quidem mater eorum defuerit, nihilominus in vnciam admittuntur. Legitimis autem liberis non exiſtentibus, etiam totius aſsis capiendi ius habent, niſi & hoc caſu, parentes defuncto extent. Tunc enim parentibus legitima portione derelicta, reliqui ius capiendi habent. Non ſolùm autem in teſtamento vnus inſtitui hæres poteſt, ſed etiam plures.

a ¶ Iniuſtæ nuptiæ ſunt, quæ contra præcepta nuptijs ſuperius attributa, contrahūtur.

b ¶ Veluti nec cognata, nec alio modo indicta.

¶ De diuiſione hæreditatis.

¶ DIVIDITVR AVTEM HAEREDITAS, plerumque, in.xij. vncias, quæ aſsis appellatione continetur. habent autem hæ partes, propria vocabula, ab vncia, vſque ad aſſem: vt puta ſexcuns, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſextunx, bes, dodrans, dextans, decunx, aſ. Poteſt tamen quis & plures & pauciores partes hæreditatis facere: quæ tamen rediguntur ad aſſem. Nam & ſi quis xx. partes ſuæ hæreditatis fecerit. xx. vnciæ, aſsis appellatione continebuntur. Item ſi quis, vnū tantum hæredem ex ſemiſſe inſtituat, totum as, in ſemiſſe erit. Neque enim quis in parte teſtatus, in parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſit miles.

¶ De liberis exhæredandis, vel hæredibus inſtituendis.

¶ CVRARE AVTEM DEBET IS, qui teſtatur, liberos ſuos legitimos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: alioquin inutiliter teſtatur. In exhæredando verò cauſæ ingratitudinis ſunt hæ. Si parentibus, audaces manus impoſuerit, ſi graues & inhoneſtas contumelias, eis faciant. Si in criminali cauſa, excepto crimine perduellionis, [c] eos accuſent, ſi cum maleficis, quaſi malefici conuerſentur. Si parentum vitæ inſidiati fuerint. Si ſe paternæ vxori, vel concubinæ turpiter miſcuerint. Si per calumniam, vel delationem [d] ſuam graui damno parentes affecerint. Si pro incluſis in carcere (inquantum ſunt idonei [e] liberi maſculi) non fideiuſſerint. Si parentes teſtari prohibuerint. Si eos captiuos non redemerint. Item ſi furioſis parentibus, curam non adhibuerint. Item ſi filij hæretici, parentes Ortodoxi ſint. Propter has autem cauſas, etiam liberi, parentes ſuos exhæredare poſſunt. Hoc proprium in filia liberis obſeruandum, ſi in contrahendis nuptijs, [f] patris voluntati non conſenſerit & poſtea more meretricis ſtuprata fuerit, quòd ſi nulla iſtarum cauſarum probabitur, nec etiam falcidia relicta filijs vel parentibus prohibetur. Inofficioſi quærela, rumpitur teſtamentum.

c ¶ Cū aliqs molitur aliquid contra propriā perſonam imperatoris vel contra rē publicā.

d ¶ Delatores ſunt, q facta in publicum deferunt.

e ¶ Quia fœminæ ꝓmiſſo fideiubere non poſſunt, ꝓpter ſenatuſconſultum velleianū.

f ¶ Nota quòd in contrahēdis nuptijs, filia patris voluntate cōtradicere poteſt.

¶ De lege falcidia.

¶ EST AVTEM FALCIDIA, ſi vnum quis, vel duos vel tres, aut quatuor filios habeat, tertia debitæ portionis ab inteſtato. Si quis verò quinque vel ſex, ſeu plures filios habeat, dimidia portionis ab inteſtato debitæ. hanc verò portionem ſine omni onere, ad parentes ex teſtamento liberorum, ſeu liberis ex teſtamento parentum, peruenire, iuris auctores voluere. In ratione [g] autem falcidiæ non ſolùm relicta, & contra donationes ſed etiam dos & propter nuptias donatio, computari debet: niſi ſpecialiter aliud ſenſiſſe teſtatorē, probari poteſt. Non ſolùm autem iam natos liberos hæredes inſtituere oportet, ſed etiā poſthumos. Alioquin agnoſcendo rumperēt teſtamentum.

g ¶ I. in cōputādo vtrū aliquis habeat falcidia.

¶ De diſtributione rerū inter liberos.

¶ HAEREDIBVS AVTEM INSTITVTIS, vnuquiſque mortuo teſtatore, ſuæ portionis pro indiuiſo dominus eſt: niſi teſtator ſui patrimonij inter eos diſtributionem fecerit. Tunc enim teſtatoris voluntas eſt ſeruanda: non ſolùm autem teſtamento, ſed etiam quacunq; voluntate, huiuſmodi diſtributionem inter liberos facere poteſt dummodo huiuſmodi volūtas ſubſcriptiōe ꝓpria teſtatoris, vel liberorū cōfirmet.

¶ De ſubſtitutionibus & reſtitutiōib⁹.

¶ POTEST AVTEM QVIS, in ſuo teſtamento, etiam plures gradus hæredum facere, vt puta: Titius hæres eſto. quòd ſi Titius hæres, noluerit, Seius hæres eſto. quæ, etiam ſubſtitutio vocatur. vel ita: Titius hæres eſto, & poſtea rogo te Titi, vt quàm primum poteris, hæreditatem meam Seio reſtituas. quæ reſtitutio vocatur: Poteſt etiam & quot voluerit ſuo teſtamento quis, ſubſtitutiones facere.

¶ Si hæres legata ſoluere noluerit.

¶ CVM AVTEM QVIS, aliquem hæredem ſubſtituerit, & habeo totam hæreditatem vel eius patrem vel ſpecialia fideicommiſſa, vel legata reliquerit, ſi quidem ſcriptus hæres parens eſt, vel patronus, vel aliquis ex liberis, ſi quidem intra annale ſpatium, à morte teſtatoris numerandum, voluntatem teſtatoris impleuerit, habeat firmiter hæreditatem. Sin verò poſt annale ſpatium in tantum moras faciat, vt hi quibus relicta ſunt, Iudicem adeant, & victricem ſententiam capiant, & poſt iudiciale calculum, annale prætereat ſpatium, tunc legitima portione retenta, reliquum amittat: quod quidem primo loco, ad ſubſtitutos. ſecundo ad cohæredes: tertio ad generales fideicommiſſarios, [h] quarto ad eos qui libertate donati ſunt, deferatur. Qui verò hæc [i] habuerit, voluntatem defuncti omnino adimpleant, Quòd ſi extraneus inſtitutus hæres & prædictam moram faciat: nullum emolumētum prædictæ hæreditatis capiat, ſed tota hæreditas, ad

h ¶ A quibus tota hæreditas, vel vniuerſitatis pars relicta eſt.

i ¶ Quæ ablata ſunt hæredi adimplendo voluntatem defuncti, moras fecit illud mēbrum diuiſionis.

perſonas(ſecundùm ſupra comprehenſum ordinem perueniat.his autem perſonis deficientibus, cognatis, & agnatis pateat aditus. quibus deficientibus, extraneis demum fiſcus admittatur, & ipſe voluntatem domini impleturus. Minoribus autem inſtitutis hæredibus, præfata mora non obeſt. Poſtquàm diximus de teſtamentis, videamus de legatis & fideicommiſsis.

De legatis & fideicommiſsis.

¶ EST AVTEM LEGATVM donatio quædam à defuncto directò relicta. Inter legatum verò & fideicommiſſum, hoc intereſt, quòd legatum directò [a] fideicommiſſum verò ſemper per interpoſitam perſonam, relinquitur. Item in legato, ſemper ſpecialis res, vna vel plures continentur. In fideicommiſſo verò etiam hæreditas relinqui poteſt. Legari autem poteſt, non ſolùm propria res teſtatoris, ſed & aliena. Sed cum aliena legatur, inquiri debet, vtrum teſtator ſciens, an ignorans alienam, legauerit. Si ſciuit alienam, valet legatum. Quòd ſi ignorauerit, inquirendum eſt, vtrum ſi ſciſſet legaſſet, necne. Nam priori quidem caſu, valet legatum. poſteriore verò ſoluitur. Re aliena legata, hæres neceſſe habet (cùm legatum valet) eam acquirere, & legatario [b] ſoluere: aut ſi non poteſt, eius æſtimationem præſtare. Poteſt autem quis non ſolùm purè: ſed etiam cum conditione legare. Impoſsibilis verò conditio in relictis pro non ſcripta habetur.

a ¶Non per mediam perſonam, excluditur fideicommiſſum.

b ¶Legatarius eſt, cui legatum relictũ eſt. fideicõmiſſarius, cui fideicõmiſſum relictum eſt.

¶ De retentione Falcidiæ, ex ſenatuſconſulto Trebelliano.

¶ POTEST AVTEM QVIS non ſolùm vnã rem legare, vel per fideicõmiſſum relinquere, ſed etiam totum patrimonium ſuum legatis & fideicommiſsis exhaurire. ſed hoc caſu, ſcriptus hæres contra immodica legata, & fideicommiſſa, auxilio Trebelliani & Pegaſiani ſenatuſconſulti, ſe tuebitur per interuentionem falcidiæ. eſt autem falcidia [c] hodie, ſi quidem hæres ſcriptus ſit de aſcendentibus, & deſcendentibus debitæ portionis ab inteſtato: tertia vel dimidium, ſecundùm iam dictum modum. Sin verò extraneus hæres ſcriptus ſit, quarta ſuæ inſtitutionis. Falcidia verò non in vna re, nec ex vno legato, aut fideicommiſſo, ſed ex vno quoq; relicto, pro rata [d] portione detrahi debet. Nec enim permittit hæredi vni ſolida relicta pręſtare, & alij minuere. Alioquin ſi vni ſolida relicta, præſtiterit, & cæteris in ſolidũ præſtabit.

c ¶In retentione Falcidiæ omnes dicuntur extranei, exceptis aſcẽdentibus & deſcendentibus.

d ¶Pro rata, pro. i. ſi ex vno detrahit, verbi gr̃a tertia pars, ex oĩbus eadem detrahi debet pars.

¶ De confectione inuentarij.

¶ HAEC AVTEM AVXILIO ita demum ſcriptus hæres vtetur, ſi antequam hæreditatem adeat, inuentarium [e] fecerit omnium rerum hæreditariarum, præſentibus his, quibus relicta debentur, vel procuratoribus eorum aut, abſentibus, aut præſentibus quidẽ. venire verò vel procuratores mittere nolẽtibus, adhibitis ex eadem ciuitate teſtibus idoneis. Qui autẽ hanc obſeruationem omiſerit, ex ſuo proprio, relicta ſoluere compelletur. Hęc [*] quidem toties locum habent quoties ſui patrimonij modum, teſtator non expreſſerit, & ſcriptum hæredem falcidia vti prohibuerit. Si quidem ſcriptus hæres extraneus [*] fuerit, falcidia non vtetur. Quòd ſi item hæres ſcriptus hæreditatem adire noluerit, ſupradictis perſonis, prædicto modo adeundi poteſtas fiat.

e ¶Quicquid inuentum eſt in hæreditate.

*¶ *Vt faciat inuentarium, & Falcidiam retineat.*

*¶ *Rei ſcripti hæredes ſint de aſcẽdentibus, uel deſcendentibus.*

¶ De imminutione vel excluſione falcidiæ.

¶ MINVITVR VEL EXCLVDITVR, etiam falcidia, ſi pijs locis legata vel fideicommiſſa fuerint derelicta.

¶ De codicillis.

¶ NON SOLVM TESTAMENTIS ſed etiam codicillis relinqui poteſt. & in teſtamento .vij. teſtes adhibentur. In codicillo .v. ſufficiunt. Inteſtatus decedit, qui aut nullum teſtamentum fecit, aut non iure fecit, vel cuius teſtamentum ruptum irriptum ve factum eſt.

¶ De iniuſto irrito, & inofficioſo teſtamento.

¶ RVMPITVR AVTEM TESTAMENTVM inofficioſi querela, vel agnatione poſthumi. Inofficioſi querela eſt, allegatio qua liberi ſeu parentes, oſtendunt ſe iniuſtè præteritos vel exhæredatos. Datur autem hæc inofficioſi querela, liberis, aduerſus teſtamenta filiorum, vel immodicas donationes. Alijs autem perſonis non datur, niſi fratri & ſorori aduerſus turpes perſonas ſcriptas hæredes. Ita demum quis inofficioſi agit, ſi nihil ex facultatibus defuncti conſecutus ſit. Alioquin autem de repletione falcidiæ aget. Item poſteriori teſtamento prius rumpitur. Irritum autem fit, cùm ſcriptus hæres hæreditatem non adijt.

¶ De hæreditatibus quæ ab inteſta. defer.

¶ INTESTATORVM AVTEM HAEREDITATES, hodie primo loco liberis legitimis deferũtur, nõ habita differẽtia cuiuſcunq; ſexus ſint vel gradus, hæreditate inter eos, non in capita, ſed in ſtirpes [*] diuidenda. His autem deficientibus aſcendentibus, capiendę hęreditatis locus patet, non paſsim, ſed ſecundum graduum [f] prorogatiuam. Præferantur etiam omnibus ex latere venientibus. exceptis fratre, & ſorore ex vtroq; parente defuncto copulatis, & exceptis filijs defunctorum fratrum. His enim perſonis extantibus pariter cum patre vel matre defuncti, admittantur hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita diuidenda: ita tamen, vt filij defuncti fratris, huiuſmodi portionem quam pater eorum accepturus fuiſſet, ſi eo tempore viueret. Quòd ſi defuncta perſona, neq; patrem, aut matrem, aut fratrem, ſeu ſororem ex vtroq; parente copulatos, vel etiam filios fratris, habeat, tunc alij parentes ad hæreditatem vocentur: ſecundum ſui ordinis gradum, hæreditate ſic inter eos diuidenda, vt dimidiam partem habeant hij qui per patrem aſcendunt, capiant. Inter ipſos verò aſcendentes, ex parte patris, ſequũtur eos, qui ſunt ex parte matris pro virili portione diuidenda. Quòd ſi nec deſcendentes, aut aſcendentes quive inter aſcendentes vocantur, defuncto ſint, primò vocentur ad hęreditatem fratres vel ſorores, germani vel germanæ, vel defuncti fratris germani filijs vel filia, cum his etiam naturales liberi cum matre eorum, in duas vncias admittantur, vt tantum mater accipiat, quantum ad vnum filium filiamve, peruenerit. Quòd ſi prædictæ perſonæ defuerint, veniant fratres vel ſorores vterini. His verò deficientibus, cæteri cognati veniant ſecundùm ſui ordinis prærogatiuam: vt qui proximior ſit gradu, potior ſit in ſucceſsione, aliam perſonam ex tranſuerſo in locum patris ſui ſuccedere, præter fratris filium, non concedimus. Nulla autem differentia habita in omnibus prædictis ſucceſſionibus, vel agnationis, vel cognationis, ſed ſolùm gradus ſanguinis naturalis ſpectetur.

*¶ *Accipiet unus, quãtum nepotes omnes ex filio.*

f ¶Vt qui proximior ſit gradu, potior ſit & ſucceſsione.

¶ De bonorũ poſſeſsione.

¶ BONORVM AVTEM POSSESSIO, idem

idem eſt, quod hæreditas. differt tamen, quòd hæreditas iure ciuili deffertur. Bonorum verò poſſeſsio, ex iure prætorio deſcēdit. & bonorum poſſeſsio intra annum à morte teſtatoris, vel intra centum dies, petenda eſt. hæreditas verò à nullo petitur. Bonorum autem poſſeſsionis, alia ex teſtamento, alia ab inteſtato eſt. Ex teſtamento verò eſt alia, ſecundùm tabulas, alia contra tabulas. [a] Secundum tabulas eſt quam prætor ſcriptis hæredibus pollicetur. Contra tabulas, cùm tabulas teſtamenti promittit. Ab inteſtato verò bonorum poſſeſsiones, vnde liberi, vnde legitimi, vnde decem perſonis, vnde cognati, vnde vir & vxor. De bonorum autem poſſeſsione, plura dicere, neceſſarium non duximus. eo quòd iure ciuili, ex conſtitutionibus principum, omnes cognati ſuccedere poſſunt.

a *Quæ teſtamentum diſſoluebant.*

¶ De arrogationibus.

¶ ARROGATIONE AVTEM, vniuerſitatem quærimus, eum aliquem ſui iuris, nobis adoptamus. Tunc enim non ſolùm arrogatus, ſed etiam omnia eius bona noſtrę poteſtati ſubijciuntur. quod quomodo poſsit fieri, in tractatu adoptionum dictum eſt. Bonorum adiectione nobis quæritur hæreditas, cùm plures in teſtamento libertate donati ſumus, & ab inſcripto hærede, hæreditas non aditur. Tunc enim ſententia iudicis vni noſtrum deſideranti ſeruare libertates, bona adijciuntur cauſa conſeruandarum libertatum.

PARS TERTIA
SIVE LIBER TERTIVS.

De obligationibus.[a]

a ¶ Quia de reb⁹ actū eſt, reſtat vt de actionibus dicatur, quarū materia eſt obligatio.

SVper eſt vt de obligationibus diſpiciamus. Obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſsitate alicuius rei ſoluendæ aſtringimur. obligationum autē genera, quatuor ſunt. Aut enim ex contractu naſcuntur, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut ex quaſi maleficio. Contractus autem, eſt pactum, quod parit actionem.

¶ De pactis.

¶ PACTVM VERO EST, duorum pluriumve, in idem placitum & conſenſus. Pactorum verò alia ſunt vtilia, alia inutilia. Inutile [b] pactum eſt, vnde nec actio nec exceptio naſcitur. Inutile pactum eſt, aliud propter rem, aliud propter perſonam, aliud propter legem indictam pacto. Propter rē eſt inutile cùm id quod deuenit in conuentione, eſt turpe: vt ſtuprum, vel contra bonos mores, vel contra legem. vt pactū de futura [c] hæreditate: vel impoſsibile vt hominem volare, vel cum de ea re paciſcimur, de qua paciſci non licet vt de rebus iuris diuini, præter conceſſum, vel de rebus præter conceſſum. vel de rebus ad perpetuum vſum populi, deſtinatis. Sed cum res, quæ deuenit in conuentionem eſt turpis, videndum eſt, vtrum turpitudo ſit ex parte eius cui promittitur, an ex vtraq;. Si enim ex parte promittentis tantum turpitudo eſt, licet id quod deuenit in conuentione, non poſsit peti: attamen ſolutum non poteſt repeti. Sin verò ex parte cui promittitur tantum, turpitudo eſt, etiam ſolutum poterit repeti. Quòd enim ex turpi cauſa datum eſt, repeti poteſt. Sin verò ex vtraq; parte, turpitudo verſatur poſsidentis melior erit conditio. In pari enim cauſa turpitudinis, melior eſt ſemper conditio poſsidentis. Propter perſonam eſt inutile pactum, cùm ea perſona paciſcitur, cui paciſci non licet, vt pupillus ſi promittat, ſine tutorum authoritate. aut prodigus, cui interdictum eſt bonis, ſine curatoris authoritate, aut furioſus, qui cōſentire nō poteſt. qui enim non habet ſenſum, non habet etiam conſenſum. Propter legem indictam pacto, pacta ſunt inutilia, ex his cauſis, ex quibus & propter rem eſſe inutilia ſuperius dictum eſt. Vtile pactum eſt, quod valet ad agendum, vel ad excipiendum. quod autem valet ad agendum, aut parit actionem, aut informat, aut renouat. Informat actionem, cùm legem dat contractui, & fit incontinenti. Renouat, cùm ex interuallo interponitur: veluti in his pactis, quæ contrahuntur conſenſu parit verò pactum actionem, quod efficitur contractus.

b ¶ Remouentur inutilia pacta, remouentur nuda. Quibus ex cauſis pacta non valeāt.

c ¶ Pactum de futura hæreditate eſt veluti ſi paciſcor cū Titio. huiuſmodi autē pactū, id circo non valet, quia libertatem teſtandi quā vnuſquiſq; in ſuprema volūtate debet habere, quantum in ipſo eſt, videtur auferre.

¶ De contractibus.

¶ EST ENIM CONTRACTVS pactum quod parit actionem. Contractuum verò alij re, alij verbis, alij literis, alij conſenſu contrahuntur. Re contractus eſt, cùm res intercedit ad contrahendam obligationem. Huius ſpecies ſunt duæ. alius enim nominatus eſt, alius innominatus. Re contractus nominati, ſpecies ſunt quatuor, mutuum, [d] Commodatum, Depoſitum, Pignus.

d ¶ In mutuo id agitur, vt rei dominium transferatur. commodatum ad vtēdū datur. depoſitum ad cuſtodiēdum pignus cauſa vtilitatis.

¶ De mutuo.

¶ MVTVVM EST quod ita datur, vt ex meo tuum fiat. & quandoq; mihi reddatur tantumdem eiuſdem ſpeciei, & qualitatis. Mutuum autem locum habet in his rebus, quæ pondere, vt aurum, argentum, numero, vt pecunia numerata, menſurave, vt triticum, vinum, oleum, conſiſtunt. Mutuo autem accepto, quocunque modo amittatur, ad tantum eiuſdē ſpeciei & qualitatis reddendum, ſemper tenebitur condictione [f] certi, qui accipit vel hæres eius, creditori vel eius hæredibus.

e ¶ Si enim aliqs det equū, & equ⁹ ſibi reddatur.

f ¶ Generaliter condictiones dicūtur oēs in perſonā actiōes. eſt eñ cōdicere, in pſonā agere. Specialiter verò dicūtur cōdictiones, vt cōdictio indebiti. condictio ſine cā, vel ex iniuſta cā, condictio furtiua, condictio ex lege.

¶ De commodato.

¶ COMMODATVM EST quod datur vtendum gratuito, alioquin ſi merces interueniat, non eſt commodatum, ſed locatio, vel alius contractus innominatus. In re autem commodata, talis diligentia adhibenda eſt in cuſtodiendo, qualem quiſque diligentiſsimus paterfamilias, ſuis rebus adhibere ſolet. Quam ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu, rem amiſerit ſecurus eſt. Fortuiti caſus ſunt, vt incendium, naufragium, rapina, mors naturalis, & alia huiuſmodi. Ita demum autem, quis fortuito caſu liberatur, tam in commodato, quàm in cæteris contractibus, ſi in fortuito caſu, nulla eius culpa deprehendatur. Si autem in fortuito caſu, culpa eius deprehendatur, veluti ſi in ventoſo tempore nauigauit, cùm in ſecuro portu eſſet, & ita rem commodatam naufragio, amiſerit,

non euadet commodati iudicium. Item ſi moram in commodato reddendo fecerit, aut ſi ad alium vſum, quàm cuius gratia ſibi datũ eſt, commodato vtatur, veluti argentum ſibi commodatum ad cœnam peregrè tulerit, quocunque modo id amiſerit, reſtituere cogitur.

¶De depoſito.

¶DEPOSITVM VERO, eſt, quod datur cuſtodiendum gratuito. In hoc autem contractu, quia nulla vtilitas depoſitarijs, ſed ſolummodo onus verſatur, non niſi dolum, a & latam culpam præſtare depoſitori vel eius hæredi compellitur. lata culpa etiam & videtur, ſi minus rem depoſitam, ſua propria cuſtodierit. Qui verò huiuſmodi cuſtodiam in depoſito adhibuit, quocunque modo res amiſſa, vel deteriorata fuerit, ſecurus erit. Dolum autem authoris, b nec in hoc contractu, nec in cæteris bonæ fidei iudicijs, hæres præſtabit, niſi vel ex dolo defuncti, locupletior factus ſit: vel cum principali reo, res fuerit inchoata. Eſt enim certiſsima iuris regula, ex dolo, defuncti, hæredes non teneri, niſi inquantũ ad eos peruenit. Hæres tamẽ agere poterit. Hoc autẽ iudicio ex proprio dolo damnatus, infamia notatur.

a ¶ Dolus eſt, cũ aliud agitur, aliud ſimulatur.

b ¶ Quia ſi hæres damnatur ex dolo defuncti, non fit infamis.

¶De pignoribus.

¶PIGNVS EST, quod creditori cauſa ſecuritatis datur. In pignore verò, & creditoris quia in tuto eſt ſibi pecunia, & debitoris quia facilius ſibi creditur, vtilitas continetur. & ideo non exactiſsimam diligentiam vt commodatarius, nec ſolummodo dolum & latam culpam, vt depoſitarius, ſed quaſi mediam ideſt exactam diligentiam creditor vel eius hæres, debitori vel hæredi eius, præſtare cogitur. hanc autem cuſtodiam ſi præſtiterit creditor, quocunque fortuito caſu, res amittatur, non tenebitur, c nec ob id debitũ, retinere poterit debitor.

c ¶ Naturalis æquitas eſt, vt ſi res depereat ſine culpa alicui⁹, domino ſuo depereat.

¶De cõtractu innominato.

¶CONTRACTVS INNOMINATVS EST, cùm pactum quidem obligatorium eſt, ſed tamen nomine ſpeciali caret. Huius ſpecies ſunt quatuor. Aut enim do, vt des. aut do vt facias. aut facio vt des. aut facio vt facias. In his autem quatuor innominatis contractibus & in ſupradictis omnibus, ex ſolo pacto, quiſque non obligatur ciuiliter, niſi res (ideſt dare & facere) ſequatur. Et hæc ſunt pacta, quæ tantum valent ad accipiendum, non pariunt actionem, quæ & nuda vocantur & multa alia. Re autem ſecuta ideſt dare vel facere is qui accipit obligatur ad dandum vel faciendum, vel ad id quod intereſt dantis vel facientis præſtandum. vel poſtmodum, ſi maluerit is qui dedit, ad id quod datum eſt reſtituendum. Et ſi quidem do vt des, vel do vt facias, vel facio vt facias, præſcriptis verbis, d naſcitur actio. Sin autem eſt facio, vt des, in ſubſidium de dolo datur. Idcirco autem in ſubſidium, ideſt cùm nullum aliud auxilium ſupereſt, de dolo datur, quia qui eo iudicio damnatur, infamia notatur. Dare autem tam in his contractibus, quàm in cæteris per quos dominia transferuntur, ita intelligitur, vt id quod datur, accipientis ſit.

d ¶ Idcirco huiuſmodi actiões vocãtur præſcriptis verbis, qa olim vnaquæque actio, præſcripta verba & certa habebat à prætore. inclita verò poſtea ſolennitate verborũ ſublata, quæ ſpeciale nomẽ ſortitæ non ſunt, in generali noĩe deſcendẽte ex prædicta formula remanſerunt.

¶ Verbis contrahitur obligatio, cùm ſolennitas verborum intercedit, ad contrahendam obligationem hic contractus vocatur ſtipulatio.

¶De ſtipulationibus.

¶EST AVTEM STIPVLATIO, verborum conceptio, qua is qui interrogatur, ſpondet ſe daturum facturumve, id quod interrogatur. Dictum eſt ſtipulatio, quaſi à ſtipite, eo quòd antiqui, firmum & ratum tenebant, id quod ſtipulabatur. In hoc contractu talia verba olim fuerunt reperta, dabis, dabo. facies, faciam promittis promitto. fideiubes, fideiubeo. Quæ ſi non dicerentur, non committebatur ſtipulatio. Hodie verò ſolennitate verborum, tam in hoc contractu, quàm etiam in omnibus iudicijs ſublata, quibuscunq; verbis conuenienter ad interrogationem reſpondeatur, connectitur ſtipulatio. verba autem ex vtraque parte intercedere oportet. Alioquin non erit ſtipulatio. vnde conſtat mutum, ſurdum, abſentem, ſtipulari non poſſe. quoniam eum qui ſtipulatur, verba promittentis exaudire oportet. Pupillus e verò ſi ſtipulatur, vel aliquo modo paciſcitur, qui ſecum contrahit, obligatur. ipſe verò ei non tenebitur. Loquimur autem de eo pupillo, qui eius ætatis eſt, vt intelligat id quod agit: alioquin non paciſcitur. hoc autem iudicio, is qui promittit, ſi quidem certum eſt, quod promittit, ad id præſtandum certi conditione tenetur. Sin verò incertum eſt, ex ſtipulatu agetur. Certum autem dicimus quod conſtat pondere numero vel menſura.

e ¶ Idcirco pupill⁹ nõ obligatur: cũ ex cõuerſo is qui cum eo contrahit obligatur ei: qa meliorem conditionẽ ſuã cuiq; facere licet; deteriorem verò minimè.

¶De fideiuſſorib⁹ & mandatoribus.

¶PRO HIS AVTEM A QVIBVS STIPVLAMVR, ſolent alij intercedere, qui fideiuſſores vel mandatores dicuntur. Cùm verò vnius rei plures fideiuſſores vel mandatores ſunt, vnuſquiſque pro ſua tantum parte, tenetur, niſi nominatim ſit expreſſum, vt vnuſquiſque inſolidum teneatur. quòd ſi hoc expreſſum eſt, in præſentes qui ſoluendo ſunt, inſolidum competit actio. Onera enim præſentiæ vel abſentiæ, præſentes & locupletes inſimul ſuſtinere debent. Ad inquirendum verò, qui ſunt locupletes, necne agenti ſtipulatori ante iudices omnes præſentes ſe exhibere debent. Nulli tamen creditori licentia permittatur interceſſores conuenire, niſi cùm principali reo, debitum minimè poſsit conſequi. Quòd ſi reus abſens ſit, tunc creditorem præfinire interceſſoribus, competens tempus oportet, intra quod debitorem principalem exhibeant. quòd ſi tempus elapſum fuerit, & debitor ſit minimè exhibitus: interceſſores creditori ſatisfaciant, & creditor eis ſuas actiones, quas aduerſus debitorem habebat, edat. Quòd ſi tam reus quàm interceſſores abſint, prius in rem principalem debitoris his deficientibus, in res interceſſorum creditor mittatur. hoc obſeruando, vt nec etiam hypothecariæ actioni, locus fiat quouſque perſonales actiones, affectum habere poſsit. Hæc quoque locum habeant, non ſolùm ſi interceſſores ſunt fideiuſſores vel mandatores, ſed ſint pecuniæ f conſtitutores. Mulier autem pro alio intercedere non poteſt, quia ſuccurritur ei, ſenatuſconſulto velleiano, niſi primam intercesſionem poſt biennium, ſequenti intercesſione firmet.

f ¶ i. debitorem ex aliqua cã, & poſtea alius volente creditore debitũ in ſe transfert, & ſe facit debitorem.

¶De oblig. ſcriptura.

¶SCRIPTVRA CONTRAHITVR OBLIgatio

GATIO, cùm ſcriptura intercedit, ad contrahendam obligationem, veluti chirographo emiſſo. Qui autem ſe alicui per ſcripturam obligat, quaſi aliquid acceperit, ſi quidem ei poſtea non numeretur, intra biennium contra agentem ex ſcriptura, exceptione non numeratæ pecuniæ vti poteſt. Biennio autem elapſo, niſi intra prædictum tẽpus cõteſtatus fuerit eam, ac ſi accepiſſet, conuenietur.

¶ De contractu ex conſenſu.

a ¶ *Id eſt cum nec res, nec uerba, nec aut ſcriptura exiguntur.*

¶ CONSENSV a CONTRACTVS FIT, cùm ſolus conſenſus, ad contrahendam obligationem ſufficit. huius ſpecies ſunt hæ. emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum. Eſt & præter hæc mandatum, donatio: de qua ſuperius dictum eſt.

¶ De emptione & venditione.

¶ IN EMPTIONE ET VENDITIONE CONTRAHENDA, pretium oportet conſtitui. Pretium autem conſtat in pecunia numerata. Alioquin ſi res pro re datur non eſt pretium, ſed alius generis contractus. Sed ſi pretium conſtitutum ſit, & poſtea res alia in ſolutum detur, conſtat ritè contrahi emptionem & venditionem. Emptio tam purè quàm etiam ſub conditione poteſt contrahi. Sed & ita venditionem poſſe contrahi admiſſum eſt, vt tanti res ſit empta, quanti Titius æſtimauerit. Quòd ſi Titius æſtimauerit pretium, tanti erit emptio. Sin verò Titius minimè arbitrauerit, arbitrio boni viri, contracta emptio intelligitur. Liberi autem hominis licet multi alij contractus eſſe non poſsit, tamen emptio & venditio contrahi poteſt: non ſolùm inter ignorantes, ſed etiam inter ſcientes, ſcilicet cùm pater propter ineuitabilem neceſsitatem famis, filium vendit. quod tamen filius ſi emptori aut id quod pro ſe datum eſt exoluerit, aut mancipium tanti operis vel etiam ei ex operis ſuis ſatisfecerit in propria ſe libertate B tuebitur. Rerum autem diuini iuris & quæ ad publicum vſum populi deſtinatæ ſunt, licet niſi ex certis cauſis c nullum fieri poſsit: attamen ſi ſciens venditor ignoranti [a] emptori vendiderit, ex empto nihilominus, quòd ſi conſtitiſſet emptio tenebitur, quòd ſi ſciens emit, ſi quidem pretium ſolutum eſt, non poterit repetere, nec ex empto agere. Donare enim voluiſſe intelligitur. Quòd ſi non eſt ſolutum, non poteſt à venditore peti. Sin verò vterque ignorauere, non conſiſtit venditio. Contracta autem emptione [b], & venditione venditor quidem ad rem tradendam, vel ad id, quod intereſt [c] emptori præſtandum empti actione conſtringitur. emptor venditi iudicio, ad pretium venditori cogetur. & ad vſuras ex mora præſtandas. Non ſolùm autem rem tradere venditorem oportet, verùm etiam de euictione [d] cauere. Quòd ſi rem alienam vel alteri obligatam D tradiderit venditor, & poſtea euicta fuerit, vel vitioſa, aut morboſa appareat. E & ſi non cauit venditor de euictione, ex empto tamen ad id quod intereſt, aut redhibitoria, vel quanto minoris ignoranti emptori tenebitur. Periculum [e] verò rei emptæ ante traditionem, ſi ſine culpa venditoris, aut ante moram interueniat,

B ¶ *Quia ex huius facto, ſeruus effectus non eſt.*

c ¶ *Veluti redemptionis cauſa captiuorum.*

a ¶ Quamuis emptio ꝑpter rẽ quæ deuenit in conuentionem ipſo iure non valeat attamen lex pro fauore iuſtę ignorantię emptoris atq; odio ſciẽtię vẽditoris, actione ex ẽpto venditorem facit.

b ¶ Id eſt quę fideliter contracta eſſet de quibus paciſci licet.

c. ¶ Id eſt ad eã vtilitatem poſsidẽdam, ꝙ ſecutus eſſet emptor ſi ei tradita ſecundũ pactum fuiſſet.

d ¶ Vt ſi euincatur ab aliquo, qui oſtẽdat ſuã eſſe, vel ſibi pignoratã hic venditor emendet, quãto minoris. ſ. emiſſet, ſi ita morboſam vel vitioſam eam ſciſſet hic intra annum.

D ¶ *Vel aliena, uel alteri obligata, eſſe oſtẽdatur.*

E ¶ *Aut fur uel fugax oſtendatur.*

e ¶ Id eſt ſi res perit

ad emptorem pertinet, ſi res vendita, ſit certa deſcriptione monſtrata, veluti hominem ſtichum. Aut ſi quis in certa deſcriptione vſus, veluti hominem, aut decem modios tritici, vel vini vendiderit. nec quem hominem, vel quod vinum aut triticum adiecerit, & antequàm tradatur homo, mortuus ſit. vel vinum accidum. vel mucidum. vel triticum quoquomodo corruptum ſit, de quo ipſe ſentiebat, ad eum periculum pertinebit. Illud etiam conſiderandum, quòd ſi quis rem minus dimidio iuſti pretij vendiderit, emptorem vel ad rem reddendam, vel ad iuſtum pretium exſoluendum, conuenire poterit.

ex toto vel deterioratur ex parte.

¶ De locatione & conductione.

¶ LOCATIO ET CONDVCTIO, proxima eſt emptioni & venditioni eiſdemq; etiam regulis iuris conſiſtit. Nam ſicut emptio & venditio ſine pretio conſtitui non poteſt, ita locatio & conductio, niſi merces interueniat, niſi contrahitur, & ſicut pretium in pecunia numerata conſtat, ita & merces ſine pecunia conſiſtere non poteſt. Item ſicut natura emptionis & venditionis contigua eſt, ita locationis & conductionis. Differunt tamen, quia in venditione de dominio tradendo agitur. In locatione verò non de dominio rei, ſed de vſu agitur. In hoc autem contractu, maximè bona fides exigitur: & ideo ſi quid conductor deliquit, ſiue plus debito percepit, hoc totum locatori, locati actione, ad vſum rei tradendum, vel adhoc quod intereſt eis præſtandum, tenetur & conductor ſi quidem colonus ſit, & per continuum biennium, debitam penſionem locatori non ſoluerit non ſolùm locati & Seruiana [f] tenetur, ſed etiam ius locationis [g] amittit: niſi communis ſterilitas [h] regionis, & improuiſa acciderit.

f ¶ Qua tenemur dñ̃o fundi pro mercedibus q. pignoris iure, ea quę colonus inuehit & ducit in fundo licet nulla cõuentio ſup̃ his præceſsiſſet.

¶ De ſocietatibus.

¶ SOCIETAS EST PACTVM, de alicuius rei communicatione. Ex hoc autem pacto, mutuæ naſcuntur actiones, quæ vno nomine pro ſocio vocantur. quibus ſocius ſocio, ſi quid deliquit, ſi quid percepit, [i] ſi quid in ſocietate impenderit, & generaliter quicquid bona fides [k] exigit, præſtare cogitur. Cuſtodiam verò talem pro ea exhibebit, qualem ſuis rebus adhibet. De ſe enim queri debet, qui ſibi parum idoneum ſocium elegit. hoc ita eſt, niſi ſe diligentiam eſſe promiſit. tunc enim diligentiam præſtabit. Societas autem & vnius rei, & totorum bonorum, [l] contrahi poteſt. Item ſi vnus in rem, alius operam ſuam confert, conſtat ſocietatem contrahi poſſe. Partes autem in ſocietate ſi quidem expreſſæ ſint, hæ ſeruentur. Sin verò minimè expreſſæ ſunt, æquales erunt. Sed ita paciſci admiſſum eſt, vt vnus [m] ex ſocijs maiorem partem lucri, damni minorem ſentiat. Finitur autem ſocietas, morte ſocij, capitis diminutione maxima & media, interitu etiam rei, contraria voluntate. [n] Inuitus enim in ſocietate vel in communione, nemo cogitur.

¶ MANDATVM EST PACTVM, de negotio gerendo gratuito. Cõtrahitur verò mãdatũ quinq; modis vel gratia mãdati tantũ, vel gratia mãdãtis & eius cui mãdaꝶ ideſt mãdatarij, [o]

g ¶ Ius locatiõis, id eſt ius quod habebat in re ſibi locata.

h ¶ Pro hac enim cauſa, cenſum ei retinere permittitur.

i ¶ Si quid percepit, ad reſtituẽdũ tenetur, ſi quid impẽdit, poteſt recuperare.

k ¶ Quicquid bona fides exigit. i. quicquid ex natura pacti alterũ, alteri præſtari æquum eſt, hoc totum licet nominatim nõ ſit expreſſum, præſtari cõuenit.

l ¶ Rerũ furtinarũ & generaliter oĩm inhoneſtarum ſocietas contrahi non poteſt.

m ¶ Vt vnus totũ damnum, alter totum habeat, nõ directo dãno nõ valet pactũ. Damnũ ꝓpriè dr̃, vbi de nr̃o aliq̃d dimittimus, nõ vbi lucramur.

n ¶ Licet cõtrario cõſenſu vtriuſq; vel alterius tñ̃, ſocietas ſoluatur, tñ̃ actio ꝑ ſocio & finita ſocietate durat.

o ¶ Procurator eſt, qui rem alienam dñ̃i mandato adminiſtrat.

vel gratia vtriuſque & aliena, vel mandantis tantum, & aliena, vel mandatarij tantum & aliena. Quòd ſi gratia mandatarij tantum, interueniat, mandatum non eſt, ſed conſilium: & ideo non eſt obligatorium. Mandatum non ſuſcipere cuilibet liberum eſt. Suſceptum autem confimari debet: vel quam primum renunciari, vt ſalua ſit vtilitas mandati. Poſtquam enim ſuſceptũ eſt, is qui ſuſcepit, ideſt procurator non ſolùm de geſtis, ſed etiam de gerendis, tenetur. & ſi quid dolo vel culpa eius commiſſum eſt, ſiue quid ex mandato percepit, iudicio mãdati directo,[a] pręſtare debet. Si quid verò ex ſuo, in negotio gerendo iuſtè expendit, contrario iudicio mandati, conſequetur. Legem [A] in mandato dictam, tranſgredi non debet. Mandatum tam morte, quàm duabus capitis diminutionibus. item prohibitione domini (niſi vel in rem[b] ſuam factus ſit procurator, vel ſe ad miniſtrationi miſcuerit) finiri conſtat.

a ¶ Directum iudiciũ, quòd competit mandãti cõtra mandatarium. Contrarium quod mãdatario aduerſus mandantem.

A ¶ *Veluti ſi præceptũ eſt ut emat equm .xx. ſi poteſt minus, ultra dare non debet.*

b ¶ Vel ſi Titius quod Seius debebat, vel donauit actiones vt aduerſus Seium agerẽ mihi mãdauit, tunc enim in rem meam procurator ſum, quia id qđ à Seio exigo, non Titio, ſed mihi exigo.

¶ De obli. quaſi ex contractu.

¶ QVASI EX CONTRACTV, obligatur quis, cùm pactum quidem non interceſsit, attamen inter aliquos negotium geſtum eſt, ex quo alterum alteri obligari æquum eſt. veluti cùm quis alius curam vel tutelam geſſerit. licet enim inter pupillum & tutorem nullum pactum interceſſerit, attamen pro reddenda adminiſtrationis ratione, tutelæ iudicio directo, tutor conuenietur. In qua ratione, non ſolùm geſta, ſed etiam gerenda venient. Si quid verò ex ſuo, pupilli iure expendit, vel ſi cui propter pupillũ obligat⁹ eſt, contrario iudicio tutelæ [a] cõſequetur. Idem inter curatorem & adultum eſt. Itẽ is qui abſentis negotia geſsit, ad reddendam rationem directo negotiorum geſtorum iudicio, ei cuius negotia geſta ſunt, quaſi ex contractu tenebitur. Sed is de gerendis, non aſtringitur, niſi cùm alius vellet ea gerere, ipſe ſe obtulit. Si quid verò de ſuo, in gerendo expendit, contrario iudicio negotiorum geſtorum, is cuius negotia geſta ſunt, reſtituere compelletur. Item is cui indebitum iure ciuili & naturali,[c] vel naturali tantum, per errorem ſolutum eſt, niſi ex ea cauſa ſolutum ſit ei, ex qua lis in inficiando, vel ex cauſa tranſactionis,[d] vel iudicati ad reſtituendum id quod accepit, indebiti condictione, quaſi ex contractu obligatur. Quod enim ex meo apud aliquẽ eſt, ſiue cauſa vel iniuſta cauſa vel turpi, ſi mea turpitudo non intercedat cõdicere poſſum.

a ¶ *Id quod expẽdit uel liberationem ad obligationem.*

c ¶ Qđ debitũ eſt iure naturali. indebitum verò iure ciuili repeti nõ poteſt niſi fauore ſoluẽtis iure ciuili ſit indebitũ, veluti cũ mulier ꝑ alio intercedit, nõ ſolũ contra creditorẽ petentẽ auxilio ſenatuſcõſulti velleiani põt ſe tueri, ſed etiam ex ea cauſa ſolutũ, licet iure naturali ſit debitũ, quia ei⁹ fauore ſenatuſcõſultũ factum eſt, poterit repetere. Si verò nõ fauore ſoluentis, ſed alia cauſa ſit indebitum iure ciuili tantum ſolutum nõ poteſt repeti, velut cũ filiofamilias mutua pecunia cõtra decretum ampliſsimi ordinis data ſit. licet enim creditor petere non poſsit, attamẽ ei ſoluta repeti nõ põt. Qđ ex cã tranſactionis iudicati, vel ex qua lis in inficiãdo creſcit, ſoluitur & ſi indebitũ ſit, repeti nõ põt.

¶ De cõmuni diuidundo.

¶ ITEM SI IN COMMVNIONEM, aliquá incidim⁹, ſine noſtro pacto, ad perſonales pręſtationes præſtãdas, quaſi ex contractu obligamur.

¶ Obligatio quot modis tollatur.

¶ TOLLITVR AVTEM, omnis obligatio, ſolutione eius quod debetur, non ſolùm debitore ſoluente, ſed etiam quolibet pro eo, ipſo etiam debitore ignorante & inuito. Item ſi quis aliud pro alio ſoluerit, volenti creditori, conſtat obligationem perimi. Quòd ſi creditor id quod ei debetur noluerit recipere oblatione[e] & depoſitione, cum conſignatione habita in ædem publicam vel ſacram, inuito creditore, obligatio tollitur: nec amplius eſſe debitorem vel eius hęredes, quocunque modo res depoſita & conſignata amiſſa ſit, poterit mouere actionem, niſi in deponendo, dolo aut culpa debitor verſatus ſit. Item acceptilatione tollitur, quæ verbis cõtracta fuit.

d ¶ Tranſactio eſt pactum de re dubia ob aliquid datum, vel promiſſum.

e ¶ Oblatũ. i. pri⁹ offeret creditori debitor, qđ ſi nec tũc accipiet, deponit id qđ debet in ædẽ publicã vel eccleſiã & ſi quidẽ pecunia, eſt, conſignabit & liberabitur.

¶ De acceptilationibus.

¶ EST AVTEM ACCEPTILATIO, verborum conceptio, qua is cui promiſſum eſt, per ſtipulationem, debitore interrogante, vtrũ quod ei per ſtipulationem promiſſum eſt, habeat acceptũ, & ſe recepiſſe profitetur. Omnes autem obligationes, acceptilatione poſſunt tolli, ſi in ſtipulationem ductæ, nouantur. Item hæ obligationes quæ ſolo conſenſu contractæ ſunt, contrario conſenſu diſſoluuntur. Conſentaneum eſt rationi, eodem modo[f] diſſolui obligationem, quo modo connexa eſt. Cæteræ[g] autem obligationes, licet pacto, ipſo iure communi tollantur: attamen per exceptionem pacti conuenti, eliduntur. Item ſi quis creditori vel debitori ſuo, hæres extiterit, pro ea parte qua hæres, ſublata eſt actio confuſione.

f ¶ Veluti ſi re cõnexa eſt reſoluitur. ſi verbis, verbis. ſi conſenſu, conſenſu, ſi literis, literis.

g ¶ Quæ ſolo conſenſu contractæ nõ ſunt.

¶ De cõpenſatiõe.

¶ ITEM COMPENSATIONE, tolli obligationem conſtat. Eſt autem compenſatio, debiti & crediti inuicem contributio. Id verò debitum cõpenſari poteſt, de quo nulla quæſtio eſt, ſiue naturali iure & ciuili debeatur, ſiue tantũ naturali. Cõtra in rem tantũ actionẽ, nulla admittitur cõpenſatio, ne inuitus quis, rẽ ſuã cogatur vendere.

¶ De actionibus, quæ ex maleficio naſcuntur.

¶ EX MALEFICIO, naſcuntur obligationes, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria ex iniuria contumelia.

¶ De furtis.

¶ FVRTVM AVTEM EST, contrectatio fraudulosa, quæ fit inuito domino, alienæ rei vſus poſſeſsionis ve. Dictum eſt autem furtum, à furno, eo quòd abſconsè fit & plerunque nocte, vel ab auferendo. vel à græco, ſermone quo fures appellantur φῶρες Furtorum genera duo ſunt, manifeſtum & nec manifeſtum. Manifeſtus fur eſt, qui cum ipſa re furtiua deprehenditur. vel eo in loco, in quo furtum fecit, vel antequàm perferret, eò quo deſtinauit. Nec manifeſtus quis ſit, ex hac ipſa diffinitione perpenditur. furtum autem non committitur, niſi animum fraudandi quis habeat. Itaque ſi equm mihi commodatum vſque ad certum locum, longius duxero, ſi quidem putaui me id facere, non inuito domino, etiam ſi dominus noluerit, furtum non committitur. Item ſi domino nolente id feci, ego verò id domino nolente putaui me facere, furtum non committi conſtat. Furtum enim niſi inuito domino, non committitur. Planè ſi ſeruo alieno perſuaſero, vt quaſdam res domino, furto ſurripiat, & ad me perferat: ſeruus autem domino ſciente & concedente faciat non ſolùm furti, ſed etiam ſerui corrupti placuit, hoc caſu actionem dari. Liberorum etiam hominum, furtum fieri poſſe placuit, veluti ſi quis liberos noſtros, nobis furetur. Item rei ſacræ & religioſæ furtum committitur. Non ſolùm autem alienæ rei furtum fit, ſed & propriè ipſius: veluti ſi debitor pignus à creditore ſurripuerit. Furti autem tenetur, non ſolùm qui furtum fecit, ſed etiam cuius ope & conſilio furtum factum eſt, veluti qui ſcalas feneſtris, ad furtum faciendum appoſuit Pœna manifeſti furti, tam ex lege. xij. tabularum, quàm ex edicto prætoris, quadrupli eſt. Nec manifeſti, dupli & extra quadruplum vel duplum, rei perſecutio non eſt, quam vindicando, vel

condi-

condicendo,is cui furtum factum eſt,poterit petere.Hæc autem actio hæredi quidem datur. In hæredem verò nō competit,niſi vel cum actore lis conteſtata ſit, vel locupletius eius patrimonium factum eſt.Eſt enim regula iuris,pœnales actiones ex maleficijs,in hæredes non tranſire. Hac actione damnatus,infamia notatur,partus verò non vtiq;. Ei autem generaliter competit hæc actio,cuius intereſt rem ſaluam fore.ſiue ſit dominus , ſiue non . Mec etiam aliter domino competit , quàm ſi eius interſit.

¶De rapina.

¶QVI RES ALIENAS RAPIT,tenetur etiam furti.Quis enim magis inuito domino rē contrectat,quàm qui vi rapit. Naſcitur autem ex hoc facto propria actio,quæ appellatur vi bonorum raptorum.quæ locū habet etiā ſi vna res capta fuerit.Eſt autem hæc actio, intra annum quadrupli.poſt annum verò ſimpli.In quadruplo autem vel ſimplo,rei perſecutio continetur. Ita demum autem locū habet hæc actio , ſi rem mobilem putans alienam,vi quis rapuerit , hac actione non tenebitur.ſed ex ſacris conſtitutionibus,is cui res raptæ ſunt agere poterit.Quib' cauetur,ſi quis aliquam rem,alicui poſsidenti,proprio nomine,ſine iudice abſtulerit, ſi quidē ſua, præſtitutione eius rei dominio careat . Sinverò alienam,etiam æſtimationem rei,ei cui abſtulit compellatur præſtare.Quod nō ſolum in rebus mobilibus vel ſe mouentibus,ſed etiam in inuaſionibus quæ fiunt circa res ſoli,obſeruari,ſacræ conſtitutiones voluerunt.Liberum eſt autem ei, qui rapinas paſſus eſt,& priuato iudicio vi bonorum raptorū,dānum perſequi , & criminaliter iudicio vis publicæ aut priuatæ reum facere.

¶De damno.

¶DAMNI INIVRIAE ACTIO, conſtituitur, per legem aquiliam, cuius primo capitulo cautū eſt .Si quis ſeruum alienum ,vel ancillam,vel eam quadrupedē,quæ pecorum numero ſit , iniuria occiderit , tantum domino dare dānetur,quanti ea res, eo anno plurimi fuerit. Secundum capitulū in vſu non eſt.Tertio capitulo,de cętero damno cauetur,vt quāti ea res.xxx. proximis diebus fuerit,& intelligendum eſt, plurimi emendetur. Tria ergo lege aquilia,conſideratur,damnum eſſe datum,& iniuria eſſe datū, & domino eſſe datum.Iniuria idcirco datū eſſe requiritur,quia ſi iure datū eſt,non tenebor: veluti ſi ſeruū tuum latronem(cùm aliter periculum euadere non poſſum)occidero . vel adulterū in ipſo adulterio cū vxore mea deprehenſum, ſi cum conteſtatione id fecero. Item ſi putator, eiecto ramo ex arbore ſeruū tuum trāſeuntem occiderit,diſtinguendum eſt,vtrū prope viā publicam,vel vicinalem,aut in ſuo agro , vbi nulli erat mos eundi,id fecerit.Nam prope viam publicam vel vicinalem,ſeu in illo loco,in quo erat ius eundi id fecerit,& non proclamauerit, culpæ reus eſt.Qđ ſi ꝓclamauerit,vel in eo loco erat, in quo non erat ei ius eundi, & ſeruus ſe cauere non curauit,non tenebitur:imperitia quoq; culpæ annumeratur.Itaque ſi medicus ſeruū ſuum ſecuerit,& ob eius imperitiam , ſeruus mortuus eſt, vel ſi citius quàm deberet,dereliquit curationem, lege aquilia tenebitur,hac actione,non minus quis ex culpa,quàm ex dolo punitur. Quocunque enim modo damnum quis & culpā derit,etiam ſi dolo careat,hæc actio locū habet. Ita demum quis directo hac actione agere poterit,ſi corpus corpore læſum ſit,alioquin,niſi ſeruo alieno perſuaſero,vt tibi damnum det , vtili iudicio,non directo tenebor.Itē ſi ſeruo tuo perſuaſero,vt is ſe de ponte præcipitet, vel arenam frumento tuo immiſceat,& is id fecerit, vtili iudicio tibi tenebor.Quòd ſi ſeruum tuum compeditum,ductus miſericordia ſoluero,& is aufugerit, neq; directo iudicio,neq; vtili tenebor,ſed in factum in me placuit actionem dari.licet autem actio directo,ſoli domino competat: attamē vtilem etiam his,quibus iuſtè intereſt,dari placuit. Cùm autem libero homini,proprio corpore damnum datum eſt,impenſarū & ſumptuū quos in curatione fecerit,æſtimationem habebit.Item operarum quibus caret,aut cariturus eſt , rationem hoc iudicio conſequi poterit: deformitatis verò ratio non habebitur.Liberi enim corporis, placuit nullam fieri poſſe æſtimationem.

¶De iniuria.

¶GENERALITER INIVRIA DICITVR,omne quod non iure fit, ſpecialiter aliâs iniquitas & iniuſtitia,vt in lege aquilia dānum iniuria dicitur contumelia,quæ à contemnendo dicta eſt.Iniuria autem fit non ſolùm cùm mala alicuius,pugno percutitur,ſed etiam,cùm conuitium ei fit,vel cùm quis carmen,vel libellum ad infamiam alicuius ſcripſit,ediditve.vel edi fecit, aut ſcribi dolo malo,& generaliter quotiens aliquid fit,quod apertè in alicuius contumeliā pertineat.ſi quidem dolo malo factum eſt,locum habet hæc actio.Itaque ſi filiæ Titij quæ Pamphilo filio,Sei nupta eſt,iniuriam fecero,nō ſolùm Pāphilus ſed Titius & Seius iniuriarum mecū agere poterunt.Sin autem marito iniuriam fecero, vxori,iniuriarū non tenebor.Defendi enim vxores à viris,non viros ab vxoribus æquū eſt. Alijs autem perſonis,quæ non ſunt in noſtra poteſtate,ſi iniuria fiat,nos agere non poſſumus, niſi nominatim in noſtram contumeliam facta ſit. Itē ſi libero homini,vel ſeruo alieno,bona fide poſſeſſis,iniuria fiat,vel etiam ſi ſeruo meo proprio, ita demum iniuriarum mihi cōpetit actio , ſi in meam contumeliam apertè reſpiciat.Hæc autē actio,arbitraria [a] eſt,& ideo permittitur iniuriā paſſo iure iurando iniuriam æſtimare,taxatione habita à iudice,ſecūdum qualitatem facti & perſonarum ſimiliter facientis & patientis,nec non etiam locus in quo facta eſt,ideſt vtrum in publico aut in priuato,& locus etiam vulneris,ſecundum quæ & atrox eſt iniuria æſtimabitur. Aliter enim eſt iniuria æſtimanda,ſi ſenatori fiat,aliter ſi humili.Item aliter ſi in thatrū,vel in ſenatu,aliter ſi in clanculo fiat,aliterque ſi in oculo, quàm ſi in pede fiat,æſtimabitur.hęc autē actio, [b] quia ex iure prætorio deſcendit,anno terminatur, & ideo ſi quis iniuriam paſſus intra annum nō fuerit conteſtatus,amplius non poterit agere. Item ſi quis iniuriam paſſus ad animum ſtatim non duxerit,poſtea agere nō poterit.Sed ſi hæc actio ex iure deſcendat ciuili, veluti ex lege cornelia, quæ cōpetit ob eas cauſas,quod quis ſe pulſatū, verberatum,domum ſuam vi introitum eſſe dicat,etiam poſt annum,ſi ad animum ſtatim vt facta fuit,reuocauerit,agere poterit.domū autē ſiue ꝓpriā,ſiue conductā,ſiue gratis conceſſam,

a ¶In arbitrio poſita, non certa quantitate terminata.

b ¶Idcirco iniuriarū actio,quæ deſcendit ex iure prętorio,anno terminatur,quia ipſius prætoris ptās, anno finiebatur . quæ verò ex iure ciuili deſcendit, non ſolum hac,ſed generaliter omnes nō niſi.xxx.anno.curricu. finiuntur.

accipere. Hæc autem ſiue prætoria, ſiue ciuilis quia perſonalis eſt, nec hæredi nec in hæredem datur: niſi inter principales perſonas, lis fuerit inchoata. liberum eſt autem ei, qui iniuriam paſſus eſt, & priuato iudicio iniuriarum æſtimationē perſequi criminaliter,[a] & publico lege cornelia, accuſare. Nunquam enim plures actiones, (præſertim pœnales) de eadem concurrentes, altera alteram conſumit.

a ¶Criminalis accuſatio ideo dicitur, quia cuiuis ex populo dat.

¶ De actionibus quæ quaſi ex maleficio, naſcuntur.

¶SI IVDEX litem ſuam fecerit, propter imprudentiam quaſi ex maleficio obligatus videtur. Tunc autem litem facere videtur, cùm iniquè ſententiam dicit. Item is ex cuius cęnaculo proprio ſiue conducto, aliquid deiectum effuſum ne eſt, quod alicui nocitorum videtur, eſſe quaſi ex maleficio obligatus videtur. Item ſi quis eo quo vulgo iter ſit poſitum ſuſpenſumve, aliquid habuerit, quod ſi ceciderit iter agentibus, nocere poſsit, quaſi ex maleficio tenebitur. Cùm autem iudex per imperitiam litem ſuam fecerit, æſtimatione competentis iudicis, pœnam ſuſtinere cogitur ſecundum quod ei bonum & æquum eſſe videtur.

QVARTA PARS
SIVE LIBER QVARTVS.

De actionibus.[b]

b ¶Cùm aliquis mecū cōtrahit, vel maleficium mihi facit ius ſtatim ex ipſo contractu vel maleficio eū mihi vincit & obligat, quia vinculū iuris dicitur obligatio. Ad hoc verò exequendū & petendū in quo mihi vinct⁹ eſt, proditum eſt aliud ius quod dicitur actio quo iure eū q debet mihi ex contractu, vel ex maleficio, vt id qđ mihi debet ſoluat, cogo per iudicem .i. ſi quis rem meam poſsidet.

REſtat vt de actionibus tractemus. Actio autem nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi iudicio.

¶ De iudicijs.

¶ANTE QVAM DE ACTIONIBVS tractetur, pauca de iudicijs proponamus. Iudicium ergo eſt, cauſæ diſcuſsio, cum certarum perſonarum interpoſitione. In iudicio autem quinq; ſunt conſideranda, perſona, iuriſdictio, tempus, locus, cauſa. perſonarum quædam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles tantum. Neceſſariæ ſunt, ſine quibus iudicium conſiſtere non poteſt. hæ ſunt Iudex, actor & reus. his enim perſonis deficientibus, vel aliqua earum, iudicium quidem non erit. Heremodicium verò certis in caſibus eſſe poterit. veluti ſi contumaciter, poſt trinam edictorum ſollicitationem, vel poſt vnam peremptorij edicti commonitionem, valentem pro omnibus abeſſe dignoſcitur. vel ſi iam ferè elapſo triennio à litis exordio, vna parte præſente, altera qualibet abſente iudex ſententiam dixerit. Vtiles tantum ſunt, ſine quibus quidem iudicium conſiſtere poteſt, adhibitæ tamen, faciliorem iudicij exitum parant, vt ſunt aduocati, teſtes. item iudicis officiales, vt ſunt apparitores, prætores,[c] executores, aſſeſſores, ſcribæ. In perſonis communiter conſiderandum, quæ admittantur, ſeu quæ prohibeantur. Hoc ſciendum, quòd quæcunque perſona, ſi non ſpecialiter prohibetur, communi iure admittitur.

c ¶Pręcones q vocanť executores, q qđ iudex pręcipit exequuntur. aſſeſſores qui aſsident iudici. Scribæ qui ſcribunt geſta.

¶ Quibus ex cauſis perſonæ prohibeantur.

¶QVI AVTEM PROHIBENTVR, alij prohibentur ætate, alij morbo, alij caſu, alij conditione, quidam ſexu, quidam religione, quidam moribus, quidam etiam, ob ſpecialem cauſam: quidam ob familiam, quidam munere: Item qui prohibentur, quidam prohibentur certis cauſis, vel certis perſonis interuenientibus, quidam perpetuò. ætate & perpetuò prohibentur, impuberes, ne ſint Iudices, teſtes, aduocati. item actores vel rei, ſine tutoris vel curatoris authoritate. Minor etiam .xviij. annis, aduocatus eſſe non poteſt, vel iudex. Aduocatus verò eſt, qui cauſam ſuam vel amici ante eum qui iuriſdictioni præeſt exponit. Qui autem aduocatum non habent, à iudice petere poſſunt. Ait enim prætor, ſi aduocatum non habēt, ego dabo. Morbo prohibentur alij ob morbum corporis, alij ob morbum animi. Ob morbū corporis prohibetur, qui diutino morbo laborat, nec etiam ſuis pedibus ſupereſſe poteſt: vt ſit iudex. Item aduocatus, niſi in propria cauſa. Teſtis verò volens admittendus eſt. inuitus autem non eſt cogēdus. Item actor vel reus, ſi vult quidem eſſe, ſuſcipiat. Si mauult in ciuili cauſa, procuratorem ei dare concedatur. Ob morbum animi prohibentur, furioſus, mente captus, qui generaliter per ſe nullā legitimā perſonā in iudicio conſiſtendi habent. Caſu remouētur, cæcus, mutus, ſurdus. Cęco enim nō permittitur iudicē eſſe, niſi hoc ei poſt ſuſceptum magiſtratum acciderit. neq; aduocatum, niſi in propria cauſa, vel ſuorum familiarium. Reus verò vel actor quidem eſſe poterit. ſed procuratorem ei dare non denegatur. Item teſtis in quibuſdam iure ſuſcipitur. Mutus verò & ſurdus in iudicio per ſe conſiſtere non poſſunt.[d] Qui conditione prohibentur, aut ſunt ſerui, aut liberti. & ſerui quidem nullam conſiſtendi perſonam per ſe habent in iudicio, niſi in crimine perduellionis.[e] Inter ſeruum enim & liberum, conſtat nullum poſſe conſiſtere iudicium. Liberti verò nec patronum, nec pro patrono teſtimonium dicere poſſunt, vel eum accuſare, niſi in crimine maieſtatis. Patronus autem contra libertum teſtimonium dicere non compellitur. Sexu remouentur mulieres, ne ſint iudices, nec etiam ad poſtulandum, niſi in cauſa propria vel filiorum ſuorum, quorum tutelā gerunt, accedāt. Item in teſtamentis ahiberi teſtes minimè poſſunt. In iudicijs verò niſi adulterio damnatæ ſint, rectè admittuntur. Religione[f] prohibentur, veluti hæretici. ij nec teſtes, nec iudices ſeu aduocati contra Orthodoxos fieri poſſunt. pro Orthodoxo tamen aduerſus hæreticum, teſtimonium rectè hæretici admittitur. Item nec iudęum Chriſtiani iudicem eſſe poſſe, vel aduerſus eum, teſtem recipiendum eſt. Pro Chriſtiano & contra iudæum, teſtis eſſe poteſt. Chriſtianus verò Ortodoxeus, Iudæi & hæretici iudex & in eos teſtis eſſe poteſt. Moribus prohibentur infames, ne iudices creentur. item ne in teſtimonio recipiantur, nec aduocati ſint, niſi in cauſa ſua & ſuorum familiarium, vel quorum adminiſtrationem gerunt. Ob ſpecialem cauſam prohibentur, veluti propter inimicitiam capitalem. Hi contra ſe teſtes eſſe non poſſunt. nec accuſatores qui ante litem motam ſeparabantur. Item ſi capitales inimicitias contra patrem habuit, contra filium teſtis eſſe non poterit. Iudex autem eſſe non prohibetur, ſed ſi ſuſpectum

d ¶Quia per procuratores poſſunt.

e ¶Per duellionis crimen, cū eſt quis contra perſonam imperatoris, vel contra rempublicam molitur.

f ¶Religio eſt diuini numinis cultus, ſuperſtitio vana religio.

ſi ſuſpectum iudicem quis habuerit, liceat ei epiſcopum ciuitatis ad cauſam diſcutiendam vnà cum iudice ſuſpecto aduocare. Ob familiam ius dicendi in me vel pro me teſtimonium, præter in crimine perduellionis, non habent filius vel filia, nepos vel neptes, neque omnes qui poteſtate mihi iunguntur. Amplius quibuſcunque imperare poſſumus, vt inuiti teſtimonium dicant, hi nobis iure, teſtes eſſe non poſſunt. Iudex autem & pater filio, & filius pater, etiam ſi in eius poteſtate ſit, eſſe poterit. Munere[a] prohibentur, milites ne priuatorum aut aduocati aut iudices, aut accuſatores exiſtant. Et generaliter nullus ad teſtimonium ducendus eſt, niſi quem & vitæ dignitas, & morum honeſtas, vel vox aliorum legitimorum teſtium, commendat & in ſumma talis debet eſſe omnis teſtis, vt fidem debitam iudiciariæ religioni omni gratiæ & potentatui poſsit præponere. Quod autem clericus aduerſus laicũ teſtis eſſe non poſsit. Vel econtra in capitulari legis Lõgobardicæ cautum eſt. In legibus autem Romanis, non memini me inueniſſe, imò contrarium in multis locis cõſtitutum eſſe cognoui.

a ¶ Munus quid ſit docet iuriſcõſul. l. mun⁹. j. ff. de verb. ſig.

¶ De iuriſdictiõe.

¶ IVRISDICTIO EST, ius dicendi ius. Hæc autem alia voluntaria, alia contentioſa. voluntaria eſt, quæ vtraque parte volente expeditur: vt adoptio, emancipatio, manumiſsio. Poteſt tamen & quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam reſpuere permittitur. Contentioſa eſt, quæ per litem & contentionem expeditur. Hæc alia mera, alia mixta. Mera iuriſdictio eſt, vt poteſtas gladij. mixta eſt quæ in ſe alicuius rei, habet ſententiæ ditionem. Item iuriſdictio, alia propria, alia demandata, alia ex communi partium conſenſu data. Qui propriam iuriſdictionem habent iudices ordinarij dicuntur. nec intereſt vtrum habeat poteſtatem gladij, necne. Qui autem demandatã habent, dati vocantur. qui eam ex communi conſenſu partium habent, arbitri appellantur. Poteſt tamen idem & datus iudex arbiter eſſe. veluti ſi ego & Titius in Seium compromiſerimus, & poſtea à proprio ordinario, eum nobis dari iudicem petierimus. Qui autem propriam iuriſdictionem habet demandare eam poteſt. Qui autem ſolùm demandatam habet, eam mandare alij non poteſt, niſi ei à principe, ſit demandata. Ait enim ius: Iudex à iudice delegatus iudicis dandi non habet poteſtatem, niſi ipſe iudiciario munere fungatur. Mera iuriſdictio demandari non poteſt. Item nec cauſa ſtatus, nec totius patrimonij controuerſia.

¶ De arbitris.

¶ ARBITER AVTEM, ex compromiſſo eligi oportet. Alioquin niſi ex compromiſſo[b] pœna adhibita, vel pignore dato eligatur, & poſt eam ſententiam ſi quis dicat abſolutoriam, exceptio ex ſententia[c] parabitur. Sin verò condemnatoriam actor ad exequendum non habet iudicati actionem. Sacramento verò dato, arbitrum eligi, noua conſtitutio prohibet. Arbiter ex ſolo conſenſu electus, diem dandæ ſententiæ inuitis litigatoribus mutare non poteſt. Poſt diem verò ſtatutum elapſum, ſententia ab eo dicta nullam obtinet firmitudinem, niſi vtraque pars conſenſerit.

b ¶ Ex cõpormiſſo vt inſimul inter ſe partes pœnam promittant, ſi ſe libertum dicit.

c ¶ Sententia ab eo dicta qui ea iure prohibetur dicere, nulli⁹ eſt momenti. omnis diffinitiua ſententia aut eſt condemnatoria aut abſolutoria. Omnis abſolutoria exceptionẽ parat. cõdẽnatoria verò omnis actionẽ, vt ea quæ data eſt nõ ab ordinario iudice, vel nõ ab ordinario dato.

¶ De temporibus iudiciorum.

¶ TEMPVS CONSIDERATVR, in iudicijs. & in quo fieri debeant, & intra quod finiri. Nam dies feriarum, non eſſe iuridicos, ſacræ conſtitutiones præcipiunt. Hi ſunt gemini menſes, quos indulgentior annus ad requiem laboris accepit. æſtiuos ad ſegetes colligendas, autũnos fructibus decerpendis. & hæc ſecundum regionis qualitatem, conſiderari debent. Dies quoque natalis Domini, & Calendarum Ianuariarum, dies etiam piphaniarum Chriſti. xl. dies. qui dominicam reſurrectionem, auſpitio ceriomoniarum[d] anticipant. dies quoque Paſchæ qui ſepteno præcedunt numero, vel ſequuntur. nec non dies dominici qui repetito in ſe numero, reuoluuntur & Aſcenſionis & Pentecoſtes. & letaniarum. otio emancipant. Pari quoque reuerentia neceſſe eſt haberi, natalicios apoſtolorum. necnon diem ortus Imperialis perſonæ. In omnibus tamen prædictis diebus, voluntariæ iuriſdictionis effectus, non prohibetur. Item criminales cauſæ in prædictis duobus menſibus, exerceri non prohibeantur. Item cauſæ orphanorum & viduarum prædicto etiam tempore agãtur. Item cauſæ piorum locorum. Tempus intra quod finiri debet, conſideratur, ideſt triennium à litis conteſtatæ tempore, ſi cauſa ciuilis eſt. Sin autem criminalis, vltra biennium non prolongatur. & ſi quidem reus præſto eſt: actor verò abſit: liceat iudici actorem commone facere, vt vel ipſe veniat, vel procuratorem mittat legitimum. Sin autem actor minimè venerit, nec procuratorem miſerit, vocetur per tria edicta, per interuallum in ſingulis, non minus. xxx. dierum: & ſi nec tũc venerit, habeat inducias vnius anni adhuc. Quo elapſo, præſente reo, litem audire iudici liceat, & conſentaneum calculum proferat. Quòd ſi intra prædictum annum venerit, & litẽ agere voluerit, non tamen antea ſuſcipiatur quàm impenſas reo præſtet, iterum ad iudicium accedat. Alioquin ſi impenſas reo ſoluere noluerit, & annus tranſierit, careat actionibus. Illa enim regula qua cautum eſt, ne quis inuitus agere vel accuſare compellatur, tunc locum habet, cùm actor aduerſarium ſuum, teneri in iudicio non fecit. Hæc autem locum habent non ſi lis, conteſtata fuerit, ſed etiam ſi ſola admonitio & precum intimatio iudici facta eſt. Quòd ſi reus quidẽ abſuerit, vel etiam reo abſente non inſtet, liceat iudici ſi quidem ex contumacia reus abeſt, peremptorio edicto, eum citare, vel voce præconia vocare, & litem (ſecũdum iuris ordinem) finire. Sin verò reus non ex contumacia abeſt, & triennium iam tranſierit, ita vt ſex menſes tantùm ſuperſint, inde eum tribus edictis, vocare per prædicta interualla oportet. Quòd ſi nec tunc veniat, cauſas audiat, & ſecundum quod iuſtum inueniat ſententiam proferat. Curare autem ſemper debet Iudex in diffinitiua ſententia quatinus victum victori in omnes legitimas expenſas, quas victor iurauerit ſe in totali re feciſſe, condemnet. Sin autem vndique variæ lites ſint, & propter hoc alterum alteri minimè in expenſis condemnare maluerit: & hoc in ſua habeat poteſtate. Has tamen impenſas victor abſentis petere poteſt. Sin autem vtraq; parte præſente, vel altera iudex cauſam

d ¶ Cerimoniæ ſunt veluti eleemoſinę ieiunia. imò eſt cultus Dei per actus exteriores

finire minimè voluerit, totam litem ex litis facultatibus ſine omni inquiſitiõe, emẽdare cogatur.

¶ De loco vbi quis agere vel cõueniri debeat.

¶ LOCVS CONSIDERATVR, in iudicijs, vbi quis agere vel conueniri debeat. Vbi enim quis domicilium habet, aut vbi contraxerit, vel deliquit, aut vbi res ſitæ ſunt, ſi in rem agit, apud eius loci Iudicem conueniri debet. Actor enim,[a] rei forum, non reus actoris ſequetur. Itẽ Romæ omnes conueniri poſſunt, quocunque loco ſit contractum. hoc tamen ex priuilegio legatis cauſa reipub. remittitur. Item apud quem iudicem quis agat, apud eum reſpondere cogitur. Clericus autẽ in eccleſiaſtico negotio, nec agere nec conueniri apud præſidem prouinciæ debet, ſed apud proprium epiſcopum, debet diffiniri. Sin autem is qui conuenitur eſt laicus, volens quidem ante antiſtitem litigare, admittendus. inuitus verò non eſt cogendus. Quòd ſi in cauſa criminali (quæ ad eccleſiaſticum negotium non pertinet) clericus accuſetur. licet in hoc caſu epiſcopum cognoſcere vt tamen ſi dignum capitali ſupplicio clericum inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum Iudici tradat. Sin verò clericus, ante præſidem accuſetur: non liceat præſidi ante clericum punire, quàm â proprio epiſcopo à clericatus honore fuerit denudatus. quòd ſi ipſe viderit acta non iuſtè conſtitiſſe: liceat ei gradus denudationem ſub legitima cautela mittere quouſque ſuper ea re, principi ſuggeratur, iuſtè finem cauſæ impoſituro. Sin verò inter clericum vel quemuis alium, & proprium epiſcopum, cauſa emerſerit qualiſcunque, primùm metropolitanus adeundus eſt, qui ſecundum canones & leges, negotium diſcernat. & ſi quis iudicatis acquieſcere noluerit: ad patriarcham illius regionis, referatur & ille ſecundum canones & leges, fidem eis præbeat: & nulla pars valeat contradicere eius ſententiæ. Item obſeruandum, & ſi inter duos epiſcopos, eiuſdem concilij, de quacunque cauſa lis interueniat, adhibere etiam debet in iudicando epiſcopum metropolitanum, & quoſdam de epiſcopis eiuſdem concilij. Sin autem contra metropolitanum quiſquam adire noluerit, regionis illius patriarcha negotium diſcernat.

a ¶ Actor in ciuili cauſa, accuſator in criminalibus.

¶ De cauſis.

¶ CAVSA AVTEM EST, ante eum qui iuriſdictioni pręeſt, agentis vel rei controuerſia. Hæc alia ciuilis, alia criminalis. Ciuilis cauſa eſt, quæ per actionem, vel iudicis officium[b] exercetur. Criminalis verò eſt, quæ per accuſationem & ſolennem inſcriptionem proponitur. Et primitus quidem de ciuili cauſa videamus. In hac autem quædam conſiderare oportet, quæ eam præcedunt, quædam quæ inſunt. quædam quæ ſequũtur. Cauſam præcedit actionis ęditio, in ius vocatio, libelli conuentio, & hoc ordine certo. Si enim quis contra aliquem actionem putat ſe habere, prius eum adire debet, & actionem ſuam atque rationes ædere, vt ſecum aduerſarius deliberet, vtrum ſoluere quod ab eo petitur malit, an reluctandum exiſtimet. Qui ſoluere voluerit, non eſt in iudicium vocandus. Alioquin iniuriarum actor ita tenebitur. Quòd ſi reluctandum putat: tunc actor iudicem adeat, & cauſam ſuam iudici exponat, & eam geſtis inſcribi faciat. Iudex verò libello conuentionis facto, per apparitorem reum in ius vocet. Libellus autem conuentionis in hunc modum fieri debet Metellus iudex Iugurtæ. Notum ſit tibi atherbalem queſtũ, mihi de te fuiſſe, quòd vitæ eius fueris inſidiatus, cuius rei gratia, te moneo, vt ad placitum venias eique iuſtitiam facias, libellumque eius accuſationis ſuſcipias: Quo ſubſequuto, habet reus ſpatium .xx. dierum, in quo liceat ei, vel recuſare, vel ſi eum ſuſpectum habet, epiſcopum loci vel alium iudicem cum eo, ad cauſam diſcutiendam aduocare. vel id quod debet reus, intra prædictos .xx. dies confiteri. & ſiquidem Iudicem recuſandum putauerit, libellum non accipiat, ſed ante iudicem repræſentatus, fori præſcriptione vtatur. Nemo enim neq; in criminali cauſa, neq; in tributorũ exactione, neq; in populari ſeditiõe, à pręſide prouincię[c] vocat⁹, fori pręſcriptiõe vtaẽ.

b ¶ Veluti reſtitutio in integrum.

c ¶ Prouĩcia eſt regio certis finibus vnius iudicis officio deſtinata. Idem ius præſes habet in prouincia quod pręctor in vrbe.

¶ De in ius vocando.

¶ OMNIS ENIM, à Iudice vocatus ante iudicem ſui copiam faciat, vt hoc ipſum ſciatur, vtrum eius iuriſdictioni ſubiaceat. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc perſonales præſtet fideiuſsiones, & ſportulas executorum det, & ſubſcribat contradictionis libello[d], tempus & diem quo eum excepit, & vſque ad prædictum ſpatium, nullam moleſtiã patiatur. Sin autem prædictum tempus elapſum ſit, tunc ad reſpondendum actori ſi ſe non excuſauit, teneatur. In ius autem vocare patronum prohibetur libertus præterquàm ſi veniam edicti impetrauerit. quòd ſi aduerſus hoc facere auſus fuerit, quingentorum aureorum pœna mulctabitur. Cùm autem vtraque pars, ante iudicem ſui copiam fecerit, tunc ſi quas præſcriptiones perſonales, inter ſe litigatores opponere volunt, audiantur ante litis conteſtationem. Alioquin poſtea opponere non licebit. ſatiſdationeſque exponant. reus quidem iudicatum ſolui. actor verò litem vſque ad diffinitiuam ſententiam executurum. Sinautem per procuratorem litigaturi, tunc ſi de mandato dubitatur, niſi ſit pater vel maritus, procurator actoris, etiam rem ratam dominum habiturum ſatiſdatione confirmet: procurator verò rei, iudicatũ ſolui ſatiſdet.

d ¶ I. debet alium libellum facere, & in eo contradictionẽ ſuam, & in vltimo, diem ponere quo per executorem, conuentus eſt. Libellus verò contradictionis hoc fine clauditur: Me. Iug. relatione veſtrarũ literarum didici, atherb. de me apud tribunal veſtrũ quæſtũ fuiſſe qđ vitæ eius fuerim inſidiatus huius rei quidẽ cauſa iudicio me ſiſti, tali die ſpondeo, & cõtradictiõis libellũ mitto. & accuſationis ſcriptum .v. Idi. Iañ. apud opidũ Vaccã. me receptiſſe profiteor.

¶ De iureiurando actoris rei & aduocatorum.

¶ HIS QVOQVE SVBSECVTIS, actor iuret, quòd ſe putans habere iuſtam cauſam, venit ad litigandum. Reus verò putans ſe vti bona inſtantia ad reluctandum. Addant etiam: quia nec delationis aut calumniæ, nec vexandi aduerſarij cauſa, probatiões in tota cauſa ab aduerſario ſuo exigant. Aduocati etiã vtriuſque partis præbeant iuſiurandum, nihil ſe, niſi quod iuſtum & vtile litigatoribus putauerint eſſe in tota cauſa allegaturos: neq; etiã dolo malo prętermiſſuros.

¶ De ſacramento dando pro ſuſpicione.

¶ QVOD SI ETIAM SVSPICIO emerſerit, quòd aliquis litigatorũ aliquid dederit, vel promiſerit iudici pro hac cauſa, iurare debent, quòd nihil dederit vel promiſerit, quod ſi aliquis eorum hoc iuſiurandum ſubire maluerit: ſi quidem actor eſt, actione cadat. ſi autem reus, pro condemnato habeatur. Planè ſi confeſſus fuerit aliquis, ſe dediſſe vel promiſiſſe, & cui & hoc probauerit: ipſe quidem à pœna immunis erit. Conuictus verò ſi quidem ciuilis cauſa fuerit, magiſtratu expoliatus, promiſſum in duplum datum in triplo præſtabit. Sinautem criminalis ſit cauſa prius bonorum publicatione in exilium mittatur.

mittatur.Quòd ſi litigat[illegible] iudicem accepiſſe cō[illegible]ere non poteſt,Iud[illegible]x iureiurando ſe expurget.Litig[illegible]tor verò fiſco æſtimationem præſtet. [illegible] lis legitimo modo finiatur,& hoc ſi ciuilis cau[illegible] [illegible]uerit.Sin autem criminalis ſit,bona eius fiſco publicabun[illegible]ur.Cauſa verò,legitimum finem accipiat apud competentem Iudicem. Quòd ſi Iudex iuſſu [illegible]ndum dare minimè voluerit, eadem pœna teneatur,qua ſupra litigatorem teneri diximus.Hæc autem omnia,non ſolùm in omnibus ordinarijs iudicijs, ſed inter arbitros locum habere volumus.Oportet etiam iudices ab ipſo principio litis,vſque ad finem(maximè in diffinitiua ſententia) habere ante ſe propoſita ſacroſancta euangelia , attendentes quod ſicut iudicant homines , ſic iudicantur à Deo . Principium verò litis eſt, litis conteſtatio.

¶ De litis conteſtatione.

¶ LIS AVTEM CONTESTATA, tunc videtur,cùm vtraq; parte præſente, vnus proponit,alius contradicit.Hac autem conteſtatione, actiões quæ temporales erāt,vel quæ in hæredē trāſire nō poterāt,ſeu quæ iam fori præſcriptiōe excluſæ erāt,& in hæredē ꝑpetuæ efficiūtur,nec vlla niſi tricēnali præſcriptione,poſt litis cōteſtatione habitā , excluduntur.Hoc idē facit precū porrectio,epiſcopalis admonitio,& quædā alia. Litē autē cōteſtādo,res in controuerſia deducit.

¶ De quæſtione facti vel iuris ſeu nominis.

¶ CONTROVERSIA VERO, triplex eſt, aut enim erit facti, aut nominis,aut iuris. Facti controuerſia eſt,cùm de facto quæritur.vt feciſti hæc?non feci.Hæc à rethoribus coniecturalis appellatur.Iuris quæſtio eſt, cùm de facto quidē cōſtat,de iure verò dubitatur.Hæc & generalem & trāſlatiuā includit. Nominis eſt quæſtio, cùm de facto & iure facti cōſtat,de nomine ei⁹ facti dubitatur,vt ſi auferatur res ſacra de eccleſia, & vnus dicat furtum eſſe,alius verò ſacrilegium appellet,hæc in ſe diffinitiuam includit viciſsim.

¶ De ꝓbationib⁹.

¶ CVM VERO QVESTIO FACTI EST, qui dicit factum eſſe aliquid probare debet. Ei enim incumbit probatio qui dicit, non qui negat.Factum enim negantis naturali iure , nulla eſt probatio. Si verò iuris ſit quæſtio, qui negat ius,probare debet,niſi generalis prohibitio [a] ſibi obſit.Si verò nominis eſt quæſtio , qui aliquod emolumentum conſequi vult ex nomine,probare debet.Item conſiderandum generaliter,quòd qui agit vel accuſat,ꝓbare debet. Ait enim lex, qui accuſare volunt,probationes habere debēt: & poſt pauca: Actore enim vel non probāte,qui conuenitur,& ſi nihil præſtiterit,obtineat. Item alia lex.Res alienas poſsidens,licet nullam iuſtā cauſam poſsidendi habeat:tamen non niſi implēti intentionem ſuam,reſtituere cogitur.Non ſolùm autem qui ab initio agit,probare debet, ſed etiam reus ſi excipiat,probare debet.Reus enim in exceptione , actor eſt. Probantur verò quæſtiones,ſi quidem facti ſunt,teſtibus, inſtrumentis,cōſentiente fama,præſumptionibus , indicijs.

a ¶ Veluti cùm generaliter ſit prohibitū homicidium, qui dicit ſe iure occidiſſe, probare debet.

¶ De teſtibus.

¶ IN TESTIVM probatione conſiderandum qui vbi numerus teſtium,ſpecialiter nō exigitur, duo ſufficiunt.Vox autem vnius ſolius teſtis,nullo modo ad probationem eſt idonea,ad præſumptionem [b] faciendam poteſt admitti.Et hic conſiderandum,vt nullus ſit teſtis, Iudex vel actor. Null⁹ enim duas perſonas in iudicio neceſſarias in eodem iudicio habere poteſt. Item omnis teſtis iuratus teſtimonium dicat: & antequam ad dicendum teſtimoniū accedat,ſeparetur.& vtrū veriſimile & cōcordās teſtimoniū alterius, teſtis dicat,diſcutiatur.Quòd ſi plures teſtes ſint, & diſcordāt,honeſtioribus credēdū eſt.à reliquis ſi viles ſint perſonæ,per tormēta veritas exigēda eſt.

b ¶ Præſumptio eſt fides habita de aliqua re, per aliquam extrinſecā cauſam ſufficientem.

¶ De fide inſtrumentorum.

¶ INSTRVMENTIS [c] QVAESTIO PROBATVR, cùm ſcriptum aliquod ad probādum factum quod in quæſtione eſt,indicitur.hoc autem tale eſſe debet,vt tabularij publici conſcriptione,& teſtiū [d] ſubſcriptione roboretur.Quòd ſi tabularij conſcriptionem non habent,teſtium ſacramento firmetur.Sin verò & teſtes & tabularius mortuus ſit,dubitatio autē emergat, vtrū tabularius ſcripſerit,tribus publicis inſtrumētis, & de quibus dubium non ſit, dato ſacramento comparantis,comparatio fiat literarum. Cùm autem quæſtio iuris eſt,per ius ſcriptum, vel per æquitatē,vel per ſimile probari debet. Sin verò æquitas iuri ſcripto contraria videatur , ſecundùm ipſam iudicandum eſt. Ait enim: placuit in omnibus rebus,præcipuam eſſe iuſtitiæ,æquitatiſq;,quàm iuris ſtricti rationem.huic enim aduerſari videtur,lex poſita in primo libro codicis. ti.de legibus & cōſtitutionibus,inter ius & æquitatem interpoſitam,interpretationem nobis ſolis oportet inſpicere. Cùm autem nominis eſt quæſtio,per diffinitionem, vel per ſcriptam legem, probari oportet. Viſo autem quid ſit iudicium & eius cauſa,cætera quæ ſequuntur,ad tractandum de actione redeamus.

c ¶ Inſtrumenta dicuntur ſcripta per excellentiā ,eo ꝙ nos inſtruunt veritate.

d ¶ Teſtes in inferiori parte ſubſcribātur interfuiſſe negotio,quod eſt in quæſtione.

¶ De actionibus.

¶ IN ACTIONE, ſex oportet,īſpicere ex qua cā naſcaꝰ,ex quo iure,ꝓficiſcaꝰ,cui cōpetat,aduerſus quē,& ꝗd in ea veniat,& iudicis officiū in ea.

¶ Quæ ex oligatione naſcuntur dicūtur in perſonā.quæ ex rei detentione,in rem vocantur.

¶ NASCITVR AVTEM OMNIS ACTIO, ex obligatione,vel rei detentione.Ex obligatiōe, naſcuntur omnes perſonales [e] , [A] actionales.Obligatio autem quibus modis contrahitur,ſuperius dictum eſt.Ex rei detentione naſcūtur actiones, cùm perſona quidē nullo modo obligata eſt, ſed in rem quam poſsidet aliquod mihi ius dico habere,& hæ actiones vocantur in rem.Harū aliæ ſunt ciuiles,aliæ prætoriæ.Ciuiles alias de vniuerſitate,alias de re ſpeciali.De vniuerſitate ciuiles actiones proditæ aliæ ad petendum, aliæ ad diuidendum.Ad petendum prodita eſt,petitio hæreditatis,quæ competit hæredi,ad petendam hæreditatem.Ad diuidendum,prodita eſt actio familiæ hærciſcundæ.quæ hæredi conuenit ad diuidēdum.In rem ſpecialem ad petendum prodita eſt vendicatio,quæ domino competit ad rem ſuam petendam.Ad diuidendum ſpecialis eſt, communi diuidūdo,quæ eis competit,qui rem aliquam communem habent.Item in rem ciuilem eſt, finium regundorum,quæ datur eis , qui confines agros poſsident,ad fines diſtinguendos.Iure prætorio proditæ ſunt actiones in rem,veluti de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum & ruſticorū. Itē publiciana,quæ datur bonæ fidei poſſeſſori. Item Seruiana & quaſi Seruiana,quæ etiam hypothecaria vocatur.Per Seruianam autem experitur quis de rebus coloni,quæ domino fundi pro penſionibus obligatæ tacito iure videntur. Quaſi Seruiana,qua creditor,de ſibi pignorata experitur,quæ hypothecaria vocaꝰ. Inter pign⁹ verò & hypothecā nihil aliud intereſt,niſi ꝗa pignus ſine traditiōe fieri.In hypotheca verò pōt.

e ¶ In ꝑſonā idcirco dicunꝰ actiōes, ex obligatiōe quæ naſcūtur ꝗa quocūq; mō res in quā obligatur quis alieneꝰ: perſona tamen eius qui debet,obligata permanet,quouſque mihi ſatisfaciat . At verò ſi in rem actione mihi aliꝗs teneꝰ,fortè ꝗa rē meā poſsidet : quocūq; mō ſine dolo ſuo deſinat poſsidere,amplius non mihi tenebitur,ſed aduerſus eum qui cœpit poſsidere actionem intendam in rem.

A ¶ *Quæ competunt in perſonam.ſ.re uerbis,literis,conſenſu.*

¶ Ex quo iure proficiſcatur actio.

¶ EX QVO IVRE PROFICISCITVR ACTIO,[a] ſi quidem ex contractu eſt ei qui contraxit vel hæredi eius. Sin verò ex maleficio,[A] ei qui maleficium paſſus eſt, vel hęredi eius. præter actionem iniuriarum quæ nec hæredi, nec in hæredem datur. & ſi quæ ſunt ei ſimiles. Quòd ſi in rẽ ſit actio, ei competit qui ius in ea re quæ petitur habere dignoſcitur, & hæredi eius, niſi in pſona ius coercetur vt vſusfructus, vſus, habitatio.

¶ Aduerſus quem competat.

¶ ADVERSVS QVEM COMPETIT, ſi quidem ex contractu eſt: aduerſus eum qui cõtraxit, vel eius hæredem, niſi ſit depoſiti, de quo lis creſcat[b] in inficiãdo. Si verò ex maleficio, aduerſus eum qui maleficium fecit, vel eius hæredẽ poſt litis conteſtationem. Sin verò in rem ſit: aduerſus eum qui competit, qui poſsidet, vel qui dolo fecit, quo minus poſsideret dolus enim ſemper pro poſſeſsione[c] habetur & eius hæredem.

¶ Quid in actione venit.

¶ QVID IN ACTIONE VENIT, in perſonam eſt, ex contractu[d], vel quaſi contractu videndum eſt, vtrũ contractus talis vel quaſi contractus ſit, vnde mutuæ naſcantur obligationes, vt ſunt cõmodatum, depoſitum, pignus, mãdatum, tutelæ, negotiorum geſtorum. Ex his ei omnibus prædictis, duplices naſcuntur actiones, vna directa, altera contraria. Directa actio eſt, quæ datur domino rei, veluti commodanti: deponenti, debitori mandanti, pupillo, ei cuius negotia geſta ſunt. Contraria eſt, quæ datur his qui rem geſſerunt, commodatario, depoſitario, creditori, mandatario tutori, curatori: negotiorum geſtori. Et in directis quid actionibꝰ venit, res quæ in conuentione poſita eſt, vt præſtetur ſeu reſtituatur. Item dolus & lata culpa ſolummodo in quibuſdã veluti in depoſito. & etiã in pro ſocio. vtrunq; in quibuſdã, dolus & omnis culpa, & diligentia. vt in pignoratitia, mandati, tutelæ, negotiorum geſtorum. In alijs exactiſsima diligentia, vt in commodato. In contrario iudicio venit hoc, quod impenſum eſt. In venditi iudicio conuenit pretium. In empti verò res vendita, & ſi quid in ea deliquit dolo vel culpa veniunt etiam acceſsiones. Item in locati actione, venit merces & delictum, & cuſtodia diligens, venit ipſa res quæ locata eſt. In conducti iudicio venit, ſi quid impendit, ſi quid deliquit. Et nouãdũ, quòd omnes prædictæ actiões,[e] ad intereſſe ſpectant: vt ſi quidem hoc quod in natura actionis eſt, præſtet reus cum ſuis acceſsionibus, abſoluatur. Sin autem, ad intereſſe reus condẽnetur. Et notandum quòd omnes prædictæ actiones, bonæ fidei ſunt. Item bonæ fidei eſt, ex ſtipulatu,[f] quæ[B] competit mulieri ad requirẽdam dotem. Item præſcriptis verbis, quæ competit de æſtimatio. & ea quæ ex permutatione[g]. & hoc ſciẽdum generaliter, quòd in omnibus bonæ fidei iudicijs, non ſolùm res, quæ eſt in conuentione venit, ſed omnes perſonales præſtationes. Item omnes acceſsiones. Item quicquid alterum alteri, ex bono & æquo præſtare conuenit. Item ſi pecunia eſt, vſuram[h] ex mora præſtari conuenit. In alijs autem ex contractu: veluti in condictiõe certi, quæ deſcendit ex mutuo & in ſtipulatu, præter in ſupradicto caſu. & indebiti condictione, & in præſcriptis verbis actiõe ex alijs cauſis præter ſupradictas competente, quia ſtricti iuris ſunt. res ipſæ tantum, quæ in cõuentione poſitæ ſunt vocauit vel per errorem ſolutæ. Poſt litis autem conteſtationem, etiam acceſsiones veniunt. In his autem acceſsionibus quæ naſcũtur ex maleficio vel quaſi maleficio in quibuſdam venit ſimplum. in quibuſdam duplum, in alijs triplum, in alijs quadruplum. Simplum venit, velut in actione legis aquiliæ. Item de dolo, & poſt annum vi bonorũ raptorum. Duplum in actione furti nec manifeſti, ſerui corrupti, & in actione depoſiti, ex incendio ruina naufragio ſi inficiatur. Triplum, veluti ſi quis maiorem ſummam in libello conuentionis, inſeruit, vt viatores maiores ſportulas à reo exigerent. Quadruplum conſequitur, actiõe furti, vi bonorum raptorum. Item de calũnia, & in alijs multis caſibꝰ vltra quadruplum, nulla actio prodita eſt. Per actionem verò in rem conſequitur quis ipſas res, in quas intendit. & in alijs quidem venit res ipſa, quæ petitur, in quibuſdam ius tantum in re. In quibuſdã ſola poſſeſsio. Res ipſa venit in actione iure ſpeciali, quæ vendicatio appellatur veniunt etiam partus, & fœtus, & fructus acceſsiones & hoc variè ſecundum qualitatem poſſeſſorum. Si enim bonæ[i] fidei ſunt poſſeſſores, de conſumptis non tenentur. malefidei poſſeſſor, omnium rationem reddet. In petitione autem hæreditatis, quæ competit hæredi, ſolũmodo contra eum qui poſsidet pro hærede[c] vel pro poſſeſſore, veniunt non ſolùm res, quæ fuere defuncti, ſed & commodatæ & depoſitæ. & quæcunq; defunctus poſſedit quoquo iuſto modo tẽpore mortis, quæ non tantùm perſonales fuere, vt vſusfructuariæ. Item in familiæ[k] hærciſcũdæ, & communi diuidundo res ipſæ veniunt non ad hoc vt reſtituantur, ſicut in ſupradictis, ſed vt diuidantur. veniunt etiam perſonales præſtatiões, non vñ perſonam regundorum iudicantur. In finium verò regundorum veniũt res, non ad hoc vt reſtituantur vel diuidantur, ſed vt eorum termini erigantur. Ius in re conſequitur quis, actione in rem propoſitam, de vſufructu & vſu & habitatione. Item ius in re conſequitur quis, de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum & ruſticorũ, quæ dantur tam ex parte petentis, quàm poſsidentis[l]. cùm in nullo alio iuris articulo, poſsidẽti actio ſit prodita. Poſſeſsionem conſequitur quis Seruiana & quaſi Seruiana. Per actionem verò ad exhibendum, neq; rem conſequimur, neq; ius in re. ſed tantum vt oſtendatur nobis, vt poſtea vendicare, vel alio modo petere poſsimus, qua quidem actione, poteſt agere is, cuius intereſt, vt exhibeatur ex aliqua probabili cauſa. Item ſciendum, quòd quædam actiones, ſunt rei perſecutoriæ tantum, quædam pœnę tantum. quędam rei & pœnæ, quæ mixtæ vocantur. Rei perſecutoriæ ſunt omnes actiones in rem. item in perſonam, omnes ex contractu vel quaſi contractu præter actionem depoſiti, quæ competit eo nomine cuius depoſitum eſt. Tumultus incẽdij, ruinæ, naufragij cauſa contra inficiantem. Ex maleficio verò quædam pœnæ tantùm ſunt perſecutoriæ, quædam mixtæ. Pœnam tantùm conſequitur quis, actione[m] furti, iniuriarum, quod metus cauſa, intra annum. Item de eo qui ſuſpẽſum poſitumve eſt quod vulgo tunc facientibus nocere poſsit. Pœnam verò & rẽ conſequitur actiõe vi bonorũ raptorũ, dãni iniurię, & alijs multis. Rem tantũ conſequitur veluti cõditiõe furtiua.

Officium

a ¶ Ex iure prætorio vel ciuili cui competit actio.

A ¶ Ex *maleficio, ut furto rapina,*

b ¶ I. ex ea cauſa. vt ex tumultu incendio, ruina, naufragio.

c ¶ Conuenitur ſi dolo deſijt poſsidere, ac ſi poſsideret.

d ¶ Actiones ex contractu ſunt, cõmodati depoſiti, pignoratitia mãdati quaſi ex contractu ſunt tabulæ negotiorũ geſtorum.

e ¶ Omnes perſonales actiones, ita ſunt proditæ vt id quod in cõuentione eſt, in primis per eas petamus: vt ſi equũ ab aliquo emi, & mihi venditor tradat, agam ex empti actiõe, petẽdo equum vt mihi ſecũdũ conuentionem tradat. Quod ſi tradere noluerit, iudex eũ condẽnare debet. ita vt vel equum mihi tradat, vel intereſſe mihi præſtet. i. tantũ mihi præſtet quãtũ mihi potero oſtendere meã vtilitatem futurã ex traditione equi. veluti ſi eo die quo mihi tradere debuit, eũ pretio. c. ſolidorum venditũ huiuſmodi cũ tñ eũ non niſi. xl ſciuiſſem. c. mihi præſtabit.

f ¶ Ideirco huiuſmodi actiones bonæ fidei dicuntur, quia cum generaliter in oĩbus actionibus quæ naſcuntur ex contractu vel quaſi cõtractu, bona fides exigatur. in his cum maximè exigitur & ideo non ſolùm, id qđ in cõuentiõe poſitum eſt, ve eius intereſſe per has ſicut per eas quæ ſtricti iuris ſunt petitur & fœtꝰ & acceſsiones & generaliter quicqd ex bono & æquo alterũ alteri præſtare oportet.

g ¶ Permutatio differt à mutuo, qa in mutuo eadem qualitas & quãtitas reſtituenda eſt. In permutatiõe verò & eadem & diuerſa pręſtari poſſunt. Itẽ mutuũ conſtat in his rebꝰ, quæ cõſiſtunt pondere. numero menſura. Permutatio verò omniũ rerum corporalium fieri põt,

h ¶ In omnibus bonæ fidei iudicijs vſuræ ex mora veniunt. Moram autẽ facit qui poſtquã debuit ſoluere interpellatus cùm nullam iuſtã cauſam habeat noluit.

E ¶ *Siue interceſsit ſtipulatio, ſiue nõ. iure enim tacito ſuper interceſsiſſe intelligitur.*

i ¶ Quicquid aliquis ſperat ex bono & ęquo ſe cõſecuturũ ab eo cũ quo cõtraxit, vel quaſi contraxit bona fides dicitur.

c ¶ *Qui poſsidet, qui putat ſe hæredẽ cũ non ſit.*

k ¶ Nota has dictas actiones, mixtas in rem & in perſonam.

l ¶ Per quã poſsidens negat eſſe Titio ius, veluti altius ædificãdi.

m ¶ Actio quæ dicitur condictio furtiua, competit domino ad rẽ ſibi furatã tantũ perſequẽdam. & diſtat ab actiõe furti quia per eam pœnam tãtũ cõſequimur, per condictionem furatam rem tantum furatã. Actione quæ dicitur damni iniuriæ cõſequitur quis & ęſtimationẽ dãni. i. rem & quanti eo anno vel. xxx. proximis diebus plurimi fuerũt, quod eſt pœna,

¶De officio iudicis.

¶OFFICIVM IVDICIS, eſt id, quod venit in vnaquaq; actione exequi. Item compenſationes admittere, præter in actionibus in rem cùm de ipſa re, eſt controuerſia. Item in bonæ fidei iudicijs, ſi pecunia eſt ex mora, in vſuram condemnare. Nõnunquã ipſum petentẽ ad taxationẽ rei quæ petitur cũ iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri ex bono & æquo debere viderit in id debet eũ condemnare.

¶De actiõe in nos ex contractu filiorũ vel ſeruorum.

¶ITEM SCIENDVM, de actionibus, quod non ſolùm conuenimur quandoq; ex noſtro contractu, vel eius cui ſucceſsimus. ſed ex alieno, veluti ex contractu eorum quos habemus in poteſtate. ideſt filiorum vel ſeruorum. ita demum quis ob eorum contractũ in nos agere poterit ſi vel iuſſu noſtro contractum eſt, aut in rem noſtrã verſum eſt, aut ſi eos tabernæ, vel alicui negotiationi præpoſuerimus, aut ſi eos nauis exercitores fecerimus, aũt peculium aliquod habere dignoſcuntur actione quod iuſſu agitur, cùm noſtro iuſſu, aliqui negotium cum his, quos in poteſtate hominis geſtũ eſt. & hac actiõe actor ſolidũ conſequetur. De in rẽ verſo actiõe agitur, cùm quod geſtũ eſt, cum prædictis perſonis, in rẽ noſtram verſum eſt: veluti ſi ſeruo meo Titius mutuo. x. dederit. & ſeruus omnis vel partem eorum in vtilitatem meam vertit & hoc iudicio, id ſolũ quod actor in rem noſtrã verſum eſſe probabit, conſequetur. Inſtitoria agit qui cũ ſeruo vel filio contraxit, quem tabernæ vel alicui negotiationi præpoſueramus, eius rei gratia cui præpoſitus fuerat. Exercitoria agit qui aliquod negotiũ geſsit cũ eo, quem naui præpoſueramus eius rei gratia cui pręerat. De peculio agit omnis, qui cõtraxit cũ his, quos in poteſtate habemus, cũ ipſi aliquod peculium habere dignoſcuntur. Peculium autẽ eſt patrimonium perſonæ in poteſtate conſtitutæ. Ita demum quis de peculio aget, ſi contra decretum ampliſsimi[a] ordinis, mutuo pecunia data ſit. Tunc enim creditor ad petendum, nullam actionem habebit. hac autem actione tantum quis conſequetur quantum in peculio eſt, deducto hoc quod patri dominove debetur. quod ſi nihil ſit in peculio, hac actione nihil conſequetur. Eſt & alia actio, quæ datur in nos ex cõtractu filij vel ſerui, quæ tributoria appellatur. Hæc autem actio tunc locũ habet, cùm ſeruus vel filius negotiatur in merce peculiari & eius rei cauſa, cum eo aliquod negotium geſtum eſt. Hac autem actione pater vel dominus, non deducet id, quod ſibi debetur ſed cum omnibus creditoribus æquam conditionem habebit.

a¶ Ampliſsimus. o. i. ſenatus conſultum macedonianũ, inhibet repetitionẽ eius pecuniæ quę data eſt filiofamilias niſi data ſit filiorũ cauſa, vel militiæ. vel ſimili rõne. alia idcirco ab his mutuæ pecuniæ repetitio inhibet, quia in hoc totiens coacti à creditoribus iure parẽtum inſidiabantur.

¶De noxalibus actionibus.

¶EX MALEFICIO, autem filiorum familias, in parentes nulla datur actio, ſed ipſi ſuo nomine conueniuntur. Ex ſeruorum verò, dantur actiones in dominos, quæ noxales appellãtur. Eſt autem noxa, ipſum animal quod nocuit. noxia verò ipſum maleficium vocatur, tamen quandoque & ipſum maleficium noxa hoc autem iudicio ita dominus damnatur, vt vel ipſum maleficium, veluti furtum rapinam, damnum iniuriam ita emendet, ac ſi liber homo feciſſet, vel ſeruum ipſum noxæ dedat. Illud intelligendum eſt, ſi animal alicuius veluti, equus, aſinus, mulus, canis, pauperiem faciat.

¶De pauperie

¶EST AVTEM PAVPERIES damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt dici iniuriam feciſſe, qui ſenſu caret. Ita autẽ actio de pauperie locum habet, ſi contra naturam aliquo feruore aut feritate, damnum datũ ſit. Hæc autẽ[b] totiens tenenda ſunt, quotiens nec ſeruus domini iuſſu, vel voluntate damnũ dederit aut animal alicuius inſtigatu pauperiẽ fecerit. tunc enim & directò dñs ſuo noĩe tenebiť: & is cui⁹ inſtigatu damnũ datũ eſt, inſolidũ emẽdare cogiť.

b¶ Quæ dicta ſunt de ſeruo & bruto animali.

¶De interdictis.

¶SVPEREST, vt videam⁹ de interdictis. Sunt autem Interdicta, formulæ & conceptiones verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat. Interdictorum autem, alia ſunt exhibitoria, alia prohibitoria, alia reſtitutoria. Exhibitoria ſunt, veluti de libero homine exhibẽdo, vel de liberis exhibẽdis. Prohibitoria ſunt, veluti interdictum per quod prætor prohibet fieri vim ſine vitio poſsidenti. Item ne quid fiat in loco ſacro vel religioſo, quo ius loci lędatur. Itẽ ne quid fiat in flumine publico, vel eius ripa, quò peius nauigetur. Reſtitutorium eſt, veluti interdictum vnde vi, quod competit ei, qui vi de poſſeſsione eiect⁹ eſt. cùm[c] nec vi, nec clam, nec precario, ab aduerſario poſsidebat. Itẽ interdictorũ, alia ſunt comparata, gratia adipiſcendæ poſſeſsionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Cauſa adipiſcẽdæ poſſeſsiõis ſunt cõparata, interdicta veluti quorum bonorum, quod competit eis qui iure prætorio hæredes exiſtunt ad petendam hęreditatẽ. Item quorum legatorum, quod competit legatarijs, ad legatorum poſſeſsionem adipiſcendã. Itẽ carbonianum[d] edictum, quod cauſa adipiſcẽdæ poſſeſsionis introductum eſt, quod competit puero, ad hæreditarias res poſsidẽdas, quouſq; diſcernatur, an filius defuncti ſit, qui totiens locum habet, quotiens de partu dubitatur. Retinendæ poſſeſsionis cauſa, cõparata ſunt interdicta[e] vti poſſidetis, & vtrobi. quæ tunc dantur, cùm vterq; ſe poſsidere contendũt. per quod inquiritur, quis maiore parte eius anni, nec clam, nec vi, aut precario ab aduerſario poſſederit. Reſtituendæ poſſeſsionis cauſa comparatum eſt interdictum vnde vi, quod ei competit, qui de poſſeſsione vi expulſus eſt, intra annum vtilẽ. vtilis annus eſt, intra quem copia experiundi fuit. In hoc interdicto nihil aliud quęritur niſi ſi poſſeſſor qui vi expulſus eſt, ab eo qui expulit, nec vi, nec clam, nec precario poſsidebat. Et notãdum quòd tam interdicta quàm etiam omnes actiones prætoriæ, ſi in rem ſunt, perpetuæ ſunt. ſi in perſonã, anno terminãtur. Omnes verò actiões vel interdicta, ita demum locum habẽt, niſi vel ipſo iure ſublatæ ſint, vel præſcriptione remoueantur, vel exexceptione elidantur. Quomodo autem ipſo iure tollantur vel præſcriptione remoueantur, ſuperius dictum eſt. Nunc verò videndum, quomodo exceptione inefficaces oſtendantur.

c¶ Vi poſsidet, q aliũ vi expulit. clã poſsidet, qui ſciẽs rem alienã, inſciente domino timens controuerſiam futurã, latenter poſsidet. Precario qui precibus impetrauit poſſeſsionẽ, veluti colon⁹. his, omnes interdicto vnde vi agere non poſſunt.

d¶ Carboniano interdicto cautũ eſt, vt ſi pupillus patri volenti ſuccedere, generis cõtrouerſia moueatur. veluti ſi dicatur nõ eſſe fili⁹ defuncti, vt hæc quæſtio, vſq; ad pupillares annos differat, & interim pupillus poſſeſsionẽ rerum hæreditariarum habeat, & vnde ei alimẽta præbeantur.

e¶ Differunt tamẽ hęc duo interdicta, quia vti poſsidetis locũ habet, in rebus immobilib⁹ vtrobi verò in mobilibus.

¶De exceptionib⁹.

¶EST AVTEM EXCEPTIO,[f] contra actionem, ipſo iure tenentem, gratia eius, cũ quo agit, ex æquitate inducta defenſio. veluti. hæ, doli mali, quod metus cauſa, pacti conuenti, iuriſiurãdi, rei iudicatæ, non numeratæ dotis, non numeratæ pecuniæ. hæ autem exceptiones tunc locũ habent, cùm is qui conuenitur iure quidem ſtricto, tenetur actiõe, ſed ei contra ius ſtrictum, aliqua prædictarum cauſarum interueniente ex æquitate ſuccurritur. Si enim nõ tenet actio: nullo modo locũ habet exceptio. Tenet verò actio

f¶ Modi ſoluendæ actionis ſuperius, dicti ſunt.

donec certus mod⁹, eius ſoluẽdæ interuenit. Itaq; ſi alicui nouẽ per ſtipulationẽ ꝓmiſero. Poſteaq; ne à me petat, cũ eo conuenero. vel mihi eo deferente iuſiurandum, non me ſibi eoſdem debere iurauero, vel ſi iudicatum erit me ſibi decem non debere, vel ſi dolo id fecit, vt ego promitterem, vel metu, ad promittendum me coegit, vel ſi ideo promiſi, quod mihi eum numeraturum putaui, licet ſtricto iure eius contra me ex ſtipulatu actio teneat. Hæc enim, non niſi ſolutione vel acceptilatione tolli poteſt. tamen petentem, exceptione pacti conuenti, vel iuriſiurandi, aut iudicati, aut doli, aut metus, vel non numeratæ pecuniæ ſummouebo.

¶ De publicis iudicijs.

¶ CRIMINALIS CAVSA EST, cùm crimen aliquod intentatur. vnde non pecuniarum commodum, ſed vindicta perſonæ ſperatur. hæc verò non per actionem exercetur, ſed per accuſationem, & ſolẽnem inſcriptionem. Is enim qui aliquem accuſare vult, conficere debet libellum accuſationis, in quo & crimen contineat, & locũ & tempus, & diem, & nomen accuſati, & quo cõſule factum eſſe oſtendat, & ad iudicem deferre. In publico autem crimine, cuilibet ex populo, accuſandi poteſtas datur: vnde & publica dicũtur, quaſi populica, dum aliqua ſpeciali ratione non prohibeatur. Prohibentur autem ſerui, liberti, contra patronos (niſi in crimine maieſtatis) parentes liberi, mulier, miles, niſi in ſua cauſa, ſuorumque. Item publico crimine accuſatus, prohibetur alium accuſare, donec ſe expurget. Item impuberes, & qui ſenſu carẽt. Item de adulterio, accuſatio contra mulierem, marito primitus, & poſteà ꝓpinquis deferť. Itẽ de homicidio pri⁹ hæredib⁹ interfecti, poſteà cuilibet, accuſatio deferť.

¶ De pœnis.

¶ ITEM IN PVBLICO IVDICIO, tria genera pœnarum conſiderãda ſunt. Summum gens eſt, ſuſpenſio, crematio, decollatio, beſtiarũ ſubiectio. Medium gen⁹ pœnæ, metallum, ludus, deportatio. Minimum, relegatio, exilium, publica vincula. Omnes autem pœnæ tam publicorũ iudiciorum, quàm & priuatorũ, molliendę ſunt, non exacerbandæ. beneficia verò exaggerenda ſunt. & ideo pœnæ ad exemplum trahendæ non ſunt. Sunt autem publica iudicia, hæc lex Iulia, quæ adulteros punit capite. Item de ſtupro, quæ tutorem qui pupillæ virginitatem corruperit, in exilium damnat, & res eius, fiſco deputat. Eadẽ lege punitur capite, ea quæ ſeruo proprio occultè miſcuerit. ſeruus etiam viuus igni traditur. & huius criminis accuſatio etiam ſeruis cõceditur. Item capite punientur ex ſententia eiuſdẽ legis, maſculorum concubitores. Lex Cornelia teſtamentaria quæ punit eum, qui teſtamentũ quive aliud inſtrumentum dolo malo, conſcripſerit, recitauerit, ſubiacerit, amouerit, deleuerit, commutauerit. quive ſigillum adulterinum fecerit, impreſſerit. quive falſam monetam, vel adulterinã fecerit. qui falſum teſtimoniũ dixerit. qui ob falſum teſtimonium perhibendum, vel verum non perhibendum aliquid acceperit. dederitve. quive Iudicem vt ſententiam ferat, vel non ferat corruperit. corrumpive curauerit. qui ob ſententiam dicendam vel non dicendam, acceperit. honeſtiores perſonas quidem deportatione & publicatione bonorũ, humiliores, aut in metallum, aut fortè ſuſpẽſione. Serui autem poſt commiſſum, manumiſſi capite puniuntur. Item lex Cornelia de ſiccarijs,[a] & veneficijs,[b] quæ pœnã infligit his, qui hominem occiderint, vel eius rei faciẽdæ cauſa furtiuè, cùm telo fuerint, & qui venenum hominis necandi cauſa, habuerint. vendiderint, parauerint, q̧ falſum teſtimoniũ dixerint, ob quod quis mortu⁹ fuerit, mortisve cauſas parauerint. ſi quidem honeſtiores ſint perſonæ, capite puniũtur, aut inſulis deportãtur. Humiliores verò aut furcis ſuſpenduntur, aut beſtijs ſubijciuntur. Itẽ lex Pompeia de parricidijs quæ punit eos, qui patrem matremve aut aliquem aſcendentem filiũ filiamve. Aut aliquem de deſcendentibus fratrẽ ſororemve, vel alium propinquũ occiderint. Hi enim immiſſi culleo, cum gallo gallinaceo. Itẽ ſimea aut vipera, in vicinum mare, aut amnem (prout qualitas regiõis tulerit) proijciatur. Item lex flauia de plagiarijs. Plagium eſt liberi hominis furtum, quę capite punit eos, qui liberos alienos furantur. Item lex Iulia repetundarum, quæ iubet iudices poſt depoſitam adminiſtrationem per quinquaginta dies in eadem prouincia morentur. & ſi inuenti fuerint furtis aut ſceleribus, ſe commaculaſſe: omni honore exuti, inter infames habeantur. Item lex Iulia de vi publica ſeu priuata, qua honeſtiores, tertia parte bonorum amiſſa, relegantur. Humiles in metallum dãnantur. Item lex Iulia peculatus, qua capite punitur, qui publicam pecuniam furatus, in ſuos vſus cõuertit. Eſt autem peculatus, furtum publicæ pecuniæ. Item lex Iulia maieſtatis, quæ pœnam infligit his, qui arma cõtra Imperatorem vel rempublicã mouerint, cuiusve ope vel conſilio mota ſunt, exercitusve in inſidias deduct⁹ eſt, quive ſine iuſſu Imperatoris, bellum mouerit. exercitumve conduxerit. ſolicitauerit, comparauerit. huius quidem pœna, humiliores beſtijs ſubijciuntur, aut viui vruntur. Honeſtiores verò capite puniuntur, ac poſt mortem memoria eorum damnatur. Item lex Iulia de ambitu, qua in inſulã deportat, qui turbam ſuffragiorum[c] cauſa, conduxerit. vt aut conſulatum, vel aliquam dignitatem adipiſceretur, aliquid alicui dederit vel promiſerit. Item publicum crimẽ eſt, raptus. quo crimine punitur capitali ſentẽtia, qui virginem ſeu viduam, vel quamlibet mulierẽ, per raptum ſibi vel alij in matrimonio vel contubernio ſociare voluerint, quive etiam ad huius factum, aſſenſum & concilium opemve præbuerint. Eadem puniuntur qui virgines vel viduas ſacras, cauſa iungendi in matrimonio, non dicam rapere, ſed tãtum fuerint auſi attemptare. Item publico crimine, ſi vilior perſona eſt, fuſtib⁹ cæditur, ſi quis latronem, vel in publico crimine reum, in domo ſua occultauerit, aut Iudici tradere neglexerit. ſi verò honeſtior ſit perſona, iudicis arbitrio dãnũ patietur. Idem æſtimatione Iudicis punientur, qui ſeditionem audent commouere. Item fuſtibus cæditur, qui iniuriam publico iudicio feciſſe conuincitur. Item qui ſacrilegium faciũt. vel deportantur ad tempus, honeſtiores vel humiles in metallum deponantur. Item qui terminos effodiunt vel exarant, vel alio in alicuius fraude cõmutãt, ſi quidẽ ſerui fuerint, in metallum dãnantur. ſi verò humiliores perſonæ, in opus publicũ. honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum relegantur, & damnum ſoluere coguntur. In

a ¶ Sica eſt ferre⁹ culter. ponitur tamen pro quolibet gladio.

b ¶ Itẽ eadem puniuntur magi, aruſpices, augures, q̧ nocturna demonum ſacrificia celebrant, & per incãtationes demones inuocãt, conſuluntve, tempeſtates quę emittũt, quiq; homines immolant. hij autẽ beſtijs ſubijciant, aut viui vrantur ſeu capite puniantur.

c ¶ Suffragia, dicuntur voces acclamãtium in turba.

tur. In omnibus autem publicis criminibus, non ſolùm is tenetur, qui facit, ſed etiam qui faciendum mandat. cuiusve etiam conſilio facta ſunt. Item publico crimine damnatur qui ſe periuraſſe conuincitur, qui vltimo ſupplicio ferietur.

¶De bonis dãnatorum.

¶BONA AVTEM, capite damnatorum, nõ vt olim ad lucrum præſidis pertinere debent, ſed abinteſtato venientibus reſtitui oportet. Et hæc nos ſummatim de publicis iudicijs, dixiſſe ſufficiat. Alioquin in libris digeſtorum ſeu pandectarum, diligentior diſciplina paratur.

¶De ſententijs & prouocationibus.

¶NVNC DE SENTENTIIS, & prouocationibus conſideremus. Omnis ſententia diffinitiua, & certam rem vel quantitatem continere, & in ſcriptis[a] proferri. Alioquin nullas vires habebit, nec ab ea prouocandum eſt. Iure verò ſententia data, executioni mandanda eſt: niſi ab ea prouocetur. Prouocatione verò ſententia ſuſpẽſa, executio differenda eſt. Prouocare autem poteſt quis, non ſolùm in ciuili cauſa, ſed etiam in criminali. Item contra omnem ſentẽtiam appellari poteſt. niſi is qui ſententiam dedit, ſit præfectus prætorio[b] tunc enim non prouocatio, ſed retractatio locum habet. Itẽ omnis prouocatio intra. x. dies à die datæ ſentẽtię fieri debet, poſtea non admittitur. Quod autem contra omnium iudicum ſententias poſsit appellari, Iuſtiniani Imperatoris nouella conſtitutio oſtendit. titulo de appellatione & retractatiõe. Omnes iudices por rectas appellationes ſuſcipiant, niſi ſit præfectus prætorius. Quod autem intra decem dies, quis poſsit appellare, eius noua conſtitutio præcipit, dicens. Omnis prouocatio ſiue per ſe, ſiue per alium quisvelit prouocare, intra decem dies porrigatur quos numerari conſtitutio præcipit, ex ea die qua diffinitiua ſententia recitata eſt.

a ¶Excepta epiſcopali ſententia, quæ & ſine ſcriptis proferri poteſt. niſi partes vt ĩ ſcriptis proferatur deſiderauerint. hinc datur executioni, qñ iudex facit eã impleri.

b ¶Præfecti prætorio tantum tres erant. vnus in vrbe, duo extra.

¶Qui prouocare non poſſunt.

¶QVI AVTEM, ex contumacia abſunt, condemnati prouocare non poſſunt. Item qui in aliquo negotio bis victus appellauit, tertiò appellare non poterit. Ait enim prædicti Imperatoris noua conſtitutio. Prouocationes damnato non denegentur, niſi fortè ter appellare quis maluerit. Nam & tertia prouocatio interdicta eſt, & contumaces appellare non poſſunt.

¶Intra quot tempus omnis prouocatio fieri debeat.

¶LEGITIMA AVTEM PROVOCATIONE, iudices inter ſtatutos. x. dies, eam recipere non recuſent. & . xxx. dies poſtquàm prouocatio ſubſecuta eſt, literas dimiſſorias, quæ vulgo apoſtoli nominãtur, & etiam acta negotij apud ſe confecta, dare non differant. Qui ſi non fecerit, calculus quidem temporis tranſactione minimè confirmabitur. Ipſe verò Iudex & qui miniſterium ei præbent, omne damnum quod ex hac cauſa reus paſſus eſt, reddere cogatur. & denas libras auri, priuatis largitionibus Imperatori pœnæ nomine exoluerat. hoc etiam obſeruandum in omnibus prouocationibus, vt appellationes factæ intra ſtatutum tempus, ſi quidẽ vtraq; pars præſens fuerit, Iudex qui de appellatione cognoſcit, ſine dilatiõe quę acta ſunt perſcrutetur, & legitimum calculum proferat. Quod ſi ſolus apperitor intrauerit vſq; ad vltimum fatalem diem, id eſt vſq; ad finem biennij, lis differatur: quo elapſo, iudex legitimam ſententiam dicat. Quod ſi ſolus victor intrauerit, nõ ſolum vltimũ fatalem diem, ſed & tres menſes, idem tempus reparationis expectet. Quod ſi etiam tunc non venerit, nulletenus biennalis præſcriptio opponatur, ſed acta conſiderentur, & ſecũdùm quod rectum Iudex inuenerit, ſententiam ferat. & generaliter ſemel appellatione introducta ab vna parte, vel ab vtraq; , non biennalis tẽporis tranſactio, ſed rei veritas, priorẽ calculum confirmet, ſiue vna parte præſente, altera abſente, ſiue vtraq; præſente. Ex hoc ſciendum, quod ſi is qui appellat, abſens fuerit ſiue vincat, ſiue vincatur, impenſas ſoluere cogitur. Si autem & calumniator eſſe conuincetur, in quadruplum eas exoluet, & perpetuæ infamiæ ſubiacebit.

¶De calumniatoribus.

¶EST AVTEM CALVMNIATOR, qui ſciens litem ad ſe non pertinere, aduerſarij vexãdi gratia, litem mouit. Ad quos autem iudices appellare liceat, dicere neceſſariũ duximus eo quòd ij quos lex nominat, apud nos non habẽtur. Hoc tamen ſciendum, quòd ſi datus iudex ſententiã dederit, ad eum qui dederit eſſe appellandum. Ab arbitro autem tantum communium partium conſenſu electo, prouocandũ non eſſe tam diui principes, quàm etiam Iuriſcõſulti voluere.

CORPVS LEGVM ABBREVIATVM PER MODVM INSTITVTIONVM, FINIS.

CAII INSTITVTIONVM LIBRI duo, quorum prior de perſonis, poſterior de Rebus.

TITVLI LIBRI PRIORIS.

De ſtatu hominum.
De numero ſeruorum teſtamento manumittendorum.
De iure perſonarum.
De matrimonijs.
De adoptionibus.
Quibus modis filij ex eant è poteſtate patris.
De tutelis.
*De * curatione.*

** curatoribus.*

TITVLVS I.

De ſtatu hominum.

OMNES homines aut liberi ſunt, aut ſerui.ſed ex ipſis qui liberi ſunt, alij ſunt ingenui,alij libertini.Ingenui, qui ingenui nati ſunt.Libertini,qui iuſta ſeruitute manumiſsi,liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus ſtatus eſt.Libertorum verò ideo nō vnus eſt.quia tria ſunt genera * libertorũ. quia liberti aut ciues Romani ſunt,aut Latini,aut Dedititij. tamen qui ciues Romani ſint,qui Latini,breuiter explanandum eſt.Ciues Romani ſunt,qui hijs tribus modis,id eſt,teſtamento,aut in eccleſia,aut ante conſulem fuerint manumiſsi.Latini ſunt,qui aut per epiſtolã,aut inter amicos,aut cõuiuij adhibitiõe manumittũtur.Dedititij verò ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſupplicijs ſubditi,& publicè pro criminibus cæſi ſunt.aut in quorũ facie vel corpore quæcũq; indicia,aut igne,aut ferro impreſſa ſunt , & ita impreſſa ſunt,vt deleri non poſsint.hij ſi manumiſsi fuerint,Dedititij appellãtur.Sed inter hæc tria genera * libertatũ ideo ciues Romani meliorẽ ſtatũ habẽt.quia & teſtamẽta facere, & ex teſtamẽto quibuſcũq; perſonis ſuccedere poſſunt. nã & Latini,& Dedititij ,nec teſtamẽta cõdere,nec ſibi ex teſtamẽto aliorũ aliquid dimiſſum poſſunt vllatenus vindicare. tñ Latini certis rebus priuilegia ciuiũ Romanorum Libertorũ conſequi poſſunt.Dedititij verò nulla ratione poſſunt ad ciuiũ Romanorũ Libertorũ * beneficiũ peruenire. Nã Latini patronorũ beneficio,id eſt,ſi iterũ ab ipſis aut teſtamento,aut in eccleſia,aut ante Conſulem manumittantur,ciuiũ Romanorum priuilegia conſequuntur.Nõ tamẽ omnes domini ſeruos ſuos manumittere poſſunt. Nam ſi aliqui multa debita habeãt,cuius ſubſtantia à creditoribus teneatur obnoxia,ſi in fraudẽ creditoris ſui ſeruos ſuos manumittere voluerint,collata manumiſsio non valet. Aut ſi libertus ciuis Romanus filios nõ habuerit,& in fraudẽ patroni ſui ſeruos ſuos manumittat,ſimiliter data manumiſſio non valebit.Præterea minor quicũq; viginti annorum dominus,ſeruo ſuo libertatem dare non poteſt , niſi, fortè tantum minor manumiſſor,cui pater ſuus & mater à patrono donati ſunt,eoſdem manumittat,aut certè pædagogum,aut conlactaneũ manumittat. Nã quilibet dominus, id eſt quatuordecim annos egreſſus teſtamentũ facere poſſit,& hæredem inſtituere,& legata relinquere . libertatem tamen ſeruis non poteſt in hac ætate conferre.

** libertatum.* — ** libertorum.* — ** ordinis beneficio.*

TITVLVS II.

De numero ſeruorum teſtamento manumittendorum.

COnſtitutũ eſt,quantũ ſeruorũ numerum teſtamẽto, de quanta familia liceat manumitti,hoc ordine.Vt ſi quis duos ſeruos habet,ambos manumittere poſsit.Qui verò tres,duos teſtamento manumittat.* Si quatuor,ſimiliter duos.Qui ſex,tres.Qui octo,quatuor.Qui decẽ,quinq;. Qui vndecim,duodecim,tredecim,quatuordecim,decem & quinq;,decem & ſex,decẽ & ſeptẽ,ſimiliter quinq;. Qui decem & octo,ſex.Et ab hoc numero vſq; ad triginta, tertiã partẽ manumittere liceat.Qui amplius quàm triginta habuerit,vſq; ad centũ,quartam partẽ de numero ſeruorũ manumittere poteſt.Qui verò plures quàm centum habuerit quintã partem manumittere poteſt.Sed & hoc ſtatutum eſt,vt de qualibet grãdi familia,nulli amplius,quàm centum teſtamento manumittere liceat . Nã qui voluerit aut in Eccleſia,aut ante Conſulem, aut inter amicos , aut per epiſtolã manumittere,põt hijs manumiſsionibꝰ omnẽ familiam iugo ſeruitutis abſoluere.Nã ſi aliquis teſtamẽto plures manumittere voluerit,quàm continet numerus ſupraſcriptus,ordo ſeruãdus eſt.Vt illis tantũ libertas valeat, qui prius manumiſsi ſunt,vſq; ad illum numerũ,quẽ explanatio cõtinet ſuperius comprehẽſa.Qui verò poſtea ſupra conſtitutũ numerũ manumiſsi leguntur,integrè in ſeruitute eos * certum eſt permanere.Quòd ſi nõ nominatim ſerui,vel ancillæ in teſtamento manumittantur,ſed confusè omnes ſeruos ſuos,* & ancillas is qui teſtamentum facit, liberos facere voluerit,nulli penitus firma eſſe iubetur hoc ordine data libertas ſed omnes in ſeruili cõditione,qui hoc ordine manumiſsi ſunt,permanebũt.Nam & ſi ita in teſtamẽto ſeruorũ manumiſsio adſcripta fuerit,id eſt, in circulo,vt qui * prior,qui poſterior nominatus ſit poſsit agnoſci,nulli ex hijs libertatẽ valere manifeſtum eſt , ſi agnoſci nõ põt qui prior,qui poſterior manumiſſus fuerit. Nam ſi aliquis in ægritudine conſtitutus,in fraudem huius legis facere voluerit teſtamentum,ſed epiſtolis,aut quibuſcunque alijs rebus ſeruis ſuis pluribus quàm per teſtamentum licet, conferre voluerit libertates,& ſub tempore mortis hoc fecerit,hij qui prius manumiſsi fuerũt,vſq; ad numerum ſuperius * cõſtitutũ,liberi erunt.Qui vero poſt ſtatutum numerũ manumiſsi fuerint,ſerui ſine dubio permanebũt.Nã ſi in colonijs quoſcũq; diuerſo tẽpore manumiſit,inter eos qui per teſtamẽtũ manumiſsi ſunt nullatenus cõputentur.

** Qui.* — ** decretũ.* — ** uel.* — ** primus.* — ** comprehenſum.*

TITVLVS III.

De iure perſonarum.

ALiquæ perſonæ ſui iuris ſunt,aliquæ alieno iuri ſubiectæ ſunt.Itaq; cùm oſtẽditur quæ perſonæ alieno iuri ſubiectæ ſint,tũc euidenter agnoſcitur,quæ ſui iuris ſint. In poteſtate itaq; dominorũ ſunt ſerui,quã poteſtatem omnes gentes habere certũ eſt.ſed ſi diſtringẽdi in ſeruos dominis pro ſua poteſtate permittitur,occidendi * tantũ ſeruos ſuos domini licentiam non habebunt , niſi fortè ſeruus dum pro culpæ modo cæditur,caſu forſitan moriatur.Nã ſi ſeruus dignum morte crimen admiſerit,* hijs iudicibus, quibus publici officij poteſtas commiſſa eſt,tradendus eſt, vt pro ſuo crimine publicè puniatur.In poteſtate etiam patrum ſunt filij ex legitimo matrimonio procreati.

** tamen.* — ** is.*

TITVLVS IIII.

De matrimonijs.

LEgitimæ ſunt nuptiæ,ſi Romanus Romanam nuptijs interuenientibus,vel conſenſu ducat vxorem.Sed non omnes perſonas vxores ducere licet.quia nec patri filiã,nec filio matrem , nec auo neptem,nec nepoti auiam. Quod

non

non ſolū m de perſonis,quæ nobis propinquitate cōiunctæ ſunt,ſed etiā de adoptiuis,hoc eſt adfiliatis iuſſum eſt obſeruari.Nā ſi per emancipationē adoptio diſſoluatur:nuptias tamen inter has perſonas ſemper cōſtat illicitas. Inter fratrē quoq; & ſororē ſiue eodē patre ac matre nati fuerint. ſiue diuerſis matribus aut patribus matrimonia eſſe non poſſunt.Inter adoptiuos etiā fratres illicita ſunt coniugia, niſi fortè adoptio emācipatione fuerit diſſoluta.Nā ſi emācipatio interuenerit,nuptiæ inter huiuſmodi fratres licitò cōtrahuntur.Fratris quoq; & ſororis filiā vxorē ducere nō licet.Sororē quoq; patris ac matris vxores accipere non licet.Genero quoq; ſocrū ſuā,nec ſocero nurū vxorē accipere licet.neq; vitrico priuignam,neq; priuigno nouercā.Fratres etiā amitinos vel cōſobrinos in matrimonio iungi nulla rōne permittitur.Sed nec vni viro duas ſorores vxores habere,nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur.quia ſi quis inceſtas vel nefarias,id eſt,quæ ſunt ſuperius comprehenſæ,nuptias inierit,nec vxorem habere videtur, nec filios.Nā hij qui ex huiuſmodi conceptione nati fuerint, li-
✽ matrē. cet ✽ vxorem videantur habere, patrem verò nullatenus habere cenſentur,& tanquam ſi de adulterio concepti fue-
Spurij. rint cōputantur.qui Spurij appellantur.hoc eſt ſine patre filij.Regula iuris hoc continet,vt qui legitimè concipiuntur, tēpore cōceptionis ſtatū ſumāt.Qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur,ſtatū ſumant eo tēpore quo naſcūtur.Ac proinde legitima cōiunctione conceptus, etiā ſi mater eius ſtatū mutet,id eſt,ſi ancilla fiat,ille qui legitimè conceptus eſt,ingenuus naſcitur.Nā qui non legitimo matrimonio concipitur,ſi mater eius ex ancilla dum prægnās eſt,libera facta fuerit,liber naſcetur.Si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit,ſeruus naſcetur:quia non legitimè,ſed vulgò conceptus eſt.

TITVLVS V.
De adoptionibus.

ADoptio naturæ ſimilitudo eſt,vt aliquis filium habere poſsit,quē non generauit.Et ipſa adoptio duo-
Arrogatio. bus modis fit.Vna quæ arrogatio dicitur.alia,quę adoptio Arrogatio eſt,quando aliquis patrem non habens adoptatur,& ipſe ſe in poteſtatē adoptiui patris dat.Et ideo arrogatio dicitur,quia & ille qui adoptat interrogatur, vtrum illum quem adoptat filiū habere velit.& ille qui adoptatur
Adoptio. interrogatur, vtrū id fieri velit.Illa verò alia adoptio eſt,vbi quis patrem habens,ab alio patre adoptatur.Et ita ille qui adoptatur,de certi patris poteſtate diſcedit,& in adoptiui patris incipit eſſe poteſtate.Nam & fœminæ adoptari poſ-
✽ patribus. ſunt vt loco filiarū adoptiuis ✽ fratribꝰ habeātur,fœminæ verò adoptare nō poſſunt,q̄a nec filios ex ſe natos in ptāte habēt.Spadones aūt q̄ generare nō poſſunt adoptare poſſunt.Et licet filios generare nō poſsint,quos adoptauerūt:filios habere tn̄ poſſunt.Si q̄s verò filios habēs ſe dederit adoptādum, non ſolū ipſe in patris adoptiui poteſtatē redigitur, ſed & filij eius.ſi tamen auum paternum non habuerint,in adoptiui patris tranſeunt poteſtatem.tanquam nepotes.

TITVLVS VI.
Quibus modis filii exeunt de poteſtate patris.

✽ ſi. FIlij,✽ qui in poteſtate patris ſunt mortuo patre ſui iuris fiunt.Sed ſi hic filius,qui morte patris ſui iuris effectus eſt,filios habeat,qui in eius poſt patris ſui obitū erunt filij poteſtate.Nā ſi pater moriatur,& auus paternꝰ viuat, nepos ex filio ſui iuris eſſe non poteſt,quia in aui remanet poteſtate qui auo mortuo ſui iuris efficiuntur.Itē ſi moriatur pater & relinquat filiū emācipatū,& ex eodē filio emācipato nepotes,tunc nepotes liberi & ſui iuris erunt,& in patris emācipati poteſtatē nō veniūt.Itē de poteſtate patris exeūt filij,ſi pater eorū in exiliū miſſus fuerit.q̄a nō pōt filiū ciuē Romanū in poteſtate habere homo peregrinæ conditionis effectus.Itē filius ſi viuo patre in exiliū miſſus fuerit, in poteſtate patris ciuis Roma.eſſe nō pōt quia ſimiliter peregrinæ cōditionis factus eſſe agnoſcitur.Itē ſi ab hoſtibus pater captus ſit,in poteſtate quandiu apud hoſtes fuerit filios nō habebit. ✽Sed ſi de captiuitate euaſerit, iure poſtliminij ✽Quod.
oēm,ſicuti in alijs rebus, ita & filios recipit in poteſtatem. Si verò pater,qui ab hoſtibus captus eſt,in captiuitate moriatur,ab eo tēpore,quo ab hoſtibꝰ captus eſt,filij ſui iuris eſſe ēti intelligunt.Itē per emācipationē filij ſui iuris efficiūtur. Sed filius maſculus tribus emācipationibus de poteſtate pa-
tris exit,& ſui iuris efficitur.Emācipatio aūt,hoc eſt manus Emancipatio.
traditio,quædam ſimilitudo vēditionis eſt.quia & in emācipatiōibus præter illū,hoc eſt certū patrē,alius pater adhibetur,qui fiduciarius nominatur.Ergo iſte naturalis pater filiū ſuū fiduciario patri mācipat,hoc eſt manu tradit,quo ſi duciario patre naturalis pater vnū aut duos nūmos, quaſi in ſimilitudinē pretij accipit,& iterū eū acceptis nūmis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundò & tertiò fit,cū fiduciario patri mancipat ac tradit.Et ſic de patris poteſtate exit. Quæ tn̄ emācipatio ſolebat ante Præſidem fieri,modo ante Curiā faciēda eſt,vbi quinq; teſtes ciues Roma. in præſenti erunt,& pro illo qui Libripēs appellatur,id eſt ſtateram tenēs,& qui Anteſtatus appellatur alij duo,vt ſeptē teſtiū numerus impleatur.Tamē cū tertiò mācipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater,vt ei à fiduciario patre mancipetur,& à naturali patre manumittatur.vt ſi filius ille mortuus fuerit,ei in hæreditate naturalis pater nō fiduciarius ſuccedat.Fœminæ,vel nepotes maſculi ex filio,vna emācipatione de patris vel aui exeunt poteſtate,& ſui iuris efficiūtur.Et hij ipſi quamlibet vna emācipatiōe de patris vel aui ptāte exeunt,niſi à patre remancipati fuerint,& à naturali patre manumiſsi, ſuccedere eis naturalis pater nō pōt,niſi fiduciarius à quo manu miſsi ſunt.Nā ſi remācipatum ſibi naturalis pater vel auus manumiſerit, ipſe eis in hæreditate ſuccedit.Quòd ſi habeat quis filiū,& ex eo nepotes,& voluerit filiū emācipare, & nepotes in ſua poteſtate retinere,in arbitrio eius eſt,vt ſi voluerit nepotes emancipare,& filiū in ſua poteſtate retinere,hoc ei ꝓ iuris ordine licere manifeſtū eſt.Quòd nō ſolū de nepotibus,ſed & de pronepotibꝰ ſimiliter facere potuit.

TITVLVS VII.
De tutelis.

TVtores aut legitimi ſunt,aut teſtamentarij.Legitimi ſunt,qui pupillo per virilē ſexum propinquitate coniunguntur.& qui proximior fuerit de agnatis ad ipſum legitima tutela pertinet.quia is qui ꝓximus fuerit ad tutelā: ipſe ꝓximus eſt ad hæreditatē. Teſtamētarij ſunt,quos patres aut aui paterni in teſtamēto ſuo tutores filijs,aut nepotibꝰ delegauerint.Quòd ſi nec teſtamētarius tutor fuerit, nec legitimꝰ,tūc inquiſitione Iudicis pupillis tutores dantur.

TITVLVS VIII.
De ✽ curatoribus. ✽ curatione.

PEractis pupillaribus annis,quibus Tutores abſoluuntur, ad Curatores ratio minorum incipit pertinere.Sub curatore ſunt minores ætate, maiores euerſores, inſani. Hij qui minores ſunt,vſq; ad viginti & quinq; annos completos ſub curatore ſunt.Qui verò euerſores,aut inſani ſunt, omni tempore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe iubentur, quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.

INSTITVTIONVM CAII LIBRI PRIORIS, DE PERSONIS, FINIS.

CAII INSTITVTIONVM LIBER POSTERIOR, DE REBVS.

TITVLI LIBRI POSTERIORIS,

De rerum diuiſione.

De teſtamentis.

De exhæredatione liberorum.

De ſubſtitutionibus, & faciendis ſecundis tabulis.

De legatis.

De lege Falcidia.

De fideicommißis.

De inteſtatorum * *hæredibus.* (* hæreditatibus.)

De obligationibus.

Quibus modis obligatio tollatur.

Caius ſuperiore commentario de iure perſonarum aliqua diſputauit, nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat.

TITVLVS I.

De rerum diuiſione.

OMNES itaq; res aut noſtri iuris ſunt, aut diuini, aut publici. Noſtri iuris ſunt, quæ in proprietate noſtra eſſe noſcuntur. Diuini iuris ſunt eccleſiæ, id eſt templa dei, ac patrimonia, ac ſubſtātia, quæ ad eccleſiaſtica iura pertinent. Publici iuris ſunt, muri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quæ antiquitus ſancta appellauerunt, pro eo quod exinde tolli aliquid aut contingi non liceret, ſed hæc omnia in nullius bonis eſſe videntur, ideo publici iuris eſſe dicuntur. Sed & res hæreditariæ antequam aliquis hæres exiſtat, id eſt quando dubitatur, vtrum ſcriptus, aut legitimus hæres ſuccedere debeat in nullius bonis eſſe videntur. Præterea quędam res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales ſunt, quæ manu tangi poſſunt, velut ager, mancipium, veſtis, aurum, argentum, & hijs ſimilia. Incorporales ſunt, quæ tāgi non poſſunt. qualia ſunt ea quæ non in corpore, ſed in iure conſiſtunt, ſicut eſt hæreditas, & obligatiōes de diuerſis contractibus ſcriptæ. Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuerſi contractus res corporales in ſe habeant: ius tamen ipſius hęreditatis vel emptionis, aliorumq; cōtractuum incorporale eſt. Incorporalia etiam ſunt iura prędiorum vrbanorum

Iura prædiorum. vel ruſticorum. Prædiorum vrbanorum iura ſunt, ſtillicidia, feneſtræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut nō erigendæ, * & luminum vt ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen ton tollat. (* aut.) Prædiorum verò ruſticorum iura ſunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæductus, quæ ſimiliter incorporalia

Seruitutes. ſunt. Hæc iura tamen ruſticorum prædiorum, ſeruitutes appellantur. Item regulariter conſtitutum eſt, vt ſuperpoſita inferioribus cedant. vt ſi quis in * ſolo noſtro, ſine noſtro permiſſu domum ædificauerit, ad eum cuius terra eſt domus ædificata pertineat. (* loco.) Vel ſi aliquis in agro noſtro arbores, aut vineas, vel plantas quaſcunq; poſuerit, ſimiliter ſuperficij ſolo cedat. Vel ſi meſſem in campo ſeminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienam iactantur, domino terræ acquirūtur. Quod * de chartis & pergamenis, ſi in alienis ſcribat licet aureis * vel argenteis literis, ſimiliter eius eſt ſcriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit. (* &. * aut.) Quod & de tabellis, hoc eſt, ſi aliquis in tabella mea picturā fecerit, obſeruetur: quia ſtatutū eſt, vt tabellæ pictura cedat. Quôd ſi quis ex vuis meis vinum, aut ſpicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum eſt, cuius ſpicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiā ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcunq; ad vſum pertinens, fecerit, ſimili ratione eius erunt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, ſi ex lana vel lino veſtimenta fecerit, eius erunt veſtimenta, cuius lana vel linum fuiſſe probabitur. Similiter etiam, ſi hijs omnibus ſuperius comprehenſis, quicunque in terra aliena aliquid poſuerit, aut ædificauerit, aut horum quæ dicta ſunt aliquid fecerit, illis qui aliena præſumpſerūt hoc competit, vt expenſas vel impendia, quæ in hijs fecerint, à dominis, qui rem factam vindicant, recipere poſsint. Acquiritur autem nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed & per eos qui in poteſtate noſtra ſunt, ſicut filij vel ſerui * ita, vt quicquid hijs à qualibet perſona donatum vel venditum fuerit, aut hæredes fuerint inſtituti * idem parentibus & dominis ſine aliqua dubitatione conquiritur, prçter eos filios, quibus per leges caſtrenſe peculium habere permiſſum eſt. (* quia. * id.) Hij verô ſerui, qui in vſufructu noſtro, & in ꝓprietate alterius ſunt hoc tantum vſufructuario acquirere poſſunt, quod opere aut manibus ſuis fecerint, aut de mercedibus operis ſui acceperint. nam ſi eis aut hæreditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non vſufructuario acquiritur.

TITVLVS II.

De teſtamentis.

PEr vniuerſitatē, hoc eſt, omnia ſimul bona acquirimus hæreditate, emptiōe, adoptione. quia is quē adoptauerimus, ſi ſine patre eſt, cum omnib9 bonis ſuis ad nos trāſit. Id quoq; inſtitutū eſt, quòd non omnibus liceat facere teſtamentum. Sicut hij ſunt, qui ſui iuris non ſunt, * & aliene iuri ſubiecti ſunt, hoc eſt, filij tam ex nobis nati, quàm adoptiui. (* ſed.) Item teſtamēta facere non poſſunt impuberes, id eſt, minores. XIIII. annorum, aut puellæ XII. Item & hij qui furioſi, id eſt mente inſani fuerint, non poſſunt facere teſtamenta. Sed hij qui inſani ſunt, ſi interualla ipſius inſaniæ habent, per interualla quibus ſani ſunt, poſſunt facere teſtamenta.

TITVLVS III.

De exhęredatione liberorum.

IS qui filium ſuum in poteſtate habet, curam agere debet, vt teſtamentum faciens, maſculum filium aut nominatim hæredem inſtituat, aut nominatim exhæredet. Nam ſi maſculum filium in teſtamento præterierit, non valet teſtamentum. ſi verò filiam præterierit, non rumpit teſtamentum filia prætermiſſa, ſed inter fratres ſuos, legitimo ſtante teſtamento, ſuam ſicut alij fratres conſequitur portionem. Si verò teſtamento extranei hæredes ſcripti fuerint, ſtante teſtamento filia medietatem hæreditatis acquirit. Nam ſi facto teſtamento, in quo filius maſculus prætermiſſus eſt, euenerit, vt viuente adhuc patre filius, qui prætermiſſus eſt moriatur, ſic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, teſtamentum quod factum eſt non valebit. Poſthumorum autem duo genera ſunt. quia Poſthumi appellantur hij, qui poſt patris mortem de vxore nati fuerint. & illi qui poſt teſtamentum factum naſcuntur. Et ideo niſi is qui teſtamentum facit, in ipſo teſtamento comprehenderit. Quicunque filius aut filia mihi natus, natáve fuerit, hæres mihi ſit. aut certè dicat, exhæres ſit, valere eius nō pōt teſtamentum. quia ſicut ſuperius iam dictū eſt, legitimè concepti pro natis habeantur, niſi quod melior con-

lior conditio eſt Poſthumæ quàm natæ. Quia nata ſi prætermiſſa fuerit, non rumpit teſtamētum. Poſthuma verò, ſicut maſculus, teſtamētū rūpit. Si quis poſt factū teſtamentū adoptauerit apud populum illum, qui ſui iuris eſt, hoc eſt, qui patrem non habet, aut apud Prætorem, illum adoptauerit, qui in poteſtate patris eſt, quaſi ei filius natus ſit, ita eius rūpitur teſtamētū. poſteriore quoq; teſtamēto, qđ iure factū eſt, id quod iure factū ante fuerat, rūpitur. Quòd ſi facto poſteriore teſtamēto, hæres ſcriptus, aut ante aditionem hæreditatis moriatur, aut viuo teſtatore defecerit, aut cōditio poſsibilis, ſub qua hæres inſtitut⁹ eſt, impleta nō fuerit, is qui teſtamētum fecit inteſtatus mori videtur: quia teſtamentum quod prius fecerat, teſtamento poſteriore reſciſſum eſt. Et quod poſterius factum eſt, hijs rebus quas diximus infirmatur. Alio quoq; modo teſtamenta iure facta infirmantur, ſi aliquis poſt factum teſtamentum capite minuatur, id eſt, ab hoſtibus capiatur, aut pro crimine in exiliū deputetur. Similiter & is qui adoptatus fuerit, teſtamentum quod antequam adoptaretur fecerat, nō valebit.

Hæredum genera.

Hæredes autem ſui ſunt, aut non ſui, aut neceſſarij ſunt, aut extranei. Sui hæredes appellantur, filij ac nepotes ex filijs maſculis, quos in poteſtate au⁹ vel pater habet. Neceſſarij ſunt hæredes ſerui qui cum libertate hæredes inſtituūtur. Neceſſarij ideo, quia aut velint aut nolint, neceſſe eſt eis hæredes eſſe. Nā qui creditoribus tenentur obnoxij & putant ſe nō tantū in ſubſtantia, quantum in debitis relinquere, ipſi ſeruos ſuos manumittūt, & hæredes neceſſarios faciūt, vt quò magis hæres quando minus infamiam incurrat, cū res eius, id eſt, hæreditas domini pro debitis vēditur, & creditoribus datur. Extranei ſunt, qui nullo ꝓpinquitatis gradu teſtatori iungūtur, ſed eos quicūq; ꝓ arbitrio ſuo ſcribit hæredes.

TITVLVS IIII.
De ſubſtitutionibus, & de faciendis ſecundis tabulis.

SVbſtitutio eſt, quæ poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt ſecūdi hæredis appellatio. Et duę ſunt quarū vna vulgaris dicitur, alia pupillaris.

Vulgaris ſubſtitutio.

Vulgaris dicit illa. Hæres mihi eſto, ſiue hoc filio, ſiue extraneo. Quòd ſi hæreditatem meam adire nolueris, illum ſubſtituo ad quem hæreditas mea debeat pertinere.

Pupillaris.

Pupillaris ſubſtitutio filijs tantūmodo impuberibus dari poteſt, quæ ita fit, Ille filius meus, ſi intra pubertatē deceſſerit, illū ei ſubſtituo. Sed pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet, vt ad notitiā ſubſtituti peruenire nō poſsit: ne vitæ pupilli aliquas ſubſtitutus inſidias moliatur. Nam in extrema pagina teſtamenti fieri debet, vt pars illa in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obſignata ꝑmaneat, & prior pars teſtamēti, in qua hęres ſcriptus eſt, referetur. Hoc etiam & de donis fieri poteſt. nam ſi extraneus hæres ſcriptus ſit, & aliquem ſubſtituere non poſſumus, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei hæres ſit. Poteſt tamen per fideicommiſſum obligari, vt alij, rogatus à teſtatore, hæreditatē aut integram, aut pro parte reſtituat vindicationis.

TITVLVS V.
De legatis.

Legatorū genera. 4.

LEgatorum genera ſunt quatuor, vendicationis, dānationis, ſinendi modo, & præceptionis. Vendicationis legatum eſt, ſi teſtator ſic loquutus fuerit, illum ſeruum tibi do, aut lego. vel, illā rem tibi præſume, habe, vindica. Quod poſt mortem teſtatoris ſtatim legatarius, non expectato hærede, ſibi præſumat. Quā ſi præſumpſerit, nec pro præſumpto legato ab hærede poteſt calumniam ſuſtinere, nec ſi aliena res fuerit quæ legata eſt, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si per vendicationem vna res multis legata ſit, & ſinguli hanc ipſam rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legata capiunt portiones. Per damnationem iſto ordine legatum dimittitur, vt teſtator in teſtamēto ſcribat, Tu hæres meus illi hoc da. aut illud illi ab hærede meo dari iubeo. In quo genere legati, etiam alienæ res per legatum dimitti poſſunt. Et ſi neceſſe eſt hæredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni eſt, & legatario tradere. aut ſi is cuius eſt res, vendere noluerit, quantum res illa valebit legatario in pretio compēſare. Sed ſi teſtator rem alienam quaſi ſuam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non poteſt, & inutile eſt legatum. Nam ſi ſciens alienam eſſe, per legatum dederit, neceſſe eſt ab hærede aut ipſam rem, aut æſtimationem rei in pretium legatario dari. Cæterùm inter damnationis legatum & vendicationis hoc intereſt, quod per vendicationem res aliena relinqui nō poteſt. per damnationem eo pacto, quo ſuperius comprehenſum eſt, poteſt. Illæ etiam res, quæ in rerum natura non ſunt per damnationem in legato dimitti poſſunt. velut ſi ita teſtator in teſtamento ſcribat, fructus qui ex illo agro nati fuerint aut id quod ex illa ancilla natum fuerit. quod in legato vendicationis fieri non poteſt, quia non poteſt hæc legatarius teſtatore mortuo cōtinuo vendicare. Et inter legatum vendicationis & dānationis iſta ſimilitudo eſt, quòd legatum vendicationis, ſiue & damnationis, ſi coniunctim, id eſt duobus aut pluribus vna res in legato dimiſſa fuerit omnibus, in vtroque legato ſimul ab omnibus præſumatur. Inter legatum vendicationis, & damnationis iſta diſtantia eſt, vt ſi diſiunctim, id eſt, ſingulis quæcunq; res per legatum damnationis relicta fuerit, ſingulis * integra debeatur. *(* in integrum)* Id eſt, vt vnus rē ipſam accipiat, alij æſtimationem rei ipſius in pretio ab hærede percipiant. Sinendi modo hæc legati verba ſunt, Ille hæres meus rem illam illum permitte præſumere, & * eam habere. *(* ſibi.)* Nam & propriam rem teſtator & hęredes ſui, & alienā, per ſinendi modum legatum relinquere poteſt. In quo legato non quidem hæres legatario rem, quæ relicta eſt iubetur tradere, ſed vendicanti legatario non permittitur prohibere. Præceptionis verò legatum non niſi vni ex hæredibus dari poteſt, vt aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur. & ſi aut coniunctim id eſt multis, aut diſiunctim ſingulis relinquatur, omnibus aut vna res tantum quæ nominata eſt debetur, non vni res, & alij æſtimatio, ſicut in legato damnationis eſt conſtitutum.

TITVLVS VI.
De lege falcidia.

LEge Falcidia cōſtitutum eſt, quicunq; hæres fuerit inſtitutus, quartam partem totius hæreditatis habeat. Quod ſi teſtator hęreditatem ſuam legatis exinanierit, hoc ſtatutum eſt, vt Falcidiam ſibi de imminutione legatorum hæres retineat, conſtante nihilominus teſtamento.

TITVLVS VII.
De fideicommiſsis.

POteſt aliquis recto iure hæredem inſtituere, & rogare eum, vt hæreditatem ſuam, aut omnem, aut ex parte alij per fideicommiſſum reddat. Nam ſi hæredem directo iure non inſtituerit: fideicommiſſarius non poteſt * ad aliū acceptam hæreditatem tranſmittere. *(* ab alio.)* Sed in hac quoq; re hoc obſeruādum eſt, quod de Falcidia ſupra iam dictū eſt, vt hæres inſtitutus etiam ſi omnem hæreditatem alij reſtituere * iuſſus ſit, *(* ſcriptus)* ita hæreditatē alij reſtituat, vt quartā ſibi ex ipſa hæreditate retineat. Et ſingulæ quæcūq; res ꝑ fideicōmiſſum dimitti poteſt, hoc eſt, aut fundus, aut dom⁹, aut

mancipium,aut argentum,ab ipſo fideicõmiſſario alteri fideicommiſſum dimitti poteſt.Et à legatario,licet legatum dimitti non poſsit,fideicõmiſſum poteſt.Et nõ ſolùm propriæ res à teſtatore per fideicõmiſſum dimitti poſſunt, ſed etiam ipſius hæredis,aut legatarij,aut cuiuſlibet extranei, ne legatarius,cui per teſtamentũ parum dimiſſum eſt, plus alij per fideicommiſſum,quàm id quod conſequitur reddere iubeatur.Cùm autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur,neceſſe eſt hæredi tenere vel legatario,rẽ illam quæ per fideicommiſſum eſt relicta,aut redimere,vel reddere aut fideicommiſſario dare,aut pretium eiuſdem rei, quantum æſtimata fuerit,fideicommiſſario numerare, ſicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam ſeruis per fideicommiſſum dari poſſunt,vt hæres vel legatarius ea mancipia manumittant,quæ teſtator ab hijs vt manumitterent,ſperauit.Nec intereſt vtrum hoc teſtator

* vel.

de ſuis ſeruis, an de ipſius hæredis* & legatarij,aut de alienis fieri iubeat.Quod ſi de alienis fecerit, ſimiliter cogitur hæres emere ipſum ſeruum & manumittere. Quod ſi illũ dominus ſuus noluerit vendere,perit per fideicommiſſum data libertas,quia in hac re hæres æſtimationem in pretio dare non cogitur,ſed cum per fideicommiſſum libertas datur,is qui manumiſſus fuerit,non teſtatoris,ſed hæredis libertus eſt.Præterea inter fideicõmiſſa & legata ſunt quædam diſtantiæ.

* dimiſſum.

Legatorũ & fideicõmiſſorum diſtantia.

Fideicommiſſum ad eum,cui aliquid* commiſſum eſt,hærede mortuo peruenire,ſi talis fuerit conditio teſtamenti.Nam legatum ita relinqui non poteſt.Item legatum per codicillum relictum non valet, niſi codicilli teſtamento fuerint confirmati.Per fideicommiſſum verò etiam ſi teſtamento codicilli non fuerint confirmati nihilominus debetur.Item per legatarium legatũ alteri relinqui non poteſt,ſed fideicommiſſum poteſt.Item per legatũ ſeruo alieno directa libertas dari non poteſt.per fideicommiſſum poteſt.Itẽ per codicillum nemo hæres inſtitui poteſt, quãuis teſtamento cõfirmati ſint.ſed is,qui in teſtamẽto hęres fuerit inſtitutus,poteſt per codicillum rogare,vt hæreditatẽ,quæ ei data eſt,alij eam totam, vel pro parte reſtituat.Quod validum eſt,etiam ſi codicilli teſtamẽto nõ fuerint confirmati.Itẽ quamuis nõ poſsimus poſt mortẽ eius quem hæredem inſtituimus,alium ei ſubſtituere,tamẽ per fideicommiſſum rogare eum poſſumus,vt cum moriatur, alij eam hęreditatẽ vel totã vel pro parte reſtituat.Et quia ſicut ſuperius dictum eſt,etiam poſt mortem hæredis fideicõmiſſum ei,cui relictum eſt,dari poteſt. quod hoc ordine fit vt teſtator ſcribat,Illum hęredẽ inſtituo,& volo,vt cum mortuus fuero,ad illum hæreditas mea* perueniat.

* pertineat.

Præterea & in hoc alia fideicommiſſorum & legatorum cõditio eſt,quia fideicommiſſa,ſi tardius quàm ſcriptum eſt ſoluta fuerint,vſuræ & fructus debentur. Legatorum verò vſuræ non debentur,ſed ex mora ſolutionis,ſi per damnationem relicta fuerint,duplicantur.

TITVLVS VIII.

De inteſtatorum * hęreditatibus.

* hæredibus.

Sui hæredes.

INteſtatorum hæreditates primùm ad ſuos hęredes pertinent.Sui autem hæredes appellantur,filius filia,nepos vel neptis,pronepos pronepotis ex nepote.quia omnes per virilem ſexum deſcendentes,ſui vocantur.Naturales ſunt hæ perſonæ,hoc eſt adoptiuæ.Adoptiuorum enim comparatione legitimi naturales appellantur.Sed ita nepos vel neptis ex filio auo ſuo hæredes ſunt,ſi pater eorũ de poteſtate patris,aut morte,aut emancipatione diſceſſerit.Nã ſi eo tẽpore quo aliquis moritur,filium in poteſtate habeat cõſtitutũ,& ex eo nepotes,illi viuo patre ſuo,& in poteſtate aui conſtituto,ſui hęredes auo eſſe non poſſunt. Similiter & poſthumi, quaſi viuo patre nati fuiſſent, in poteſtate eius futuri erant,ſui hæredes ſunt.Si quando aliquis moriatur, & reliquerit filium,aut filiam,aut ex alio filio mortuo nepotes,neptes,ſiue filij nepotes ex filio, defuncto patre vel auo,hac ratione ſuccedunt,vt filius ac filias ſuas partes accipiãt,& nepotes ex filio portionem,quam pater eorum erat habiturus,accipiãt.Quia regulariter cõſtitutũ eſt, vt inter ſuos proximior longiore gradu poſitos non excludat,& nõ in capita,ſed in ſtirpem diuidatur hæreditas.Itẽ ſi quis moriens filium non relinquat,ſed ex duobus maſculis filijs dimittat nepotes,hoc eſt ex vno filio vnum vel duos nepotes, & ex altero tres aut quatuor,ſimiliter, ſicut ſuperius dictũ eſt,in ſtirpem,non in capita hęreditas diuidatur.hoc modo vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatẽ.hoc eſt,vt tales accipiãt portiões,quales patres eorũ ſi vixiſſent habituri erãt. Si defuerint hæredes ſui,tũc hæreditas defuncti pertinet ad agnatos.

Agnati.

Agnati enim ſunt per virilẽ ſexum defuncto propinquitate coniuncti,id eſt conſanguinei fratres,hoc eſt,de vno patre nati.Nec diſputari poteſt,ſi de diuerſis matribus naſcãtur,qui vno patre geniti ſunt.Item patruus,id eſt frater patris,fratris ſui filio agnatꝰ eſt.ipſo modo ſunt fratres patrueles,hoc eſt qui de ſingulis germanis nati ſunt. Hoc ordine agnoſcitur qui ſint agnati,ſicut ſupra diximus, per virilem ſexum propinquitate coniunctũ.Nõ tamẽ omnibꝰ ſimul agnatis lex hæreditatem propinqui inteſtati dat, ſed hijs qui defuncto mortis ſuæ tẽpore proximiores inueniuntur.In fœminis verò alia conditio eſt.quia inter fœminas ſola tantum ſoror conſanguinea habetur agnata, aut germano ſuo defuncto ab inteſtato ei agnatiõis iure ſuccedat. Reliquæ fœminæ,hoc eſt,amitæ,id eſt,patris ſoror,vel fratris filia,nec in capiendis hæreditatibus propinquorũ legitimæ ſunt,nec maſculis propinquis agnationis iure ſuccedũt. Ipſarum verò hæreditates ad maſculos propinquos agnationis conditione perueniunt.Regulariter conſtitutum eſt, vt inter agnatos proximior poſteriorem excludat.& inter eos non in ſtirpem,ſed in capita ab inteſtato diuidatur hæreditas.Nam inter ſuos,ſicut ſuperius diximꝰ,alia ratio eſt, vt proximior poſteriorem non excludat,& ſemper hæreditas in ſtirpem,non in capita diuidatur.Nam ſi quis moriẽs dimittat germanum,& ex altero germano filios, germanꝰ frater quia gradu proximior eſt,ſolus ſuccedat, fratris filij non ſuccedant.Item ſi moriatur quis,& de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat maſculos, & ex vno fratre dimiſerit duos,& ex alio quatuor,ſimiliter maſculos, omnes quidem fratrum filij patruo ſuo inteſtato ſuccedũt, ſed non in ſtirpe,ſed in capita.ita vt illi duo ex vno patre duas accipiant portiones,& illi quatuor ex alio, accipiant quatuor portiones.Nam ſi ſorores habuerint,in patrui hæreditatem non veniunt,ſicut nec ſororis filij in auunculi hæreditate ſuccedunt.Nam & hoc regulare eſt,vt cognati tunc inteſtatorum propinquorum hæreditates capiant, quando aut ſui,aut agnati defuerint.

TITVLVS IX.

De obligationibus.

OBligatio in duas ſpecies diuiditur. Nã omnes obligationes aut ex contractu naſcũtur,aut ex culpa. Quæ ex contractu naſcuntur quatuor genera ſunt,quæ ſingulæ hoc ordine diſtinguuntur.Aut enim re contrahitur obligagatio,aut verbis,aut literis,aut conſenſu. Re contrahitur, quoties aliqua cuicunq; mutuo dantur, quæ in hijs rebus contingunt,quæ põdere,numero,& menſura continẽtur. hoc eſt,ſi pecunia numeretur,vel frumentum detur,vinũ, aut oleum,aut æs,ferrum,argentũ vel aurum.Quæ omnia numerando,aut penſando,aut metiendo ad hoc damus,vt eorum fiant qui ea accipiunt,& ad nos ſtatuto tẽpore,non ipſę res,ſed alię eius naturę,quales datę ſunt atq; ipſius põderis,

deris,numeratę vel menſuratæ reddantur.Propter ꝙ mu-
Mutuum. tuum appellatũ eſt,quaſi à me tibi ita datum ſit,vt ex meo
tuũ fieret. Verbis cõtrahiť obligatio ex interrogatiõe dan-
tis,& reſponſiõe accipientis.ita, vt ſi ille qui dat interroget.
hoc mihi dabis? Qui accipiet,reſpondeat.dabo.Aut in obli
gatione debitoris ſi aliquis fideiuſſor accedat,ille qui perſo-
nam fideiuſſori tradit,interrogetur.iſtum fidem tuam eſſe
iubes? Et ille reſpondeat.fidem meam eſſe iubeo.In hac con
ditione non ſolùm ille qui debitor eſt,ſed & is qui fideiuſſor
exiſtit, obligatur. Et non ſolùm fideiuſſor ipſe dum viuit,
ſed & hæredes ipſius,ſi ille defecerit,tenentur obnoxij.Cre
ditor autem,qui pecuniam dedit,in poteſtate habet ad red
dendam pecuniã quem velit tenere, vtrum ipſum debito-
rem,an fideiuſſorem abſolui.Sed ſi * debitorẽ tenere elege-
Fideiuſſorem. rit, fideiuſſorem abſoluit.quia vno electo,quem idoneum
*Debitorem. creditor iudicauit alterum liberat. Sunt & aliæ obligatio-
nes,quę nulla præcedente interrogatione cõtrahi poſſunt.
Id eſt,vt ſi mulier ſiue ſponſo, ſiue iam marito vxor futura
dotem dicat.quod tam de mobilibus rebus,quàm de fundis
fieri poteſt.Et non ſolũ in hac obligatione ipſa mulier obli-
gabitur,ſed & pater eius,& debitor ipſius mulieris,ſi pecu-
niam, quam ille debebat * marito creditoris, ipſe debitor
ſponſo. in dotem dixerit.Hæ tantum tres perſonæ, nulla interro
gatione præcedente, poſſunt * condictione dotis legitimè
*ſine ulla obligari.Aliæ verò perſonæ,ſi ꝓ muliere dotẽ marito pro-
*dictionẽ miſerint,communi iure obligari debent.id eſt,vt & interro
dotis legitimè obtinere. gatæ reſpondeãt,& ſtipulationem præmittant. Itẽ & alio
caſu,vno loquẽte, & ſine interrogatione alio promittente,
cõtrahitur obligatio.id eſt, ſi libertus patrono aut donum,
aut munus,aut operas ſe daturum eſſe iurauerit.Exponen
dum hic quid ſit donum,munus,vel operę.in qua re ſupra-
dicti liberti nõ tam verborũ ſolennitate,quàm iuriſiurandi
religione tenẽtur.Sed nulla altera perſona hoc ordine obli-
gari poteſt.Præterea inutilis eſt promiſsio,etiam ſi ſtipula-
tione interueniẽte facta ſit,ſi id aliquis daturũ ſe ꝓmiſerit,
quod ſui iuris nõ eſt.hoc eſt, ſi aut ingenuũ hominem qua-
ſi ſeruum ſe daturũ ꝓmittat.Aut ſi mortuũ aliquis, quem
viuum credebat, promiſerit. Aut locum ſacrum, aut ſan-
ctum,aut religioſum daturum ſe quicũq; promiſerit. Præ-
terea inutilis eſt promiſsio, ſi aliquis rem ſub tali cõditione
promittat,quę impleri pro rei difficultate non poſsit.Præ-
terea & inutilis eſt interrogatio & ꝓmiſsio,ſi ita aliquis in-
terroget debitorẽ. poſt mortẽ meã vel tuã illud dare ſpon-
des? Quod propterea inutile viſum eſt, quia à perſona hæ-
redis obligatio incipere non poteſt. Et ideo nec hæredi cre-
ditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitoris
hęredes creditori tenẽtur obnoxij.Itẽ inutilis eſt obligatio,
ſi dicat creditor,pridie quàm moriar hæc dare ſpõdes? Vel
interroget debitorem. pridie quàm moriaris. Similiter &
hæc ſtipulatio inutilis iudicatur, quia nõ poteſt ſciri,quan-
do ſit pridie, quam aliquis moriatur, niſi poſtquam mor-
tuus fuerit. Item,ſi purè interroget creditor,& debitor ſub
conditione promittat. Vel ſi creditor decem ſolidos in de-
bitorem interroget, & debitor quinque promittat,hoc or-
dine integrum debitum vacillare cognoſcitur. Si quis no-
bis pecuniam debeat, poſſumus debitorem noſtrum com-
pellere,vt pecuniã quam nobis redditurus erat, alteri ſe ca-
ueat redditurum. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito
cauet, de cauto & non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid
diſputationis afferre, cùm id quod à nobis accepit, alteri
cauerit redditurum. Nec poteſt ei, niſi literis obligatio fiat,
aut à re in perſonam,aut à perſona in perſonam dari. A re
in perſonam, velut ſi id quod ex emptione aut conductio-
ne, aut ſocietate debes,alij reddas. A perſona in perſonam:
velut ſi id quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem,
vt mihi reddere debeat. Conſenſu fiũt obligationes,ex em-
ptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus,
ſocietatibus & mãdatis. Quia in eiuſmodi rebus conſenſus
magis, quàm ſcriptura aliqua aut ſolennitas quæritur. In
quibus rebus etiam inter abſentes obligatio contrahi po-
teſt, quod in alijs rebus fieri non poteſt. Emptio igitur &
venditio contrahitur, cùm de pretio inter emptorem &
venditorem fuerit definitum, etiam ſi pretium non fuerit
numeratũ,& nec pars pretij aut arra data fuerit. Locatio
& conductio ſimili ratione cõſiſtunt.Et conſenſu & verbo
definitio inter cõſentientes firma permaneat. Societatem
inire poſſumus aut omnium bonorũ,aut vnius alicuius ne Societates.
gotiationis.Et poteſt ita iniri ſocietas,ſi tamen hoc inter ſo
cios cõuenit,vt vnus pecuniam det,& alter operam ſuam
ꝓ pecunia ponat.Et huius rei definitio etiã verbo inita va-
let,ita vt q̃cquid ſocietatis tẽpore quolibet modo fuerit ac-
quiſitum,ſocijs commune ſit.Permanet autem inita ſocie-
tas,quãdiu in ipſo cõſenſu ſocij perſeuerãt,quia ſicut cõſen
ſu cõtrahitur,ſic etiã diſſenſu diſſoluitur. Diſſoluitur ergo
ſocietas aut morte hnius ſocij,aut contraria voluntate,aut
capitis diminutione.id eſt,ſi vnus ex ſocijs, ſicut frequẽter
ſupra diximus,capite fuerit diminutus.Similiter & manda
ri verbo poteſt.Et cum verbis mandatum fuerit,obligatio
contrahitur.Poſſumus enim aut noſtra negotia,aut aliena
cuicunq; agenda mandare,dũmodo honeſtũ aliquid agi * *uolumus.
mandemus. Nam ſi contra mores bonos aliquid mandare
voluerimus,hoc eſt,ſi cuicunq; mandemus,vt alicui furtũ
faciat,aut homicidiũ,aut adulteriũ admittat, in ijs rebus
mandati obligatio non contrahitur.Soluitur autem mãda
tum aut morte, cui mandatum eſt,aut contraria illius vo-
luntate qui mandauit.Sed is cui mandatur mandati formã
egredi non poteſt. Aut ſi egreſſus fuerit,& mandatorum te
neatur obnoxius,& quod extra mandatum egit,non præ-
iudicet mandatori.

TITVLVS X.

Quibus modis obligatio tollatur.

TOllitur obligatio ſolutiõe debiti.Præterea aliquoties
tollitur obligatio,etiam ſi aliud quàm cautum fuerat
à debitore creditori reddatur. Nam ſi quicunque pro pe
cunia, quam creditori * cauit,acquieſcente creditore,aurũ, *dedit
aut argentum,aut mancipia,vel alias quaſlibet ſpecies, ha
bita æſtimatione conſentienti * reddiderit,obligatio euidẽ- *crediderit.
ter tollitur. Quia de obligationibus,quæ ex contractu na
ſcuntur,diximus,ſupereſt,vt de ijs obligationibus, quæ ex
delicto naſcuntur,ſimpliciter,diſputemus.Ex delicto naſcũ
tur obligationes,ſi aliquis furtum fecerit,vel bona aliena ra
puerit, vel dãnũ alteri dederit,aut iniuriã fecerit.Quarum
omnium rerũ vno genere ex delicto naſcitur obligatio.Fur
torũ autem ſunt genera quatuor,manifeſti,nec manifeſti, Furtorum genera.4.
concepti,& oblati.Manifeſtum furtũ dicitur,ſi quando fur
cuiuſcunq; rem tollit, & in ipſo furto deprehenditur. Nec
manifeſtum furtũ appellatur,quod quãlibet dũ fieret inuẽ
tum non eſt,tamẽ furtum * fuiſſe probatur.Conceptũ fur- *eſſe factum probatur.
tũ dicitur,cùm apud aliquem alterũ res furata inueniatur.
oblatum furtum dicitur,cũ res furtiua alicui ita à fure da-
tur,vt apud ipſum furem inueniri nõ poſsit.Præterea, qui
rem alienã inuito,aut neſciente domino contingit,vel tolle
re,aut de loco mouere præſumpſit,furtum facit. Et ſi quis
rẽ vtendam acceperit,aut commendatam apud ſe habue-
rit, & aliter ea vſus fuerit quàm accepit,furti actione tene-
tur.Præterea ſi quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt
eum quinq; milibus duceret,ſi id decẽ milibus, aut lõgius
quàm ab illo qui dedit fuerit conſtitutum, * abegerit, furti *duxerit.
reus erit.Et multa præterea quoruncunq; ſimilia ſunt,ſecũ
dũ quæ & ille furti tenetur,ſi vt fieret opem aut cõſiliũ aut
ſtudium cõmodauerit. Vel ſi quis pecuniam,quã in manu
aliquis tenebat,excuſerit,vt alij eam rapere poſſent.

INSTITVTIONVM CAII LIBRI POSTERIORIS DE REBVS. FINIS.

CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARY WASHINGTON, D.C.

THE CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA LIBRARIES
3 0530 011 297 124